
COLVMBI
1559









Duplicate from the Library of the University of Erlangen

1. Realdo Columbo de Re anatomica
Venetiis 1559

2. J Philippi Ingrassiae
de Tumoribus
Neapoli 1553

REALDI COLVMBI
CREMONENSIS,
In almo Gymnasio Romano
Anatomici celeberrimi,
DE RE ANATOMICA
LIBRI XV.



VENETIIS, Ex Typographia Nicolai Beuilacquæ, M D LIX.
CVM PRIVILEGIIS.

PAVLO IIII. PONT. MAX.

REALDVS COLVMBVS CREMONENSIS S. P. D.

GAVDEO mirandum in modum Pont. Max. me opus illud de re Anatomica, quod abhinc multos annos inchoaueram, tandem fælicissimis tuæ Sanctitatis temporibus absoluisse. Quis enim pius Christianis omnibus non gratuletur? quis sibi ipsi ex animo non gaudeat, se ad hęc vsq; tempora seruatū esse, cum in sedem Petri successerit sanctissimus, atq; optimus senex, qui tanta iam inde à puero vitæ sanctitate prædictus sit, tanta optimarum artium omnium cognitione, vt huic Sanctæ Sedi meritò seruatus fuisse videatur: qui tot integerrimorum morum exemplo, doctrina, concionibus, sobrietate, ieiunijs pręsentes, absentesq; Christianæ religionis amore inflãmare possit, qui abusus omnes, omnes hæreses profligare, atq; radicitus euellere solus queat. nullus enim vnquam post hominum memoriam hæreticos, prauosq; homines acrius insectatus est: nemo religionem hæresibus labefactatam melius erexit: literarū studia libentius fouit. Quid, quòd tu humanos affectus omnes ita domuisti, vt nemini prorsus perpecisse palam ostenderis. Cū igitur adeo acriter uitia insecteris, adeo potenter virtutes euehas bonisq; artibus, & disciplinis humano generi perutilibus libens faueas, illasq; paterna charitate foueas, non dici potest quantopere gaudeam me meis quos de Anatome conscripsi libris, te Pontifice, extremam manum imposuisse, quos humili prensoq;, vt decet, animo tibi hodie nuncupo, tuisq; sanctissimis pedibus prouolutus sanctitatem tuam supplex oro, vt illis, meisq; omnibus benedicat, amplētur, ac eos protegat. Si enim tuæ Sanctitati licebit vnquàm per maxima illa quæ sustines totius Reip. Christianæ negotia, meos hosce qualescunq; libellos perlegere, eos non inutiles medicinæ cęterisq; artibus iudicabis. Deus faxit, vt te quàm diutissime incolumen videamus: te enim Pontifice Christiana religio vel à remotissimis barbarorū nationibus, atq; illius accerrimis hostibus bene audiet.

REALDVS COLVMBVS CREMONENSIS CANDIDO LECTORI.

CVM mihi in mentem venit post diuturnos, & penè infinitos, quos in secandis hominum cadaueribus suscepi labores, de vniuersa Anatome primùm, deinde uerò de anatomica administratione, quæ obseruaui, & cum rei natura consentire experimento didici, scribere: putaui non defuturos, qui meos hosce conatus tanquam inutiles & superuacaneos aspernarentur, quippe qui noua de rebus anatomicis in lucem edentibus suum Auicennam, principem omnium, vt ipsi asserunt, disciplinarum, Mundinum, Carpum, proceres in Anatome viros magno cum fastu obijciunt, quorum scriptis in hoc argumento nihil quicquam adijci posse videatur. Alios non modo quos dixi, sed Galenum, Vessaliumq; in medium afferre. post quorum scripta de humanis corporibus secandis tractare, superbi, ambitiosique scriptoris officium arbitrantur esse. veruntamen ex his nemo me à scribendo deterrere potuit, cum eorũ friuolis scilicet obiectionibus facilè, vereq; responderi posit. quod enim ad tres illos authores attinet, quos primo obijciebant, carmen illud tritum illis existimo conuenire.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura.

De Galeno autem non negauerim illum non modo in Anatome mihi, cęterisq;, sed in reliquis medicinæ partibus ducem fuisse, infinitumque esse quantum tanto viro medici omnes post Hippocratem debeant: tamen cum simias, cinocephalosq; pro humanis corporibus ille secuerit, erroribus compluribus Galeni libri de re anatomica non scatere non pussunt. De Vessalio verò hoc primum præfabor, me illum honoris gratia domi, forisq; semper nominasse, illiusq; scripta non esse è, doctorum manibus ullo prætextu excutienda, quippe qui diuinis de rebus anatomicis Galeni laboribus de re anatomica multa suo marte addiderit, multa primus errata deprehenderit, correxeritque, ea est tam huiusce nobilisimę, prçutilis, atque adeo necessariç facultatis anatomicæ difficultas, vt vni omnia peruia esse non posint. ita vt ne ingens quidem, atque insigne Vessalij volumen de fabrica humani corporis suis erroribus careat. Quamobrem nihil tibi mirum videri debet lector optime, si post tot conatus excellentissimorum virorum de ijsdem rebus tractare non vereamur. nam cum artes omnes atque disciplinę per additionem deinceps posterorum perficiantur, fiet haud dubie vt post multos huius argumenti diligentisimos scriptores Anatomes quoque cognitio perfecta denique euadat, neque, nostra in iisdem rebus industria superuacua iudicari meritò posit. Iudicium uerò harum rerum obsecro te ne prius feras quàm cuncta perlegeris. Vale candide lector, atque omnia boni consule. quæ si placuisse intellexero, maiora videbis sat scio. Datæ ROMAE Calen. Iunii. M D LIX.

EXEMPLVM PRIVILEGII S. R. ECCLESIAE.

G. Ascanius Sfortia Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis de Santa Flora S. R. E. Camerarius.

VNIVERSIS & singulis bibliopolis, impressoribus, librarijs, & alijs id genus artificibus tam almæ Vrbis quàm aliorum quorumcunque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum & locorum salutem in Domino & obedientiam: Quandoquidem, sicuti nobis fide dignorum testimonio innotuit, Dominus Realdus Columbus Cremonensis nonnullos libros de re Anatomica à se compositos, Venetijs partim nuper impressos, partim proxime, vt sperat, imprimendos, est editurus, Nos volentes oportune vt par est, prouidere, ne eidem Domino Realdo qualiacunque inde prouentura, & lucrum & laus a quopiam alio præripiantur, sed vt industriæ, & laborum suorum, ipse & non quiuis alius præmia ferat, De mandato Sanctisimi Domini nostri Papæ viuæ vocis oraculo nobis facto, & Auctoritate nostri Camerariatus officij, Vobis omnibus, & singulis suprascriptis sub excõmunicationis latæ sententiæ, & quingentorum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ inferendorum ac librorum siquos contra huius nostræ inhibitionis formam imprimi continget, amisionis, alijsq; nostri arbitrij pœnis stricte inhibemus, ne durante decennio proxime

me futuro dictos præfati Domini Realdi libros, vſquam in vrbe aut Prouinciis, Ciuitatibus, oppidis, & locis prædictis ſine dicti Domini Realdi conſenſu ſeu licentia imprimere, vel impreſſos vendere audeatis aut præſumatis, Alioquin &c. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ in Camera Apoſtolica, Die XVII. Iunij. M D LIX. Pontificatus prædicti Santiſsimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quinto.

Locus Sigilli

G. Aſcanius Cardinalis Camerarius.

Hie. de Tarano.

EXEMPLVM PRIVILEGII CAESAREI.

FERDINANDVS Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatię, Sclauoniæ, &c. Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Marchio Morauiæ &c. Comes Tyrolis &c. Notum eſſe volumus vniuerſis, quòd cum nobis demonſtratum ſit honorabilem doctum noſtrum & ſacri Imperii fidelem dilectum Realdum Columbum Cremonenſem Medicinæ Doctorem multo labore ſummiſque vigiliis opus Anatomicũ omnibus Medicinæ ſtudioſis apprimè vtile cõcinnaſſe, quod in lucem hominum ædere conſtituerit, dummodo fauore noſtro ac priuilegio firmiſsimo contra æmulorum fraudes & dolos, qui forte ipſum, aut Typographum vitioſa æmulatione, aut ſiniſtris artibus debito fructu, & emolumento fraudarent, munitus & inſtructus ſit; Nos ſanè intelligentes, quantum rerum Anatomicarum cognitio omnibus Medicinæ candidatis ac Profeſſoribus vtilis ſit, tam præclaros eiuſdem Realdi conatus, non ſolum clementer approbauimus, verum etiam authoritate noſtra Cæſarea promouẽdos eſſe duximus. Quocirca per præſentes literas ſcienter, atque animo bene deliberato, & ex Cæſarea authoritate noſtra, ſeriò ac firmiter inhibemus ac vetamus, vniuerſis & ſingulis Typographis & bibliopolis, atque aliis quibuſcunque qui in Sacro Romano imperio & Regnis Dominiiſque noſtris hæreditariis vel imprimendis vel vendendis libris, ſeu quacunque alia ratione ac modo librariam negociationẽ exercent, nequis eorum præmemoratum opus Anatomicum poſtquam eiuſdem Realdi opera & ſtudio in lucem prodient, per totum decennium ab æditionis abſolutæ die numerandum, intra Sacri Imperii & omnium Regnorum ac Prouinciarum noſtrarum fines ac pomæria eodem vel alio caractere recudere, aut vbicunque recudendum dare, alioq; impreſſum adducere, vendere vel diſtrahere, palàm vel occultè auſit. Quiſquis verò aliter fecerit, & interdictum hoc noſtrum neglexerit, is debebit non ſolum eiuſmodi libris impreſsis priuari, quos nimirum præfatus Realdus vel eius hæredes, aut mandatum habentes ab eo auxilio magiſtratus eius loci, aut ſua quoque authoritate apprehendere, & ſibi vendicare poterunt, verum etiam inſuper decem marchis auri puri noſtro Imperiali fiſco fraudis vindici, & dicto Realdo eiuſue hæredibus ex æquo ſoluendis & numerandis mulctari. Ita tamen vt prædictus Realdus bina exẽplaria librorum ſingulorum ad Imperialem Cancellariam latinam primo quoque tempore mittere teneatur; Proinde mandamus vniuerſis & ſingulis noſtris ac ſacri Imperii Romani ſubditis & fidelibus dilectis, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, cuiuſcunque gradus, ordinis, ſtatus, conditionis, & dignitatis extiterint, præſertim verò iis qui in magiſtratu conſtituti ſunt, & vel ſuperiorem ſuorum uel proprio nomine ac loco, iuris & iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quemquam hoc priuilegium ſeu interdictum noſtrum impunè violare, ſpernere vel negligere patiantur, ſed ſiquos contumaces compererint, præſcripta pœna plecti, & quibuſcunque recte fieri poteſt modis coerceri curent, quatenus & ipſi grauiſsimam indignationem noſtram ac eandem mulctam incurrere noluerint; Quod enim hæc rata & firma ſint hiſce literis noſtris teſtatum eſſe volumus, quas dedimus manus noſtræ ſubſcriptione, & ſigilli noſtri impreſsione roboratas in noſtra, & Imperii ciuitate Auguſta Vindelicorum die ſecunda Aprilis, Anno Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Quinquageſimo nono. Regnorum noſtrorum Romani Vigeſimo Nono, aliorum vero Triceſimo tertio.

Locus Sigilli

Ferdinandus

Ad mandatum Sacræ
Cæſareæ Maieſtatis proprium

V. Seld.

M. Singhmoſe.

EXEMPLVM PRIVILEGII GALLIARVM REGIS.

HENRY par la grace de Dieu Roy de Frãce a noz amez, & feaulx les gẽs de noz Court de parlemens,est grand Conseil; Bailliz, Seneschaulx,Preuostz,Iuges,ou leurs Lieutenãs, est à tous noz aultres Iusticiers,& officiers quil appartiendra salut,& dilectiõ. Scauoir faisons; Que nous inclinans liberallement alla supplication, & Requeste qui faicte nous ha esté de la part de Realdo Colõbo de Cremone. Est affin quil ait moyen de se recompenser aulcunement de la despense quil ha faicte durant le temps quil ha esté employe à composer certain beau liure de la nothomye; lequel il ha mis en lumiere depuis peu de temps.A icelluy pour ces causes, & aultres à ce nous mouuans. Auons à icelluy Realdo Colombo permis, accorde & octroye, est par le teneur de ces presentes permettons, accordons, est octroyõs uoulons, & nous plaist. Que par tel des Imprimeurs iurez de nostre dicte uille de Paris,ou aultres que bon luy semblera.Il puisse & luy laisse faire Imprimer sondict liure de la nothomye; auquel Imprimeur affin quil ait meillieur moyen de faire les fraitz & despences necessaires pour faire l'impresſion d'icelluy liure.Nous auons de noz grace speciale, plaine puissance & auctorité Royal donne & donnõs par ces presentes,Conge, permisſion,preuilleige est octroy d'Imprimer ledict liure dudict Colombo en telle marge,de telz caractaires,tant de foys, & en tel nombre quil uouldra, icelluy mettre & exposer en uente,debiter & faire comme bon luy semblera. Pourueu que en icelluy ne se trouue aulcune chose contraire, est au preiudice de nostre saincte foy & Religion Chrestienne. En deffendant tresexpressement par ces presentes,à tous libraires, Imprimeurs, & aultres de quelque estat qualité, & condicion quilz soient de ne Imprimer, ou faire Imprimer ledict liure d'icelluy Colombo,le uendre, faire uendre, debiter,ne distribuer par nostre Royaulme ne ailleurs; Est ce durant le temps & terme de dix ans prochains, & consecutifz,Que nous auons lymitte, & lymittons audict Imprimeur pour ioyr de leffect de noz presens permisſion, preuilleige, & octroy. A commencer du iour que ledict liure sera acheue d'Imprimer; Sur peyne (aulx aultres libraires Imprimeurs, & aultres qui contreuiendront ausdictes deffences, & se trouueront saisiz dudict liure Imprimé en nostre Royaulme par aultre que par luy,& son adueu,) de confiscation d'icelluy liure,& d'amende arbitraire à nous à applicquer. Si uous mandons,commandons, & enioignons,& à chascun de uous endroit soy,& si comme a luy appartiendra. Que de noz presens grace, conge,permisſion preuilleige,octroy;& de tout le contenu en cesdictes presentes.Vous faictes seuffrez, & laissez ledict Realdo Colombo,& celluy desdictz Imprimeurs iurez,Auquel il aura baille a Imprimer sondict liure ioyr,est user plainement & paisiblemẽt.Cessans & faisans cesser tous troubles & empeschemens au contraire,Car tel est nostre plaisir;Non obstant quelzconques ordonnances, restrinctions, maudemens,ou deffences & lettres impetreés,ou à impetreés à ce contraires. Donné à Villiers Costeretz le quatriesme iour de Mars. Lan de grace Mil cinqcens cinquante huict. Et de nostre Regne le douziesme.

Par le Roy

Duthier.

Le lieu du Seaux

EXEMPLVM PRIVILEGII ILLVSTRISS. SENATVS VENETI.

LAVRENTIVS Priolus Dei gratia Dux Venetiarum,&c. Vniuersis,& singulis tam magistratibus huius vrbis nostræ Venetiarum, quàm Rectoribus Iusdicentibus, & ministris nostris quibuscunq; significamus Come alli 28.del mese presente habbiamo concesso con il Senato nostro à Maestro Realdo Colombo Cremonese medico, che niuno altro che lui,o che hauerà causa da lui,possa stampar, ne far stãpar in questa nostra Città di Venetia,ne in alcun luogo del Dominio nostro,ne altroue stampata in quelli vender l'opera de Anatomia per lui composta,per spatio d'Anni X. prosſimi,sotto pena di perder l'opere,& ducati cento per cadauna opera ciascaduna volta che contrafarà da esser diuisa vn terzo all'Arsenal nostro,vn terzo al magistrato che farà l'esecution, & vn terzo al ditto supplicante, essendo però esso supplicante tenuto di osseruar tutto quello che è disposto in materie di stãpe, Però cõ l'auttorità del detto Senato cõmettemo à tutti,& cadaun di voi che osseruar, & far osseruar debbiate la cõcesſiõ nostra sopradita. Datæ in nostro Ducali palatio Die xxix.Octo.Indictione II. M D LVIII.

QVOD suprascriptis iussum est Priuilegiis, hoc idem Philippi Regis Hispaniarum, Ducis Florentiæ, Ducis item Ferrariæ decretis cautum,sancitumq; est.quorum omnium exemplaria apud me sunt.atq; hac de re tum bibliopolas,tum etiam typographos omnes admonitos esse uolumus.

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS.

De

REALDI COLVMBI
Cremonensis
DE OSSIBVS
LIBER PRIMVS.

HVMANI Corporis fabricam describturi, primum ab ossibus incipiamus: ab ea nimirum parte, ad cuius imaginem cæteras omnes effingi merito conuenit. quandoquidem ossium structura eandem in corpore rationem obtinet, quam in ædificijs columnæ, trabes, ac fundamenta. vt enim rustici humiles sibi casas ædificaturi, inuicem primum ligna compacta intertexere solent, quæ deinde ramis, cæmentisq; opplent, atque oblinunt, lutoq; demum, ac palea incrustant, & obtegunt, quo se à cæli, ferarum, atque hominum iniurijs aliquo pacto tueantur: Sic propemodum se ossium strues habere videbitur, si carnem ab ossibus eximas, & denudata ossa eo modo componas, & colligas, quem nos infra edocturi sumus, vbi de componendi sceleti ratione ex professo agemus. Enascentis etiam nauis exordium si intueberis, carinam inquam, & costas, exemplum habebis huic eidem rei accommodatissimum. Ossa igitur fundamenta corporis optimo iure dixerimus, quæ fulciant, stabiliantq; partes alias: neutiquam enim per se consisterent, firmaríue possent, nullamq;, aut certe imperfectam functionem obtinerent, nisi solidis hisce partibus adnascerentur, atque adhærescerent. Quamobrem de ossibus agere primum expedit, vt cum alios anatomicos, tum Galenum ipsum ita iubentem sequamur. His addemus tractationem illam, quæ est de Cartilaginibus: tertio vero loco de ligamentis disseremus, particulis admodum necessarijs ad ossa vnienda, compagemq; ipsam ossium continendam, vt ne à sua sede dimoueantur, aut huc vel illuc dilabi temere possint. Et hæc sane similia sunt vinculis, aut clauis, quibus trabes connectuntur tugurijs, aut carinis exædificandis. Postremo tractatum hunc concludet ea pars, in qua sceleti faciendi artem quandam haud inutilem commonstrabimus.

Cur ossium Anatome præcedat.

Gal. 1. de Anato. admin. cap. 2.

Ordo in tractanda Anatome.

Ossium Anatomē sequitur cartilaginum sectio.

Post Cartilagines ligamenta.

De sceleti structura post ligaméta.

CAPVT I.

Cur ab osſis nomine nō exorditur.

AB osſibus itaq; cum sit exordiendum, ordo ipse rerum tractandarum à veteribus nobis per manus traditus exigere videretur, vt primo explicaremus quid osſis nomine intelligi velimus, nisi omnibus ea res esset quā notisſima. Præterea dum osſium substantiam enarrabimus, id ipsum omnino docere videbimur. Nominis igitur osſium disquisitione prætermissa, quòd non ita in promptu sit cuiuis osſium natura, seu substantia, nomina, differentiæ, figuræ, & vsus; operæpretium fuerit de his accurate, quoad eius fieri potest, agere.

Ossium substantia terrea.

Corporū diuisio.

Osſium igitur substantia terrea quidem est maxime: scire etenim licet corpora omnia aut esse simplicia, qualia sunt prima quatuor elementa, aut ex ijs composita: Compositorum autem diuersam naturam esse pro uaria quam sumunt ab elementis portione; ea siquidem corpora ignea dicimus, in quibus ignei plus elementi uiget, aërea uero, aut aquea, in quibus aër, uel aqua dominatur, sic alia grauiora, alia leuiora, cæterisq; qualitatum differentijs prædita magis nuncupamus eandem ob causam.

Ossa cur terrea.

Cum igitur plus terræ, quàm reliquorum elementorum in osſium natura deprehendatur, non ab re terrestria illa, cum medici omnes, tum philosophi appellauerunt, ac præterea durisſima, frigidisſima, aridisſimaq; partium omnium corporis, qualis est ipsa terra; qua limitatione Galeno occurritur, qui pilos osſibus sicciores dicit, ac etiam frigidiores in fine primi temperamentorum, quoniam pili excrementa sunt, non partes corporis, si proprie loquamur.

Gale. in calce primi de temperamentis.

Contra Gal.

Cur ossa non sentiant.

sunt etiam ossa immobilia suapte natura grauia, alba, & sensus omnis expertia, quanquam non ea ratione dicendum mihi videtur ossa minime sentire, quòd plurimo abundent elemento terreo, sed quoniam per ipsorum substātiam nulla neruorum portio disseminetur, quorum beneficio cætera omnia, quibus sensus inest sentire pro comperto habemus.

Natura est Dei voluntas.

Id quod prudentisſime Dei optimi maximi voluntate, quam naturam dicimus, factum fuisse intelligemus, si animaduertamus ossa ea esse, quæ totam corpoream molem sustentent, quæ frequentibus, ac varijs motibus cieantur, quibus motis partes reliquas secum unà trahi, ac deferri necesse est, quæ si sensu prædita essent tantum non asſiduos labores non sine dolore persentiscerent; & ea tristis, (vt vocant) sensatio aut maximam actionum partem tolleret, aut saltem frustraretur.

Ossium munus.

Si ossa sentirent quæ inconueniētia sequerentur.

Contra credentes ossa sentire.

Neque illi audiendi sunt, qui obstinate asserunt insignem in osſibus sensum inesse, qui si adesset, cum vruntur, secantur, franguntur, ac grauiter percutiun-

cutiuntur, ſæuiſsimis cruciatibus ægros angerent, quod tamen perraro accidit, tuncq; dolor ab oſsibus minime proficiſcitur, ſed à membrana illa, quæ oſsibus obducitur, atq; ideo à Græcis vocatur περιόστεος. Quòd autem oſſa perioſtij munere, non ſponte ſentiant, hinc patet; Hac etenim abraſa non modo ſine dolore, verum etiã ſine vllo prorſus ſenſu oſſa ſecabis, combures, & quo lubuerit modo tractabis. Quare cum Galeno, & alijs recte ſentientibus concludamus oſſa omni prorſus carere ſenſu, dentes tamen excipio, quos ſentire omnium conſenſu, magiſtraque experientia comprobatum eſt. Cuius rei rationem, ne omnia ubique conculcentur, in ſuum locum reijcimus. Atque hæc prima ſit oſsium differentia ita obiter dicta, quæ non ſolum nominibus diſcrepant, cum ſingula ſuum ſibi nomen vendicent ſiue proprium, ſiue tralatum; ſed differunt etiam magnitudine, cum alia parua ſint, magna alia; quin & forma, ſiquidem alia oblonga ſunt, alia breuia, alia triangulum, alia quadrangulum referentia, uel alíus figuræ, hæc leuia, illa aſpera, alia proceſsibus munita, alia appendices habentia, alia commiſſuris diſtincta, alia non item. Vſu quoque diſtinguuntur, cum ad unam tantum functionem, aut opus commune omnia non ſint deſtinata, quod etiam tam multiplex formarum diuerſitas atteſtatur: uidere enim eſt nonnulla plane concaua, & ex his quædam cauitatem amplam habent, quædam anguſtam, neq; id pro magnitudine contingit oſsium, quando aliqua ſunt grandia, nec tamen manifeſtam cauitatem habent, vt ſunt oſſa, quæ cum ſacro committuntur, & ipſum os ſacrum, ſcapulæq;, & alia, de quibus ſuo loco dicemus. Parua item ſunt aliqua, & inſigniter concaua, ſicuti ſunt oſſa digitorum, quicquid de hac re Galenus ſenſerit primo de partium vſu. Oſſa omnino ſolida non ego numerauerim oſſa naſi, neq; ſeſamina, neque oſsicula organum auditus cõſtituentia, mihi enim prorſus non ſunt ſolida, quanquam Veſſalius aliter ſentiat; nam ſi quis fracta hæc, vel recentia, neque dum exiccata diligenter inſpiciat, in ijs apparebit ſpongioſa quædam ſubſtantia pumici denſo perſimilis, ſinus quoſdam per exiguos præ ſe ferens: ad hæc oſſa ipſa extrinſecus foraminibus referta ſunt, ſed alia magis, alia minus, licet omnino ſolida videantur eſſe. Huiuſmodi foramina nõ agnoſcit Veſſalius in brachiali, dentibus, ac permultis digitorum oſsibus, qui tamen in hac parte parum oculatus fuit, vt infra oſtendemus. hæc autem foramina ne inutilia duxeris, nam ideo à ſapientiſsimo rerum opifice Deo facta ſunt, vt per ea aditus pateret tum venis ad ſanguinem craſsiuſculum pro nutrimento deferendum,

Quòd oſſa perioſtij gratia ſentiãt.

Prima oſſium differentia.
Oſſa nõ ſentiunt.
Dentes ſentiunt.

2. oſsium differentia à magnitudine

3. Oſsiũ differẽtia ab vſu.

Oſſa quæ cum ſacro committũtur os ſacrum & ſcapulæ inſigni cauitate carent.
Contra Gal. 1. de Vſu partium.
Oſſa digitorũ ſunt inſigniter concaua.
Oſſa naſi, ſeſamina, & auditus inſtrumẽti nõ ſunt ſolida.
Cõtra Veſſalium.

Brachiale, dentes & multa digitorũ oſſa ſunt pforata contra Veſſ.

Cur foramina in oſsibus.

tum etiam arterijs ad vitalem calorem commoderandum. at illa, quæ nullis foraminibus donata ſunt, cum neque venas, neque arterias admiſſura eſſent, ab adiacentibus partibus & fouentur, & nutriuntur. atque hæc in vniuerſum, & quaſi per tranſennam de oſsium differentijs dicta nunc ſint. Reliquum eſſet, vt iam ad ſingulorum enarrationem ueniremus, vbi planius omnia dignoſcentur.

CAPVT II.

Cur ſtatim ſingula oſſa non explicet.

SED quoniam in ſingulorum oſsium enarratione nonnulla occurrunt nomina, quibus in toto hoc tractatu de oſsibus vtendũ erit, quæ niſi prius cognita forent, dubio procul difficultatem aliquam, obſcuritatemq́; parerent, iccirco de his antea diſſerendum mihi eſſe videtur, quæ, qualiaq́; hæc ſint, quoúe ſignificatu accipi debeant; in hoc etenim præcipuos anatomicos imitari ſtatui, qui & ipſi exiſtimarunt horum nominum tractationem plurimum conferre ad ea percipienda quæ de oſsium natura, deq́; ipſorum compoſitione ſunt dicenda.

ἐπίφυσις.i.appendix quid ſit.

Primum itaque videamus quid ſit appendix, quam Græci ἐπίφυσιν vocant. ea nihil aliud eſt quàm oſsi os adnatum, coagmentatumq́;, quemadmodum linea quædam oſsium capita circumſcribens aperte indicat: ſcito autem hanc in iunioribus animalibus facillime deprehendi, in grandioribus vero, ac ætate prouectis vix diſcerni poſſe, nam ſi hædi, aut agni, vel alterius animalis nuper nati oſsicula decoxeris, in eorum extremitatibus partes quaſdam diuelli, ac concidere conſpicies, ſiue id ſponte, ſiue de induſtria fiat, & hæ particulæ ſuperius, inferiusúe appoſitæ adnæxęq́; appẽdices dicuntur, quarum vtilitatem neque Galenus ſolertiſsimus alioqui naturæ inueſtigator recte deſcripſit, vt Veſſalius optime reprehendit: ſed neque ipſe, quod magis miraberis, nouiſſe videtur, vel ſi nouit, ſcribere neglexit, quippe qui arderet cupiditate incredibili in Galenum inuehendi & eius errores adnotãdi. vt ad Galenum redeamus, is IX. de partium vſu aſſerit, naturam appendicibus oſſa donaſſe, vt operculi vicem gererent, ne ſ. medulla ſinibus contenta efflueret: quam rationem ſatis infirmam eſſe, ne inſulſam dicam, ex eo patet (inquit Veſſalius) quoniam oſſa huiuſmodi ſinibus carentia, tamen appendicibus nõ ſunt propterea deſtituta, quin & ſcapulæ, & vertebræ, & oſſa nonnulla parua, quanuis minime ſint medulloſa, ſuas tamen appendices habent. hactenus ille; et ſi pluribus cum verbis, tum etiam exemplis Galenum oppugnet,

Appendix in grandioribus vix cernitur.

Veſſalius quãdoq; errat nimio ſtudio reprehendẽdi Galen.

Galeni ratio de appendicibus 9. de Vſu Part.

Veſſalij ratio contra Gal. de appẽdicibus.

oppugnet. quo loco animaduertere oportet ossa minime medullosa Vessalium intellexisse, nõ quæ prorsus medulla careant, sed quæ cauitates, aut sinus insignes non habent, at solum cauernulas quasdam perexiguas, fungosam substantiam referentes, in quibus medulla delitescit, & propterea medullosa esse non videntur, si cum ijs conferantur, in quibus ampli sunt sinus, & manifesti, multa oppleti medulla. Illud etiam nullo pacto omittendum est, quod Galenus eodem in loco addidit. Appendices s. multo esse duriores ossibus. quod quomodo concedi posit, nõ equidem video: nam appendices ab ossibus auulsas sæpius vnusquisq; nostrum dentibus compressit, atq; attriuit, vt dulcem inde succum, & non iniucundum exprimeremus. quare tantum abest, vt appendices ossibus duriores sint, vt contra in his spongiosum corpus, & molle experiamur; nisi fortasse de parte illa sensisse Galenum opinemur, qua committuntur appendices cum ipsis ossibus. sed neque hac limitatione tueri Galenum possumus: etenim quòd appendices frequenti, assiduoq; motu articulorum non atterantur, non est vni appendici acceptum ferendum, quòd durissima sit, sed illud contingit propterea quòd inuestiatur cartilagine densa, ac molli, quæ sua duritie, atq; (vt ita dicam) vnctuositate articulationem ipsam conseruat, ne dum lubricam magis, & ad motum promptiorem facit. id quod perspicuum magis tibi fiet, si consideraueris, non omnia ossa, quæ per articulum committuntur appendicibus esse munita, tamen crustam hanc cartilagineam præ se ferre, quippe quæ necessarium præsidium afferat, ne longo attritu ossa disrumpantur. Sed, his omissis, iam appendicum vsum dicamus nemini adhuc, quod sciam, cognitum, licet res sit cum scitu digna, tum vero pernecessaria. Ego cnm scirem nihil frustra à natuta factum, neq; adeo nullius pretij in corpore particulam dari, quæ alicui vsui non esset addicta, peruestigare non destiti, quæ nam foret appendicum vtilitas: & cum Galeni sententia mihi non probaretur, demum comperi appendices ossibus adnexas esse, vt ex ea coniunctione ligamenta prodire possent, quæ in articulis compositionem ipsam roborant, stabiliuntq;, qualis est femoris superne cum osse coxendicis, inferne autem cum tibia, qualis etiam humeri cum scapula, & cum vlna, atque radio, qualis denique aliorum articulorum, quibus cum etiam illos numerari velim, qui, vt paulo supra diximus, appendicibus non sunt donati, quibus quomodo præstò sint ligamenta, per quæ vincti teneantur, infra proprio de ligamẽtis capite tractabimus. Neque vero id vnum tantum ligamenta præstant,

Quid intelligat Vess. per ossa nõ medullosa.

Appendices non esse duriores ossibus contra Gal.

Gal. defensio.

Defensionis Gal. oppugnatio.

Cur appẽdices nõ atterantur ex assiduo motu articulorum.

Appendicum vsus verus à nemine adhuc expressus.

Quomodo articuli carentes appẽdicibus detineantur à ligamentis dicetur in tractatu de ligamentis.

Ligamenta oriuntur etiam ex appẽdicibus vbi nõ est articulus.

præstant, cum ex his etiam appendicibus exoriantur, vbi nulla fit coarticulatio, vt in osſibus ilij, vt in ſcapulis, ac nonnullis vertebrarum proceſsibus: Inde enim fluunt ligamenta, quæ ad muſculorum conſtitutionem neceſſario concurrunt, ſicuti proprio capite oſtendemus. Quo fit, vt muſculi inde plurimum ortum ducant: vnde exeunt huiuſmodi cartilagines ligamentales, ſic enim appellare nunc libet, quæ quidem per muſculos diſſeminantur vim, ac robur illis ſubminiſtrantes, ac demum in tendines ipſos deſinunt. quæ duo ligamentorum munera, cum tantopere ſint neceſſaria, neceſſariam quoq; fuiſſe appendicum generationem quis non videt? cum ea ſublata vix reperias vnde commode prodire poſsint ligamenta. Quòd autem ea ſint, quæ articulationem ipſam colligent, atque ita contineant, vt ne huc, vel illuc dilabatur, præterquam quòd per diſſectionem conſtare liquido poſsit, animaduertere etiã licet in luxationibus, cum ob nimiam mollitiem, & humiditatem lenta fiant ligamenta, & protrahantur, aut aliquid glutinis calli cuiuſdam inſtar interſideat, quo longius quàm neceſſe ſit, ligamentum reddatur, aut tenella puerorum oſſa validius imperiti medici manu fuerint attrectata, quandoquidem eouſq; extenduntur, vt ſecum vnà appendices diuellant. quam luxationem nunquam, aut ſumma quidem certe cum difficultate curari poſſe crediderim, propter ſinuum, ac tuberculorum multitudinem, quibus vtraq; pars, tam appendicis, quàm oſsis cui adnaſcitur abundat, & eorundem mutuum ingreſſum poſtulat. ſequitur ἀπόφυσις à Græcis dicta, quam Latini interpretes diuerſis vocibus reddunt, nos autem vbiq; proceſſum dicemus. Is autem eſt, cum os in aliqua parte prominet, quaſi ramum, vel radicem iuxta trunci arboris ritum emiſſurum. Cum itaque pars aliqua gibbi aut tuberculi inſtar ex oſſe procedit rectiſsime proceſſus nuncupatur, qui ab appendice differt, quoniam is vera pars eſt eius oſsis, vnde prominet, appendix vero oſſis, cui adnaſcitur nullo modo. Item appendices plerunque proceſſus habent, vt in vlna cernimus, & tibiæ parte inferiore, atque etiam in alijs quibuſdam oſsibus, de quibus infra. Rurſus nonnullis proceſsibus hærent appendices; nam interior ſcapulę proceſſus anchoræ imagine, & ſcapulæ ſpina, quæ itidem ſcapulæ proceſſus eſt, appendices habent. Illud tamen adnotandum femoris proceſſus, qui trochanteres, ſiue rotatores vocantur, appendices verius eſſe, quàm quòd appendicibus muniti dici debeant: tota enim pars illa, quæ protuberat, & iccirco proceſſus dicitur, appendicis locum tenet, vt ibi idem ſit proceſſus, qui & appẽdix, licet Veſſalius

Marginalia:

Ex ligamẽtalibus cartilaginib. muſculi ſæpe oriuntur.

Ligamẽtales muſculorũ cartilagines deniq; deſinunt in Tẽdines.

Ligamenta oriuntur ex appẽdicib.

Luxationũ cauſæ.

Luxatio manufacta.

Luxationis ſpecies quæ difficillime curatur, & cur.

Ἀπόφυσις. i. proceſſus quid ſit.

Proceſſus & appẽdicis differentia prima.

Differentia 2.

Differentia. 3.

Proceſſus Trochãteres videntur appendices.

lius discrimen posuisse videatur. Nam si rotatores in nuper editis animantibus auellantur, vt ea ratione appendices abeant, nihil loci processibus relinquetur. Cum itaq; ablatis appendicibus, processus vnà auferantur, merito partem vnam, atq; eandem processum, & appendicem eo in loco iudicabimus. Sed hæc parui sunt momenti. Præterea differunt processus, & appendix, quoniam pauca sunt admodum ossa, quibus aliquis non adsit processus, cum fieri vix poßit, quin aliqua ex parte emineant. at multa tamen sunt ossa appendice destituta, vt ossa capitis, maxillæ superioris, brachialis, & quædam alia. Differuntq; processus inter sese, cum diuersas figuras sortiantur, alij enim tenues sunt, & acuti styli formã referentes, propterea Styloides à Græcis vocati, alij acuti quidem sed non ita tenues, quales in cerui conspiciuntur & in arcus cornu, vbi neruus aßidet. Huiusmodi processus in inferiore maxilla reperias, & hi sunt, quos coronas Galenus appellauit, quasi processus in acutum tendentes, alij anchoræ similitudinem præ se ferunt, vt interiores scapularum processus ancyroides, alij in caput desinunt, idq; bifariam, nam quidam illud depressum habent, vt postbrachialis, vbi cum brachiali iungitur, & pedij ossa vbi cum oßibus tarsi, & fibulæ cum suprema parte tibiæ; quidam vero oblongum, & prominens, ut femoris caput superius, quo articulatur cum osse coxendicis, in aliquibus etiam caput rotundum est, quale est humeri cum scapula, & oßium postbrachialis, cum primis articulis digitorum: longi capitis processus ceruicem quoque habere dicuntur. Ceruicis autem nomine eam partem intelligimus, quæ in ipso processu tenuior est, & ab osse usq; ad ipsum caput pertinet, quod spatium collo quam simillimum apparet, sicuti perspicuum est in superiore femoris parte, quæ in coxendicem ingreditur. Et quoniam capitum facta mentio est, quæ ideo effecta sunt, ut aliorum sinus articulationis gratia subeant; sciendum est pro capitum uarietate sinus quoque uarios esse, siquidem illis ipsis proportione respondent. Nam si oblongum fuerit caput, oblongum æque esse sinum oportet, in quem inseratur: sin autem depressum, humilem etiam, ac modicam cauitatem requirit. Sinum amplum profundum, & ualde perspicuum Latini acetabulum, Græci uero κοτύλην siue κοτυληδῶνα dicunt, planum autem, & obscurum γλήνην, qui sinus adeo leuiter, superficieq; tenus cauatus est, ut uix primo aspectu comprehendi queat. At eorum sinuum, qui ampliter caui sunt, profunditates augere solent processus quidam circulares, quos in superficie positos labra, siue supercilia uocamus.

augent

Vessalius male distinguit in rotatoribus processus ab appẽdicib.

Differ. 4.

Quæ ossa appendicibus careant.

Styloides processus qui.

Coronæ processus qui.

Anchiroides processus qui.

Processus capite depresso.

Processus oblongi & prominentes.

Processus capite rotundo.

Ceruix in ossibus quid vocetur.

Caput in processibus cur factum fuerit.

Sinus proportione respondent capitibus processuum.

κοτύλη vel κοτυληδὸν. i. acetabulum quid.

Γλήνη in sinibus ossium quid sit.

Sinus ossis q̃nque a processu & cartilagine amplificatur.

augent etiam huiusmodi cauitates, cartilagines, quæ in aliquibus inueniuntur, quemadmodum in scapula, ubi cohæret cum humero, & in coxendicis articulatione cum femore: & hæc luxationem difficiliorem faciunt. Processus non figura modo, sed etiam numero distant, quædam enim ossa pluribus, quædam uero paucioribus sunt donata, quemadmodum ex uniuscuiusq; ossis descriptione patebit. Processuum uero utilitas non una est duntaxat. Nam facti sunt ab opifice Deo, tum ut commodam osium articulationem, compositionemq; præbeant, tum ut inde quasi ex rupibus, aut collibus quibusdam musculi prodeant, uel in eos ipsos implan- 10 tentur: tum demum ut propugnaculi munere fungantur, quales sunt scapularum, uertebrarumq; processus. Quid uertebra sit, notum tibi fiet tractatu de uertebris, quid uero articulus, sequenti tabula intelliges.

Quid femoris luxationem difficiliorem reddat.

Processus differunt numero.

Processuum usus triplex.

CAP. III.

QVECVNQVE superiore capite complexi sumus, dedimus operam, ut quam breuissime perstringeremus; quando eadem repetere continget, & fusius fortasse alibi pertractare. sed nullo modo prætermittenda erant, præsertim ut osium structuræ 20 diuisio facilius intelligatur: quæ nusquam aptius, quàm hic locari poterat; & ob declaratas iam uoces, & quia uniuersæ huic historiæ luminis multum afferet. Cum itaque constet sicuti initio dictum est, totam osium molem esse ueluti fundamentum animati corporis, cuius proprium est, ut sentiat, & moueatur; inutilis ea constructio fuisset, quæ continua esset, ac solida. quid enim illius fabrica à lapidea uel ænea statua differret? sed ossa, etsi natura per se immobilia habeantur, moueri tamen eadem apprime necessarium fuit: ut ad ipsorum motum animalis motus consequeretur, ac præsertim hominis animantium omnium perfectisimi: cui ob in- 30 finitas propemodum artes, quas ipse tractat, innumerabilesq; actiones, quas edit, infinita pene motuum genera debebantur. Talem igitur compositionem ossa postularunt, ut neque omnino disiuncta, ac dissoluta, neq; prorsus continua essent modo uenarũ, ut male Aristoteles putauit 3° de Natura Animalium Cap. VII. Ergo contigua ossa, coniunctaq; esse oportuit, ut super aliquo quiescente moueri possent, tametsi osium unio, quæ ob motum præcipue facta est, ob transpirationem etiam, transitumq; corporum facta fuerit, ut suturæ in caluaria, quam & tutelæ causa ex pluribus osibus efformatam esse suo loco audies, ac demum ob partium

Cur tabula de ossium diuisione hic posita sit.

Cur homo nõ cõstat ex osse vno continuo & solido.

Ossium compositio qualis esse debuit in homine præsertim & cur.

Contra Aristot. 3. de natura Animal. Cap. vij.

Suturæ capitis ob trãspirationem factæ sunt.

tium diuersitatem, vbi dura mollibus committuntur. Cum autem in componendis ossibus sapiens natura non vnam rationem seruauerit, vt facile quisq; intelligat, quàm variȩ sint inuicem composita, sequentem tabulam subiecimus.

Craniū tutamenti gratia factum. Ossium compositio varia est.

Tabula Compositionis Ossium.

OSSA HVMANI CORPORIS INVICEM COMPONVNTVR

- *Per articulum, qui est ossium compositio cum motu. huius duæ sunt differentiæ.*
  - *Diarthrosis, quæ est dearticulatio ad motum manifestum. diuiditur autem in*
    - *Enarthrosim*
    - *Arthrodiam*
    - *Ginglymon*

    Enarthrosis fit, vbi rotundū aut oblongum caput in cauum aliquod inseritur: ut est articulatio femoris cū coxendice, Humeri cum scapula, primæ aciei digitorum cum ossibus postbrachialis.

    Arthrodia est, quæ leniter cauum, & in superficie, & capitulum etiam depressum habet: vt prima ceruicis vertebra cum secunda, & radius cum cubito.

    Ginglymos ea est, in qua ossa sese inuicem ingrediuntur, & tum suscipiunt, tum suscipiuntur, vt vlna, siue cubitus cum humero, femur cum tibia, secunda, & tertia digitorum acies.
  - *Synarthrosis, quæ est coarticulatio cum motu obscuro in easdem autem species diuiditur, in quas & Diarthrosis. diuisa est videlicet in*
    - *Enarthrosim*
    - *Anthrodiam*
    - *Ginglymon*

    Eo vero inter se tantum differunt, quòd hæ obscurum, illæ manifestū habēt motū.

    Nec mirādum est easdem res diuersimode consideratas posse sub diuersis in eodem prædicamento generibus collocari, nam id quādoq; in diuersis prædicamentis contingit. Exēpla in hoc genere sunt.

    Enarthroseos. Tali os cum osse cymbā referente, et tertium os brachialis, cū primo & secundo eiusdem.

    Arthrodiæ. Tarsi ossa inter se, cyboides cum calce, et quædam ossa brachialis inter se.

    Ginglymi. Tali os cum calce, & nonnulla item brachialis ossa inter se.
- *Per Symphysin, quæ est ossiū inter se coniunctio, siue vnio sine motu. hanc nobis visum est diuidere in*
  - *Suturam*
  - *Gomphosim*
  - *Harmoniam*

  Sutura ea compositio est, quæ in capite habetur in serræ modum, vt est sutura coronalis, sagittalis, & labdoides.

  Gomphosis est, cum ad instar claui os ossi infigitur: vt sunt dentes in maxillis.

  Harmonia est ossium structura per simplicem lineam: vt sunt commissuræ maxillæ superioris, & ea præcipue, quæ in naso habetur quæq; secundum longitudinem palati fertur.

Omnia hæc inuicem committuntur.

Synchondrosi,	*Syssarcosi,*	*Syndesmosi,*
quæ est oßium vnio per cartilaginem facta: vt videre est in osse pubis, pectoris, et ilei, qua sacro connectitur.	*quæ est oßium coniunctio appositione carnis resultans vt inter dentes, et maxillas cernitur, atq; etiã in articulis, quos musculi circundãt.*	*quæ est eorundem per ligamẽtum compositio, vt in articulis patet.*

Plura sequenti capite vtriusq; generis exempla adducemus, vbi explicanda nobis est huiusce nostræ diuisionis ratio, quanquam illa paßim occurrent in vniuersa oßium tractatione.

CAPVT IIII.

Cur in ossium diuisione neq; Galenum in omnib. neque Vessalium sequatur.

NE forte quispiam admiretur, quòd in superiore diuisione neq; Galenum, neque Vessalium in omnibus sequuti sumus, ratio reddenda est, quamobrem ab illis dissentiamus. Nam licet Galenum tanquam numen veneremur, Vessalioq; in dissectionis arte plurimum tribuamus; vbi cum rei natura consentiunt: tamen cum aliquando videamus rem aliter multo se habere, ac ipsi descripserint; veritas eadem, cui magis addicti sumus nos cogit ab illis interdum recedere. A Galeno itaq; nunc discedo, quoniam definiẽs Synarthrosim, coarticulationem esse dixit ad motum quamuis obscurum, cuius deinde veluti species enumerat Suturam, gomphosim, & harmoniam, quæ omni prorsus motu carent. Præterea Symphysi tantum adscribit coniunctiones illas, quæ media cartilagine, aut ligamento, aut carne fiunt. Cum tamen articuli quoque omnes ligamentorum ope vniantur, quos ad Symphysim referre non decet, quando ille hæc sibi inuicem opponit, per articulum, ac per Symphisim. Postremo cum asserat fungosa, ac mollia ossa nullius rei interuentu connecti; & aperte videamus ossa pectoris præcipue & sacrum os constituentia fungosa, & mollia per cartilaginem vniri. Addo quod in introductorio, siue medico, maxillæ superioris vnionem sub Symphysi ponit, quam in libello de osibus ad harmoniam retulit. Dicendum itaq; aut harmoniam speciem esse non Synarthroseos, sed Symphyseos, sicuti nos fecimus, aut artem illum in hoc confudisse. Sed hactenus de Galeno: ad Vessalium trãseo, qui symphysim cum gomphosi, sutura, atq; harmonia connumerat quatuor efficiens differentias eius structuræ, vnde nullus omnino motus prouenire solet. At rectius poterat Symphyseos nomine genus intelligere innominatum, quod tres illas sub se differentias comprehenderet. Quòd si diligentius structuram ipsorum osium consideremus, alia profecto videbimus ita coalescere, vt connata prorsus videantur, alia coniuncta, & colligata rectius appel-

Galeni error vel contradictio potius.

Galeni error alius

Gal. error tertius.

Galeni error quartus, vel contradictio potius.

Vessalij error.

Ex ossibus alia cũ alijs cõnata, alia coniuncta videntur.

10 20 30

lari. Quæ connata sunt, ea sub Symphysi ponenda videntur, sicuti etiam ipsius uis vocabuli præ se fert. Vbi autem ossium compositio ad aliquem motum facta est, ad articulum non referri non potest. Cum igitur quæ per gomphosim, harmoniam, suturamq; vniuntur, eiusmodi sint, cuiusmodi Symphysim esse diximus, quid obstat cur sub symphysi, veluti sub natura quadã communi non reducantur? Iam vero cum Vessalius ita distribuat ossium commissuras, vt alteram fieri dicat alicuius partis ope, alteram nullius (pace tanti viri dixerim) falsa, & rationi minime consentanea protulit. Nam si quid ego in cadauerum dissectionibus diligenter obseruaui. id vnum præcipue fuit, vt aliquando certo scirem, an vsquã reperiri posset ossium vnio, siue compositio nullius medij beneficio: quod equidem (vt ingenue fatear) nusquam inuenire potui. sed mihi vel caro, vel ligamentum, vel chartilago semper occurrebat. Exemplum vero quod de appendicibus attulit, absurdum mihi, ne dicam perridiculum, videtur. Etenim vt appendices in natu grandioribus adeo coalescant, vt discernere nequeas, an partes sint ipsorum ossium, quibus adnatæ sunt; non ex eo tamen sequi debet nullius partis ope fuisse coniunctas, cum per chartilaginem vnitæ fuerint: quanquã ea temporis progressu tandem exiccetur, atque aboleatur. Quocirca aliam diuisionis formam excogitauimus hoc pacto. Primum diuisimus genus. Humani s. corporis diuisionem in articulum, ac Symphysim. quid esset Symphysis, ex superioribus patuit. Articulus græcis ἄρθρον est ossium compositio alicui motui destinata, (quanquam Hippocrates arctius articuli nomen acceperit, pro ea commissura, in qua pars aliqua ossis rotunda, caput inquam, in proximum ossis alterius sinum committitur) nos articulum naturalem ossis compositionem omnem vocabimus uoluntarij motus gratia factam, siue is motus euidens fuerit, ut femoris ad os coxendicis, & capitis super collum, siue obscurus, ut postbrachialis ossium ad ossa brachialis: & calcis cum talo, atque aliorum id genus, de quibus alibi dicetur. Ergo pro duplici motu duas articulationis differentias constituimus, alteram, in qua neminem motus latere potest, Diarthrosim, alteram in qua difficilis est exploratu motus, Synarthrosim uocantes. Rursus utrãq; speciem subdiuisimus tres differentias unicuiq; tribuentes, nomine easdem, illa tamen ratione disiunctas, qua differunt ipsorum genera. licet enim enarthrosim tam sub diarthrosi, quàm sub Synarthrosi collocemus, non est tamen utrobiq; eadem: nam diarthrosis motũ perspicuum includet, quæ uero incerti, obscuriq;

Marginalia: Vessalij error. — Os quodcunq; cũ alio vnitur media carne vel ligamẽto vel cartilagine. — Vessalius male putat appendices nulla re media ossibus vniri. — Cartilagines apẽdicum tandem abolentur. — Propriæ diuisionis ossium compositionis causam reddit. — Ἄρθρον. i. articulus quid sit. — Articuli nomine quid intelligat Hippocratis. — Motus perspicui exempla. — Motus obscuri exẽpla. — Diarthrosis quid. — Synarthrosis quid. — Nõ est eadẽ Enarthrosis sub diarthrosi quæ sub Synarthrosi.

motus fuerit, ea sub Synarthrosi ponetur. Id quod in cæteris duabus seruandum erit. Enarthrosim itaque esse dicimus, cum sinus altus, atq; profundus, quem acetabulum supra uocauimus, caput osis longum, ac rotundum excipit, quæ articulationis species facile apparet in coxendice, & femore, in humero cum scapula, & postbrachialis, ac pedij cum primis digitorum osibus. Atq; hæc exempla illam enarthrosim explicant, quæ diarthroseos species est: siquidem in his non modo manifesti motus, sed omnes etiam motuum differentiæ deprehenduntur: in talibus enim articulis planisime cernimus extensionis, ac contractionis motum ad latera, nec non etiam in circulum. multæ insuper aliæ dantur huiusmodi articulationes, de quibus cum usu uenerit, separatim agemus. Verum ut facilius intelligatur, quid intersit inter enarthrosim sub Diarthrosi positam, & eam, quæ ad Synarthrosim pertinet, intueamini articulationem tali osis cum osse cymbam referente, & septimi osis brachialis, cum primo, & secundo eiusdem: Hæ namq; articulationes, quamuis eo modo fiant, quem Enarthroseos definitio præscribit, non ad Diarthrosim tamen, sed ad Synarthrosim referendas iudicabitis: motus enim obscurisimus est, & nisi multa diligentia adhibeatur, vix animaduerti potest. Arthrodia ea est osium coniunctio, quorum alterum capite sit depresso, alterum sinum habeat lenem, ac planum, quem glenem appellant, alterius, quod suscipiendum erat, capiti respondentem, in quo difficile est dignoscere caput ab ipso sinu, contra quàm accidit in enarthrosi: quo fit, vt non ita euidens sit motus in Arthrodia, qualis in enarthrosi. Verum in ipsa Arthrodia motus datur alio euidentior, quãquam omnes parum sint euidentes, vsq; adeo, vt qui minus euidẽs sit, obscurus penitus esse videatur, si cum euidentiori comparaueris. Manifestioris motus Arthrodia, species erit Diarthroseos, obscurioris autem Synarthroseos. Prioris exempla sunt in ea coniunctione, quæ fit costarum cum vertebris, & earundem procesibus. Sensui etenim patet costas cõstringi, ac dilatari, qui motus quemadmodum & quorsum fiat, non huius est loci explicare. Sed Arthrodiam paulo manifestiorem animaduertes in articulatione primæ vertebræ cum secunda, ac etiam radij cum cubito: obscurioris autem Arthrodiæ exempla sunt ossa postbrachialis cum brachiali, in quibus tamen motus quoquo modo obseruari potest: nam si ad pollicem minimum digitum sensim adduxeris manum ipsam inflectendo, plane conspicies postbrachialis ossa, quæ alioqui manu porrecta, atq; in planum extensa, planam, ac rectam figuram obtinebant,

Enarthrosis quid.

Enarthroseos sub diarthrosi exempla.

Enarthroseos sub Synarthrosi exẽpla.

Arthrodia quid.

In Arthrodia differt motus a motu per magis & minus obscurũ.

Arthrodiæ sub diarthrosi exempla.

Costæ cõstringuntur & dilatantur.

Arthrodiæ sub Synarthrosi exemplum primum.

Qui motus sit proprius osiũ postbrachialis.

tinebant, circumduci, atq; obliquari: qui motus proprius est ipsorum postbrachialis ossium, at multo aptius obscuram artrhodiam, exprimunt tria ossa tarsi, quæ cum nauiformi committuntur: & cyboides cum calce, ac etiam nonnulla alia, in quibus etsi motus aliquis omnino sit, est tamen obseruatu valde difficilis. Ginglymos tertia articuli species est, vbi mutuus fit ossium congressus, ita quòd in alterutro extant partes prominentes, quæ alterius sinum exposcant, partesq; illæ gibbæ, ac protuberantes vnius ossis in alterius sinum immittuntur, & huius cauæ partes illius gibbas excipiunt. Itaque fit vtriusq; partis mutuus ingressus. Hæc articulatio in motu manifesto, & obscuro inuenitur: manifestus, & euidẽs ginglymos erit femur cum tibia, cubitus cum humero, & alia, obscurus vero tali cum calce connexus, & ossium brachialis: in quibus, si recte animaduerteris, articulationis formam offendes. Atq; hæc hactenus de articuli partibus, ac differentijs. Nunc symphysim persequamur, quæ ossium structura omni penitus motu, cum obscuro, tum etiam manifesto caret. Huius tres differentias diximus. Suturam, Gomphosim, & Harmoniam: in his enim nemo vnquam motum deprehenderit, quanquam non defuerunt, qui ausi sunt affirmare cranij ossa, quæ per Suturã committuntur, moueri motu, (si Dis placet) manifesto, inani specie meo iudicio delusi. Cum enim cernerent frontis, capitisq; cutim, quæ crassa est, & musculosa, alte, atq; insigniter in aliquibus moueri, motum illum ex ossium dimotione proficisci existimarunt: quemadmodum siquis nasi ossa, quæ per harmoniam vniuntur, motum edere, cum narium pinnas moueri viderit, arbitraretur. Neque enim credendum est suturas capitis laxari, atque ita mouendis ossibus ansam præbere, quæ alioqui adeo compacte inuicem inhærent, vt nulla vi laxari possint, nisi quis scalpello diuellere, aut frangere tentauerit, adeo vt in nulla Simphyseos specie motum inesse plane perspiciatur. Sed ad singulas ipsius species deueniamus. Sutura, quæ Græcis ῥαφὴ dicitur, consutarum rerum similitudinem præsefert, vel contrarij serrarum occursus, quo mutuum ingressum faciunt, quãdo dentatæ vnius partes, alterius sinibus occursant. quidam etiam vnguium commissurarum exemplum addunt, non quod mutuo sese respiciant, sed interstitia illa occupent, ac stipent, quæ inter digitorum vngues resident. At propius ad rei naturam accedere videntur, qui serrarum, quàm qui vnguium similitudinem in mediũ afferunt; quandoquidem illa rara admodum est, hæc autem frequentissima: cuiusmodi tres sunt in capite. Suturæ, quæ in senioribus

2

3

Ginglymos quid.

Ginglymi sub diarthrosi exempla.

Ginglymi sub Synarthrosi exempla.

Simphysis quid.

Simphyseos diuisio.

Causa erroris existimantium ossa cranei moueri.

Ad motum pinnarum nasi eius ossa non mouẽtur.

Caluariæ Suturæ vix scalpello diuelluntur.

ῥαφὴ.i. Sutura vnde dicta.

Suturæ tres capitis, in valde senibus vix sunt conspicuæ.

10 20 30

Sutura στεφανεία quæ.
Sutura λαμβδοειδὴς quæ.
Sutura ὀβελαία quæ.

ribus appendicum more coalescunt, vt vix vestigia appareant: in iunioribus autem maxime sunt conspicuæ. Vna quidem in sincipite στεφανεία dicta, altera vero in occipite dicta λαμβδοειδὴς, tertia medio uertice recta, ὀβελίαια, quasi sagittalis, de quibus suo loco latius agetur. Non me latet apud aliquos plures tribus suturas dari, qui voluerunt squamosa temporum ossa per suturam copulari. Equidem non negarem in quibusdam caluarijs talia ossa dentatim esse resecta, ut facile conijcere posis instar serrarum esse coniuncta, sed id in paucissimis, ac in superficie tãtum ipsorum osium obseruaui. Quamobrem uera talium osium unio, ut in pluribus ad Harmoniã potius, quàm ad suturam referenda uidetur. est autem harmonia osium structura per simplicem lineam, vbi s. neque adsunt sinus, neque tubera, & nonnunquam ne asperitates quidem reperiuntur: quod tamen non tollit, quin veteres suturarum voce harmoniam quandoque intellexerint: cum videlicet ossa rupta sibi mutuo per harmoniam occurrunt; quamquam hic occursus non adamussim per simplicem fit lineam: Adsunt enim asperitates quædam sese mutuo ingredientes: ideo mixta potius est vnionis forma harmoniæ, suturæq; particeps. Verum id obiter sit dictum, quando sermo institutus est, de naturalibus osium compositionibus, non de ijs, quæ casu, vel arte, licet natura præuia fiunt. Simplici ergo linea, atq; harmoniaca vniuntur nasi ossa, & illa, quæ palatum constituunt, ac secundum totam ipsius longitudinem feruntur. Huiusmodi etiam sunt reliquæ omnes maxillæ superioris commissuræ, cuius ossa sola linea distinguuntur. Porro Gomphosis in solis dentibus locum habet. ita enim illos infixos in maxillas videmus, quemadmodum claui ligneis tabulis, quibus reuulsis inania foramina conspiciuntur: sic dentes suos habent alueolos, ex quibus extrahi solent, cum usu uenit. In uiuo capite non ita apparent, siquidem carne obducuntur, aut gingiua contracta replentur, quæ subinde callosa fit, atq; ita indurescit, vt dentium munere plærunque fungatur. At inde mortui caluaria nuda, atq; exiccata conspicui sunt in maxillis alueoli, è quibus leui opera dentes educuntur. Iam uero cum ossa omnia alicuius rei beneficio componantur, licet alijs aliter uideatur, rursus affirmamus ossa inter se tribus medijs iungi: Aut enim intercedit cartilago, quã unionem græci Synchondrosin appellant, aut nerui, ligamentíue ope coniunguntur, Synneurosisq; dicitur (nerui enim nomine ligamenta quoq; veteres intellexerunt) sed tamen differunt, ac rectius dixeris ligamentum, quod Græcis Syndesmos est, & propterea Syndesmosis: aut carnis appositione

Ossa squamosa cũ vniuntur per Suturam Sutura nõ est profunda.
Ossa squamosa vt in pluribus vniũtur p harmoniã quàm per Suturam.
Harmonia quid sit

Suturę nomine veteres quandoque harmoniam comprehenderunt.

Ossa fracta vniuntur forma quadã harmoniæ, & Suturæ participe.

Harmoniæ exempla.

Gomphoseos exẽplum.

Alueoli dentium.

Maxilla quandoq; instar ossis indurescit callo, itaq; dentis munere fungitur.

Synchondrosis q̃d significet.
Synneurosis quid,
Nerui nomine ligamenta cõprehenderunt veteres.
Syndesmosis quid.

10 20 30

positione vnio ipſa fit, & Græco nomine Syſſarcoſis nuncupatur. Synchondroſi copulantur pubis, ac pectoris oſſa, vertebræ ipſæ, & partes ſacrum os conſtituentes, & quæ cum ſacro committuntur, ac demum appendices ſuis oſsibus per cartilaginem, iunguntur. Synneuroſi componuntur omnia illa oſſa, in quibus cernere eſt ligamenta, quæ per eam partem prodeunt, qua ſolent appendices ſuis oſsibus adhæreſcere. Talibus enim ligamẽtis inueſtiuntur oſſa ad articulos colligandos. Prominent quoq;, atque enaſci quodam modo videntur valida ligamẽta in medijs quorundam oſ-10 ſium capitibus, per quæ ſuis ſinibus vinciuntur, vt tenacius inhæreant, qualia extant in articulatione femoris cum coxendice, atq; etiam inter femur, & tibiam, neq; alibi reperire licebit: niſi addideris ligamentum, quo dens ſecundæ ceruicis vertebræ occipiti nectitur. Carne autem veluti glutine quodam firmantur dentes in ſuis alueolis, idq; per Syſſarcoſin fieri dicitur, ſemotaq; carne neq; cohærere, neq; ſtare vllo modo poſſunt. Ariſtoteles exiſtimauit articulos quoque per carnem vniri, vbi ſcilicet aſsideant muſculi circundantes, & valli inſtar illos munientes: cuius ſententia, ſi cui forte arrideat, non multum laboro. Sed hæc de diuiſione com-20 poſitionis oſsium ſat ſunto, ad ſingula deſcribenda accedamus.

Syſſarcoſis quid.

Synchondroſeos exempla.

Synneuroſeos exẽpla.

Ligamenti ex oſſium capitib. enaſcentis exempla.

Syſſarcoſeos exemplum.

Ariſtotelis opinionem de vnione articulorum per Seſſarcoſim neq; laudat, neq; vituperat.

De Capitis oſsibus, ſiue Caluaria. Cap. V.

A Capitis Oſsibus exordiemur, quoniam caput in corpore principem locum tenet, quòd in eo reſidet cerebrum, cui principatus iure optimo debetur: quamquam Ariſt. multo aliter ſenſerit: & quòd hinc humanæ fabricæ deſcribendæ initium recte ſumi poſsit, vt à nomine ipſe capitis, quaſi principij cuiuſdam admonemur. A capite igitur exorſi, illud primum pro virili diſcu-30 tiamus, quod diu præclara ingenia fatigauit, oculorúmne, an cerebri cauſa caput natura conſtruxerit? Oculorum gratia factum ſenſit Galenus, poſtquam ſcarabeorum, cancrorum, ac quorundam aliorum id genus animalium oculos eſt contemplatus, quibus cum nullum adeſſet caput, in quo tanquam in arce ſumma oculi collocarentur, vnde longius proſpicerent, proceſſus quoſdam natura largita eſt, qui capitis vicem gererent. Veruntamen capitis figuram recte conſiderantes ſecus iudicabunt. licet enim Galeno concedatur neceſſarium fuiſſe in ſuprema parte corporis, ceu in altiſsima ſpecula oculos conſtituere, atq; illos ideo, capitis ſedem ſibi tanquam propriam aſciſcere, in cuius ſinibus manerent vndiq; tecti,

Cur oſſium anatomen à capitis oſſibus incipiat.

Cerebrũ eſt princeps membrum totius corporis contra Ariſtot.

Quæſtio vtrum caput ſit gratia oculorũ vel cerebri.

Gal. opinio oculorum gratia cõditum caput.

Galeni impugnatio.

tecti, ac muniti: ne ab externis iniurijs læderentur; non propterea tamẽ fatendum fuerit ad hos tantum vsus caput ipsum ea magnitudine, ea figura, totque oſsibus fuiſſe conſtructum. quam formam quis non videt cerebri etiam gratia fuiſſe conditam? Immo vero cerebri potius quàm oculorum? quid enim obſtabat cur ſummus opifex caput in duos duntaxat prominentes proceſſus diduceret, in quibus oculi tanquam ſpeculatores inſiderent, atque hos ipſos quemadmodum in cancris duriores efficeret? vel ſi molliores omnino futuri erant, quales humani, alia præſidia, ac munimenta pararet, per quæ tutiſsimi ab externis incommodis redderentur. Mihi igitur nũquam fiet veriſimile oculorum cauſa caput fuiſſe cõditum. ad cerebrum potius talem formam ſpectaſſe crediderim, nempe ad illud, quod futurum erat domicilium rationis, qua ratione homo diuinum propemodum animal iudicatur. eſt enim virtutum omnium, animaliumq; facultatum regina, cui vt præſto eſſe poſſent ſenſus omnes veluti ſatellites, ac miniſtri: in ipſo capite, ſuas ſinguli ſedes obtinuerunt. quod quàm appoſite factum fuerit, ſuo loco explicabitur. Cumq; ſentiendi vis per neruos deferatur; quorum fontem, atq; originem eſſe cerebrum cum Galeno opinamur; quis non videt maiorem ineſſe cerebro quàm ſenſibus dignitatem, cum à cerebro ſenſus dependeant, non à ſenſibus cerebrum? Cerebro vero caluariç formam inſeruire ex eo maxime patet, quòd pro eius figuræ diuerſitate cerebri conſtitutionem phyſici perſpectam, atque exploratam habent. Sed ad alia vtiliora properamus. Capitis oſſa neque prorſus ſunt ſolida, neq; omni ex parte fungoſa, rara, ac pumici ſimilia; ex hoc enim fragilem naturam, & leuiſsimç cuiq; iniuriæ obnoxiam ſortita eſſent: ex illo vero onere ſatis moleſto premerentur. Præterea huiuſmodi ſubſtantia minime tranſpirabilis eſſet, ſicuti expediebat. caput nanque futurum erat veluti operculum quoddam ebullienti vaſi ſuperpoſitum, non ſecus atq; calidæ domus tectum. Multis itaq; vaporibus, atque excrementis continenter ad cerebrum aſcendentibus, niſi exitus pateret, vt reliqua omittam incommoda, nemo diuturnam ſibi vitam polliceri poſſet. Iccirco prouida natura perforatam eſſe voluit caluariam, varijsq; ſuturis diſtinctam; vt purgando à recrementis cerebro nuſquam occaſio deeſſet. Quòd autem ſuturæ hunc vſum inter cætera præſtent, præter authorum probatiſsimorum, ac præcipue Galeni teſtimonium, nos etiam ipſa experientia docuit, vt mox audietis. Patauij ſuperioribus annis iuuenem quendam propinquorum voluntate ad me delatum domi in magna amicorum corona ſecui,

Marginal notes:

Probat caput factum potius gratia cerebri quàm oculorum.

Cancrorum oculi duri.

Cur cerebri gratia conditũ caput.

Ratio eſt virtutũ omnium regina.

Cerebrum eſt origo neruorum.

Cerebrũ dignius ſenſibus.

Cerebro cranium inſeruire.

Capitis oſſa qualia.

Capitis oſſa cur non fungoſæ.

Capitis oſſa cur ſolida omnino non ſunt facta.

Capitis ad ollæ operculum comparatio.

Cur caluaria ſuturis diſtincta ſit.

Hiſtoria iuuenis mortui ob dolorem capitis, in

ſecui,qui diutino capitis dolore vexatus nullis remedijs ſanari potuerat: in cuius caluaria vix ſuturarum veſtigia apparebant adeo compacta, vt in unum coacta capitis oſſa viderentur. Quamobrem pro comperto omnes, qui tum aderant habuerunt, non aliunde ingentem ac fere continuum capitis dolorem profectum eſſe, quàm ex arctiſsima illa oſsium compoſitione, ex qua nullus exitus patebat fumidis illis, craſsiſq; vaporibus, qui & perpetuo doloris cauſa fuerant, & tandem mortem intulerant. Sed neq; ſemel id mihi contigit experiri: complures etenim ſecui, qui dum viuerent, in frequentem capitis dolorem incidere ſolebāt; in quorum caluarijs exiguas ſuturas, & eas coagmentatas inuenimus; neq; in viris modo; ſed etiam in muliere: quod mirum fuit, vt vix credibile. nudatum enim, ac decoctū illius caput fere ſine ſuturis offendimus. et hæc pariter multo, magnoq́; capitis dolore quàm diutiſsime affecta, atq; afflicta, poſtremo phreneſi laborauit, & mortua eſt. Certiſsimum ergo argumentum nobis erit capitis ſuturas non modo conferre ad ſalutem corporis tuendam, verum eo plus conferre, quo maiores, laxioreſq; fuerint. Quare Cornelij Celſi ſententiam ego nunquam approbare potui aſſerentis capita ſine ſuturis non modo validiſsima eſſe, ac firmiſsima: ſed etiam ab omni penitus dolore immunia; eaq; reperiri in calidis, & æſtuoſis regionibus. Nam ille extrinſecas tantum cauſas caput lædentes animaduertit. Quod ſi Celſi uera eſſet ſententia, imbecilliora eſſent capita, & ad patiendum promptiora, quæ inſignes ſuturas haberent, quàm quæ aut exiguis eſſent prædita, aut eiſdem prorſus carerent. Cum uero contra res habeat, maiuſq; impendeat damnum ipſi cerebro ab internis fuliginoſis recrementis, quàm ab externis noxis, concludendum eſt à dolore longe tutiora eſſe capita ſuturis amplioribus, quàm ijs ipſis deſtituta, aut exilibus admodum, arctiſsimiſq; interſecta. Præterea cum cranium ſit veluti galea quædam, ac propugnaculum cerebro, primo illud conſidera carne, ac cute quàm parum munitum fuiſſet, niſi obducto etiam oſſe, quod duriſsimum, ac denſiſsimum eſſet. Deinde cum caput alioqui oſſeum graui aliquo ictu percuſſum labefactari, frangiq; poſſet, ideo multiplex fieri oportuit, ut ſi quando pars aliqua frangeretur, aliæ partes integræ ſeruarentur; cum ictus ille longius protendi nequeat, quàm quò fines percuſſæ partis pertinent; quod ſecus eueniret, ſi ex vnico oſſe caluaria conſtaret. id quod exemplo facili perſpicuum fiet, ſi lapide, aut ligno fictile vas, vitreúmue feriatur: ſæpe enim contingit, vt vna parte contuſa, ſciſſura ad alteram vſq; permeet: vt pene totum ipſum vas abrumpatur. Oſſa igitur capitis ſuturis non

quo ſuturæ non erant cóſpicuæ.

In viris & mulieribus capite mire dolentibus ſuturas augmentatas inueni.

Capitis Suturæ quo maiores eo meliores.

Cornelij Celſi opinio de bonitate capitis abſq; ſuturis reprobatur.

Caput ampliorib. ſuturis eſt dolori minus obnoxium.

Cur craneum oſſeum.

Cur os capitis multiplex.

Cur ſuturas habeat caput.

Prima ratio.

2

3

περικράνιον gignitur à dura membrana.

Aristot. opinio de canum caluaria absq; suturis refellitur.

In Perside caluarias suturis carere falsum est.

Appendices in valde senibus non possunt ab ossib. separari.

Suturæ in valde senibus aliquando deperduntur.

Ossium partes aliquæ in pueris ob mollitiem cartilagines videntur.

Caput quid significet.

Capitis vsus.

Capitis figura.

Caluariæ substantia cur non sit aspera.

Cur media pars ossium caluariæ fungosa est.

Cur ossa capitis sunt crebris foraminibus prædita

iniuria distincta sunt, vt illud iniurijs minus pateret: Suturæ autem non illud solum præstant, ut per ipsas trāsmitti possint fumida recrementa, sed etiam ut prohibeant, ne vnico ictu nisi illud grauissimum sit: petita caluaria vndiq; confringatur .Ad has vtilitates accedit tertia, vt scilicet inde pendeat interna membrana, quæ durior est: ac rursus per easdem suturas effusa, membranā alteram ex se gignat, quæ conuexam caluariæ partem circundat, & ideo, à Græcis περικράνιον dicitur. Sed de hac posterius. Illud interim non omittendum Aristotelem falso tradidisse canum capita continua, ac sine suturis existere, cum vel lippi ipsi cernant in canum caluarijs insigniores, 10 atq; elegantiores suturas, quàm in humanis apparere. Consimile illud est, quod quidam litterarum monumentis tradidere, homines caluarijs continuis, nullisq; suturis distinctis in Perside reperiri. At nos eandem in eadem specie naturam semper esse existimamus: neq; magni æstimamus, si in aliquibus indiuiduis aliquid euariet. Etenim quamuis conspicabimur eorum, qui diutissime uixerunt, appendices; atq; illas in ossium, quibus adnatæ fuerant, portionem abijsse plane perspiciamus, adeo vt neq; separari, neq; dignosci queant: suturas itidem in senum capitibus plærunq; abolitas, ac deperditas: tamen negandum nullo pacto est appendices dari, vel sine suturis cal- 20 uarias esse: quemadmodum in infantibus partes aliquæ tenerrimæ cartilaginis naturam sapiunt, neque dum osseæ, nisi aliquot post mēsibus fiunt. Ecquis autem dicere audeat partes easdem, non ossa verum cartilagines esse? Sed ad rem redeamus. Caput cum dicimus: partem supremam nostri corporis intelligimus oculorum, cerebriq; gratia factam, cuius figura naturalis rotunda, oblongaq; esse debet, nempe ad oblongæ sphæræ vtrinq; depressæ similitudinem; eam ab vtraq; maxilla distinguimus, & modo caluariam, modo cranium appellamus ex pluribus ossibus, vt supra attigimus, merito constructum, atq; ex ijs, quæ interius, atq; exterius densam, & le- 30 nem superficiem haberent, cum meditullium fungosum sit, ac pumici persimile. Nam si substantiam vndiq; asperam adepta essent, nihil impedimento futurum erat, quo minus adhærentes membranas læderent, atque eroderent: cauernosa vero inter vtranq; squamam ossa capitis extiterunt: non modo vt leuiora forent, sed etiam vt medullam continere possent, suum ipsorum pabulum, ac nutrimētum. Perforata uero sunt crebris foraminibus exiguis illis, nullumq; ordinem seruantibus, ut per ea pateat aditus uenulis, atque arteriolis, quæ sanguinem pro alimento, spiritumq; pro calore fouendo, ac uita conseruanda deferunt. Hoc autem interstitium pumicosum cau

sa fuit

ſa fuit, vt non nulli dixerint ex duobus parietibus caluariam conditam eſſe, quas tabulas vocant, duas illas cruſtas, ſeu ſquamas intelligentes, quæ duræ ſunt, & aliquantulum craſſæ, atq; vndiq; ſpongioſam, ac medulloſam illam ſubſtantiam claudunt. Oſſa vero ipſa ſuis vndique ſeiuncta ſunt terminis, quos fere omnes lato vocabulo Suturas nominarunt. de quibus hic nobis agendum eſt, cum plurimum conferant ad capitis oſſa explicanda. Suturarum aliæ ſunt legitimæ, aliæ nothæ, quæ cum potius commiſſuræ quædam ſint, ad harmoniam magis, quàm ad ſuturã referendæ videntur. Octo itaq;
10 omnes ſunt, quinque ſpuriæ, propriæ, ac veræ ſuturæ tres, ex quibus vna eſt, quæ in occipitio, & in eius baſi, qua vergit ad vtranq; aurem, diuellitur, lateq; diſiuncta in ipſo aſcenſu ſenſim anguſtior redditur, atq; in cuneum coit græcæ literæ Λ formam conſtituens, itaq; lambdoidis nomen adhuc retinet: dirimit oſſa ſincipitis, & temporum ab oſſe occipitis. Altera in ſincipite poſita, è regione labdoidis, anteriorem ſupra frontem circuli ſpeciem ambit; & quia vel ſimilis eſt corollæ, vel quia coronæ ibi potiſsimum locari ſolent: Ideo coronalem omnes vocant, & ſtephania à Græcis nominatur dirimens oſſa ſincipitis ab oſſe frontis. Tertia per verticem recta
20 incedit, & quodammodo partem caluariæ dextram à ſiniſtra ſeiungit. Hanc ὀβελιαίαν Græci, nos ſagittalem, & rectam appellamus. ῥαβδοειδῆ quoque vocant, cum virgæ ſimilitudinem referat. Et ea eſt quam Galenus in libello de oſsibus ſeruari ſemper affirmat: vbi ex profeſſo agit de varijs capitum figuris. Reliquas vero duas teſtatur deleri, aliquando ambas, aliquando alterutram tantum. Ego vero (pace tanti uiri dixerim) vtrumq; falſum eſſe affirmare auſim, ſexcenta millia capitum inſpicere manibusq; attrectare mihi per otium licuit multis in locis, ac præſertim Florentiæ in Diuæ Mariæ Nouæ ampliſsimo Xenodochio, ubi per innumera propemodum ſecula
30 demortuorum oſſa in elegantiſsimas ſtrues digeſta ſeruantur: necnõ Romæ in communi gentium omnium cœmeterio, quem Campum Sanctum nominant; & tamen ne vnum quidem cranium cernere potui, quod figura non naturali conſtaret, aut cui Sutura illa deeſſet. Sciendum autem, ut ſupra attigimus, caput eam figuram à natura obtinere: ut ſphæram utrinq; leuiter compreſſam referat: ita ut in longum aliquo pacto protuberet. ab hac autem forma nonnullas euariare comperies, ut modo uertice ſint acutiore, ac magis faſtigiato, modo fronte prominentiore, modo preſsius contracta, quod pari etiam ratione de occipitio dici poteſt. Lateribus item conſtat modo magis, modo minus compreſsis, quæ tamen formæ omnes

Duo caluariæ parietes.
Tabulæ oſſium capitis.
Duæ cruſtæ & ſquamæ caluariæ quæ Suturæ quę dicant
Suturarum cognitio in oſſium capitis explicatione neceſſaria eſt.
Suturarũ diuiſio.
Suturæ nõ legitimæ ſunt harmoniæ.
Suturarum numerus.
Labdoidis Suturæ deſcriptio & vſus.
Coronalis Suturæ deſcriptio & vſus.
Sagittalis Suturæ nomina, deſcriptio, & vſus.
Galen. lib. de oſſibus ſeruari ſagittalem in omni capitis figura.
Gal. opinio de capitũ diuerſitate in ſuturis experiẽtia ducere probatur.
Sanctæ Mariæ Nouæ hoſpitale Florentiæ.
Campus Sanctus Romæ.
Capitis figura naturalis quæ.
Capitis figura varia ſuturarum nõ variat numerum.

naturales ſunt, neq; adeo differunt, ut has naturales, illas non naturales appellauerit, ſeruariq; in his ſemper cognoſces ſuturas omnes, licet hæ quoq; nonnihil diſcrepent. Atq; ut prætermittamus, quòd in aliquibus grandiores, ac laxiores appareant, in aliquibus exiles, & compactę magis: quemadmodum ſupra diximus: illud eſt tamen adnotandum, in quibuſdam caluarijs tum uirorum, tum mulierum quicquid alij dixerint, ſagittalem ipſam per mediam frontem, uſque ad naſi ſummum deſcēdere: ſed hoc raro admodum accidit. Quamobrem uix ſatis mirari poſſum Ariſtotelis diligentiam, qui differentiam in uiris, & mulieribus quo ad ſuturas, quæ nulla eſt, obſeruauit. Sequuntur duæ ſuturæ in decliui capitis longitudine ſitæ, à ſagittali æque diſtantes, quæ ab extremitate deſcendentis coronalis circulari quodam ductu ſupra aures feruntur, & in quibuſdam humillimam labdoidis ſedem pertingunt, in nonnullis uero os mammillare non tranſeunt, à qua non magni refert, ſi alios anatomicos ſequētes principium ſumamus harum ſuturarum. Sat enim eſſe debet, ſi cum rei ueritate deſcriptio conſentiat. Hæ duæ ſuturæ utrinq; ſcilicet una, cum ſquamoſa oſſa conſtituant, atq; conglutinent, ſquamoſæ & ipſæ dicuntur, oſſa uero hæc ſquamoſa merito nuncupantur, quoniam inſtar ſquamarum componuntur. Quod enim exterius ab aure aſcendit, paulatim attenuatur; quod uero ſubeſt, deſcendendo fit tenuius, ut alterius pars tenuior parti alterius craſsiori incumbat, & æquali proportione hinc inde agglutinetur. Hæc forma tibi facile occurret: Si piſcium ſquamas, aut ferreas loricæ laminas alijs alias incumbentes & inhærentes intueberis. Verum prius quàm ab his oſsibus diſcedas, illud adnotabis, quod extrinſecus aſſidet, illo durius eſſe multo, quod eſt ſuppoſitum, cum illi natura hoc ipſum tanquam propugnaculum conſtituerit. Quinq; ſuturæ iam explicatæ ipſius capitis ſunt propriæ: Sexta ſutura illa erit, quæ ab extremitate labdoidis deducta per medium lapidoſorum oſsium fertur tendens ad capitis baſim, ubi caput prima cum uertebra iungitur, quam partem Galenus additamenta labdoidis ſuturæ nuncupat. Inde itaq; incipiens ſexta ſutura ſurſum utrinq; repetit ad caua temporum, uſq; ad fines coronalis, ac reflexa deorſum ad extremos dentes, atq; ad palatum: & ibi capiti, ac maxillæ ſuperiori communis eſt, uniuerſumq; os cuneale in ſe comprehendit. Septima propria os capitis, quod octauum numerabitur: ab oſſe frontis diſtinguit, ab omni parte illud ſeparans. Octaua, & ultima ſutura nobis fuerit, quæ à cauis temporum ortum habet, ubi ſexta, quæ reflectitur: recta incipit deſcendere, ac per mediam minoris canthi regionem, mediamq;

Suturarum differētia.

Sagittalis in viris & mulieribus qn̄que ad nares vſq; deſcendit.

Ariſtotelem irridet qui mulierū Suturam circularem poſuit.

Squamoſarum Suturarum deſcriptio.

Oſſa ſquamoſa cur dicta ſint, & qualia.

Squamoſorū oſſiū figuram alijs exēplis illuſtrat.

Ex oſſibus ſquamoſis cur ſuperius eſt durius.

Suturæ ſextæ deſcriptio.

Additamenta labdoidis quid ſint Galen.

Vbi ſexta Sutura cōmunis eſt cap. & maxillæ ſuperiori.

Septimæ Suturæ deſcriptio.

Octauæ Suturæ deſcriptio.

diamq; oculi orbitam serpit: & ad summum nasum transuersim delata maxillam superiorem à fronte diuidit: at in interna caluaria iuxta basim os cuneale ab osse frontis disiungit. Et hæc de suturis breuiter dicta sint. in quo vnum illud animaduertendum est suturas omnes extrinsecus magis apparentes esse. Intrinsecus enim suturarum imaginem non referunt, sed in harmoniam potius degenerant. Reliquum est, ut tandem capitis ossa explicemus. Osium caluariam constituentium numerus non est idem ubiq; apud Galenum. Nam in libro de osibus sex enumerat, & hoc ei cum Aristotele conuenit: 10 at in XI. de Partium utilitatibus septem esse dixit. Ego uero octo unà cum Vessalio numeraui. Duo sincipitis siue bregmatis. bregma enim dicitur pars superior cranij iuxta suturam coronalem, quæ infantibus, ac nuper natis tenerrima est, paulatim autem durescit, ita ut temporis progressu ossea fiat: Aristoteles obseruauit, pueros non prius uocem dearticulare posse, quàm uniuersa caluaria in os concreuerit. In bregmate, cum adhuc molle est: Sistolem, ac Diastolem plane perspicimus: Id quod nobis optime cõfirmat perpetuo constrictionis, ac dilatationis motu cerebrum donari. Præterea sciendum est uulnera in bregmate accepta lethalia esse solere: os- 20 sa autem hæc illa sunt, quæ inter labdoidem, coronalemq; suturam clauduntur, quæ sagittalis dirimit, atq; intersecat; itaq; utrinq; alterum constituitur, ambo uero descendunt in unionem squamosorum osium, & quadrilateram ferme formam habent, atq; hoc modo circumscribuntur, superiore parte per rectam pene lineam à sagittali, anteriore à coronali, posteriore à labdoide, inferiore autem à squamosis conglutinationibus. Tertium os, quod occiput uocamus, à sutura labdali fines habet, præterquam quod in basi per sextam suturam transuersim incidentem ab osse sphenoide disiungitur. Hoc os partibus constat inæqualibus, alijs quidem crasioribus, alijs uero 30 tenuioribus: in media enim basi crasisimum est, nec non etiam ab eo foramine, per quod in spinalem medullam cerebrum deriuatur, insurgit prominentia quædam, quæ sursum ad summum usq; ascendit: ut ubi os ualidius fieret. Ergo si quando in supinum quis laberetur, minus ex eo casu pateretur osis huius robore munitus. semper enim natura conseruãdi operis sui studiosa ubi maius periculum impendet, ibi quoq; maiora struit præsidia. Cum itaq; ictus occipitis neq; propulsari possent, neq; oculis præcaueri, osis crasitiem munimenti instar esse uoluit: Vt uideatis quàm longe erret Aristot. qui primo de Animalium Hist. infirmisimum, tenuisimũq; osium omnium occiput esse dixit. reliquæ partes ab eo, quod diximus, tuberculo

Suturæ extra conspicuæ sunt, intra vix apparent.

De ossium capitis numero.

Gal. lib. de ossibus

Arist. de Part. Animalis.

Galeni XI. de Vsu Partium.

Vess. opinio de numero ossium capitis laudatur.

Bregma quid sit.

Aristotelis opinio de bregmate.

In Bregmate pueri diastoles & sistoles conspicua est.

Cerebrum mouetur motu dilatationis & constrictionis.

Bregmatis vulnera lethalia.

Bregmatis osium descriptio.

Occipitis circunscriptio.

Cur in occipite prominentia sit.

Cur occipitis os crassisimum.

Arist. opinio 3. de hist. Animal. qd occiput sit tenuissimũ reprobatur.

tuberculo tenuissimæ quidem sunt: sed admodum densæ, ac solidæ, neq; excarnes, siquidem à musculis teguntur posteriorem colli sedẽ occupantibus. In hoc ipso osse cerebellum residet, neq; vllo pacto est inane: sicuti falso asseruit Aristoteles. Vessalius Galenum inquit in calce libelli de ossibus temerę scripsisse in cerebro quoddam os dari, idq; esse processum illum in canibus conspicuũ, qui inter cerebellum, ac cerebrum iacet. Sed falso Galenum citat hoc loco Vessalius, nusquam enim, quod ego viderim, huius ossis mentionem Galenus fecit. Occipitium iam à nobis descriptum non tribus lateribus, vt Galeno placuit, sed quinq; mihi constare videtur; quorum duo prima incipiunt ab infima parte suturæ labdoidis iuxta temporum ossa, & sursum à sutura nunquam declinantes ascendunt, donec ad mucronem eiusdem suturæ coeant. duo vero alia ab eiusdem suturæ calce secundum os mammillare, ac deorsum tendunt vsque ad eam lineam, seu suturam, quæ dirimit occiput à sphenoide, cuius suturæ transuersim deductę beneficio quintum occipitis latus necessario conficitur. Scire insuper licet occiput in adultis vnicum esse: at in pueris ex quatuor, quinq;, & septem ossibus constructum videri. Ad amplum enim foramen, per quod medulla dorsi egreditur, quatuor discrimina apparent, quibus in quatuor partes os ipsum disiunctum dixeris. Ex his autem interstitijs effluit cartilago, quæ ligamenti vice caput primæ, ac secundæ vertebræ connectit, vt moles tanta capitis paruis ossibus firmius hærere posset: de qua articulatione miranda multa refert Gal. lib. de Part. Vsu XII. Sed de his ligamentis plura suo loco dicemus. Illud postremo animaduertendum est ab ipso sinu dorsalis medullę iuxta occipitis basim prominere duo tubera, longa illa quidem, & cartilagine in crustæ modum obtecta, verum minus acuta, quàm censuit Galenus, qui illa corone assignauit, quæ ideo facta sunt, vt immittantur in sinus primæ vertebræ ad capitis articulationem constituendam. Quartum est os frontis, quod simplex atq; vnicum est, exceptis caluarijs quibus recta sutura, siue sagittalis vsque ad summum nasi pertingit, quod tamen raro inueniri diximus. Proinde vnicum os frontis, quale in omnibus fere comprehenditur, circumscribemus. Illud quidem primum coronali sutura à sincipitis ossibus disiungitur, à cuneali autem dissidet ea sutura, quam sextam fecimus, præcipue quæ per temporum caua subiugalibus transiens, & coronalis finibus accedens ad interna penetrat; vbi perspicuum est, quod ponimus discrimen. Tertio seiungitur per septimam suturam ab osse capitis octauo. Vltimo à cuneali, ac etiam à maxilla superiore, cuius interuentu suturæ, quæ à

caui

Aristoteles falso putauit occiput esse inane.

Vessalius falso Galen. citat in lib. de ossibus.

Occiput constat quinq; lateribus nõ tribus vt Gal.

Occipitis laterum descriptio.

Occiput in infantibus nũc quinq; nunc septem ossibus constare videtur.

Occipitis multifidi in pueris vtilitas.

Gal. XII. de Vsu Part. capiti cum prima & secunda vertebra articulationem effert.

Tubera duo in occipite qualia & cur talia.

Tubera duo occipitis non sunt vt coronæ contra Galen.

Os frontis simplex.

Quibus os frontis duplex est.

Ossis frontis circumscriptio.

10

20

30

cauis temporum orta per medias oculorum ſedes perreptat vſq; ad ſummũ naſum peruenit, ubi ſupercilia deſinũt. os frontis craſſum eſt, ſed non æq; ac ipſum occipitiũ, tenuius tamen ſe ipſo redditur, vt in oculorum regione, atq; vbi cum octauo oſſe committitur, ac tandem ſupra ſupercilia, vbi veluti duas in partes diducitur: vt ſinum amplum ibi conficiat ad aerem continẽdum; qui ſinus fere ſemper duplex reperitur, tam ad dextram quàm ad ſiniſtram vergens; quod ita eſſe in publicis, priuatisq; diſſectionibus obſeruaui. hanc cauitatem Galenus ignorauit. Frontis oſsis figura rotunda eſt, qualis ſphę-
10 ræ compreſſæ portio eſſe debet. os iſtud qua committitur cum verticis oſsibus, & ſagittali ſuturæ occurrit, tenuius eſt, & infirmius, neq; mirum eſt, cum in nuper natis pars illa membranea ſit, qualem paulo ſupra diximus eſſe ſincipitis portionem coronali ſuturæ finitimam. Sequuntur oſſa temporum, quæ ſuperiore parte, quam ſagittalem ſpectant. Squamoſis agglutinationibus circunſcribuntur. Poſteriore autem ab additamentis ſuturæ labdoidis, & à ſexta ſutura, quæ infimam quoq; eorundem oſsium partem à Sphenoide, anteriorem vero à maxilla ſuperiore diſiungit: oſſa hæc ad triangularem figuram Galenus reuocauit: Sed ego cum Veſſalio potius cir-
20 cularia dicerem: cum talia maxime videãtur ſuperiore ſui parte, niſi hanc formam multi proceſſus obſcurarent, & primum mammillaris, de quo etiam ſupra meminimus, rupis ſimilitudinem referẽs: Mammillaris ideo nuncupatus, quòd vaccini vberis formam imitetur; græcis μαστοειδὴς vocatur, qui proceſſus non ſolum muſculorum inſertioni deſeruit, de quibus poſtea dicetur, ſed etiam vt intus excauatus amplam ſedem relinquat auditus organis apprime neceſſariam. Ideo vacuum illud intus reperias, ac diuerſis veluti ſpeluncis excauatum. Deinde non procul hinc erumpit proceſſus alter in eiuſdem oſsis baſim implantatus, pertenuis, longus, ac durus, qui diuerſis
30 nominibus donatus eſt pro diuerſarum figurarum ratione, quibus comparatur. Ab acus enim imagine βελονοειδὴς, à ſtyli ſcriptorij ſimilitudine γραφοειδὴς vel συλοειδὴς ac demum à galli calcaris ſpecie πλῆκτρον appellatur, nos vbique ſtyloidem dicemus. cuius nomine, quidam perperam intellexit totam eam partem per quam meatus auditorius in cerebrum ducitur, & hunc Galeni teſtimonio βελονοειδῆ ſeu γραφοειδῆ nuncupari aſſerit. Adeſt quidem proceſſus alius iuxta hunc ipſum in longum protuberans interiore caluariæ parte, in quo effingitur labyrinthus, reflectendis aeris ictibus quàm appoſitiſsimus, auditorium ſinum excipiens: ſed non is eſt, quem acui, aut ſtylo ſimilem eſſe diximus. Ad hos proceſſus accedit quartus, qui portio eſt iugalis

Oſsis frontis ſubſtantia qualis.

Sinus amplus in oſſe frontis ſupra ſupercilia.

Gal. ignorauit cauitatem in oſſe frontis.

Os frontis vbi tenuius & cur.

Oſſa temporum.

Temporalium oſſium figura.

Mammillaris proceſſus etymologia.

Mammillaris proceſſus vſus.

Idem eſt Βελονοειδὴς proceſſus. γραφοειδὴς συλοειδὴς & πλῆκτρον.

Error cuiuſdã de proceſſu ſtyloide

Proceſſus tertius oſſis temporalis deſcriptio.

Proceſſus quartus

ossis temporalis descriptio.

galis ossis, de quo sequenti capite agemus: & ab auris meatu incipit, in primumq; maxillæ superioris desinit, quo cum per obliquam suturam coniungitur, & pontis quodammodo formam constituit superequitantis caua temporum. Ab ortu eiusdem processus iuxta meatum auditorium sinus est altus cartilagine incrustatus, non oscitanter omittendus, in quem inseri, atq; articulari solet processus alter maxillæ inferioris, qui longior est: quem sinum non recte Galenus descripsit libro de ossibus. ponitur namq; inter aurem, & processum constituentem iugalem. Iam vero temporum ossa infra ad basim anfractuosa sunt, & aspera rupes ceu lapideas imitantia, vnde græci λιθοειδῆ quasi petrosa, vel lapidosa vocarunt, supra autem leuigata, & quamuis tenuissima sint, ac præcipue vbi assident musculi, durissima tamen existunt mirabili naturæ prouidentia, cum vix frangi sine certo vitæ dispendio possint. locus admonet ne silentio præteream, quod felicissime cessit prudentissimo, ac doctissimo ætatis nostræ chirurgo Ioanni Antonio Plato cognomento Lonigo, quo præceptore septennium vsus sum, adeo vt quantum in hac medendi arte profecerim: me nunquã pœnitere possit. Hic Patauij puerum in Diui Antonij collegio, qui ex alto cadens temporis os ad ocularis formæ magnitudinem fregerat: miro ingenio, atq; arte sanauit, quamuis certa mortis signa omnia adessent. Eundem ego fortunę, curationisq; exitum in Romano puero sum assecutus. Os capitis septimum varias formas præsefert. propterea græci πολύμορφον id vocauere, quod etiam σφηνοειδὲς alio nomine dicunt, hoc est cuneiforme, quandoquidem inter ossa capitis, superiorisq; maxillæ veluti cuneus quidam immittitur. barbari os basilare vocãt, quòd non secus ac basis quędam cerebro substernatur: nam in media capitis basi sedet circumscriptum vndiq; à sexta sutura, quam diximus totum hoc os in se comprehendere: præter quàm in anteriori parte, vbi terminum ab octaua etiam sutura capit. In ipsa basi crassum est, atq; intus antrum habet, quod continuum est cum cauitate ossis frontis, in qua diximus aerem sursum per nares attractum seruari, vsquequo in hoc ipsum antrum delabatur. Ex quo fortasse materia cerebro suppeditatur ad animales spiritus gignendos, quidquid alij de hac re senserint, vt infra ostendemus. Huiusmodi antrum in omnibus fere amplum est, & uacuum, in aliquibus tamen spongiosæ cuiusdam substantiæ plenum. Squama itidem tectum est dura, & densa, nec ullis foraminibus peruia, quanquam Galenus foraminibus refertum esse uoluit cribri speciem referentibus, per quæ cerebri pituita percolaretur. In internæ caluariæ medio hoc os sinum quendam habet

Gal. error.

Ossa λιθοειδῆ quę.

Naturæ prouidentia in ossibus petrosis.

Lonigus præceptor meus.

Historia pueri cui os petrosum fractum erat.

Historia alia similis.

Tertium os πολύμορφον & σφηνοειδὲς.

Os cuneale.

Os basilare.

Sphenoidis ossis descriptio.

Sphenoidis antrũ

Noua opinio de spiritibus animalibus.

Galeni error.

10 20 30

perele-

perelegantem, equi ſellæ ſimillimum, in quo ſita eſſe ſolet glandula quædam pituitam ſuſcipiens, unde poſtea defluit in palatum, ac nares per meatus ad palatum ea in regione utrinq; tendentes, de quibus agemus tractatu proprio de capitis foraminibus. Ad latera, quæ temporum caua reſpiciunt, duę ſunt partes intrinſecus concauæ, extrinſecus uero conuexæ. Item ea parte, quæ cohæret cum extrema maxilla ſuperiore, ubi molares infixi ſunt ad caluariæ baſim geminos utrinq; proceſſus inuenies alarum ueſpertilionum effigiem exprimentes, propterea à Græcis dicti πτερυγοειδεῖς. in horum proceſſuum medio ſinus eſt profundus, unde exoriuntur muſculi in ore deliteſcẽtes, ut illud claudant. Octauum os capitis in media frontis baſi poſitum à ſphenoide per ſeptimam ſuturam, interna caluariæ ſede ſeiungitur, extra uero ad ſecundum, tertiumq́; os maxillæ ſuperioris terminatur. Tenuiſsimum id eſt, crebriſq́; foraminulis diſtinctum. quamobrem Græcę ἠθμοειδὲς dicitur, quòd imaginem cribri referat, per quæ foramina patere ſolet aſcenſus odoribus cerebrum petentibus: cuius rei argumentum inde ſumimus, quòd coriza, uel graui deſtillatione laborantes odorandi facultatem interim amittunt. opplentur enim foraminula hæc pituita ſpirituum grauitate detenta, atq; olfactitia organa ita impediuntur, ut ne ullum quidem odorem ſentire queant, aut ſenſili uirtuti ſuggerere. Media huius oſsis regione prominet altus, ſubtiliſq́; proceſſus ſedem utranq; interſecās, qua olfactus inſtrumenta ſunt ſita, qui etiam in nares deſcendens naſi ſeptum conſtituit. Hoc os Galenus miſſum fecit in libello de oſſibus, de quo tamen IX. de Partium Vſu meminit.

Sella in Sphenoide.
Glãdula ſuſcipiẽs pituitam.
Sphenoidis proceſſus πτερυγοειδεῖς.
Octaui oſſis capitis delineatio.
ἠθμοειδὲς os cur ita dicatur.
Cur laborans coriza odorem non percipiat.
Gal. non meminit de ithmoide in lib. de oſsibus.

De Oſſe Iugali. Cap. VI.

OS Iugale græcis ζύγωμα deſcribi ſolet ſeparatim ab oſsibus capitis, ac maxillæ ſuperioris, quamuis utriuſq; portio exiſtat: nam ex duobus proceſsibus conſtitutum eſt, quorum alter à maxilla ſuperiore ſub paruo oculi angulo enaſcitur, alter vero ab ea parte oſsium temporum, quæ auditorio foramini ſuperpoſita eſt. Hi duo proceſſus committuntur per ſuturam, quam in medio obliquam habent, atque ita os vnum efformant, quod iugo ſimile eſt: ac etiam pontis cuiuſdam inſtar eſſe videtur, quod ſit propoſitum temporis muſculo, ceu propugnaculum quoddam à natura paratum, propterea foris gibbum eſt, intus autem cauum, & vt extrinſecus occurrentibus pertinacius reſiſtat, duriſsimum eſt ac pene ſolidum. Non enim omni prorſus cauitate deſtituitur, aut omnino expers eſt medullæ

ζύγωμα.
Iugale eſt portio oſſium capiti & maxillæ ſuperioris.
Iugalis deſcriptio.
Iugale inſtar pontis.
Vſus Iugalis primus.

Iugale non caret medulla contra Vessalium.

quemadmodum Vessalius existimauit. Id namque effractum cauernosum protinus apparebit, ac intus nutrimentum continens. Factũ

Secũda vtilitas Iugalis.

præterea fuit iugale os, vt ab eo mansorius musculus principium duceret, sicuti ostendetur vbi de musculis agemus.

De osiculis organi Auditorij. Cap. VII.

Gal. ignorauit osicula organi auditus.

ANTEAQVAM maxillæ superioris ossa pertracto: operæpretium est explicare nonnulla osicula, quorum cum apud Galenum mentio nusquam fiat: conijciendum est veteribus anatomicis ignota fuisse, atq; à recentioribus tandem inuenta. quis tamen inuentor fuerit, me plane latet. Equidem Vessalium horum inuentorem libenter agnoscerem, cum Anatomicæ artis studiosissimus sit, & de illa optime meritus: nisi Carpus de his ante illum suis scriptis meminisset. Auditus organi constructionem ingrediuntur, de quo hic non est scribendi locus, sed infra cum reliquorum sensuum instrumentis. Ex his osiculis recentiores duo duntaxat nouerunt, quæ etiam descripserunt. At ego cum hæc accurate peruestigarem, tertium præterea inueni, quod describam post aliorum duorum descriptionem: Vt videas nemini præclusam esse philosophandi viam. Inter ossa temporum, vt supra attigi, adest processus ad cerebri basim, qui in iugi modum extenditur, in acutum desinens, cauernãq; intus habet instar labyrinthi, in cuius prope media regione adstant osicula suis membranis adnexa. Ideo per auditorium meatum iter est ad horum osiculorum inuentionem, quorum primum propinquius est foramini interiori, longiusculum, ac femoris figuræ quã simillimum, à quo tamen aliquantulum euariat: siquidem parte inferiore non depresis est capitibus, vt femur, sed mucronis ritu in acutum tendit: parte vero altera capite est oblongo, rotundoq;. Præterea duobus procesibus donatur similibus ijs, quos rotatores in femore vocabimus. Parte sui acuta, ac tenui in membranulam inseritur, quæ intenditur ipsi, ac illi, quod succedit, ad quam pariter extenditur, & adhæret veluti ad eam stratum: parte altera, quæ crasior est, & capite insignita, illam ipsam membranam tympani modo quatit. Iccirco ab vsu magis, quàm à forma malleum hunc dixerunt: quemadmodum alterum, quod immediate sequitur, incudi simile esse voluerunt, quòd incudis vices gerat, excipiens quodammodo ictus permoti, ac percutientis malleoli iam descripti. Id secundum osiculum, quod incudis nomine donarunt, parte superiore crasiusculum est, qua planã incudis partem refert: & in duos tenues, acutosq;

Carpus ante Vess. meminit osiculorum meatus auditorij.

Vessalij laus.

Inuenit tertiũ osiculum.

Nemini præclusa est philosophandi via.

Officula organi auditus mẽbranis inuoluuntur.

Quomodo inueniantur osicula hæc.

Figura primi osiculi.

Cur primum osiculum dicat̃ malleus.

Cur secundũ osiculũ dicatur incus.

Incudis osiculi descriptio.

10 20 30

acutosq́; processus tanquam crura desinit: quorum alterum immittitur in tertium osiculum, de quo mox dicam & in membranula ibi asistente detinetur, ac stabilitur. Osiculum hoc me iudice molari denti aptius comparaueris, qui duas radices habeat, alteram longiorem, ac tenuiorem, alterã vero crasiorem, ac breuiorem. Cæterum vsus gratia, vt dicebam, incudis nomine dictum est. Natura non temere duo hæc osicula ita construxit, vt crasiore parte mutuo se respicerent, ac pene contingerent. Nam cum ex aeris motu auditio fiat: ictus aeris in meatum ad hæc osicula defertur; fitq́; ibi quædam repercusio ad eum ciendum sonitum, qui sentitur. Hæc igitur osicula cedente membrana moueri, atq; inuicem confricari necesse est: vt cum primum os aeris ictu percussum in alterum impingat, illudq́; feriat, merito malleoli, secundum vero incudis officio pariter, & vocabulo donatum est; vbi ista articulata sunt, cartilagine incrustantur. His tertium accedit nemini, quod sciam, ante nos cognitum. Iacet hoc, vel latitat potius in cauernula quadam ferme rotunda intra sinum auditorium exculpta, quo fit, vt ad organi auditus fabricam non pertinere non posit: cauum est, & perforatum egregie. ferrei instrumenti naturam imitatur, quod staphan nouo vocabulo nuncupamus, in quo equorum sellis insidentes pedes sistunt. Vna re tamen à stapede differt, quòd caret eo foramine, in quod lora immittuntur ad stapedem sellæ vtrinq; alligandam. At huius loco capitulum quoddam extat rotundum, quo ad incudis processum accedit. Quocirca cum osicula hæc inter se coniuncta sint, & colligata: ex eo coniectare haud dubie possumus auditus organo simul omnia deseruire. Osicula hæc cum minima sint; ideo Vessalius illa more suo solida esse affirmauit: attamen in ijs cauernulis quamuis exiguas reperimus: intus enim spongiosa sunt, & medullam pro magnitudinis proportione continent: præsertim illa duo, quæ ab alijs descripta fuere. Etenim tertium propter nimiam sui tenuitatem solidum omnino esse crediderim. Si quis hæc osicula inuenire cupiat; leuiter, paulatimq́; incidat, quæ circa meatum auditorium consistunt; & sensim meatum aperiat, donec cauitatem illam detectam, patentemq́; videat: & vbi deuentum fuerit ad mediam fere ipsius sinus regionem iuxta membranam, que ibi obducitur, ac implet cauernulas in eo sinu existentes, statim perquirenti occurrẽt forma à nobis descripta. Quæ administratio cum est iucunda visu, tum etiam admirabilis, & quæ nos in sapientisimi opificis amorem volentes, nolentesq́; trahit, rapitq́;.

Secundũ officulũ simile est denti molari.

Vsus duorum ossium organici auditus.

Situs tertij officuli.

Staphæ comparatˋ figura tertij officuli.

Officula tria auditus organo seruiunt.

Officula organi auditus non sunt solida cõtra Vesal. tertio excepto.

Administratio ossiculorum.

Officulorum organi auditus ad optimũ & maximũ Dei amorem inuitat.

De Maxilla superiore. Cap. VIII.

Difficilis est explicatio maxillæ superioris.

QVAE nam sit maxilla superior, facillime quidem vel digito demonstratur: at nihil fortasse difficilius est quàm verbis explicare, qualem figuram habeat, quot, quibusq; ossibus constet, quomodóue à cæteris capitis partibus distinguatur. Maxilla superior animantibus omnibus motu caret Crocodilo excepto, cui mobilis existit inferiore quiescente, & Psitaco, qui vtranq; eodem tempore mouet, separatimq; alterutram; quod ego primus, quod sciam, obseruaui. Ex penitissimis naturæ arcanis perquirendum esset, cur hoc solum animantium genus ab alijs euariet: satis tamen interim nobis esse debet effectum nosse: etiam si causa ignoretur. Verum in hominibus venustati est, ne dum commodo inferioris maxillæ motus: nam maxillam superiorem hominibus, æque ac Crocodilo moueri, quid ridiculum magis, ac deformius humana facie fiat? totam siquidem contrahi, rugariq; oporteret; vnde ea vultus forma, atq; indoles corrumperetur, qua nihil intuentibus gratius, nihil iucundius offerri potest. In humana autem fabrica decus, & ornamentum considerari quis admiretur, cum illa Deus Opt. Max. nihil absolutius crea-uerit, perfectius nihil? Adde quòd breuior facta est superior maxilla, vt rotundior, atq; elegantior esset facies, nec promineret quemadmodum in brutis. Ex pluribus etiam ossibus constructa fuit, non ob eam causam tantum, quam Anatomici tradunt, ne si partes illius omnes in vnum coactæ vnicum os efficerent, parte vna laborante labor in vniuersam maxillam diffundi posset: verumetiam ut ex eis suturis prodirent ligaměta musculorum constructionem ingredientia, per quæ illi firmius principijs suis inhærerent. Neque id obseruatu est difficile, quando ex ipsa sectione, si musculos ita persequare, ut eorum ortum inuenias: cum ad principium uentum fuerit, nõ obscuræ tibi erunt ligamentorum propagines ex medijs suturis prodeuntes, in musculorum substantiam dispergendę, quarum beneficio cum musculi tenacius osseæ parti, unde ortum ducunt, alligantur; tum etiam validiores fiunt, vt supra dictum est in appendicum vsu. Cum igitur ex pluribus ossibus construi maxillam superiorem necesse fuerit; videndum est, quot ea sint, & quibus finita terminis. In varijs Galeni locis varius horum numerus traditur; nam libello de ossibus quindecim enumerat: XI. de Partium Vsu nouem: in Introductorio, siue medico Galeno adscripto duodecim; cui numero Vessalius subscribit: At ego tredecim semper esse obseruaui. Nam quinq; in vtraq; parte perspectis vnum sine pari adinueni, quod vltimo loco

Crocodilus mouet maxillam superiorem.

Psitacus mouet maxillã vtranq;.

Cur homo maxillam superiorem non moueat.

In hominis fabrica ornamenti ratio habetur.

Cur maxilla superior sit inferiore breuior.

Cur maxilla superior constet ex pluribus ossibus.

Causa secunda.

De numero ossiũ maxillæ superioris.

Gal. nõ cõstat sibi in numero ossiũ maxillæ superioris.

Gal. lib. de ossib.

Galen. XI. de Vsu Part.

Gal. in Introduct.

Contra Vessal.

Ossa maxillæ supe

mo loco explicabitur. Ossa igitur hæc tribus suturis à capitis ossibus separantur; sexta, quæ ab extremitate coronalis deorsum subiugali ad dentes extremos delata ad palatum terminatur: Octaua, quæ à cauis temporum principium sumens sursum repit transuersim faciem in summo naso intersecans; demum ea sutura breui, atque obliqua, per quam duo processus committuntur temporali musculo superpositum os, quod vbiq; iugale dicimus, constituentes. Hæc itidem ossa priuatim suis terminis ad hunc modum circumscribuntur. Primum, cuius figura varia est, quatuor habet ossa contigua, quibus committitur: nam posteriore parte processum emittit alteram iugalis portionem efformantem; atq; ibi cum altera eiusdem portione, hoc est cum temporis processu per obliquam suturam coniungitur; deinde in cauis temporum cuneiformi committitur sextę suturę beneficio, vbi sese illa reflectit, vt deorsum ad postremos dentes feratur. Siquidem descriptione nostra sexta sutura totum illud os ambit, quod est veluti cuneiformis brachium in vtrunq; latus subiugali extensum, per quod ipsum cuneiforme temporali musculo in medijs cauis subsidet, ac fere ad coronalem vsq; protenditur. Huius igitur particula ad oculum vergens tantum cum primo maxillę superioris osse continetur, quantum sutura ipsa recta descendit. Parte autem superiore iuxta supercilij extremitatē idem os cum frontis osse coalescit per octauam suturam, quæ per mediam oculi cauitatem ducta trāsuersim summum nasum ab ima fronte secat: inferius à tertio malę osse disiungitur quadam sutura, quæ sub temporis cauo à sexta recedens sursum ad faciem repit: ac per mediam ipsam ductu sinuoso lata in oculi orbitam intrat: per quam ascendit, donec octauum attingat, ibiq; desinēs exteriorem oculi angulum circumscribit; quem totum os istud in se comprehendit. Secundum omnium minimum in magno oculi sedis angulo iuxta nasum assidet, ac statim eiusdem anguli initio sese offert, vbi foramen est in nares peruium, cui præsidet caruncula glandulæ vice pituitam à cerebro manantem ad oculos excipiens, vt illa ad ipsas nares exprimat. Quam rem vt apertius comprobaret Galenus, addidit medicamenta in oculos immissa per nares effluere solere. Id quod hactenus mihi experiri minime licuit. Et mirum profecto est quomodo membranam, quæ ibi assistit, ocularia hæc medicamenta penetrare possint. Animaduertendum tamen est hoc loco abscessus illos fieri, quos Græci αἰγίλωπας nominant: qui si negligantur, in fistulas lachrimales abeunt ad os vsq; penetrantes. Ossiculum id superiore parte octaua sutura terminatur, quia sæpe iam dictum est os frontis à superiore maxilla diuidere. Idem

rioris sunt tredecim.
Ossium maxillæ superioris descriptio in vniuersum.
Primum os maxillæ superioris.
Sexta sutura quid sit.
Secundi ossis maxillæ superioris descriptio.
Gal. opinio de medicamētis in oculos immissis ad nares refluentib. reprobatio.
Vbi fiūt ægilopes.
Agilopæ si negliguntur transeūt in fistulas.

re: Idem quoq; ab illo diuidit, & simul etiam à tertio, quibus pari ratione commissum est. Tertium, quod à Galeno os malæ dicitur cæteris longe maius, varium est, ac varijs suturis definitur: illud autem est, quod omnes sui lateris dentes continet; quanquam Galenus incisorios excipiat: cum suturam ponat inter caninum, incisoriosq; dentes; quæ licet in hominibus nusquam reperta sit, in simiarum tamen, canumq; maxillis conspicua est. distinguitur autem id os tertium à primo maxillę osse communi sutura per mediam faciem sub genis in oculi orbitam repente, qua itidem diximus primum os huic ipsi tertio committi; superius per octauam suturam ab osse frontis terminatur. In interno oculi angulo à secundo dissidet linea totum id ossiculum ambiente. Quà vero nasum spectat, ab eius ossibus per suturam ab octaua descendentem disiungitur sub palato ab eo osse, quod quintum numerabimus, insigni sutura, quæ transuersim per palatum incedit: vbi quoque lineam reperias per palati longitudinem deductam, sursumq; inter incisorios dentes vsq; ad imum nasum assurgentem, cuius opera tertium os in dextrum, sinistrumq; diuiditur. Illud præterea notare libet, aliam sub palato ipso suturam dari transuersim, & ad vtrunq; caninum dentem terminatam, quæ in pueris conspicua est, in adultis autem sic aboletur, vt nullum sui vestigium relinquat. Postremo sphenoidi finitimum est os istud, vbi sexta sutura, postea quàm diremit primum à temporum ossibus; in amplam cauitatem discedit, ibiq; disperditur, vsque dum extremis dentibus appropinquat. hoc insuper de tertio hoc osse adnotate, illud præter quàm quòd multis partibus perforatum est, ac etiam spongiosum, amplam in se cauitatem continere intus, extraq; ab osse veluti ampulloso, attenuatoq; obtectam; quod fortassis à natura leuitatis gratia factum fuit. Ex his ossibus, quæ hactenus descripta sunt, omnia colligere potes, quæ ad oculi sedem constituendam necessario concurrunt. Nam partem superiorem, atque etiam interni anguli dimidium os frontis; reliquum tertij ossis portio, quæ cum nasi ossibus committitur; inferiorem, ac simul externum angulum totum primum os struit. Quod autem ad interiorem ipsius sedis partem attinet: secundum os ithmoides, & demum cuneiforme suã operam, materiamq; subministrant, quam oculi sedem, quòd in orbem exculptam cernerent: ideo posteriores orbitam nuncuparunt, eaq; ab omnibus in magnum angulum interiorem nimirum, & in paruum, qui exterior est angulus, nec non etiam in superiorem partem, quæ supercilijs subiacet, atq; inferiorem diuisa est, quæ genis supereminet. Verum ad reliqua maxillæ superioris ossa, vnde digressa

Marginal notes:

- Os malæ est tertium os maxillæ superioris.
- Galeni error in osse malæ.
- Gal. dictum verũ est in simijs & canibus.
- Fines ossis malæ.
- Sutura transuersa sub palato in pueris.
- Ossis malæ substãtia qualis.
- Sedes oculi ex quibus ossibus constat.
- Orbita cur dicitur oculi sedes.
- Orbitæ diuisio.

Line numbers: 10, 20, 30

gressa

gressa est oratio, reuertatur. Quartum itaq; sequitur os, quod alterum ex duobus nasi ossibus Vessalio est. Nos vero nostrum ordinem sequentes quartum illud esse dicimus, quod ille pro sexto, atq; vltimo accipit. Idq; repositum est iuxta palati extremum, cuius nõ minimam portionem occupat, distinctum ea sutura, quam dictum est transuersum palatum secare, terminatur quà nares in fauces pertinent. Dirimitur præterea sphenoidis processibus, quos alis Vespertilionum comparauimus, sextę suturę beneficio ad intimos dentes decurrentis. Quintum os partem nasi superiorem, quæ vere ossea est, geminum existens constituit. Inferior vero nasi pars cartilaginea est, vt cum ictibus, casibusq; maxime exposita foret, non ita facile frangi posset; quemadmodum assidue contingeret, si ossea facta esset. Quod igitur osseum est nasi, cum duplex sit, communi sutura in dextrum, ac sinistrum distinguitur, ac frontis ossi inter supercilia committitur per octauam suturam, de qua sępe meminimus. In descensu autem ab vtraq; parte cum osse tertio per suturam communem vtriusque coniungitur. At in interna parte, vbi ambo hæc ossicula communi linea iunguntur; adhærent septo illi, quod ossis cribri speciem referentis partem esse diximus. & hæc dicta sint de maxillæ superioris ossibus: quæ cum in vtroque latere quina sint, omnia simul erunt decem. Cæterum his vnum mihi addere libet vndecimum, quod supra medium, intimumq; palatum, intra nasi fauces positum est: atque ab ea parte, qua caput pertingit à lata rimula secundum totam longitudinem dissecatur; cuius bifurcata basis, quæ crassior est, in cuneiforme incumbit, extenditurq; per nares septi partem imam constituens, quod tamen ab altera parte leui momento diuellitur. huius formam aratri vomer imitatur, quod imaginem cultri seruat, præter quàm quòd & manubrio caret, & sinuosa, atque inæquali existit acie. Præter vndecimum addi potest duodecimum, & tertiumdecimum. Duo scilicet ossa spongiosa in interno naso sita, satis inæqualia, vbi muccus retinetur. quæ ossa gallica lue laborantibus facile eroduntur, vt praxim exercentibus videre facile est.

Quartũ os maxillæ superioris q̃d sit Vessalio.

Quid sit quartum os maxillæ superioris & eius termini.

Sphenoidis processus similes alis vespertilionum.

Quintum os maxillæ superioris.

Cur nares sint cartilaginosæ.

Terminus ossis quinti.

Vndecimi ossis descriptio.

Vndecimũ os aratro simile.

Ossa spongiosa in naso facile eroduntur in morbo gallico.

De Inferiore maxilla. Cap. IX.

PRAECEDENTI capite maxillam superiorem in animantibus omnibus crocodilo excepto immobilem esse dicebamus: addidimusq; inferiorem in homine solam moueri; in Psitaco vtranque. Causa vero, quamobrem hominis, ac brutorum maxillæ figura non eadem sint, ea esse potest: quòd animalia cætera manibus destituta incli-

Epilogus præcedẽtis capitis.

inclinari oportebat ad cibum ab humo capiendum: proinde sapientissimus rerum opifex Deus maxillis oblongis, ac prominentibus illa muniuit, quibus manuum vice vterentur. Cæterum homo cum manus obtinuerit, quarum opera ori cibum admouere potest; breuiorem, ac pene orbicularem maxillam est adeptus; itaq; elegantiorem, venustioremq;: cui maxillarum figuræ, & elegantiæ simia proxime accedit, quippe quæ non multum ab humana facie recedat, cum manibus & ipsa quodam modo vtatur. Verum inferior maxilla ex durissimo osse, magnaq; ex parte pene solido constare debuit, vt validior esset, ac varijs, fortissimisq; motibus in mãdendo, mordendoq; sufficeret; & in arcum veluti obducta amplum sinum reliquit, vt leuior fieret, minusq; incommodi mouẽtibus musculis pręberet: In hominibus simplex, atq; ex vnico osse constructa, quamuis duplicem esse Galenus scripserit, eamq; in summo mento laxari. Talem sane reperias in canibus, equis, bobus, atque id genus animalibus, quando longo ductu adhærere possunt: Hominis vero maxillam bipartitam nusquam reperias. At Galenus hoc, vt alia etiam multa, ex simiæ simulachro in hominem non transtulit. Etenim nullum inuenias discrimen inter humanam, simiæq; maxillam inferiorem. Verum sane oportet in pueris lineam à summo mento protendi, ac mediam quodammodo maxillam superficietenus peruadere, quæ non multo post tempore cum prorsus aboleatur: Ideo huic geminum esse maxillæ os conijci non potest. Hæc autem linea suturæ rationem interim habet, dum ex ea producuntur, atque exeunt ligamenta, quæ musculos ibi existentes ingrediuntur. Inferior maxilla in duos processus vtrinque desinit, quorum prior in mucronem tendit, posterior vero capitulum, ceruicemq; habet. Acutus processus factus est, vt excipiat temporalis musculi tendinem, qui in illum validissime implantatur. Alter autem, qui oblongo transuersim capite donatur, in sinum sibi proportione respõdentem inseritur: atq; ita cum temporum osse inter iugalis radicem, auditoriumq; foramen articulatur. Hunc sinum, & capitulum maxillæ processus cartilago crustæ modo obducit: sed inter sinum, ac processus caput intercedit quædam cartilago mollis, & mobilis, quæ non modo ligamẽti munere fungitur, ad continendum in suo sinu processum: verum etiam lubricum magis eius articulationis motum reddit, ac simul efficit, ne assiduo motu confricata ossa vel rumpantur, vel saltem atterantur. hunc sinum Galenus posuit sub mammillari processu, cum tamen à mammillari distet. Maxilla inferior parte anteriore aspera est, atque inæqualis, vt ibi inserti musculi tenacius hæreant: suaq; habet

Marginal notes:

Cur brutis sint maxillæ oblongæ.

Cur homini sit rotunda facies.

Simiæ facies similis humanæ.
Simia manibus vtitur.

Maxilla inferior cur ex osse duro constat.

Sinus maxillæ inferioris cur.

Os maxillæ inferioris nõ est duodecimum contra Galen.

Simiæ maxilla inferior vnico osse constat.

Ex quo cõiecerint maxillæ inferioris os esse bifidũ.

Lineę in mento puerorum vsus.

Processus duo inferioris maxillæ.

Acuti processus vsus.

Alterius processus maxillæ inferioris descriptio.

Cartilagines in sinu & processu secundo maxillæ inferioris vsus.

Gal. error in sinu maxillæ inf.
Cur maxilla inferior sit aspera añ

habet foramina, per quæ arteriæ, venæ, ac nerui transmittuntur. de quibus in capite de foraminibus capitis agemus. Præter hæc foramina sunt quamplurimi sinus tanquam alueoli, in quibus dentes insident: ita in maxilla inferiore infixi, quemadmodum in superiore, quos aliquãdo cernimus in seniorum maxillis pene deperditos: cum scilicet erutis, aut delapsis dentibus maxilla ea parte comprimitur, vsqueadeo vt os ipsum vndique cohæreat, constipetur, ac tandem vniatur. Id quod præter cætera mihi obseruare contigit in Vetulæ cuiusdam caluaria, in cuius maxillis vix bini, aut terni dentes prodijsse videbantur: adeo erant oppleta alueolorum vestigia, & in vnum solide coiuerant. Quot autem esse debeant alueoli in vtraque maxilla, sequenti capite de dentibus planum fiet.

Foraminum vsus.

Alueoli dentium.

Quando alueoli dentium in senibus obscurantur.

10

De Dentibus. Cap. X.

QVEMADMODVM reliqua ossa omnia minime sentire, ita dentes ipsos sensus participes esse rerum magistra experientia docuit. Vtriusque autem causam perquirentibus facillime constare potest, ex neruorum id propagatione euenire. Etenim molles quosdam, at tenues neruulos à tertia neruorum cerebri coniugatione ad dentes deriuari, ac per ipsorum radices ingredi, liquido apparet, qui cum per interna dentium disseminentur, ita eorum substantiam efficiunt, vt notatu dignam sentiendi facultatem inuehant. Verum ad cætera ossa nulla neruorum portio pertingit per eorum substantiam transfundenda, quanquam per illa nonnunquam, quemadmodum per capitis, ac vertebrarum ossa nerui transeunt, sed aliorsum tamen sensum laturi. Quamobrem sensus omnino expertia esse fatendum est. In quo familiaris meus, ac ciuis Io. Baptista Mazzolarius, egregius sane iuuenis; moribus ac literis perornatus, vix satis mirari poterat illorum amentiam, qui aut ossa cuncta sentire aiebant, aut ne in dentibus quidem sensum inesse oportere; quos aut sensum negantes indignos penitus iudicabat, qui audirentur: atque ipsis precabatur, quod ipse per multos annos summo cum suo malo expertus fuerat, quãdo à septimo ætatis suæ anno ad vigesimum sextum vsque dentium dolore adeo grauiter laborauit, vt cum frustra reliqua medicamenta adhibuisset, ad ignem sæpe confugere sit coactus: addebatq; quod pars illa dentis, quæ extra gingiuas extaret, nihil pene sentiret: pars vero, quæ in alueolis delitesceret, atque à gingiuis tegeretur: acerrimi esset sensus, cum scilicet neruus, neruiq; virtus ad eam vsque regionem extenderetur, vbi cauitas dentis

20

30

Dentes sentiunt.

Cur dentes sentiant.

Tertiæ coniugationis nerui ad dentes.

Cur ossa non sentiant.

Nerui transeuntes per caluariæ ac vertebrarum ossa aliò sensum deferunt.

Io. Baptistæ Mazzolarij Cremonensis opinio q dentes sentiant experientia confirmata.

Dentis quæ prominet pars non sentit; Sed quæ iacet in alueolis, & cur.

Probatio quòd dẽtis pars denudata gingiuis non sentiat.

interna desinit, & gingiuarum terminus est. Quod autem pars dentis, quæ nuda cernitur, atque à gingiuis prominet, insensibilis existat, ex eo probari potest: quòd dentes in ea parte secantur, limis atteruntur, æquari, decurtari, ac læuigari solent: nec nõ etiam candentibus ferris vri, & tamen vix sensus indicia deprehenduntur: quãquam ab ijs animus abhorrere videatur, qui aliquam inde læsionem non potest prima facie non pertimescere. Dentium dolore Galenus & ipse vexatus diligentius inuestigãs num dentes dolerent: non modo eos ipsos dolere, verum etiam pulsare deprehendit: nec mehercule iniuria, quando certum est, sicuti ego in publicis dissectionibus ostendere solitus sum, vnà cum neruo venam, atque arteriam valde exiguas ad singulos dentes perferri: quo factum est, vt quemadmodum per neruos sentire dentes cognoscimus: ita quoque credamus per arteriam pulsare, & per venam nutriri, vnde alterum inter ossa, & dentes non leue descrimen habetur, quòd scilicet dentes perpetuo aluntur, & augentur; ossa vero alia non secus ac aliquę corporis partes ad statum vsq; annorum numero augentur, ad quem vbi deuentum fuerit, protinus consistunt, atq; ab auctione ipsa cessant. Quamobrem videas dentes exemptis oppositos crescere, & alijs, qui in eadem sunt serie, prominentiores, exertosq́; magis fieri, cæteri nanque oppositorum è regione mutuo congressu, atque attritu, quantum augentur, tantum pariter imminuuntur, id quod lęuigandis cibis potissimum euenit. Dentes, & si numero euariant, cum modo plures, modo pauciores reperiantur: attamen triginta duo plurimum sunt, nam sexdecim in vtraque maxilla continentur. Atque hi tres in partes diuidi solent, in molares, seu maxillares, caninos, atque incisorios; quatuor primi anteriores incisorij dicuntur, propterea quòd ea figura præditi sunt, vt incidendi munere fungi possint: lati enim sunt, & acutam aciem præ se ferunt, vt cibum oblatum cultri modo secent, quod facillime præstant, cum in totidem sibi aduersos, & ad eundem vsum fabricatos impinguntur, ac comprimuntur. iuxta hos molares versus tendentibus canini occurrunt, qui vtrinque singuli pares sibi, ac respondentes habẽt, ampli ea parte, quæ gingiuis proxima est, in apice vero acuti sunt; vt ad frangendum quàm maxime idonei reddantur. itaque fit, vt cum incisorijs aliquid offertur, quod præ eius duritie ab ijs diuidi nequeat: tunc caninis traditur ita dictis, quoniam exertis canum dentibus quam simillimi existunt. Postremo succedunt maxillares quini ab vtroque latere tam superioris, quàm inferioris maxillæ, qui & molares nuncupantur, quoniam facti sunt ad terendos, læuigandosq́; cibos molarum

Gal. dentium dolore laborauit.

Dẽtium dolorem pulsatilem sentiri posse cum Galeno probatur.

Per arteriam dentes pulsant.

Dẽtes semper crescunt, ossa non semper.

Cur exempto dẽte, qui illi à regione respondet alios sui ordinis excedat.

Dẽtium numerus variat.

Dentes plurimum triginta duo.

Dentium diuisio.

Incisorij dentes q & cur ita dicti.

Canini dẽtes qui & eorum vsus & etymologia.

Dentes molares quot.

Molarium vsus.

10 20 30

larum exemplo, quibus cereales fruges moluntur. Itaq; ampli duri, magni, atque asperi constructi sunt, alioqui comminuendis cibis ineptiores futuri. Cur enim asperi esse debeant molæ ipsæ satis demonstrant, quæ cum diu molendo asperitatem deposuerint: rursus arte solent exasperari. Iam vero durissimos fore dentes necesse fuit: vt cibis conficiendis sufficerent: neque ab ijs contererentur. ampli quoque, & magni facti sunt: vt diutius, & commodius munus suum obirent. Dentes in maxillis per Gomphosim veluti claui infixi inhærent, dentiumq; sinus in maxillis tanquam alueoli interstitijs suis distincti sunt, atque ita præsepiola quædam esse videntur. Ideo Græci φάτνια dixere. Sciendum insuper est non paribus omnes radicibus implantari: siquidem aliqui vna tantum, aliqui duabus, non nulli tribus, quidam etiam quatuor radicibus inseruntur. Anteriores dentes vt canini, atq; incisorij vna tantum radice donantur, molares autem pluribus. Verum ex ijs, qui inferioris maxillæ sinibus continentur, binas, qui in superioris ternas radices, possident. Nonnunquam etiam videre est & inferiores, tribus, & superiores quatuor radicibus donatos: sed id rarissimum est. Ad hæc quandoque inuenias molares duos superiores canino denti proximos ex binis radicibus constare: Inferiores autem illis vtique ipsis respondentes singulis. Ex quibus varietatum formis in vniuersum percipito molares inferiores vna semper radice à superioribus sibi oppositis superari; radicesq; ipsas inferioribus breuiores esse: superioribus autem longiores, neque id sine consilio. Quādo quæ pendent, cum facilius labi, ac discuti possint, quàm quæ in imo quasi solo insident: iccirco illa tenacius, atque altius infigi debent, vt firmius, validiusq; hæreant. Obseruatu quoque dignum est, intimos, atque omnium postremos maxillares breuissimas radices obtinere, tum quia minimum cæterorum in læuigandis cibis exerceantur. Adde etiam quoniam illa maxillæ portio profundiorem insertionem non admittit. Hos genuinos appellari libuit, qui plerunque in causa sunt, cur varius dentium numerus habeatur: modo enim vno super addito triginta tres constituuntur: sicuti mihi sæpe videre contigit in viro quodam nobilissimo; modo duobus detractis, aut vno, numerum decrescere, in aliquibus etiam viginti octo, quod minimum est, inuenti sunt. licet ego obseruauerim Nicolaum Ardinghellum Cardinalem, quem honoris causa nomino, in ore sex tantum supra viginti dentes habere, neque tamen vllus desiderabatur. Præterea animaduertendum est dentium radices omnes esse perforatas, quæ foramina deducuntur ad ipsorum cauitates, quas intus habent; exi-

Cur molares asperi.

Cur dentes durissimi.

Cur molares magni.

Dentes articulantur maxillis per Gomphosim.

φάτνια quid græci vocent.

De dentium radicibus.

Caninis & incisorijs radix vna.

Molares dētes maxillæ inferioris habent plures radices quā superioris.

Dētes superiores quatuor radicib. præditos videre rarum est.

Cur radices dentium maxillæ superioris sint longiores.

Molaribus postremis breuissima radix & cur.

Molares postremi à pubertate enasci solent.

Molares postremi genuini dicuntur

Dentes quandoq; triginta tres.

Dentes viginti octo.

Cardinalis Ardinghelli dentes viginti sex.

Radices dentium perforatæ.

guas quidem, verum notatu dignas, vt ſcilicet leuiores ſint, & commodius nutrimentum ſumant. Admittunt autem foramina hæc venam arteriam, & neruum, de quibus ſupra dictum eſt. Quæ tria vaſa ad cauitatem illam, vſque ad dentis baſim penetrant, ibi complicantur, & ex ſe membranulam quandam gignunt, quæ imbibi nonnunquam ſolet materia à cerebro defluente, vnde pariuntur dolores illi ingentiſsimi, qui perſeuerant, quouſq; humor in membranula detinetur, vel purgato cerebro fluxionis cauſa tollatur. Quod autem ad dentium generationem attinet: ſcito non paucos putare eos tunc gigni, cum ex gingiuis prodeunt, qui manifeſte errant. Nam dentes in ipſo matris vtero efformari certo comperi, ſicuti ego perſæpe oſtendi magna aſtantium admiratione, dum ex demortuorum infantium in matris aluo gingiuis ex ſuis alueolis perexiguos dentes eruerem. Idem in nuper natis, quod in extractis ex vtero, atque etiam in abortibus ſeptem & octo menſium explorare mihi licuit. Ea autem diligentia rem hanc perquiſiui, quòd de his pleriq; ne verbum quidem; re nondum illis fortaſſe cognita, aut perquiſita. Puerorum dentes appendices habẽt, quæ temporis proceſſu, quanquam non omnes, laxari, ac vacillare ſolent: itaque vel ſponte decidunt, vel vnguibus, aut filo non difficili negotio eximuntur. quæ autem manent, vt in molaribus frequenter accidit, ita cum dentibus committuntur, atque cohærent; vt ipſorum partes eſſe videantur, nec ita facile demi poſsint. Dempta itaque appendice cum ſeruata ſit radix: non mirum eſt, ſi non multo poſt tempore dens denuo creſcit, & deperditæ appendicis locum occupat. Quamobrem cauendum eſt, ne cum pueris dentes caſu, aut aliquo ictu effranguntur, quæ reliqua ſit portio eruatur. Sed accuratiſsime radix ipſa, quoad eius fieri poteſt, ſeruari debet. In ea enim veluti in ſemine quodam, ipſius dentis regenerandi ſpes reſidet, eaque radicitus euulſa dentes non amplius vel rariſsime renaſcuntur. Dentes humani ordinem vnicum ſeruant, etſi aliquando duplex ordo inueniatur. licet raro in hominibus, triplex tamen in puero meo Phœbo conſpicuus, qui rarus eſt, quemadmodum & ipſe rarus eſt ordo.

Vſus foraminis radicis dentium.

Membranula ex vaſis in radicem dentium.

Cur dolores vehementiſſimi ſint quandoq; in dentibus.

Dentes in matris aluo gigni, licet non prodeant.

Dentes in vtero matris gigni.

Dentes habent appendices quæ decidunt.

Molarium appendix non decidit frequenter.

Radix dentium in pueris nõ eximẽda.

Radice dentium euulſa raro emergunt denuo.

Phœbus filius habet triplicem ordinem dentium. Phœbus puer rar'.

10

20

30

De Capitis Foraminibus. Cap. XI.

DE foraminibus capitis acturi Galeno duce vti non poſſumus: nam cum in libello de oſsibus tractationem hanc conſulto prætermiſiſſet: deq; huiuſmodi foraminibus in libro de neruorum, ac reliquorum vaſorum diſſectione acturum polliceatur: in libello de neruorum

Gal. non ſcripſit quod extet de foraminibus cap.

neruorum anatome, qui Galeni nomine circunfertur, nihil de his ſcriptum reperitur. Quamobrem hic foraminum deſcriptionem cum Veſſalio inſtituemus, vt cum hæc ipſa fuerint explicata, faciliorem nobis viam relinquant ad ea ſcribenda, quæ tradere opus fuerit de venis ſcilicet & arterijs, ac neruis per caput ipſum meantibus. Cum igitur natura reliquarum corporis partium gratia oſſa conſtruxerit, ſicuti primo capite adnotatum fuit: ita illa efformauit, vt non modo illis adhæreſcere partes aliæ, verum etiam per eadem ſine læſione tranſire poſſent. Iccirco oſſa tanquam infimas noſtri corporis partes alijs cedere neceſſe fuit, alioqui ſua duritie multa incommoda allatura. & quod propoſito noſtro nunc deſeruit, vaſis tranſmittendis perforata ſunt, ac præcipue oſſa, quæ vndique foraminibus ſcatent: per quæ tum nerui à cerebro demittuntur, tum venæ, atque arteriæ ſurſum feruntur ad cerebrum, parteſq; alias in capite poſitas. ea primum commemorabimus, quæ ſeptem neruorum cõiugationibus famulantur: quarum coniugationum cum nobiliſsima illa ſit, quæ optios conſtituit: nõ immerito ab eius foraminibus exordiemur. In interna itaque caluariæ ſede, quæ cerebri eſt baſis, vbi exculptum eſt os cuneale in ſellæ modum iuxta proceſſus ipſi ſellæ ſupereminentes: adſunt duo foramina in eodem cuneali, dextrum ſcilicet ac ſiniſtrum, rotunda, & in oculorum ſedem tendentia, quæ ad ipſorum radicem iuxta latus interni anguli penetrant: ibiq; oculi orbitam introſpicienti primo occurrent. Per hoc foramen à cerebro neruus inſignis emanat, & in medium oculum radicis inſtar implantatur opticus, & viſorius appellatus: ſiquidem ad oculum ipſum virtutem viſilem defert. Poſt hæc ad fines dictorum ſinus eſt ſemicircularis perfectum aliquando orbem efficiens, per quem fertur ſecunda neruorum coniugatio. Atque inde per magnam rimam, quæ mox diſcribetur: in oculos deducitur ad motum ipſorum muſculis largiendum. Rima vero hæc ea eſt, quæ in ima oculi orbita aperte perſpicitur: ac verſus externi anguli regionem inferne foraminis rotundi formam imitatur, quod tamen ſuperiore parte effractum in longam, amplamq; cauitatem extenditur, vt non ſolum aditum præbeat ſecundæ neruorum coniugationi, quæ per oculorum muſculos diſpergitur ad ciendum motum: ſed etiam alijs neruorum ramulis, qui à tertia proueniunt, & ad faciem per id foramen exeunt, quod eſt in ſupercilijs ſupra internum oculi angulum. Itemq; rima hæc muſculis oculorum cedit, qui inde ortum ducunt, ac demum admittit & venas, & arterias tranſmiſſas ad oculos, oculorumq; muſculos enutriendos, & fouendos. In hac itidem ampla rima parte inferiore, vbi ro-

Ex hoc poſſet aliquis conijcere de neruorum diſſectione librũ nõ eſſe Gal.
Veſſ. ſcripſit de foraminib. capitis.
Tractatio de foraminibus capitis quàm ſit vtilis.
Oſſa ſunt facta gratia aliarum partium.
Oſſa ſunt partes ignobiliores.
Oſſa cur perforata.
Foraminum oſſiũ vſus.
Prima neruorum coniugatio oculis deſeruit.
De foraminibus ſeruientibus primæ coniugationi neruorum.
Sphenoides inſtar ſellæ ĩ baſi capitis excauatum.
Foramen neruorũ opticorum.
Opticus neruus cur dicatur.
De foraminibus deſeruiẽtibus ſecundæ coniugationi neruorum.
Secunda coniugatio neruorũ mouet muſculos oculorum.
Rimæ magnæ in ima orbita deſcriptio & vſus.
Ramuli a tertia coniugatione.
Foram. quod ẽ in ſupercilijs vſus.
Oculorũ muſculi vnde ortũ ducãt.

vbi rotunda eſt: verſus internũ angulum latitat foramen, quod cæco quaſi ductu ad palatum, nareſq; tendit, per idq; à cerebro per glandem ſuſcepta pituita naturaliter ad ipſas nares, atque ad palatum deſcendit. Et quoniam pituita hæc in rimam illam prius decidit, quæ ad oculos pertinet: hinc fortaſsis via eſt gignendis lachrymis, cum ſcilicet fluidus ille humor excernitur in oculos emanans, & ab oculis poſt modum in genas delabitur. ſub eadem rima in decliuiore ſphenoidis regione modico interuallo diſcernitur foramen in vtraq; parte, vbi à ſella decliuis fit receſſus, quod orbiculare eſt, ac longiuſculum, idq; in oculi ſedem recta tendere videtur: ſed tamen flectitur ad latera, vbi temporalis eſt muſculus, ac maſſeteris ortus, quando per hoc foramen ramus octauę neruorum coniugationis ad hos ipſos muſculos tranſit: quem pariter comitatur tertiæ coniugationis ramus, qui & ad faciem per oculos parte inferiore fertur, & cum muſculis temporum, atque etiam cum maſſetere permiſcetur. In ipſomet ſphenoide aliud eſt foramen, quod ad extremitatem alarum veſpertilionis pertinet, pene ouale: per id portio tertij neruorum paris ad dentes tranſmittitur: atque etiam cum temporali muſculo miſcetur; per idem foramen, vna cum illa portione quarta neruorum coniugatio cum ad palati tunicam, tum etiam ad ſuperiorem linguæ partem guſtus gratia demittitur. Iuxta foramen iam commemoratum ad radicem temporis oſsis, quod iugi modo eminere diximus auricularis labyrinthi efformandi gratia, aliud reſidet maius quidem, ſed perfractum, atque inæquale recta deorſum tendens, per quod tertię neruorum coniugationis portio permeat, quodq; non minus patet iugularis venæ ramulo ad partes anteriores repenti. At vbi à ſuperiore foramine paululum verſus temporis os receſſeris, tibi occurret foraminulum, quod propter ſui paruitatem in nonnullis caluarijs, vel altera ſaltem parte deficit, peruium exiguæ arteriolæ, & venulæ per craſſam menyngem diſſeminandæ. verum vbi obturatum eſt, ac prorſus deletum, arteriola hæc, & vena viam ſibi ſtruit per foramen amplum, & inæquale, quod paulo ante deſcriptum eſt. Non procul ab amplo illo foramine aliud videre eſt interna caluariæ parte vix conſpicuum, ac rotunda tamen cauitate, oblongaq; in ſupra dictum foramen deſinente notatur, & ſub interiore ſtyloidis radice inſigniter apparet: obliquum verſus anteriora ductum præ ſe ferens, qualis debebat eſſe ſoporalis arteriolæ progreſſus, cui foramen id natura parauerat. In eodem temporis oſſe, quia occipitium verſus declinat, foramen ineſt; quod in ſuperficie oblongum, ac veluti ouale viſitur cæco ductu in labyrinthum: ac demum ad extremam auris

regionem

Quomodo gignã-tur lachrymæ.

Foramen in ſphenoide.

Maſſeteris ortus vbi.

Ramus octauæ coniugationis ad muſculos maſſeteras.

Ramus tertiæ cõiugationis ad faciem per oculos.

Foramen aliud in ſphenoide.

Ramus tertiæ cõiugationis ad dẽtes & muſc. tẽp.

Quarta coniugatio neruorum ad palati tunicam & ſupremã partem linguæ.

Foramen tertiæ neruorũ coniug. portioni & iugul. anterioris ramo ſeruiẽs.

Foramen paruum quod quãdoque deletur.

Vide Naturæ induſtriam.

Foramen ſoporalis arteriæ.

Foramen cæcum.

regionem finitur, iccirco cæcum appellatum, aditum præstat quinto neruorum pari facultatem sensificam auditus organo suggerenti: sub quo foramine inter os temporis, atq; occipitium abrupta sedes conspicitur magnum item, & inæquale foramen constituens, per quod deducitur sextum neruorum coniugium, qui ad viscera tendunt, atque interim recurrentes cognominatos efficiunt, vnde formandæ vocis virtus pene omnis depromitur. hoc itidem foramen internæ iugulari venæ famulantur, dum per idem ingressa ad vniuersam cerebri molem enutricandam cõscendit, simulq; menyngi crassæ insidet gemino sinu euecta, ac deniq; in partem posteriorem delabitur, osse illi plurimum cedente, in eo siquidem profunda est cauias in hanc formam ʅ curuatæ versus labdalem occipitis suturam. In occipitis osse prope foramen omnium internorum capitis maximum vnum adest, haud amplum oblique ad interiora vergens, per quod defertur septima neruorum coniugatio, quorum partem laryngis, & linguæ, parte temporum musculi sibi vendicant. In eodem occipitis osse inest foramen illud, quod paulo ante diximus interna omnia capitis foramina magnitudine superare, cum tamen externą oculorum orbita sit minus capax, quod cum sit sine pari mediã occipitis regionem occupauit: spinaliq; medullæ à cerebro defluenti destinatum fuit. Ex reliquis foraminibus in anterioribus spatijs primum illud est, quod cum vnicum, paruumq; sit neque admodum penetrans, sinus fortasse potiusquam foramen dici debet: inter os frontis, ac medium ithmoidis interuallum iacet, quo terminatur, ac pertinacius incumbit tertius duræ cerebri membranæ sinus, de quo alias dicetur. In ithmoide ad vtrunq; dicti interualli latus iuxta frontis os assident duo longiuscula foramina rimulæ speciem referentia, quæ odoratus organorum terminis opplentur. Cæterum ithmoides quamplurimis foraminulis in cribri morem effingitur, quæ odorumne, an aeris, an superfluitatum causa facta sint, non est nostri instituti disputare. sed vbi opus fuerit, non prætermittemus. In osse frontis in regione superciliorum duo foramina vtriq; vnum, per quod tertiæ portio neruorum coniugationis ad musculos frontis, & palpebrarum disseminatur. Foramina hæc tamen semper sunt orbicularia, sed aliquando sunt media, ac si quis vngues in ceram immitteret, detraheretq;. Media fronte supra nasi summitatem eo nempe spatio, vbi spongiosum interstitium gemina caluariæ tabula disiungitur, cauitates reperiuntur, quæ in nares penetrãt antiquis (vt opinor) prorsus ignoratæ, illæq; nunc binæ, nunc ternæ, in quibus cum nihil vnquam præter membranam repererim, licet aliquãdo & muccus re-

Quinta neruorum coniugatio sensum auditus organo deseruit.

Sexta coniugatio ad viscera.

Quintum par neruorũ efficit neruos recurrentes.

Nerui reuersiui formant vocem.

Iugularis interna vniuersum cerebrum enutrit.

Vbi cedat os cranei crassæ menyngi.

Septima coniugatio neruorum ꝑ quod foramẽ feratur.

Septimæ coniugationis neruorum

Foraminis in occipite max. vsus.

Vsus foraminis ĩter os frontis & ithmoidis.

Ithmoidis foramina.

Ithmoidis figura.

Tertiæ coniugationis portio ad musculos frontis & palpebrarum.

Cauitates in fronte a veteribus ignoratæ.

In cauitatibus me-

diæ frõtis plurimũ aer solus quã doq; mucus reperitur.
Foramina ossis malæ.
Tertiæ coniugationis portio ad nasi musculos & labri.
Vnde humiditas ad nares & oculos descendit.
Glandula excipiẽs humiditatẽ oculorum.
Gal.error.
Locus in quo ægilops nascitur.
Cur oculo laborante afficiatur musculus temporalis.
Orbita oculorum sedes.
Nasi foramina.
Iugale instar põtis
Temporis musculorum sedes.
Palati foramina.
Quà descẽdat pituita ad humectã dam membranã palati.
Quartæ coniugationis portio tunicã palati gustãdi sensu donat.
Foramen maxillæ

cus reperiatur, aerem tantum per nares attractum detineri existimaui, de cuius vsu quid sentiamus alibi planum fiet. Os malæ, quod tertium diximus, sub regione inferiorum palpebrarum, quatenus in genas delabitur, foramen habet rotundum, quod ab interna, inferioreq; parte orbitæ oculorum principium sumit ex rima longa, profundaq; in foramen ipsum desinente è regione primi molaris dentis. per id transmittitur tertiæ neruorum coniugationis portio, quæ ad nasi musculos, & ad eos pariter, qui labrum constituunt defertur. In oculorum angulo maiore parte inferiore, quæ inter tertiũ & secundum os maxillæ superioris intercedit, non modicum inest 10 foramen, cui sinum facit secundum os, vt illi quodammodo cedere videatur. hinc descendit ad nares humida materia internam oculorum partem obsidens, cui excipiendæ præsto est glandula quædam instar spongiæ ad ipsum foramen assidens. Vnde Galenus falso arbitratus est medicamenta oculis apposita, tum in nares, tum in palatum defluere, vti supra attigimus, vbi de maxillæ superioris ossibus loqueremur. Hoc loco ægilops gigni solet, quam lachrymalem fistulam Latini vocarunt. Verum in exteriore angulo, qui minor dicitur, parte item inferiore ampla rima sita est, quæ partem ossis temporum, partem etiam maxillæ superioris perforat, cui adfigitur tem 20 poralis musculus, qui cum maximam cum oculo affinitatem habeat, non mirum est, si laborante oculo temporalis iste musculus sæpe afficiatur, quemadmodum crebro experti sumus, cum ratione experientiam coniungentes. Faciei foraminibus si oculorum sedes, orbitas dictas annumerare libeat, scito illas temporum, frontis, maxillæq; superioris osse conflatas. Inter eas si descenderis, duo reperies nasi foramina ad palati fines, & ad fauces penetrantia. Iugale etiam os ex duobus veluti ossium processibus pontis instar constitutum, magnum foramen, oblongumq; efficit, in quo temporalis ipse musculus residet. In anteriore palati regione inter incisorios dentes 30 medium est foramen, per quod vena, arteriaq; pertransit: & descẽdit pituita ad humectandam palati membranam, quæ in eo ipso foramine illigatur, non secusq̃ duram cerebri membranam paulo supra ithmoidis interstitium foramini modico innecti dixerimus. In extremo palato non procul à postremis dentibus vtrinque foramen videre est in eo quinto osse, quod quartum maxillæ superioris fecimus. Id autem foramen in geminos, acutosq; angulos producitur: admittit cum venulam, atque arteriolam, tum vero quartæ neruorum coniugationis portionem, qua palati tunica gustandi sensu particeps redditur. Inferior maxilla binis vtrinque foraminibus

donatur

donatur, totidem intus, quot extra: verum interna foramina maiora multo ſunt externis, per quæ vena, arteria, neruus demittuntur ad ſingulas dentium radices nutrimentum, vitam, ſenſumq́; illis adferentes, vt ſupra Cap. De Dentibus memorauimus. Nerui tamen eiuſdem portio extra mentum egreditur, & ad muſculos inferioris labri permeat, cui aditum præbent bina illa foramina externa iuxta circularia. In capitis baſi, in ea temporum oſsis parte, quæ cuneiformi proxima eſt, datur geminum foramen, vnde quintæ neruorum coniugationis portio ad temporalem muſculum tranſmittitur. ad poſteriorem ſtyloidis proceſſus radicem, quà os mãmillare reſpicit, foramen intueberis, per quod vena, & arteria antrum ingreditur ad auditus organum enutriendum. Iuxta proceſſum mammillarem parte poſteriore aliud foramẽ eſt aditum venæ, & arteriolæ præbens oſſa nutriendi gratia. Tam ſuperiori, quàm inferiori maxillæ inſunt foramina multa, quæ præſepiolis alias comparauimus, in quibus dentes fixi ſunt, quæ non ſolum dentium numero reſpondent, verum etiam pro eorundem radicum diuerſitate variant. Ideo certus eorum numerus vix aſsignari poteſt. Habes inſigniora foramina capitis: alia vero per quæ venulæ, atque arteriolæ ad internam oſsium capacitatem, & ad membranã craſſam pertranſeunt: quoniam neque firmam ſedem habent, neque ordinem vllum obſeruant: minime digna nobis viſa ſunt, quæ deſcriberentur. aliquando nonnulla reperies, quæ à latere ad latus perforant oſſa ſincipitis.

inferioris.

Ad ſingulas radices dentium fertur vena, arteria & neruus.

Quintę neruorum cõiugationis portio ad muſculum temporalem.

Alueoli dentium reſpondẽt numero radicum numero.

Quæ foramina neque ſedem neque numerum ſeruẽt.

Quãdoq; foramina os ſincipitis penetrant.

De Oſſe Hyoide. Cap. XII.

SATIS conſtare arbitror ob hanc præcipue cauſam genita fuiſſe oſſa, vt ſuper his muſculi conſiſtere poſſent. Quamobrem cum in ore linguam natura formaſſet organum apprime neceſſarium tum voci articulandæ, tum alijs quoque functionibus, opus erat os aliquod parare, in quod ea commode inſereretur. nam cum ſit corpus molle, facile concideret, niſi ab aliquo duro, ſtabiliq́; ſuſtineretur. Proinde os conditum eſt, quod linguæ peculiare eſſet, illiq́; vni deſeruiret, quando non potuit neque in occiput, neq; ad dorſum, neque ad latera vtriuſq; maxillæ implantari, quin aut fauces tegeret, impediretq́;: aut certe magnam ſuarum vtilitatum partem amitteret. Hyoides id Latini cum Græcis appellant: idq́; voce contractiore, ὑψλοειδὲς ſiquidem dicendum eſſet, quòd ὑψλον literæ formam exprimat. à nonnullis quoque vocatum eſt λαβδοειδὲς, ſed

Oſſium vſus.

Lingua voci articulãdæ præcipue vtilis.

Hyoides os linguæ peculiare.

Cauſa ſitus hyoidis.

Hyoides os & hypſiloides & labdoides idem.

ὑψλοειδὲς rectius

dicitur os linguæ quàm labdoides. Oſſis hyoidis cum maxillæ inferioris figura collatio.

quoniam vbi conuinctum eſt, ac ſinum facit, non ita acuto angulo terminatur, rectius illud υ figuræ quàm λ ſimile dicemus. quòd ſi quis os iſtud maxillæ inferioris imagini comparare velit, non male fortaſſe fecerit, cum non modo in arcum eiuſdem maxillæ more curuetur, verum etiam in duos, ſicuti illa, proceſſus deſinat: quãquam hi non omnino eandem cum illis ſpeciem ſeruent.

Cur ea contigerit figura oſſi hyoidi.

Hyoides os ita hac figura fuit à natura exculptum, vt quamuis faucibus, ac laryngi præpoſitum eſſet, liberum tamen cum inſpirationi, tum etiam cibo, potuiq; trãſitum relinqueret.

Hyoidis oſſis deſcriptio.

Quocirca medium ipſius oſsiculum aliud maius anteriore parte, quà os reſpicit connexum eſt: & in valde obtuſum angulum coit: poſteriore autem, quę interna magis, & ad fauces vergit, concauum, ſuperiore item gibbum, inferiore vero ſimum. pars anterior, ac ſuperior linguæ inſertionem ſuſcipit ex duobus muſculis conſtructam, quorum diſcrimen exiguum quodam proceſſu terminatur, qui in ſuperiore huius oſsis regione ad flexionis medium eminet: at poſterior inferiorq; eiuſdem oſsiculi portio caua, & in ſinum adducta fuit, vt cederet aperienti, ac ſeſe attollenti lingulæ, quæ tanquam clauſtrum laryngi ſupereminet, atq; ob id Epiglottis græce eſt appellata.

Epiglottis cur ita dicitur.

ad laterum fines huius medij oſsiculi duo alia committuntur in duos longiuſculos proceſſus diducta, qui extremas appendices habent, atque ij cum ſuperioribus laryngis lateribus ſuis ligamentis innectuntur.

Muſculi linguam mouentes vnde oriantur.

ab horum proceſſuum appendicibus enaſci ſolent muſculi, qui linguæ motibus deſeruiunt, quemadmodum in libro de muſculis dicetur.

Cur hyoides habeat plures proceſſus.

Iam vero cum os iſtud veluti penſile exiſtat, ſatis firmitudinis, ac roboris habiturum non erat, ſi vnam tantum, quam diximus, in ipſam laryngem inſertionem habuiſſet. Ideo natura duos alios eidem oſsi proceſſus addidit: non ita prolixos tamen, vt qui iam deſcripti ſunt: iuxta quos hi pariter exurgunt: at ſuperiore parte, qua maius oſsiculum, quod in medio ſitum eſt, hinc inde terminatur,

Quomodo hyoides ligetur ſtyloidi.

nam per hos proceſſus os hyoides proceſſui ſtylum referenti, qui temporum oſsi vtrinque affigitur, inſigni ligamento connectitur, atque ita firmat vt in medio facile conſiſtat, ac neutram in partem diſtrahatur.

Hyoides ex quinque proceſſibus. Sagacitas Naturæ deficientib. proceſſibus hyoidis.

ad hunc itaq; modum ex quinque oſsibus hyoides conſtructum habes, quod tamen aliquando priuatum inuenies proceſsibus: nunc vero altero tantum, quorum locum tunc ſubeunt ligamenta longius à medij oſsiculi finibus ad proceſſus ſtyliformes prætenſa.

Gal. in lib. de oſſibus non deſcribit os hyoides.

& hæc de Hyoide ſat ſint, quod in libello de oſsibus miſſum fecit Galenus, forte eius deſcriptionem parũ neceſſariam arbitratus. Nihil igitur mirum eſt, ſi quidam de hoc

ipſo

ipſo nihil meminerit, quem ſicuti certo affirmare auſim cuncta, quæ de Anatome ſcripſit, ex Galeno tranſtuliſſe: ita dubito nunquam humanum corpus ſecuiſſe, aut aliorum ſectionibus minime interfuiſſe. Galenus tamen de Hyoide lib. xi. de Partium Vſu nō nihil meminit. huius dicta excipiens Oribaſius ſuo de oſſibus libello in proprium caput redegit.

Gal. xi. de Vſu Part. meminit de hyoide. Oribaſius caput habet de hyoide.

De Larynge. Cap. XIII.

10 SCIO non paucos admiraturos, quòd in hoc libro, vbi de oſſibus duntaxat agere inſtituimus, laryngis explicationem interſeramus: de qua in tractatu de cartilaginibus cæteri Anatomici meminere, à quibus veluti cartilagineum corpus deſcribi ſolet. Ego vero cum in his anatomicis nomen meum profitear, qui in nullius placitum iurauerunt, licere mihi arbitror, meam, quæcunque fuerit, ſententiam in medium proferre; vt vobis cum re ipſa licebit cōferre. Cū igitur ex innumeris propemodum ſectionibus obſeruauerim humanam laryngem in prouectioris ætatis corporibus oſſeam eſſe, non cartilagineam: Quanquam à teneris annis cum nō-
20 dum ad ſuam duritiem, ſoliditatemq́; redacta eſt, ex cartilaginea ſubſtantia conſtructa eſſe videatur; non poſſum non opinari eam magis ex oſſea natura, quàm ex cartilaginea conſtare. Hoc igitur in cauſa fuit, quamobrem in oſium numero laryngem adiudicantes de illa in oſium tractatu agamus. Vt igitur alios nunc omittam anatomicos, ac de Galeno, & Veſſalio tantum dicam, ambo ſunt accuſandi: Galenus quidem primo: quòd neglecto humano corpore ſimias diſſecandas curauerit: Deinde quòd vel in ſimijs ipſis laryngis ſubſtantiam oſſeam prorſus non animaduerterit. Veſſalius autem, quòd in humanorum corporum ſectionem profi-
30 teretur, non humanam tamen laryngem, ſed bruti ſecare ſemper ſolitus eſt. idq́ue publicis theatris, quibus ego perſæpe interfui. Nos igitur laryngem inter oſſa connumerantes dicimus eam eſſe aſperæ arteriæ caput, quod ad os, atq; ad fauces pertingit, in cuius poſtremam ſuperficiem pręcedenti capite diximus Hyoides os duobus proceſsibus oblongis implantari, atque ita cum larynge ipſa committi. organum eſt, per quod ſpiritum admittimus, ac eundem reddimus, nec non etiam vocis formandæ, quemadmodum ex eius deſcriptione patefiet, quam licet oſſeam dixerimus, ad eius tamen compoſitionem concurrunt non oſſa tantum, verum etiam cartilagines, ligamenta, muſculi, ac membranæ: vt interim miſſas

Cur in Tractatu de oſſibus tractetur de larynge.

Anatomici complures deſcribūt laryngē tāquam corpus cartilagineum.

Larynx hominis ſenis oſſea eſt.

Larynx in tenella ætate cartilago videtur.

Gal. reprehendit.

Gal. ſimias ſecuit non homines.

Larynx ſimiæ oſſea eſt.

Veſſalius ſecabat laryngem bruti non hominis.

Laryngis deſcript.

Larynx oſſea eſt.

Larynx eſt caput tracheæ.

Laryngis ſitus.

Laryngis vſus.

Quot cōcurrāt ad laryngem cōponendam.

faciam venas, arterias, & neruos. Cæterum ossa, ex quibus larynx præcipue conficitur, quinque sunt, ex quibus duo maxima corpus fere ipsius laryngis constituunt. Parte posteriore late disiuncta sunt, anteriore vero testudinis ritu per acutum angulum vniuntur, cuius imaginem scuto, quod fortasse veteres in prælijs gestabant, assimilantes anatomici scutiformen cartilaginem, siue scultalem, siue peltalem, Græce θυρεοειδῆ vocarunt. Eius posterior pars supra, infraq; processus habet, quos ex suis vtrinque lateribus singulos educit superioribus processibus, qui inferioribus longiores esse solent. Primi committuntur hyoidis processus, ac membraneis vinculis inuicem firmantur. Inferiores autem scutiformis processus posterioribus lateribus eius nempe partis, quam reliqui secundam cartilaginem innominatam appellant, nos vero tertium os innominatum facimus, cuius forma circularis est similitudine referens illos Parthorum anulos, quibus pollicem muniunt, vt validius sagittas eiaculentur. nam parte posteriore gulam, seu stomachum spectante latius est, & in acutum spinæ modo extenditur. Deinde quo magis ad anteriora pergit, magis extenuatur, donec quam diximus figuram effingat. Vndequaq; teres est, nec vllam asperitatem præfert, præterquàm quòd posterius nonnihil eminet: vt duorum ibi existentium musculorum insertioni subseruiat, qui ab hoc tertio osse in quartum, ac quintum recto ductu feruntur, vt in libro de Musculis docebimus. Id autem os perfecte circulare natura fabricauit: vt esset basis, ac firmamentum laryngis, nec nõ etiam quoddam asperæ arteriæ propugnaculum, cuius est initium: nam nisi interna parte coalesceret, neque ea duritie præditum foret, periculum immineret, ne deglutiendo re aliqua crassa, vel dura, arctius respirationis via comprimeretur, vnde fieret suffocatio. Vndiq; igitur continuum os istud factum est: vt asperam arteriam validius tueretur. Quartum, quintumq; os laryngis nobis erit, quod alij vnam, ac tertiam cartilaginem numerarunt: nam si partem hanc membranis, quibus obtegitur, liberatam sedulo intuebe ris: & laxari deprehendes, & in duo diductã cognosces. Quamobrem visum est nobis in duo partem hanc ossa distinguere, quæ ab apice tertij ossis intro spectantis exurgunt. Huic enim tuberculo inarticulantur, atque inde à sua basi duas veluti pinnas emittunt, quæ ad imam scutiformis regionem parte anteriore copulantur, ac rimam constituunt modulandæ voci quam maxime accommodatam; sursum vero in duos processus tendunt, qui mutuo dexter cum sinistro vniuntur, & vasis cuiusdã imaginem præ se ferunt, quo

Marginal notes:
- Ossa laryngis qnque.
- Scutalis cartilago ab Anatomicis dicta quæ pars sit laringis.
- Quomodo processus hyoidis & laringis cõmittant
- Tertium os innominatũ quod alij secundã cartilaginem innominatam appellant.
- Tertij ossis innominati figura.
- Asperitas in osse pro insertione musculorum.
- Cur tertiũ os circulare.
- Quartũ & quintũ os laryngis appellatur tertia cartilago ab alijs & cur.
- Rima qua vox modulatur.

Line numbers: 10, 20, 30

quo abluendis manibus aquam affundimus. Iccirco græci partem hanc laryngis ἀρύταιναν, & ἀρυταινοειδῆ vocarunt. Hæc duo oſsicula inæqualia ſunt, atque inuicem per ligamentum, ac per cartilaginem vniuntur: & ſupernæ membranæ ibi copioſiſsime aſsidentis beneficio molliuſcula eſſe vidētur, vbi in duos proceſſus deſinunt, quibus ſcilicet natura veluti lingulis quibuſdam vti voluit non modo ad claudendum laryngis amplitudinem, & aſperæ arteriæ meatum, ne quid, ex vomitu præſertim, quod lædat in internam illius capacitatem decidat, atque ad pulmones deferatur: ſed etiā vt rimam illam moderetur variarum vocum efformandarum gratia, non ſecus atque in fiſtulis, aut tibijs lingulæ quædam imponi ſolent, ex duabus arundinum laminis compactæ. Propterea iſtorum proceſſuum id genus lingulam conſtituentium vnio γλωττὶς nuncupatur. Quod autem oſſa hæc ſint, quæ hactenus expoſuimus, non diu anceps ille fuerit, qui eorum ipſorum colorem, duritiemq́; conſiderarit: ac præterea medulloſam ſubſtantiam conſpexerit, qualem ego ſæpenumero deprehendi, quo vno potiſsimum cartilagines ab oſsibus differunt. Siquidem cartilago omnis ex omnium ſententia medulla penitus caret. Ad hæc ſuccedit cartilago vna, propterea illa quoq; explicabitur. Hanc ἐπιγλωττίδα græci vocāt, quod lingulæ modo enarratæ ſuperemineat, atque operculi vicem gerat, ne quid cibi, potúſue in laryngem defluat, nec non etiam viciſsim clauditur, ac reſeratur ob mutuam inſpirationis, & expirationis operam. Hæc modice curuati ſcuticuli formam imitatur, ſuperiore parte ampla eſt, ac ſenſim arctatur in mucronem deſinens, quo anteriori, ac ſuperiori ſcutiformis parti, vnde ortum habet, inſeri videtur. Reliquum eſſet, vt deſcriberem, quibus membranis, & quomodo larynx intus, foriſq́; inueſtiatur: ac præterea quot, quíue ſint muſculi motum hiſce oſsibus largientes: verum ne doctrinæ ordo interturbetur, congrue magis alibi hæc declarabuntur.

Quid ſignificet ἀρυταινοειδής.

Duorū proceſſuū quarti & quinti oſsis laringis vſus.

Γλωττὶς q̃d voceſ.

Quomodo oſſa eſſe nō cartilagines Quæ laringem cōſtituunt cognoſcat.

Differentia præcipua oſsis & cartilaginis.

ἐπιγλωττὶς quid ſignificet.

Epiglottidis vſus.

Epiglottidis figura.

Cur de membranis & muſculis laringis nunc non doceatur.

De Dorſo in vniuerſum. Cap. XIIII.

NIHIL in vniuerſi corporis humani fabrica, quo ad oſſa pertinet, magis quàm dorſi contextus admirabilis parentis noſtrę induſtriam atteſtatur, in quo vix ſatis mirari poſſumus quàm incredibili vſa ſit artificio, vbi tot vertebrarum ſitum, varietatem, ordinemq́; intuemur, quarum compoſitio inſtar carinæ cuiuſdam eſſe videtur. Etenim ſi oculos in naſcentis nauis exordium conieceris, facillime percipies, cum nauis fundo recte dorſum comparari poſſe, ad

Dorſi ſtructura ad miratu digna.

Vertebrarum compoſitio inſtar carinæ.

Dorſum dat robur corpori.

ſe, ad quod ipſæ coſtæ veluti curuatæ trabes affixæ adhæreſcant: atque ita corpus efficiant. quo fit, vt dorſo corporis ipſius ſtabilimentum, & robur non immerito tribuatur.

Dorſi ſignificatio.

Dorſum autem totã regionem interim nobis ſignificet, quæ à baſi occipitis vſq; ad extremum coccygem pertingit, quæque triginta quatuor vertebris perficitur.

Dorſum 34. vertebris.
Vertebra quid.

Vertebræ vero ſiue ſpondyli nobis erunt oſſa quædam egregia, formæ varietate diſtincta, ex quibus tanquam partibus dorſum conflatur, quemadmodum infra plenius demonſtrabitur.

Dorſum hominis deſcribitur.
Dorſi vſus.
Ambulatio eſt legitimus motus homini.

Dorſi beneficio præſertim humani (hoc enim duntaxat deſcribendum ſuſcepimus) recti ſtare, rectiq; ambulare poſſumus, qui legitimus eſt hominis motus, ac præterea ante, retro, ad latera, & in gyrum quoquo modo flectere corpus valemus.

Cur dorſum conſtet ex pluribus oſſibus.

Quamobrem ex vnico, integroq; oſſe conſtare minime debet: quamuis enim ita promptius dorſalem medullam ab externis iniurijs vindicaſſet: Homo alioqui diuinum animal quoddam veluti lapideum, ligneũ ue animal, neque ſeſe erigere, inclinareq; potuiſſet, neq; tam varios motus edere, qui ad multos vitæ vſus maxime ſunt neceſſarij.

Cur dorſum ex paucioribus oſſibus non conſtet.

Iam vero minus debuit ex paucioribus, vt quatuor, aut quinq; oſſibus conſtare. Nam licet motus ijdem fierent, difficilius tamen fierent, ac deinde dorſo luxando occaſio preberetur, id quod citra vitæ periculum vix vnquam euenire poſſet:

Dorſi vertebrarũ luxatio quam p timeſcenda.
Hippocratis locus lib. de Art.

quod luxationis genus animaduertens diuinus Hippocrates lib. de Articulis inquit. Si plures vertebras, quæ ordine ſe conſequerentur luxari contingat, graue quidem, ſin vero vnam aliquam exilire, & à reliquarum compage dimoueri pernitioſum fore.

Luxata vna vertebra ſpinalis medulla redigiť in acutum angulũ.
Spinalis medulla ſapit naturam cerebri.
Pluribus vertebris luxatis ſpinalis medulla redigiť in ſemicirculum.

neque id iniuria: nam ſi una vertebra luxetur, ſpinalem medullam ita ſecum diuellit, vt in acutum pene angulum illam cogat. iccirco vel frangatur ipſa, vel comminuatur neceſſe eſt: id quod lethale eſt; ſiquidem medulla hæc cerebri natura prædita eſt. ſin autem plures vertebrę ſimul luxentur; in angulum obtuſum, vel magis in ſemicirculum diduci eandem oportet, ex qua diſtractione patitur quidem, verum non adeo, ut mors neceſſario conſequatur.

Cur dorſum cõſtat ex tot vertebris.

ergo ex pluribus oſſibus veluti crebris, breuibuſque intermedijs conſtructum eſt dorſum: vt, quoad eius fieri poſſet, immune redderetur ab eiuſmodi luxatione: necnon etiam vt vertebrarum corpora ſic affabre facta in quemcũque motum procliuiora forent.

Vertebræ tuentur medullam.
Spinæ ſitus & cauſæ.
Cur ſpina ita dicta.

Ad hæc vertebræ ſpinalem medullam, quam intus habent, mirum in modum tuentur. hinc non ſpinam modo tot proceſsibus conſpicuam habuere, qui mediam dorſi regionem extrinſecus occupant, quod præcipuum eſt medullæ propugnaculum, vnde à potiſsima dorſi parte totum græci ἄκανθα hoc

eſt

est spinam vocarunt: verum etiam ex lateribus hinc vide processus alios producunt promptioris, maiorisq; tutamenti gratia. quos interim tamen musculorum implantationibus subseruire natura voluit: quæ æque sollicita fuit de spinali medulla, ac de cerebro muniendo: quoniam huic ex cerebri substantia productæ, & oblongo tãquam cerebro gignendi erant nerui. in medijs vertebris foramen extat, in quo dorsalis medulla sedet. ipsę uertebræ quo magis à ceruice recedunt, eo magis augescunt, & processus longiores, ac robustiores habent. sustinent enim superiores. quæ igitur in imo positæ sunt: aliarum maximæ corpore constiterunt: vt vniuerso oneri ferendo sufficerent. Nam rationi consentaneum est, vt quod gerit, re lata maius existat. Præterea vertebrarum, processuumq; magnitudo conferre plurimum videtur ad tuenda maxima vasa, venam scilicet concauam, arteriamq; magnam, quæ sub ea regione residẽt. Dorsum quinq; in partes diuiditur in ceruicem, collũue, thoracem, lumbos, sacrum os, & coccygem. Quinque hæc suis vertebris constituuntur, quæ in vniuersum triginta quatuor numerantur. Nam collo septem tribuuntur, thoraci duodecim, quinq; lumbis, sex sacro osi, postremæ quatuor coccygi. Cæterum ex his viginti quatuor iure optimo vertebræ nuncupantur: quippe quarum munere corpus in varias partes vertatur; & hæ ad sacrum terminantur. quæ autem ad os sacrum cum coccyge attinent: potius à similitudine, quam cum superioribus aliqua ex parte obtinent, quàm quòd vertebrarum munere fungantur: vertebræ sunt appellatæ: quæ pariter alio articulationis genere à superioribus inuicem componuntur. illæ namq; Arthrodia articulantur, hæ vero postremæ per Symphysim vniũtur. Sed clarius hæc in priuata singularũ tractatione sequentur quatuor capitibus.

Cur vertebræ dorsi habent processus in spina & lateribus.

Processus laterales vertebrarum musculis etiã seruiunt.

Natura est sollicita de spinali medulla vt de cerebro & cur.

Spinalis medulla ẽ cerebrum productum.

Locus medullę spinalis.

Cur vertebræ inferiores habeant corpora maxima

Vertebræ corpora & processib. magnæ melius tuẽtur venã cauã & arteriam magnã.

Dorsi diuisio.

Colli vertebræ 7.

Thoracis vertebræ 12.

Lumborũ vert. 5.

Ossis sacri vert. 6.

Coccygis vert. 4.

Vertebræ propriæ quæ & quot.

Differentia vertebrarũ ab ijs quæ per similitudinẽ ita dicuntur.

De vertebris ceruicis, & capitis motibus. Cap. XV.

AC PRIMVM ab illis vertebris supremis dorsi exordientes illud disputare omittemus, cur omnibus animalibus ceruix non cõueniat: & an illam pulmonũ, vocisúe gratia natura finxerit; quando hæc, atque id genus problemata ex Aristotelis, aliorumq; rationibus abunde discussa sunt. Quòd autem ceruix ex vertebris cõstare debuerit: rei natura nobis apertissime demõstrat: nam cum emanet à cerebro spinalis medulla, in vertebrisq; contineatur, capiti vertebras contiguas esse oportuit, totũ id spatij occupantes, quod à capite ad summum Thoracem interest colli, siue ceruicis nomine donatum.

Quæstiones quas omittit dedita opera.

Cur ceruix cõstet ex vertebris.

Septem vertebræ colli a seipsis differũt & quomodo.

donatum. Cæterum hæ vertebræ ſeptem numero ſunt, non ſolum à cæteris, verum etiam à ſe inuicem differentes. prima nanq; à ſecunda, & hæ rurſus à ſubſequentibus diuerſæ ſunt. At quatuor à ſecunda ad ſeptimam vſq; ſibi ſimiles in figura conſpiciuntur. verum ſeptima ab omnibus diſtincta eſt, ſicuti ex ſingularum deſcriptione patefiet. Ceruix autem non modo hunc vſum præſtat, vt caput fulciat, ſed etiam vt eius motibus potiſsimum conferat. Quamobrem operæpretium eſt cognoſcere, quinam ſint capitis motus, quoq; illi ipſi modo fiant. Nam quod Galenus de ijs ſcripſit: prorſus à veritate alienum exiſtimatur; quemadmodum ſummus Anatomicus Veſſalius longe hac in parte Galeno diligentior ex rei natura deprehendit. neque vero Galeni error librariorum incuriæ, aut inſcitiæ adſcribi poteſt, cum pluribus in locis idem repetat. vt in XII. de Part. Vſu. in lib. de oſsibus. & IIII. de Aggreſsibus Anatomicis, quos mira diligentia ſe conſcripſiſſe profitetur. Cum itaq; caput pluribus motibus moueatur: cum illud Galeno teſte XII. de Vſu Part. nullo motu careat, ſcire oportet illud partim ſuos, ac proprios motus edere, partim ad alienos motus conſequi. Peculiares capitis motus duos eſſe non ſemel eodem lib. Gal. aſſeruit, vnum, cum caput ante, retroq; flectitur annuendo, renuendoq;, alterum cum ad latera circumducitur, hoſq; fieri manente ceruice; cum autem caput valde in pronum, ac ſupinum demittitur, atque etiam ad humeros vehementer adducitur, tales motus non ſunt ipſius capitis proprij. ſiquidem cum tota ceruice fiunt, neque vllo modo ea quieſcente cieri poſſunt, & ceruix moueri nequit, quin ſimul etiam caput ipſum moueatur, nimirum qui eſt proprius ceruicis motus, hũc pariter capitis communem iudicamus. Iam vero proprios motus ſuper primam, ſecundamq; vertebram tantum fieri certum eſt, cum hæ duæ cum capite potiſsimum colligentur. Ab occipitio enim multis partibus ligamenta fluunt, propterea diſtinctum eſt in rimas ab initio, adeo vt puerorum occiput ex pluribus oſsibus conſtructum ſit, quæ poſtmodum ætatis proceſſu ita coaleſcunt, vt ne vlla quidem diuiſionis nota appareat, atque ideo vnicum ab omnibus cenſeatur. His ligamentis vndique annectuntur occipitio primæ duæ vertebræ, ne caput huc, atque illuc temere delabi poſsit, quo fit, vt firmiſsime cum ceruice cohæreat. At ſuos vt motus commodius efficere queat pereleganti artificio cum primis duabus vertebris occiput articulatum fuit, quę articulatio ad hunc habet modum. Ad eam occipitij partem, vbi amplum eſt foramen, per quod in dorſum ſpinalis medulla deſcendit, anteriora verſus duo aſsident promi-

Ceruicis vſus. — Gal. errauit in capitis motibus. — Veſſ. in deſcribendis capitis motibus Gal. diligentior. — Gal. errores de capitis motibus nõ poſſunt excuſari. — Gal. eſt ſibi ſimilis in doctrina de motib. capitis libro de Vſu Part. de oſs. et quarto de Anat. Aggreſ. — De motib. capitis. Gal. 12. de vſu part. — Diuiſio motuum capitis. — Proprij motus capitis qui. — Quod motus Gal. fiant manẽte ceruice. — Motus capitis & ceruicis communis. — Quomodo motus ceruicis proprius fiat capiti cõmunis. — Motus proprij capitis fiunt ſuper prima, & ſecunda vertebra. — Prima & ſecunda vertebra cap. alligantur. — Cur occiput ĩ pueris ſit ex pluribus oſsibus. — Caput ceruici firmiſsime iũgitur. — Articulatio occipitis cum primis duabus vertebris colli quõ habeat.

prominentes, & in longum diducti processus, vtrinque videlicet vnus, qui primæ vertebræ sinus subeunt, quos in superiore sui parte ascendentium processuum media sede exculptos cernimus. Huius articulationis ope Galenus falso putauit caput in gyrum verti posse. Nam huic sententiæ aduersatur eiusdem articulationis forma, quandoquidem illa, quæ verti, ac circumagi debent, rei vni veluti axi inniti solent, non autem duabus oppositis partibus infigi. Nam si caput moueretur, vt censuit Gal. circumduci non posset, nisi alteruter processus semper è sua sede exiliret: vnde luxari caput perpetuo necessum esset, quod nunquam sine vitæ dispendio accidit. Ergo solum ex hac articulatione colligere possumus eum motum, quo caput modo inclinatur, modo reclinatur. circumducitur autem ad latus altera articulatione, quæ in secundæ vertebræ cum prima compositione miro modo celebratur. Exurgit enim è medio corpore vertebræ secundæ processus quidam rotundus, ac longus crassitie mediocri, quem non inuenuste Græci ὀδοντοειδῆ & ὀδόντα nuncuparunt, quoniam canini hominis dentem quodammodo referat. Propterea Hippocrates huius partis gratia totam secundam vertebram dentem nominauit. quod perperam intelligens quidam processum posteriorem huius dẽtis loco accepit. Huiusmodi itaq; dens primæ vertebræ sinu suscipitur, qui eo exculptus est loco, qui vertebræ corpori destinatus fuisset: nisi eius ipsius sinus gratia corpore priuatum iri oportuisset. quo itidem loco teres, ac solidum hinc atque hinc ligamentum ducitur, dentem adeo claudens, vt ne ibi dorsalem medullam appositam conuulneret, aut certe comprimat, & tamen laxam articulationem illam relinquat, cuius beneficio circumagi vertebra superior posit, in quam infixum, ac persistens eo quo diximus modo caput simul ad latera circumuertatur. qua in re Gal. quoque reprehensione non vacat: quippe qui non animaduertit eiusmodi esse hanc articulationem, qualem in valuarum, hostiorumq; cardinibus intuemur, quibus ostia ipsa, valuæq; sustinentur, & tamen non sursum, neque deorsum mouentur, sed solummodo circumaguntur. Ex his iam tandem constare puto qui sint proprij, quíue communes capitis motus; & quomodo cum hi, tum illi fiant: Quanquam ad hos ciendos necessaria sit vertebrarum cum capite coniunctio. ac demum veritatis cultoribus cũ Galeno errandi occasionem sustulimus. nunc reliquum est, vt ad vertebrarum colli descriptionem redeamus. Prima ceruicis vertebra alijs quidem tenuior, verum densior, ac solidior existit corpore: processuq; superiore caret. Etenim sciendum est verte-

Gal. error.

Quæ circũaguntur axi innituntur.

Caput sine vitæ discrimine non luxatur.

Caput inclinatur & reclinatur ope articulationis eius cũ prima vertebra.

Caput circũducitur articulatione secundę vertebrę cum prima.

Quid sic processus odontoides.

Cur Hippocr. vocat secundam vertebram dentem.

Error cuiusdam.

Describitur articulatio secũdæ vertebrę cũ prima.

Ligamentũ ꝓcessus dentis dicti.

Gal. error.

Valuarum cardinibus articulationem comparat.

Epilogus.

Primę vertebrę cũ alijs cõparatio.

Vertebra diuidi-

tur in corpus & processus.
Corpus in vertebra quid.
Processus in vertebra quid.
Primæ vertebræ anterioris figura.
Tuberis primę vertebræ vsus.
Sinus primæ vertebræ vsus.
Cartilaginis ĩ primæ vertebrę articul. cum secunda vsus.
Obseruatio in oĩbus vertebrarum articulationibus.
Omnes vertebræ habent processus ascẽdentes & descendentes.
Cur primæ vertebræ ꝓcessus sint vtrinq; excauati.
Prima vertebr. vtrinq; suscipit nõ suscipitur.
Processus laterales primæ vertebræ quales.
Foraminis processuum lateralium vsus.
Processus superior & ascendens idẽ, & processus inferior descendens.
Vertebræ pene omnes dorsi incisæ sunt vbi committuntur.
Sinus inter primã & secundam vertebrã ab alijs differentia.
Thoracis vertebrarũ vbi commit-

bram in corpus, ac processus multiiuges diuidi solere. corporis nomine partem magnam, ac veluti corpulentam intelligimus. reliquum vero, quod à corpore superat, partim foramen dorsali medullæ paratum constituit: partim in processus absumitur. Processus autem cum dicimus, eas vertebræ partes intelligimus, quæ ex ijs qualibet sede protuberant. Parte igitur anteriore primæ vertebræ, vbi corpus esse debuit, adest portio quædam pertenuis, quæ intrinsecus, quà respicit foramen, per quod spinalis medulla pertransit, in sinum excauatur: extrinsecus vero in œsophagum pertinens tuber quoddam emittit, quo tanto crassior, firmiorq; redditur, quanto ob posteriorem dictam cauitatem gracilior, ac imbecillior facta fuerat. Hoc sinu (sicuti paulo supra dictum est) dentem à secundæ vertebræ corpore productum excipit, cui crustæ modo cartilago innititur, cuius beneficio & lubrica magis in edendo motu fit articulatio, & cauetur ne nimio motu atterantur ossa: Id quod in omnibus alijs vertebrarum articulationibus obseruatum cernimus. Præterea operæpretium est, vt diligenter adnotes ascendentes, ac descendẽtes processus, quibus æque omnes vertebræ donatæ sunt. Nam in alijs altera tantum parte sinus habentur, quemadmodum suo loco dicam. In prima vero vtrinq; sunt excauati: vt superne quidem admittant occipitij processus, inferne autem superiores secundæ vertebræ. vnde colligere potes primam vertebram nulla ex parte suscipi: sed vtrinque tam superiorum, quàm inferiorum ossium insertionem suscipere. Item è lateribus eiusdem primæ vertebræ versus anteriora erumpunt duo alij processus prælongi, ac perforati, qui & maiores sunt, quàm in cæteris vertebris; & foramen quoq; maius habent, per quod vena, arteriaq; transeunt ad caluariam, & ex se propagines aliquas ad medullam dorsalem transmittunt. Ad processus superiores & inferiores, quos ascendentes & descendentes nominauimus: versus posteriora, si primam spectes, sin autem reliquas anteriora versus sinus vtrobique singuli iacent, quibus effingendis nõ modo vertebræ os, quod ambit foramen dorsali medullæ paratum, sed postrema quoq; processuum portio cessit: Id quod commune est omnibus fere dorsi vertebris, quas incisas esse comperies, vbi inuicem committuntur, ita vt tam superioris, quàm inferioris vertebræ substantia participent. Hi sinus in prima, & secunda vertebra oblongæ rimę speciem seruant, in reliquis orbiculari sunt figura, præterquam in Thoracis vertebris, vbi in longum excauantur. Per hos sinus effluunt neruorum coniugia numero distincta, quemad-

modum

modum & ipsæ vertebræ distinguuntur. Quamobrem è sinibus superioribus primæ vertebræ producitur primum neruorum coniugium: ab inferioribus autem, qui nihilominus sunt secundæ vertebræ communes, exeunt secundę coniugationis nerui; ex alijs vero alia paria pro vertebrarum situ, ac numero. Hi vero sinus, quos diximus, non modo neruis, verum etiam venarum, atque arteriarum ramis aditum præbent; vnde nutrimentum tam dorsali medullæ, quàm vertebrarum osibus suppeditetur. Secunda vertebra præter cæteras dotes, quæ primæ tribuuntur; & corpus, & processum posteriorem habet. Ex summo corpore dentem illum promit, de quo satis supra dictum est, cuius superficiem asperam quoquomodo, acutamq; natura construxit, vt inde commodius vinculum prodiret, quo occipiti alligaretur ea parte, quæ ab vtroque occipitij processu memorato æque distat, vbi adnatum est exiguum, asperumq; tuberculum, cui tenacius adhæréscat. Processu item posteriore insignita est: vt inde enasci posint musculi duo in occiput inserendi, quibus musculis sursum petentibus ne quicquam posterior primæ vertebræ processus officeret, illum prorsus natura ademptum voluit: posterior autem secundæ processus in extremitate scinditur, ac vt ita dicam, bifurcatur: vt commodiorem musculorum nexum efficeret. quam bifurcationem in reliquis etiam colli vertebris obseruabis. Hanc Galenus ignorauit suis delusus simijs, in quibus integri sunt: & si postrema nonnunquam illum integrum, nec bifidum gerat. Præterea secunda vertebra laterales processus longe breuiores obtinuit, quàm prima, in quibus peculiare illud est, quòd foramen oblique, non autem recte vt in alijs exculptum est. Dantur item huic & ascẽdentes, & descẽdẽtes processus: sed ascendentes leuiter extuberant, ideo in humiles inferiorum primæ vertebræ processuum sinus immittuntur; ac descendentes exilibus pariter sinibus præditi sunt, vt sequentium processuum insertionem admittant. Iuxta hos processus adstant illi sinus, siue illa foramina, de quibus antea dictum est, qua trasmittitur secundum neruorum coniugium à spinali medulla descendentium. Iam vero scire oportet ceruicis vertebrarum corpora, prima tamẽ excepta, quam corpore destitutam esse diximus, in longum aliquo modo extendi, ac partem anteriorem planam exigere: cum illi substratus sit œsophagus in ventriculum desinens, ac simul asidet aspera arteria ad pulmones tendens. Harum itaque commitẽdis corporibus aliam à cæteris rationem natura excogitauit: nam præcedentis pars inferior decliue sensim exciditur, superior vero

tur sinus qualis.
Sinuum vertebrarum vbi committuntur vsus.
Coniugia neruorũ tot sunt quot vertebræ.
Primi neruorum coniugij & vertebræ ortus.
Secundi coniugij neruorum ortus.
Venæ & arteriæ ortus in finib. neruorum coniugijs communibus.
Secundæ vertebræ descriptio.
Dens oritur in secũda vertebra ex corpore ipsius.
Dentis superficies cur aspera & acuta.
Tuberculi asperi ĩ secunda vertebra vsus.
Cur secunda vert. habet processum posteriorem.
Cur prima vert. careat processu posteriore.
Cur posterior processus secũdæ vertebræ sit bifidus.
Processus posteriores vert. colli omnes sunt bifurcati contra Gal.
Processus laterales secundæ vert. sunt breuiores, & foramĩe obliquo.
Processus ascendẽtes.
Processus descendentes.
Sinus per quos exeunt nerui vena & arteria sunt iuxta processus.
Corpora vertebrarum colli qualia
Cur anteriora corpora vert. colli sint plana.
Oesophagus desinit in ventriculũ
Aspera arteria tendit ad pulmones.

Cōmittuntur corpora vertebrarū colli pene vt ossa temporum.
Prima vertebra caret appendice.
Oēs vert.colli prę ter primā habent appendices.
Cartilago crassa& mollis cur sit inter appendices vertebrarum.
Cur processus laterales vertebrarum colli post secundū sint bifidi.
Septima vertebra colli qualis.
Posterior ꝓcessus septimę vertebrę nō est semper bifidus.
Cur plana sit inferior pars posterioris processus septimæ vertebr.

sequentis modice quoque decliuis est, vt huius portio illius portionem excipiat modo haud absimili à temporum osium commissura. Colli vertebrarum corpora, prima tamen excepta, appendicibus vtrinque decorantur: inter quæ locum habent cartilagines crassæ, ac molles, vt flectendi munere in quamcunq; partem liberius fungantur. Cæterum vertebræ, quæ secundę succedunt: proprium id habent, quòd earum laterales processus bifidi sunt, quod ob musculorum implantationem factum fuit, vt etiam in posteriore processu supra adnotatum est. Septima vertebra, cum finitima sit thoracis vertebris: nō nihil est earum naturæ particeps: itaq; 10 à superioribus distinguitur: Aliquando enim illius posterior processus integer est, non bifidus. Præterea inferior eius corporis pars, qua spectat primam thoracis vertebram, non oblique, nec decliue extenditur, sed plana est aliquantulum: quo sequentis corporis parti æqualiter cohæreat.

De Vertebris Thoracis. Cap. XVI.

Thoracis vert. 12.
Costæ qūo. 24.
Costæ qñq; etiam 23. vel 25.
Rarius est vt ex costis vna desit quā supersit.
Differentia vertebrarū thoracis à vertebris colli.
Cur corpus vertebrarū thoracis sit maius corpore vert. colli.
Corpora vertebrarum quāto maiora eo fungosiora.
Foram. in corpore vert. vsus.
Figura corporum vertebrarum thoracis lata.
Plana.
Processus vertebrarum thoracis quales.

THORACI deseruientes vertebræ duodecim numero sunt, quibus singulis binæ costæ articulantur, ita vt numero sint vi- 20 gintiquatuor. Tametsi quandoq; superesse vna, quandoque desse inueniatur. rarissimum quidem vtrunq; est, verum rarius multo est, vt desit. Variant hæ à ceruicis vertebris; si quidem maiore sunt corpore, quanquam ab illis densitate, ac soliditate substantiæ superantur. & profecto maius corpus sortiri debebāt, quando maiores non esse non poterant superioribus sustinendis addictæ. verum obseruabis ea, quo magis mole augentur, eo rariore, ac fungosiore substantia prædita esse, ac præterea foraminibus quamlibet exiguis referta vasorum nutrimentum deferentium excipiendorum gratia. At corpora hæc, præterquam quòd & rariora, & 30 fungosiora sunt: figura, & situ à ceruicis vertebrarum corporibus non parum discrepant. Etenim minime lata sunt, nec depressa, qualia illa esse dicebamus. Sed in medio protuberant, & in rotundum adducuntur: præter duas primas, quæ ob colli vicinitatem quoquomodo corpore sunt depresso, ac lato. Horum itidem corpora supra, infraq; plana existunt, & multam cartilaginem interiectam posident. In eo præterea ab ijsdem ceruicis vertebris diuersæ sunt, quoniam posteriores processus nec bifidos, nec rursum latos, atque in extremitate rotundos gerunt: sed oblongos, & acutos quadrangularis pyramidis ritu, ac deorsum decliues; neque transuer-

transuersis sunt processibus bifurcatis, sed longis & magnis, nec non in rotundum, & crassiusculum caput desinentibus, qui primo exortu sursum feruntur, inde vero flectuntur deorsum tendentes, parteq; interna excauati costarum tuberibus commodam articulationem præbent. quæ cauitates in tribus primis inferiorem regionem, in tribus autem postremis superiorem occupant, adeo vt illæ deorsum, hæ vero sursum respicere videantur. at quatuor mediæ medio se habent modo. Cæterum transuersi vndecimæ, ac duodecimæ processus non sunt eiusmodi. namq; ijs nothas costas veluti 10 breuiores atque intumescentibus intestinis plærunq; cessuras, tam valide alligari minus expediebat. Quamobrem vnica illa, & mediocri articulatione vertebrarum corporibus duntaxat committuntur. Reliquæ omnes validissimis ligamentis nectuntur, atque vt firmior sit huiusmodi nexus: ad latera corporum vertebrarum sinus adsunt costarum capitula excipientes, qui tamen non in omnibus eundem seruant situm. Nam præter primam, vndecimam, ac duodecimam sinus isti communes sunt, siquidem ad corporum extremitates, quà vertebræ mutuo vniuntur, iacent iuxta foramina transmittendis neruis parata: sed prima, vndecima, & duodecima 20 hos sinus in suis ipsarum corporibus exculptos habent, quos omnes cartilaginea crusta oblitos licet animaduertere. Iam vero thoracis vertebræ alijs quoque nominibus inuicem distinguuntur. Etenim posteriores processus, qui spinam constituunt, neque ita longi, neque acuti in tribus postremis conspiciuntur: sed lati quodammodo sunt, & in extremitate in orbem circumscripti, nec absimiles vertebrarum lumborum processibus in eadem serie constitutis, vbi adnotare operæpretium est, posteriorem duodecimæ processum omnium breuissimum, & minus alijs deorsum spectantem. Hic nō est prætermittendum, quòd quæ nos cum recte sen30 tientibus duodecimæ tribuimus, ea Galenus decimæ ascribit: verum illi canes, & simiæ imposuere, in quibus decima est dorsi vertebrarum medium, ac veluti punctus & axis quidam: quo omnino quiescente cæterę hinc inde moueantur. quod in duodecima homi nis verū deprehendes, quæ parem articulationis speciem ab vtraq; parte est consecuta; infra namq;, supraq; processus mediæ extuberantes habet, vt vtrinque suscipiatur, contra quàm primæ ceruicis vertebræ vsu venit, quam vtrinque suscipere capite superiore demonstrauimus. Quòd si quis huius articulationis varietatis diligentius rationem requirat, animaduertere oportet eandem motus rationem in superioribus vertebris ad duodecimam vsque seruari: inde

Costarum tubera articulatur cū cauitatibus processuum vertebrarū thoracis.

Thoracis vert. tres primæ. deorsum tres, posteriores sursum respiciūt mediæ medio modo.

Processus transuersi vndecimæ & duodecimæ vert. quales.

Costæ nothæ cedunt quandoque intestinis tumētibus.

Quomodo vertebræ costis validissime alligentur.

Prima vertebra vndecima & 12. quales sinus habeant.

Processus posteriores vertebrarum thoracis quales.

Decima vertebra in cane & simia ē mediū vertebrarum dorsi, sed in homine 12. Gal. error.

Duodecimæ vert. vsus & figura.

Duodecima vert. vtrinq; suscipit. Prima vertebra vtrinque suscipit

Cur nō sit eadem in omnibus thoracis vertebris articulatio.

inde vero à subsequentibus nempe lumborum vertebris contrariã. Quocirca cõtrarius quoque in illarum superioribus, inferioribusq; processibus articulationis modus reperitur, & forte præcedentium articulatio aptissima est ad dorsum in anteriora flectendum: cum vero illud ipsum ad posteriora toto pene corpore curuatur, id muneris tunc lumborum vertebræ præstiterint. Thoracis vertebræ illud postremo commune habent, in quo à superioribus maxime differunt, quòd quinis appendicibus sunt donatæ, binis ad ipsorum corpora supra, infraq; totidem ad transuersos processus, ac demum singulis ad extremitatem spinæ. 10

Dorsum quõ ĩ anteriora flectatur. Qua ope dorsum ad posteriora curuetur.

Vertebræ thoracis habent quinque processus & quos.

De Lumborum Vertebris. Cap. XVII.

Ex ijs, quæ supra de colli, ac thoracis vertebris dicta sunt, nõ pauca eliciuntur, quæ ad vertebrarum lumborum explicationem attinent, quæ repetere nullo pacto est opus. Lumborum igitur vertebræ quinque numero sunt, atq; hæ superiorum omnium maximæ: verum substantia rarissima, & foraminibus crebris peruia constant. Harum superiores processus sinus speciem referunt. inferiores autem in hos immittendi paululum eminent, atq; ita sua & ipsi cartilagine tecti committuntur, contra quam in superioribus fiat, quoniam hæc articulatio oppositam motus rationem præstat. Transuersi processus longiores multo his, quàm thoracis vertebris, attamen tenuiores, atque inter se dispares. Prima enim & quinta lumborum vertebrarum breuiores illos habẽt, quàm mediæ: qui à se inuicem præterea dissidẽt, quoniam superiores deorsum, inferiores sursum, vnius vero, quæ media est transuersi processus nec sursum, nec deorsum vergunt: quidquid de his senserit Vessalius. Tales autem processus costularum vicem quodammodo gerunt peculiare maximis vasis propugnaculum allaturi. Non enim eo loco iustæ magnitudinis costæ produci potuere; siquidem non conducebat eam intestinorum regionem ossium mole, ac duritie comprimi, quam ad immodicam extensionem nonnunquam deuenire oportet, præsertim in fœminis, quando vterum gestant. cui rei natura consuluit accuratius: cum duas postremas costas, & breuissimas efformarit, & sensim à pectoris osse abduxerit: satis fore existimans si transuersos lumborum vertebrarum processus tantum porrigeret, quantum venæ cauæ, magnæq; arteriæ muniendis opus foret. Nõ procul ab his processibus duo alij, vtrinq; singuli, exoriuntur exigui admodum iuxta nerui exortum, quos Vessalius

20 30

Vertebræ lumborum 5.

Substantia vertebrarum lumborũ qualis.

Processus superiores & inferiores quales.

Cur vertebræ lumborum committãtur diuerso modo.

Processus transuersi.

Prima & quinta vertebra.

Transuersi processus mediæ vertebræ lumborum quales.

Error Vessalij.

Transuersorum processuũ vsus.

Cur in loco processuum trãsuersorum costæ non sint productæ ad maiorem longitudinem.

Productio trãsuersorum processuũ vertebrarũ lumborum quãta sit.

Processus alii duo.

Vessalius in homine nunquam, in canibus vero, ac simijs se animaduertisse asseuerat. Cui ego hac in parte subscribere nullo pacto possum, & verissimam esse sententiam Gal. cogor fateri, cum sæpe in cadaueribus publice sectis Patauij, Pisis, Romæq; eius generis ossa animaduerterim: & pleno theatro attrectanda proposuerim, quæ haud dubie nuper dictis processibus abundabant. Quid? quòd apud me sceletos adhuc perstat, in cuius lumborum vertebris tales processus insigniter apparent. Hi tamen nõ in omnibus apparent. Aliquando inueniuntur vertebræ, in quibus obscurissimi sint. Atque hæc prolixius dicta sint, vt omnibus perspicuum sit, me in rebus Anatomicis non tanti Galenum, & Vessalium, quos plurimi facio, quàm veritatem ipsam facere: veritatem appello, vbi cum rei natura oratio maxime concordat. Dantur prætere a lumborum vertebris posteriores processus, neque longi, neq; acuti, neque ita deorsum tendentes, quales in superioribus vertebris visuntur: sed validi sunt, crassi, ac lati, & in extremitate circulari linea definiti. Hæ tandem vertebræ aliarum more appendicibus exornantur, quæ quanto cæteras magnitudine antecellunt, tanto etiam cartilaginem, quæ inter ipsarum corpora mollissima intersidet, maiorem, & crassiorem adepta sunt, neq; foraminibus illis destituuntur ante inferiores, superioresq; processus exculptis, per quæ tam patet ingressus uasis nutrimentum afferentibus, quàm exitus neruis ex dorsali medulla progredientibus. Hæc autem foramina à superioribus differunt: non enim vere orbiculata sunt, neque magis in vnius, quàm alterius vertebræ parte excauantur, sed parem vtriusq; portionem exemptam postulant, quemadmodum videre est in quibusdam ceruicis vertebris. id quod si minus obseruatum videris, non magni referre putato, si humilior istorum foraminum sedes inferioribus vertebris tribuatur. Illud autem omnium vertebrarum dempta ceruicis prima commune fuerit, quòd in posteriore corporis parte, quam vtiq; spinalis medulla parte sua anteriore attingit, adsistit foramen patens, ac peruium subintrantibus venis, atque etiam arterijs, vt alimentum abunde suggerant. Atq; hæc hactenus de ceruicis, thoracis, ac lumborum vertebris: quarum descriptio à Galeno tradita omnino reijcienda est, quando cum brutis potius, quàm cum humanis conuenire videtur. In sacro item, & coccygis osse Galenum eadem ratione nõ sequemur, vt sequẽti capite palam erit. Illud insuper adnotabis posteriorem processum, quem spinam vocari diximus, deorsum tendere à secunda ceruicis vertebra vsq; ad vltimã lumborum, quamuis

Contra Vess. pro Galeno.

Professus est anatomen, Patauij, Pisis, Romæ.

Sceleton habet domi.

Galeno & Vessalio in rebus Anatomicis veritatẽ præfert.

Processus posteriores lumborum quales.

Vertebrę lumborum habent appendices.

Cartilago inter corpora vertebrarum qualis.

Vsus foraminum ante processus inferiores ac superiores.

Differentia foraminũ vertebrarũ lumborũ ab alijs

Cõmune omnib. vertebris præter primam ceruicis.

Gal. errat in vertebrarum sacri & coccygis descriptione.

Spina tendit deorsum à secũda vertebra colli ad vltimã lumborum.

Gal.error.

quamuis ſecus Gal.ſenſerit, qui dixit proceſſus ſub decima ſurſum vergere.

De Sacro, & Coccygis oſſe. Cap. XVIII.

ἱερὸν κόκκυξ. Cur πλατὺ vocet os ſacrum.

DORSI duæ iam poſtremæ partes reſtant, quarum alteram ſacrum, alteram vero coccygis os nuncupamus, vtroq; à Græcis ſumpto vocabulo: ſiquidem illi hoc ἱερόν, illud autem κόκκυγα dixere, nonnunquã etiam ſacrum πλατὺ vocarunt; latum id, amplumq́; intelligentes. ſuperat enim non modica amplitudine reliquas omnes vertebras, quibus veluti baſim ſubſtratum animaduertimus. 10 idem vero apud veteres ἱερὸν, quod magnum ſonat. Illud de hoc oſſe ſatis abſurdum eſt, atque à rei natura maxime abhorrens, quod nonnulli magni etiam nominis authores commenti ſunt: os iſtud fœminis, dum pariunt, ita dilatari, ac retrocedere, vt percommode fœtus edi poſsit; ac propterea ſacrum appellari. Neq; mihi adducenda videntur, quæ Galenus varie de hoc oſſe tradidit, cum ſatis conſtet, non humanum os ſacrum, ſed beluinum, quale eſt canum, ac ſimiarum, ab eo fuiſſe deſcriptum, quemadmodum pluribus verbis quàm fortaſſe neceſſe fuit, Veſſalius oſtendere conatus eſt. Verum enimuero hæc, atque alia quandoque in medium 20 afferri debent, vt nonnulli diſcant legendis authoribus iudicium adhibere, neque Pythagoricorum more ſatis eſſe ducere, quod ipſe dixerit. cuius tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret authoritas. Quis enim non videt magnum Galenum quandoq; dormitare, cum oſſa non diſtinxerit, quantum à brutorum oſsibus humana diſtarent? Illud enim ne à ſacro oſſe diſcedamus, quod ſcripſit Gal.in ſacro oſſe tria tantum inueniri foramina, quæ in oſsium, ex quibus id ipſum conſtat, compage exculpta ſunt; videre non poſſum, quo pacto veriſimile ſit tribus foraminibus donari poſſe, cum duas tantum commiſſuras obtineat: 30 quandoquidem vult ex tribus id oſsibus cõſtructum, quem ſimiæ, vel canis, vel leonis os ſacrum inſpicienti non obſcurum erit, minus vero tria hæc foramina ſacro oſsi humano tribuentur; quòd videlicet non ex tribus, neque ex quatuor (vt ille arbitratus eſt) verum ex quinq;, & ſex plurimum oſsibus conflatum eſt: quæ tametſi in ætate adhuc tenera laxari, ac ſeparari poſſunt, neq; tunc multum à reliquis vertebris differre videantur; Tamen cum facta ſint, vt conſiſtant; ita coaleſcunt, vt niſi interna parte, quæ anterior eſt commiſſurarum notæ ſeruarentur, vix quiſquam crederet ex pluribus illud oſsibus conſtare. Cæterum oſſa hæc non ſecus inuicem commiſſa

Marginal notes:

ἱερόν. i.magnum.

Etymologia ſacri oſſis quòd ita vocetur quia in parientibus dilatatur abſurdiſſimũ eſt.

Gal. deſcripſit os ſacrum beluinũ.

Veſſalij ſermonis prolixitas.

Authoribus legendis iudicium adhibendum.

Pythagoricis ſat erat αὐτὸς ἔφα.

Gal.quandoq; dormitat.

Galeni error.

In ſimia cane & leone verum eſt quod ſcribit Gal. de oſſe ſacro.

Os ſacrum hominis ex quinq; vel ſex oſſibus.

Os ſacrum in ætate tenella laxatũ & ſeparatur.

Vbi ſeruetur veſtigiũ cõmiſſuræ in oſſe ſacro.

commissa sunt, atq; superiores vertebræ, præterquam quòd interstitio cartilagineo carent, quo minime opus erat immobilibus futuris. Quamobrem in vertebrarum numero habentur, non quia vertebrarum vsum præstent, cum nulla ratione moueri posint, verum quia similitudinem quandam retinẽt, per quam cum illis conuenire videntur. Nam si à teneræ ætatis corpore sumpta hæc ossa decoxeris, & à se inuicem diuulsa consideraueris, & corpus in ijs, & processus, ac demum eandem pene figuram obseruabis, quam vertebræ ipsæ præ se ferunt. Porro non aliam ob causam os istud à natura paratum fuit, quàm vt super eo quiescente reliqua ossa inferiora, æque ac superiora mouerentur. licet enim ad ossa partes corporis vniuersæ adhærescant, atque ijs motis eædem simul moueantur, ex naturæ tamen lege vnum præcipuum os esse debuit, ad quod reliqua ossa stabilirentur. quod profecto commodius alibi, quàm in medio pene corpore locari non potuit; vt tam superioribus, quàm inferioribus mouendis asisteret. At quoniam dorsalem medullam admittere debebat, transmittendisq; ab illa neruis vias recludere: iccirco in eo foramina sunt incisa, per quorum medium spinalis medulla descendit: quæ adeo dura, solidaq; existit, vt nerui magis, quàm medullæ naturam sapiat. Quapropter in neruos plures, ceu in ramulos desinit, qui extra fines sacri osis parte posteriore progresi ad nates, & aliquot vtriusq; femoris musculos deferuntur. ad latera item ante, retroq; perforata sunt ossa ista, quà scilicet inuicem committuntur: foramina vero rotunda sunt, & æque superioris, ac inferioris osis portionem occupant, vnde nerui fluunt. Cum autem sex ossa (totidem enim illa sæpenumero esse solent) quinque necessario commissuris vniantur, quinis etiam vtrinque foraminibus donari oportet; quorum duo prima maxima sunt omnium: reliqua vero quo longius à primis abscedũt, eo minora fiunt: verum extrinseca omnia si cum intrinsecis conferantur, minora cernuntur. Quod si etiam addas partem illam, qua cum postrema lumborum vertebra superior primi sacri osis portio coniungitur, cum illic extent duo alia foramina: dicendum est sacrum ijs pariter foraminibus abundare. Ex quibus omnibus, qui nerui transmitti soleant, suo loco docebimus. Huius osis figuram non video cui rei conferre posim, nisi protuberantis propugnaculi formam imitetur. Etenim superne planum habet corpus, cui incumbit quinta neruorum vertebra, & se in bina latera protẽdit, crassa illa quidem, ac geminis procesibus parte posteriore munita, atque ita respondet secundo; postmodum descendens

Quomodo intelligatur os sacrum haberi in numero vertebrarum.

Osis sacri vsus.

Os sacrũ cur vnũ.

Cur in medio situm est.

Cur in medio ipsius sunt foramĩa

Spinalis medulla transiens per os sacrum nerui naturam sapit.

Nerui a sacro osse ad nates & aliquot musc. femoris.

Os sacrum ad latera ante & retro ẽ perforatum.

Si ossa sacri sunt sex foramina vtrinq; sunt quinque & qualia.

Foramina vtrinq; in osse sacra extra minora, intro maiora sunt.

Neruorum descriptionem aliò reijcienda.

Figura osis sacri.

ſemper fit anguſtius, quouſque in acutum fere tendat, vbi primum os coccygis coaleſcit. Præterea parte anteriore leue eſt, ac ſimum vt organis, quæ ſubſunt, cedat, neque abeſſe vllo pacto poſsit, poſteriore vero parte gibbum eſt, vt firmius hæreat, ac eas partes, quas munire debet, validius tueatur; nec minus aſperum quoq; eſt, multosq; ſinus, ac proceſſus facit, quæ potius tubercula quædam mihi eſſe videntur. Poſteriores item proceſſus breuiores ſunt, nec ſecus atque oſſa, vnde prodeunt, inuicem committuntur, ac vnam veluti ſpinam conſtituunt; quod tamen in quatuor, vel tribus primis oſsibus obſeruabis. At quæ ſequuntur poſteriores proceſſus in duas quodammodo partes diducunt: vt exerenti ſeſe medullæ, ac in plures, vt dictum eſt, propagines diuiſæ ſinum parent, qui tamen hinc inde prominentes aliquantum illam tueri videntur. Primum os ſacri hoc habet peculiare, quòd ſuperiores emittit proceſſus leuiter cauos, quibus immittuntur inferiores poſtremæ lumborum vertebræ proceſſus modice protuberantes. Demum notandi ſunt tres ſinus in extimis trium ſuperiorum oſsium lateribus, quorum medius maior eſt, ac profundior cæteris. in hos tenacius inſeruntur prominentes illorum partes, atque ita cum tranſuerſis proceſsibus eorundem cartilaginis, ac ligamenti interuentu cohærēt, vt vix diuelli poſsint. quin etiam videre eſt iliorum oſſa adeo ſacro ipſi connexa, vt connata quandoq; videantur. Nec mirum id cuiquam videri debet, quando hiſce oculis vidi os ſacrum, cui ſiniſtrum os ilij connatum erat deficiente dextro, ac illud ne ferro quidem conuelli poterat: vnde firmior redditur ſententia, neque oſſa iliorum, neque ſacrum moueri vllo pacto poſſe. Quinta, & vltima dorſi portio ex quatuor oſsiculis conſtructa ab oſsis ſacri extremitate veluti cauda quædam pendet: Ideo caudam recentiores, ſiue os caudæ dixere. Græce autem coccyx nuncupatur, quoniā cuculi auis roſtro perſimilis apparet: rubeſcit enim os iſtud præſertim in iunioribus, & ductu ad interna obliquo in mucronem tēdit. Primum coccygis oſsiculum, quod cæteris latius eſt, ac maius, ſuperne ſinum habet, quo imam poſtremi ſacri oſsis partem media cartilagine excipit, atque in eo vertebrarum inter ſe compagem imitatur ad aliquem forte motū, cum tempus poſtulat, edendum. Quocirca vero ſimile admodum videtur, os iſtud à ſacro laxari, ac verſus poſteriora flecti, cum mulieres fœtum emittunt: id quod non ſine aliquo patientium cruciatu contingit. Huic primo oſsiculo dantur quatuor proceſſus, duo è lateribus, ac totidem poſteriores acuti, & ſuperiora ſpectantes. reliqua vero tria oſsicula rotunda

Os ſacrū cur anteriore ſit leue ac ſimum.

Cur poſteriore gibbum.

Cur aſperum.

Sinus ac proceſſus oſsis ſacri.

Os primum ſacri quid habeat peculiare.

Tres ſinus in extimis laterib. triū oſsium ſuperiorum ſacri.

Connexio iliorū cum ſacro qualis

Oſſa iliorum & ſacri neq; mouenī, neque moueri poſſunt.

De coccyge.

Coccyx.

Cauda

Os caudæ.

Coccyx os cur ita dictum.

Deſcrip. coccygis

Coccyx aliquem quandoque motum edit.

Parturientes cruciantur cum coccyx flectitur.

Proceſſus quatuor primi oſsis coccygis figura triū reliquorū oſsiū coccygis.

tunda quodammodo sunt, ac sensim in acutum tendunt: vt rostri illius, quod referunt, mucronem constituant. Hæc inter se adeo arcte compacta sunt: vt vnicum os esse videantur, non nullis foraminibus peruia: fungosa tamen existunt, qualia sunt ossa pectoris.

Ossa coccygis sūt fungosa vt ossa pectoris.

De Thorace. Cap. XIX.

A Vertebrarum descriptione ad explicandam thoracis naturam aliorum exemplo aggredi decet; quando illæ duodecim, 10 quæ inter ceruicem, ac lumbum locum habent, ad thoracis constitutionem necessario concurrunt: etenim costæ præcipuę thoracis partes, cum exactiorem illius figuram efficiant, maiorem firmitudinem, ac robur à vertebris, quàm ab osse pectoris sortiuntur, quibus omnes gemino fere nexu copulantur. Quamobrem si pectoris os thoracis partem censemus, multo certe magis fatendum est vertebras iam commemoratas ad thoracem pertinere. Nō immerito igitur ex vertebris, costis, ac item ex osse pectoris integra thoracis constructio constat, quod descripturi, de costis, pectorisq; osse tantum agemus. Nam satis, superq; de vertebris memi- 20 nimus. Cæterum in thorace cor princeps membrum cōtineri nemo est qui nesciat, cui veluti calidissimo, & assiduo pene feruore æstuanti partem aliquam adesse oportuit eius refrigerandi gratia. Propterea in thorace geminos pulmones natura fabrefecit, vt hinc inde assideāt ceu cor ipsum medium complexuri; quorum perenni motu, atque agitatione tanquam flabello ventiletur, vt ita dicam, & æstus ille ingēs mitescat. cum vero pulmones per aerem vicissim inspiratum, atque expiratum continenter moueri necesse fuerit; Thorax modo attolli, modo comprimi debuit, prout respirationis beneficium postulabat; quanquam dixerit aliquis, thoracem com- 30 modissime huic necessitati obtemperare potuisse, si musculis tantum, ac pelle abdominis more tegeretur. Verum enimuero saluti pariter, ac tutelæ tam nobilis, & principis membri consulendum fuit. parandumq; etiam, vnde musculi eiusmodi motui famulantes exoriri, aut quo inseri quàm appositissime possent. Sapientissima ergo rerum cunctarum genitrix natura eam constructionem molita est costis tali figura, atq; inarticulatione conflatis, vt leui momento contrahi, ac rursum dilatari possent: nec non etiam percommodam pulmonibus, & cordi sedem struerent. hinc facile sibi quisq; rationes comparare potest, quo satisfaciat sciscitantibus cur Thorax non totus osseus, aut nulla ex parte osseus; vel denique cur ex costis,

Quæ vertebræ cōcurrant ad constitutionem thoracis.

Thoraci maior à vertebris quàm ab osse pectoris inest robur.

Thorax ex quibus constat.

Tractatio de vertebris prolixa ē.

Cor membrū princeps in thorace.

Pulmonum situs, & vsus.

Cur thorax modo attollatur modo comprimatur.

Occurrit obiectio ni.

Cur thorax nō est totus osseus.

Cur nulla parte osseus.

Cur ex costis per

costis, ita per interualla distinctis fuerit efformatus. Verum costæ vigintiquatuor numerari solent: quando vtrunque latus duodecim admittit, qui tamen numerus nõ semper idem reperitur. in aliquibus enim aliquando tredecim, aliquando vndecim costæ insunt: multo tamen rarius deesse videas, quàm superesse. Abundantem vna tantum costula mulierem Sanctam nomine à me publico Pisarum Theatro dissectam, ac demum ad sceleti formam compositam apud se detinet familiaris meus Bartholomæus Stratensis medicinę Pisis publice professor, quam aliquãdo expositam memini cernentes idiotas pene iureiurando affirmare solitos illam ipsam costam esse, qua fœminæ viros superant: cum tamen idem sit numerus costarum in viris pariter & mulieribus. Quòd si quandoque aut in his, aut in illis vel deficiunt, vel superant: id nimia materiæ copia, vel eiusdem inopia certum est prouenire: quemadmodum contingit, cum natura aberrans plures in manu, paucioresúe quinq; digitis producit. Verum quod de thoracis vertebris superius dictum fuit, idem quoque de costis affirmandum est. Cum enim singulæ vertebræ geminas costas excipiant, & illæ, si modo variari numerum contingat, rarius pauciores, quàm plures duodecim existant, ita rarius imminuitur costarum numerus. quæ quidem varietas, æque in maribus, ac fœminis deprehendi solet. Quamobrem nõ possum satis mirari Aristotelem alioqui præcipuum naturæ filium scribere ausum esse octo costis homines constare, atque apud aliquas nationes septem solummodo costis donatos esse. Vndecim mihi semel tantum dinumerare licuit, cum primum Patauij Anatomicam administrationem publice profiteri cœpi. Etenim cum Vessalius abesset, ac diutius in germania detineretur, vt opus suum de Humani corporis fabrica imprimendum curaret: me tum Venetijs primario Chirurgo, ac præceptori meo Ioanni Antonio Leonico graui morbo laboranti omni officio, ac potius pietate asistẽtem vniuersa Schola Patauina dignum iudicauit, quem in Vessalij locum sufficeret, ac non contemnendo præmio accersiuit. In ea igitur dissectione cadauer vnum vndecim costis munitum forte fortuna obtigit, cuius deinde ossa decocta, & æneis vinculis compacta ad præstantem medicum Ioannem Baptistam Picinardum Cremonam misi. Verum enimuero ad ea, quæ fere semper talia sunt, respicientes dicimus duodecim vtrinque costas thoraci constituendo adesse oportere, quarum aliæ veræ sunt, ac legitimæ nominatæ, aliæ vero nothæ, ac spuriæ. septem superiores veræ ideo dictæ sunt, quoniam vere pectoris osi media cartilagine per Arthrodiam

Marginal notes:

- interualla distinctis ex superioribus patet.
- Costæ non sunt semper 24.
- Costæ 13.
- Costæ 11.
- Sancta habebat viginti quinq; costas.
- Sceletus Bartholomęi Stratensis.
- Tot costæ sunt in mulieribus quot in viris.
- Cur costæ quãdoque deficiãt vel superẽt numerũ.
- Costarũ numerus proportione respõdet vertebris
- Aristoteles præcipuus naturę filius
- Aristotelis in numero costarũ error.
- Vndecim costas vidit Patauij.
- Quãdo primũ Anatomiam Patauii publice professus est.
- Ioãnes Antonius Leonicus præceptor.
- Sceletum misit ad Ioannem Baptistam Picinardũ.
- Duodecim ut plurimũ sunt costæ in Thorace vtrinque.
- Quot sint costæ veræ & vnde dictæ.

throdiam vniuntur. Quinque vero aliæ sequentes nothæ sunt, quādoquidem cum osse pectoris non coniunguntur; nam suis cartilaginibus ad os pectoris non pertingunt, sed superiorum verarum cartilaginibus committuntur, ac eo pacto inter se iunctæ vniuntur, præter duodecimam, quæ omnino ab vndecima, sicque à cæteris abscedit; neque tamen proprio adminiculo destituitur; nam cum septo transuerso colligatur, id quod interdum vndecimæ contingere solet. Costæ cum vertebris etiam duplici (vti antea diximus) nexu coarticulantur, vt validius ibi inhærerent: tamen si non om-
10 nes duplicem hunc articulum obtinent, quando postremæ duæ, vndecima scilicet ac duodecima vno tantum loco suis vertebris committuntur: Desinunt omnes posteriore parte in processum quendam capitatum, sed acutum potius, quàm rotundum, quod caput in vertebrarum corpus immittitur, quà latera sinus quosdā habent, sed diuerso modo celatos: non enim admodum alte excauati sunt illi sinus trium inferiorum costarum inarticulationi subseruientes. Habent præterea non longe à capite processum alterum: si quidem illæ vbi à capite progrediuntur: non parum excauantur, eo præcipue latere, quo protuberare rursus incipiunt, atque alte-
20 rum hunc processum emittere, qui cum transuersis vertebrarum processibus validis vinculis alligatur. Quæ nihilominus vniendi ratio minime omnibus est communis: nam vndecima, & duodecima hoc secundo articulo priuantur: id quod etiam in prima costa frequentius obseruatur. & quoniam huiusmodi processus, tam qui ad extremitates costarum prominent, quàm qui transuersis processibus vertebrarum inhærent appendicibus sunt præmuniti. Vbi etiam cartilago posita est, excipiendæ erunt, quæ vnico articulo committuntur: singulos enim appendices hæ tantum habent. constant costæ omnes partim ossea, partim cartilaginea substantia; nā
30 totus earum ductus à vertebris versus anteriora prope os pectoris osseus est, quà vero cum osse pectoris legitimæ, aut cum aliarum cartilaginibus nothæ coniungi debent: cartilaginem multam producunt, vt ne dura cum mollioribus immediate componantur. Iam vero substantia illa ossea non vsquequaque est persimilis, aut æqualis: siquidem costarum extrema tenera quodammodo sunt, ac etiam fungosa, media vero ipsarum regio durior est, ac intus medullosa. Porro ab ea parte, quæ vertebris vicinior est, graciliores existunt, ac veluti teretes; quanto autem magis ad pectus adducuntur, tanto quoque latiores fiunt. Præterea pars superior crassior est inferiore: vnde certam propemodum notam colligito, qua

Vniri per Arthrodiam.
Costæ spuriæ cur dicantur.
Costa duodecima vbi alligetur.
Costa xj. quādoq; colligatur cum septo transuerso.
Costæ quō vertebris articulentur & cur.
Vertebræ vndecimæ, & duodecimæ cū vertebris articulatio q̄lis.
Processus costarū posteriore parte.
Sinus in lateribus costarum.
Processus alter.
Costæ vndecimæ & duodecimæ peculiare.
Processus cum appendicibus.
Costarum substantia.
Cartilaginis in costarum cōiunctione vsus.
Costarū extrema.
Media.
Costæ latiores pectus versus.
Quo signo distinguātur costæ de-

xtræ à ſiniſtris.

qua dextras à ſiniſtris ſecernas. hanc vero tenuitatem, ac latitudinem in omnium fere animalium coſtis deprehendere licet Leone excepto. cuius quidem coſtæ craſsiores, ac prorſus teretes viſuntur, quæ nihilominus inſignem cauitatem habent, in qua niſi medulla cõtineatur, inanem omnino eam ipſam fore neceſſe eſt. quod eo dictum eſt, vt obiter animaduertant operum naturæ ſtudioſi, quàm vere dicat Ariſtoteles leonum oſſa penitus eſſe ſolida, nec medullam intus continere: vt ſcilicet incredibile horum animalium robur hoc argumento probaret. Equidem dum Florentiæ cum Mazzolario Academiæ Piſanæ moderatore ad viſendos leones adducti eſſemus, quos florentiſsima illa ciuitas ſuis clauſtris, & publico loco, publico etiam ſumptu alit, idq; in ſignum maiorum ſuorum, ac perpetui cuiuſdam hominis ergò: in eum ſermonem deuenimus, an verum id eſſet, quod Philoſophus de hiſce animalibus, ac præſertim de ipſorum oſsibus tradidit; cumq́; ille me dubium, ancipitemq́; cerneret, quid (inquit) obſtat cur id oculis noſtris nõ exploremus; quando hic demortuorum leonum ſepulchra adſunt? itaque cuſtodiæ præfectum rogauimus: vt per illum liceret ex leonum ſepulchris oſſa tantiſper effodere, dum quod maxime cupiebamus intueremur. ille comiter non modo eruendi ſed exportandi etiam quotquot voluimus copiam fecit. quamobrem noſtro illa arbitratu fregimus, ac medulloſa conſpicati ſumus. quid quòd non modo grandiora oſſa amplis cauitatibus prædita, ſed minora etiã caua offendimus? Tales ergo leonum ſunt coſtæ, quales antea diximus. cartilagines item in quas coſtæ ipſæ parte anteriore deſinunt; diuerſæ ſunt. Etenim verarum cartilagines non adeo molles cognoſcuntur, quales ſunt ſpuriarum: quod non ſine conſilio factum intelliges, ſi prius conſideraueris illarum cartilagines duriores fore, quæ cum duriore ſubſtantia, nempe cum oſſe pectoris coniungendæ fuerint: inferiorum vero, quæ nothæ dicuntur, ideo molliores, quoniã cum cartilaginibus copulari debebant: id quod nobis res confirmat: cum in ſenio affectis corporibus intuemur ſuperiores illas cartilagines, quæ cum pectoris oſſe cohærent; iam pene totas in oſsium naturam abijſſe. Ad hæc coſtarum ſextæ, ſeptimæ, octauæ, nonæ cartilagines cæteris ſunt longiores: at ſpuriarum tenuiores, anguſtiores, & in mucronem tendentes. Poſtremæ tamen cartilago breuiſsima eſt, quemadmodum eſſe ſolet primæ, ac legitimæ: quanquam in eo differunt, quòd acuta illa eſt, & gracilis, hæc vero lata, & ampla; ſicuti etiam ipſa reliquas omnes coſtas latitudine ſuperat: quæ amplior etiam redditur, quo propius ad os

Leonis coſtæ quales.

Oſſa leonis non ſunt ſolida contra Ariſtot.

Mazzolarius præfectus academiæ Piſanæ.

Florentia aluntur leones.

Florentiæ adſunt ſepulchra leonũ.

Leonis oſſa maiora omnino infregit medulloſaq; reperit.

Cur cartilagines coſtarum quæ cũ oſſe pectoris cõiungũtur ſint duriores.

Cartilagines coſtarum notharũ quales & cur.

Cartilagines coſtarũ verarum in valde ſenibus pene oſſeæ.

Cartilagines coſtarum cõparantur inter ſe.

ad os pectoris accedit; ſecus autem alijs contingit, nam earum car tilagines initio ſunt, quam in progreſſu ampliores: coſtis autem tam longæ cartilagines appoſitæ fuerunt, vt ex aſsiduo motu minus læderentur, ac vel dormientibus ſurſum attolli, itemq; deprimi pro pulmonum naturali agitatione poſſent. Quæ quidem cartilagines cum ſint veluti vincula, quibus pectoris oſsi coſtæ alligantur: non immerito coſtarum interualla conſtituunt, quæ tamen inter ſe poſitione, ac ſitu variant: nam ſex ſuperiorum coſtarum cartilagines æquis à pectore ſpatijs dehiſcunt, atque eo modo æqualia coſtarũ
10 interualla efformant. Sextæ autem parte ſolummodo inferiore, qua ſeptimam reſpicit, & ſeptimæ. octauæ, ac nonæ varius eſt ductus, & earum cartilagines ſic adhærent, vt continuæ fiant, nec quicquam ſpatij, quo ſeparentur, relinquant. Præterea coſtarum verarum cartilagines in tuberculum, ceu capitulum quoddam terminantur, quo pectoris oſsi vbi ſinus eſt committi, atque inarticulari debuerunt. Coſtarum figura ſemicircularis eſſe videtur, vt duplici veluti medio, hoc eſt continuo duodecim vertebrarum ductu, ac pectoris oſſe circularem formam thoraci ſuggerant, quæ cum validior eſt, & conſtantior, tum ad plura continenda accom-
20 modatior. primæ ſuperiores, ac poſtremæ inferiores, cum breuiores ſint medijs, hanc ſphęricam thoracis non minimum adiuuant: in quo illud obſeruatu dignum eſt, quòd ſuperiores curuæ magis, poſtremæ autem lentiores, ac minus gibbæ ſunt. Iam vero tam ſuperiores, quàm inferiores arctiores exiſtunt: mediæ vero longiores, ac latiores; primam tamen excipito: quæ vtique omnium latiſsima eſt, ac breuiſsima. verum quia coſtæ interna ſui regione membrana ſuccinguntur, quæ Græcis πλδρα dicitur; non decebat partem illam aſperitatem vllam obtinere, quæ membranam hanc ſenſu non modico præditam lædere potuiſſet. Ea igitur parte le-
30 uiſsimæ ſunt, quamuis ſinus ibi adſit, qui ad imam earum regionem ſecundum longitudinem iacet, vt ſuſciperet venam, arteriam, & neruum illac vna repentes. hæc autem interna cauitas coſtis omnibus æqualiter haud ineſt: ea enim longius protenditur, ac profundior eſt in medijs coſtis; in primis vero, ac extremis paruus ineſt ſinus: quoniam admittere debuit vaſa, quæ minora eſſent pro coſtarum paruitate. quanquam iſte ſinus non ita conſpicuus eſt in duabus vltimis coſtis, atq; etiam in prima, cuius locum interdum maior ſubit coſtarum tenuitas, vt vaſis ipſis ceſsiſſe quodammodo videatur. huiuſmodi vaſorum ductus maxime animaduertendus eſt propter affectum, quem Græci ἐμπύημα vocant: in quo ſi quando per

Cur coſtæ habeāt tam longas cartilagines.

Cartilagines coſtarum ligāt coſtas oſſe pectoris

Interualla coſtarũ

Qũo veræ coſtæ articulantur oſsi pectoris.

Figura coſtarum.

Vnde adueniat circularis figura thoraci.

Cur thorax ſphericus.

Coſtæ ſuperiores ſunt magis curuę

Mediæ coſtę quib. ſunt latiores & longiores.

Prima coſta latiſſima & breuiſsima eſt.

πλδρα ſuccingit coſtas.

Interna pars coſtarum cur non ſit aſpera.

Vena, arteria, neruus quo ſinu coſtarum ſuſcipiat.

Naturę induſtria.

per musculorum intercostalium incisionem pus exhauriendum fuerit; sectio administranda est ad supernam costæ regionem, non autem sub ima eius parte, vbi resident vasa ipsa, quæ facile incidi possent: nam maximum incommodum consequeretur. Cæterum costas extrinsecus parte posteriore, qua vertebris alligantur, asperas esse, ac inæquales necesse fuit, vt inde commodius prodeant ligamenta, quibus vertebrarum corporibus, ac earundem transuersis processibus alligantur; nec non ibidem tubercula emittunt, quæ vertebrarum sinibus articulationis gratia vniuntur, ac postquam à vertebrarum processibus non procul recedunt, tuberculo alio donantur, qui musculo dorsalium longissimo est destinatus. eadem item costarum sede, qua distant ab ijsdem vertebrarum processibus trium prope digitorum interuallo, asperitatem, ac propemodum extuberantiam habent, quo ibi aptius inseri posset musculus thoracem mouentium quintus. illud addendum ab ea parte, vbi costarum radix est, atque illæ in vertebrarum corpora implantantur, vsque ad transuersorum processuum nexum costas superiora petere, inde vero deorsum flecti, ac tendere, atq; ad pectus cõuersæ cartilagini appropinquare, rursus sese attollere, & ita ad medium os pectoris, atque ad anteriora ferri. Sed hæc hactenus de costis.

In empimaticis vbi sit secandum.

Cur costæ sint asperæ extrinsec⁹ vbi vertebris iunguntur.

Insertio musculo dorsali lõgissimo

Insertio quĩti musculi thoracem mouentis.

Qua parte costæ superiora petãt, qua deorsum ferantur, cũ qua rursus attollantur.

De Osse Pectoris. Cap. XX.

PECTORIS os, quod Græcis στέρνον, & στῆθος nuncupatur, quanquam στῆθος ea regio potius intelligitur, quam ipsum os vna cum costarum cartilaginibus circumscribit, quam partem proprie pectus appellamus: in humanis latum est, ac breue, ex paucioribusq; os constructum, quàm Galenus sensit: quando ille putauit tot in eo ossa esse oportere, quot essent legitimæ costæ, vt singulis esset, cui adhærescerent. Septem igitur illa sanxit; cum tamen plurimum sint quatuor, minimum vero tria; quod in simijs, & canibus falsum non est, in quibus verum & illud est, quod Aristoteles ait: cor mediam omnino pectoris regionem tenere, quasi rectã in medio positionem habeat. Sed de hoc infra, vbi de corde agemus. Pectoris ossium substantia minime solida est, qualis est reliquorum, verum mollis, & fungosa: attamen ipsa ossa inuicem cartilaginis ope vniuntur per symphysim, cum nullum ne obscurum quidem motum edant: licet costarum elationem, & depressionem sequantur. huius pars superior cum cæteris amplior est, tum etiam crassior; vbi parte interna, quæ in medio residet, sinus exculptus est, vt

στέρνον.i.pectus. στῆθος regio pectoris.

Figura pectoris in homine.

Gal. error de numero ossium pectoris.

Ossa pectoris plurimum quatuor, minimum tria.

Gal. sentẽtia de ossibus pectoris verificatur in simijs & canibus.

Aristotelis opinio cor esse in medio pectoris vera est de canibus & simijs.

Substantia ossium pectoris qualis.

Ossa pectoris vniuntur per symphisim.

Ossa pectoris mouentur ad motũ costarum.

cederet asperæ Arteriæ illac descendenti: eiusdem partis superioris latera sinibus pariter duobus abundare oportuit, extrinsecus tamen celatis, quibus exciperent iugulorum capita, quæ cum ijs articulantur. Pectoris os intus, extraq; læue deprehenditur, præterquam superne, vbi asperitas quædam existit, vnde nascitur, detineturq; musculus longus, & validus tendens ab huius osis summitate ad mammillarem processum, in quem vtrinque implantatur. habet præterea alios sinus ab vtraque parte descendentes, quos subeunt costarum cartilagines modice quidem illæ in superficie protuberãtes, sicuti supra diximus. quod iccirco factum est, vt aptius, ac tenacius inhærerent. Ad imam eius partem extat cartilago quædam longa, & triangularis, nonnunquam bifida, aliquando etiam leuiter mucronata, quæ ideo plura obtinuit nomina, nam Græci Xiphoides dicta est, à Latinis autem clypealis, gladialis, ensiformis, & mucronata nominatur. Alij malum granatum appellant propterea fortasse quòd vnius balaustij formam referre videtur. Hanc nonnulli credidere pro ventriculi oris munimento stare, & illud ab extrinsecis tueri, cum tamen os ventriculi ab ea regione multum distet; quod ad dorsum vergit, ac iuxta illud prorsus situm est. Cum ergo mucronata hæc cartilago vsum hunc præstare nequeat, dicerem subditorum propugnaculum esse, ac præcipue septi transuersi, quod eo loco maxime nerueum est, siue tendinosum; cuius partis læsio ad cor ipsum ibi pene substratũ penetrare potest:namq; humani cordis inuolucrum, quod pericardion Græci vocant, diaphragmati adnexum est. pectoris osis figura gladij, vel pugionis imaginem retinet: iccirco non defuere, sicuti Gal. lib. de Osib. testatus est, qui totum id os gladiale nuncupauerint.

Sinus cedens asperæ arteriæ.
Quibus sinibus costarum iugulorũ capita excipiant.
Cur asperum sit supne os pectoris.
Sinus excipientes cartilagines costarum.
Cur cartilag. costarum in supficie protuberent.
Figura cartilaginis quæ ẽ in imo pectore.
Nomina cartilaginis imi pectoris.
Cur malũ granatum appellet car tilago imi pectoris.
Cur Xiphoides nõ potest tueri os vẽtriculi.
Os ventriculi situ est iuxta dorsum.
Verus vsus Xiphoidis.
Læsio septi transuersi potest penetrare ad cor.
περικαρ in διον. i. inuolucrum cordis.
Pericardion est annexum cũ septo transuerso.
Gal. lib. de ossibus

De Scapulis. Cap. XXI.

ANTEQVAM ad scapularum enarrationem aggrederemur, dicendum nobis esset de cordis osiculo. Cæterum quando in humanis id minime reperitur, nihil huius interesse negotij arbitrati sumus. cuius tamen siquis nimium curiosus fuerit, illud in grandioribus animalibus quærere poterit, nempe bobus, equis, elephantis, ac fortasse etiam in ceruis senioribus, & si quidam negant, atq;, illud quod pro ceruini cordis osse venale circumfertur, bubulum dicant. mirari profecto licet Gal. VIII. de Administr. Sectio. lib. & VI. de Part. Vtilitatibus, ac demum in fine libelli de osibus mentionem huius osis fecisse, cum nec in simijs quidem, quas

In corde hominis non est os.
E numero animalium in quorum corde est os.
Os de corde bouis pro ceruino venditur.
Gal. error.
Cor simiarum caret osse.
Simiæ quid habe-

ant in corde loco officuli & vbi.

crebrius secare solitus fuerat, os istud cernas: cuius loco membranas duas prope cartilagineas offendes, quæ inter arteriæ magnæ, & venæ arterialis radices instar firmamenti iacent. sed de his alibi. Cordis itaque osse dimisso, ad scapularum explicationem deueniamus. Scapulæ quas ὠμοπλάτας Græci vocant, geminæ sunt, altera dextram, sinistram altera parte obsidet; ambæq; posterius in superiore regione summis costis adhærent propugnaculi vicem gerentes, non secus ac si tergum aliquod hinc inde porrigatur ad extraneos ictus propulsandos. Propterea scapulæ scutatam formam obtinuere: ac roboris maioris gratia interna parte, qua costas respiciunt, concauæ sunt, externa vero prominent, & spinam quandam veluti iugum producunt, quod eminet, inq; superiorem partem assurgit ad earum validitatem augendam. cum iugulis, atque humero aliorum ossium more articulantur: verum ad thoracis, ceruicisq; vertebras, ad os hyoides, ad occiput, ac tandem ad costas musculorum, de quibus postea dicemus, interuentu adnectuntur. Ex quibus omnibus colligitur necessaria scapularum constructio, quæ non modo posteriorem partem muniret, sed musculorum etiã tum ortum, tum insertionem susciperet, ac deniq; quod caput est, brachij articulationem exciperet, quæ apprime infirma, imbecillisq; futura erat, nisi scapularum nexum, compositionemq; habuisset. Scapulæ triangularem figuram præ se ferunt, non tamen æquilateram: pars enim supera longe breuior est duabus hinc inde ad inferiora tendentibus, quæ pariter in angulum obtusum desinunt: Ita quod ima hæc portio tantum spatij occupat, vt ego magis eam pro basi accipiendam putem, quàm latus illud, quod ad spinam vergit. tribus processibus donatæ sunt, quorum vnus breuissimus est in caput latum, sinuatumq; desinens, excipiendo summo humero paratus. propterea cum hic sinus longe minor sit, ac depresior, quàm altum, & rotundum humeri caput requirat; operæpretium fuit, ne humerus quocunque leui momento exiliret; huiusmodi sinum adaugeri. Neque enim magis scapulæ substantia poterat excauari. Ergo cartilago crassior ad internam sinus labiorum partem obducta, atq; exporrecta magnam, & idoneam profunditatem cõstituit. Id vero sinuatum scapulæ caput sua ceruice non caruit, quamuis ea modica, & breuis appareat. Ab hoc processu nõ longe alter est coruini rostri, aut anchoræ persimilis, quem ideo ancyroides, aut coracoides appellant, per quem brachium à costis diducitur, ac distat. hic os humeri in sua sede continet, atq; ad eius partis validitatem confert. in hunc tandem inseritur musculus, qui ad an-

Margin notes: ὠμοπλάται. i. scapulæ. — Numerus scapularum. — Situs. — Vsus. — Forma. — Cur cõcauæ intro. — Spina scap. — Scapulæ articulãtur cũ iugulis & humero. — Nexus scapularũ cum alijs partib. — Scapularum necessitas. — Brachij articulus absq; scapulis infirmus esset. — Scap. figura. — Quid sit basis in scapulis. — Processus scapularum. — Quomodo natura augeat sinum scapulæ excipiendo humero dicatum — Ceruix capitis scapulæ. — Processus anchiroides situs & vsus.

Line numbers: 10, 20, 30

ad anteriora scapulam trahit, & qui cubitum flectit. Tertius processus ille est, quem iugi, seu spinæ speciem referre diximus: longior, ac prominentior; quocirca dictum fuit à Græcis ἀκρώμιον quasi humeri apex, & summitas. Atque ita ab Hippocrate superior hæc articuli sedes perpetuo nuncupatur. cum hoc processu clauicula coniungi debuit: quamobrem illo fere omnia animalia carere videas, quæ clauiculis priuantur. Inter acromion & clauiculam Galenus voluit quoddam os dari, idq; in solis hominibus addens acromion à nonnullis & κατακλεῖδα vocari, quod mihi adhuc non est compertum, nisi siquis Galenum Hippocratis auctoritate tueatur, qui lib. de Articulis idem sensisse videtur. quem tamen fortasse non inepte dixerimus per tertium illud os appendicem quandam intellexisse, quæ ad Acromij extremitatem asidet, & in iunioribus facile deprehenditur. Quod & si detur, nescirem tamen cur Galenus asserere potuerit solos homines eo ipso osse abundare: cum nihilominus in simijs reperiatur. Cæterum acromion scapulam validiorem reddit, & locum clauiculæ constituit, cui commode annectatur; nec minus etiam tutam, atque aptam musculis inserẽdis sedem parat. Scapulæ non vndique sunt æquales, nam toto eo ductu, qui ab ancyroide processu versus spinam flectitur, ac descendit ad basim vsque tenuisimæ sunt, ac multo etiam in medio tenuiores. At in ipsis procesibus, atque eo latere, quo brachium respiciunt: insignem crasitudinem ostendunt: vbi eorum substantia medullosa, fungosaq; conspicitur. Neq; etiam desunt foramina venarum, arteriarumq; ingressui destinata, quæ ipsis scapulis nutrimentum deferant. Interna scapularum regio sinus transuersim oblique tendentes habet, longo temporis progressu ad crebrum costarum motum, quibus adhærẽt, celatos. Extra tam etsi gibbæ sunt, ac protuberant, non minimos tamen sinus obtinuerunt, quatenus musculos excipiunt, quanquam ijs ipsis cedere illos omnino oportuit. Vbi animaduertendum est prudentisimæ naturæ artificium. Etenim ne propter istos sinus scapulæ nimium tenues fierent: cernere est ab altera parte os succreuisse ad augendas, firmandasq; partes huiusmodi sinibus è regione subiectas. Iam vero in scapulis appendices quinque sunt. Appendices vero discernuntur. Tres enim ad latus internum iuxta spinæ deductum, atque ad basim adhærescunt, vnde musculorum quorundam origo trahitur. reliquæ duæ ligamẽta suggerunt, quibus vinciũtur humerus acetabulo, clauicula acromio; nimirum acromion harum duarum appendicum alteram sibi vendicat, alteram acetabulum. Præterea in summitate, nempe

Processus acromion cur dicatur.

Hippocrates quid vocet Acromion

Clauicula iungĩ cum acromio.

Clauiculis carẽtia non habẽt acromion.

Opinio Galeni de osse inter acromion & iugula.

κατακλεῖδα quid vocet Gal.

Hipp. lib. de Arti. Galenum excusat.

Galenũ inexcusabilem reddit.

Vsus Acromij.

Scapularum inæqualitas in tenuitatẹ & crassitie.

Scapulæ vbi fungosæ & medullosæ.

Foramina venarũ & arteriarum.

Interni sinus scapulæ.

Naturæ artificium in sinibus externis scapularum.

Appẽdices quinq; scapularum.

Appendicum scapulæ vsus.

Cauitatis inter a-

cromion & supremam scap. vsus.

inter acromion, & supremam scapulæ partem concauitas non minima reperitur, facta vt musculus commode cunctos circumactionis humeri motus efficiat. In ea item regione foramen fere orbiculare vasis cessurum reperitur.

Foraminis orbicularis vsus.

De Clauiculis. Cap. XXII.

Cur tractādū erat de iugulis post os pectoris.

DIGNVM profecto nobis videbatur, vt ab eo capite, in quo de osse pectoris egimus, statim illa ossa explicaremus, quæ à Græcis κλεῖδες, à nostris autem clauiculæ, siue iugula dicuntur: propterea quòd illæ ad superiorem pectoris partem adhærent, & cum primo eius osse vtrinque coarticulantur: scapulæ vero nullum peculiare munus habent cum pectore, neque nisi mediantibus clauiculis eidem vniuntur: verum quando id parum refert: neq; rei naturā hic ordo tractationis immutat: ab aliorum instituto minime recessimus. Scapularum itaque præmisimus descriptionem, quam nunc iugulorum enarratio sequetur. A supremo pectoris osse singula hinc inde ossa discedunt flexuosa, & rotunda, quæ transuersim delata sensim supra summum humeri caput ad scapulę processum ascēdunt, quem acromion vocari diximus. Hæc ossa clauicularum nomen obtinuere: quoniam humerum cum scapula coarticulatum ita claudunt, vt ne ad thoracem, pectusúe brachium delabi posit, atq; adeo dehiscat, distetq;: vt ad pectus manus admoueri, suasq; innumeras propemodum actiones edere valeat. quod quàm vtile, atq; necessarium sit: vnicuique constare potest, si vel ab humano pectore clauiculas demerit, vel bruta clauiculis priuata accurate fuerit contemplatus. quo factum est, vt vulgares furculas appellent ad egregium hoc ipsarum munus alludentes, cum veluti fulcra quædā ab osse pectoris deducendo, sustinendoq; humero parata sint. alterum eisdem iugulorum nomen Latinis inditum est: quia fortasse iugi, quod boum collis alligatur, similitudinem referant. Vnde iugulari animal tunc dici solet, cum venæ, atque arteriæ dissecantur, quæ sub his iugulis positæ sunt. Clauicularum substantia intus fistulosa, fungosaq; tenui crusta ossea obtegitur. maxime reliquorum osium frangibilis est, earum figura non multum differt à nostro ſ ita delineato, bis enim clauiculæ curuantur, bis gibbæ, bis etiam simæ fiunt. nam ab eo ductu, qui à pectoris osse incipit, ad mediam vsque regionem intrinsecus cauæ sunt, extrinsecus vero conuexæ tuberis in morem. At à media regione ad Acromion opposito se habent modo; vbi latiores apparent, & capite sunt depresiore, quo

κλεῖδες.i.clauiculę

Clauiculæ hærent superiori pectori

Alios sequitur in ordine tracta. de clauiculis.

Iugulorū descript.

Cur dictæ clauiculæ.

Vsus.

Cur furculæ dicuntur clauiculæ.

Iugula cur dicant. Iugulari.

Substantia clauicularum qualis.

Clauic. figura.

10

20

30

quo cum acromij ſummitate coniunguntur. Verum alterum caput rotundum quodammodo exiſtit, & magis ea parte, quæ ſterni ſinu excipitur. ad vtrunque caput appendices aſsident ſuis obductæ cartilaginibus: adnotareq; oportebit alteram ſuperaddi cartilaginem illi capiti tantum, quod in ſummo pectoris oſſe reſidet: quanquam vterque articulus ad Arthrodiam ſit referendus. Cum autem ex clauiculis muſculi partim exoriantur, partim ad eas terminentur: iccirco nonnulla in eiſdem tubercula, nonnullas lineas, atque aſperitates cernimus inferiore præſertim parte, qua coſtas reſpiciunt; 10 atque hæc omnia muſculorum gratia. Quòd vero parte anteriore potius, quàm poſteriore extrorſum promineant: ſummo conſilio factum intelliges, ſi diligentius inſpexeris ea regione ſubiecta eſſe non minimi momenti. Vaſa, nempe arteriam inſignem, ac venas cum axillarem, tum etiã cephalicam, quas comitantur nerui quinq; ad manum progreſſuri, quibus omnibus incuruata clauiculæ pars non inconcinne cedere, ac ſimul propugnaculi vicem præbere videtur, clauiculæ ſuis foraminibus non caruere; vt illac penetrarent vaſcula nutrimentum tranſmittentia.

20

De Humero. Cap. XXIII.

MANVM Hippocrates totum id appellat, quod à ſcapula ad extremitatem vſque digitorum porrigitur: quod ex pluribus oſsibus conſtat. primum inter ſcapulam, & cubitum reſidet, humerum omnes vocant: deinde cubitum conſtituentia vlna & radius, his ſuccedit pars illa, quam proprie manum dicimus, quæ brachialis, poſtbrachialis oſsibus, ac ſummis digitis conſtruitur. Verum à ſummo humero ad extremam vſque manum totus ille oſsium ductus humeri ſcilicet radij, atque vlnæ brachium nuncupatur. His 30 hoc modo diſtinctis ad ſingulas partes explicandas accedamus. Ergo humerus illud os erit, quod parte ſuperiore cum ſcapula, inferiore cum radio, vlnaq; coniungitur. vnicum eſt, teres, longum, ac manus oſsium maximum, non tamen omnium, femore excepto maximum: vti Galenus ſcripſit: quandoquidem neque magnitudine ſacrum, neque latitudine iliorum oſſa, neque longitudine tibiã ſuperet, à qua cæteris quoq; dimenſionibus facile vincitur; & quãuis teretem figuram oſtendat, tamen ſinibus non eſt expers; quaſdam planities, ac ſummitates in longum producit; & inæqualis eſt ob muſculorum nexum, vt alij inde ortum ducant, alij ibidem implantentur. pars ſuperior in caput magnum, rotundumq; deſinit, cui

Clauic. appẽdices.

Articuli clauiculārum referunt ad Arthrodiam.

Cur ante, quàm retro promineāt magis clauiculæ.

Clauicula tuetur arteriam, venam axillarem cephalicam, & quinq; neruos.

Manus qd ſit Hip.

Humeri ſitus.

Cubitus cõſtat ex vlna & radio.

Brachiale.

Poſtbrachiale.

Summi digiti.

Brachium quid vocetur.

Humeri deſcript.

Teres longum.

Galeni error.

Sacrum os eſt humero maius.

Oſſa iliorum ſunt latiora humero.

Tibia eſt longior humero.

Sinus.

Cur humerus eſt inæqualis.

Humeri appēdix. cui adnata eſt appendix nō exigua ex ea parte maxime cartilaginea cruſta oblita, quæ in ſcapulæ acetabulum inſeritur. quoniam vero caput id altum neceſſario profundum ſinum poſtulabat, quod in ſcapula fieri minime poterat: ideo circa ſcapulæ ſinum natura addidit altam cartilaginem, atq; eminentem, quæ ſinum ipſum maiorem efficit, & articulationem hanc in omnem fere motum proniorem reddit. ſupra id caput rotundum duo proceſſus eminent, qui oblongo, inſigniq; ſinu dirimuntur: ex his anterior poſteriore minor eſt. amborum maxima portio in appendice continetur. illa vero inter ipſos interiecta cauitas muſculo cedit, qui à ſcapula duplici principio fluens hàc iter habet deorſum ad cubitum flectendum delatus. inferior humeri pars capite haud rotundo ſua appendice donatur, quicquid ſentiat tum Gal. tum etiam Veſſalius, qui opinatus eſt hanc humeri partem appendice omnino priuatam eſſe: at mihi ſemper conſpicua fuit in natu minoribus. Cæterum pars hæc inferior ampla eſt, ac in tria veluti capita exurgit, ijsq; in æqualibus, ac diſtinctis, quæ ideo trochlearum formam effingunt, quòd à lateribus eminent duobus ſinibus leniter concauis appoſita; tertio, quod eſt in medio, eoſdem ſinus diuidente: in quorum ſinuum alterum incumbit vlna, & circa eundem flectitur, extenditurq; cubitus. qui motus vt commodius fieri poſsit: pars huius humeri capitis poſterior ampliter excauata fuit: vt ſuperior vlnæ proceſſus ibi conſidéret: vt abſoluta fieri poſſet cubiti extenſio: ſicuti cum flectimus, ne quicquam impedimento eſſe poſsit. ſinus quoq; paratus in anteriore, atque interna eiuſdem capitis ſede, quo pertingit ſecundus vlnæ proceſſus, dum cubitus ita contrahitur, vt extrema manus fere humerum contingat. externo humeri capiti aſsidet ſinus, qui poſitus eſt in ſuperficie radij, cui inhæret multa obductus cartilagine. at eius caput, cum ſit depreſſum, & expanſas oras habeat: interna ora ſinum alterum obſignat, circa quem & ipſe agitur, ac demum vlnæ validitati confert; quando illi ita annectitur, vt ſinum quendam ſubeat in interna ſecundi eius proceſſus regione. At propria radij cum humero articulatio maxime ſpectat, vt manum oblique ad latera deducere valeamus. cum vero vna cum brachio extenditur, aut flectitur; talis vtique motus ab vlna prouenit ſequente radio. hanc humeri cum cubito coniunctionem non bene Ariſtoteles nouiſſe videtur: quando exiſtimauit articulũ illum, quo cubitus cum humero connectitur: contra ſe habere in quadrupedibus, atq; in humanis habeat. Siquidem affirmauit homines antrorſum, quadrupeda retrorſum cubitum flectere. At nō recte

Marginalia:
- Cartilago augens ſinum ſcapulæ excipientem caput humeri.
- Proceſſus.
- In appendice proceſſus humeri.
- Caput inferius humeri habet appēdicem.
- Gal. & Veſſalij error.
- Inferioris humeri deſcriptio.
- Trochlearũ forma
- Vlna & cubitus quomodo articulentur humero.
- Vbi ſit excauatum caput inferius humeri & cur.
- Extenſio cubiti.
- Flexio.
- Sinus vtilitas.
- In magna cubiti cōtractione quo pertingat ſecundus vlnæ proceſſus.
- Alius ſinus.
- Vſus propriæ articulationis radij cum humero.
- Qui motus ab vlna proficiſcatur.
- Ariſtotelis error.
- Cubiti flexio di-

Line numbers: 10, 20, 30

recte animaduertit, quem situm hæ partes in brutis teneant. non enim cubiti, atque humeri illa est articulatio, quam ipse putat; sed cubiti, ac brachialis compositio, de qua sequenti capite dicemus. Latet autem in brutis ipse humerus, quem si recte consideres: non aliud tum articulationis, tum motus genus in brutis reperies, quàm in hominibus: aut statuendum erit eiusmodi animalia humero destituta esse: Quod omnino falsum est. hæc tria humeri capita sua cartilagine crustæ ritu munita sunt, quorum protuberantius est internum, ac externum maius quodammodo cernitur. præter hæc extāt 10 duo processus ad vtrunq; latus, quorum internus longe maior est. His hærent principia musculorum tendentium ad extremam manū. quod autem humeri os tota sui longitudine modo gibbum, modo simum cōspiciatur; talem formæ varietatem varius musculorū vsus postulauit, sicut clarius ostendemus: vbi musculos manum mouentes explicabimus. os idem intus cauum est, ac medulla refertum, quam pariunt venæ per foramina in eo sita subeuntes.

uersa in homine & brutis Aristot. Cubiti & brachialis cōpositio est quā Aristoteles esse cubiti & humeri. Humerus in brutis latet. Trium humeri capitū in interiore hum. descriptio. Processus duo & eorum vsus. Cur humerus in longitudine sua modo sit gibbum modo simum. Humeri cauitates in medulla. Foramina per quę venæ.

De Cubito. Cap. XXIIII.

20 CVBITI nomine totam illam partem intelligimus, quæ inter humerum & brachiale ex duobus ossibus constituta est longis illis quidem, sed humero minoribus. appendicibus vtrinq; donantur: verum parte superiore, qua cum humero articulantur, appendices breui coalescunt, atque in ossium portiones trasmutantur. tam hic, quàm in ima humeri parte Vessalius Galenum sequutus perperam putauit appendicem non adnasci. parte autem inferiore diutissime in ambobus appendices seruantur. horum os alterum, quod est inferius; vlnam, quod etiam cubiti nomine sæpe numero donatur; alterum, quod superius existit, radium appellamus. hæc 30 cum inter se, tum maxime humero, ac brachiali iunguntur: quanquam vlna parte inferiore radio tantum committitur, sicuti mox dicemus. Superior ergo pars vlnæ crassior in duos processus oblongos triangulares, sed obtuso potius, quàm acuto angulo, tam etsi Galenus acutos eos accipiens coronas appellauit, terminantur. hi processus ita prominent, atque attolluntur: quoniam sectum est id spatij, quod in medio residet, ac in semicirculi speciem excauatum, qui sinus protuberantibus hisce processibus conclusus C Latinum refert, quod nō absimile est, c Græco. Propterea Galenus Sigmoides nuncupauit. Factus autem fuit iste sinus, vt aptissime processus ipsi sinum imi humeri cōplecti, & circa illum verti possint.

Cubitus quid significet. Structura cubiti qualis. Cubitus habet appēdices vtrinq;. Superior appēdix cubiti breui fit ossea. Gal. & Vessalij error. Appēdix inferior cubiti & radij diu durat. Vlna dicitur etiā cubitus. Radius. Vlna & radius cōmittuntur inter se, & cum alijs. Vlna inferius cōmittitur radio. Supior vlna qualis Galeni error ī ꝓcessibus vlnæ. Sigmoidis vsus.

Quam-

Linææ in medio Sigmoidis vſus.

Quamobrem cernere eſt in medio Sigmoidis lineam prominẽtem, quæ funiculi modo, vt in trochleis contingit, rimam inſiſtit, ne huc illucúe vlna dilabatur, vnde mutuus exoritur vtriuſq; partis oſsium ingreſſus: ita quòd huiuſmodi articulatio Ginglymo iure tribui poteſt. ad priorem proceſſum, qui poſteriore minor, interna parte, quà radium reſpicit ſinum offendimus, in quem incumbit radij caput: verum cum ab his proceſsibus receſſeris, vlna fit accliuis, ac ſenſim attenuatur: vſque dum in caput deſinat, quod ad internam partem magis aliquantulo propendet; vbi leuem radij ſinum ſubiẽs cum eodem articulatur. Quòd autem Gal. ſenſerit eiuſmodi caput cum brachiali coniungi: id ego nullo vnquam modo aſſequi potui: cum videam nullam brachialis portionem ad infimum vlnæ caput adhæreſcere. Præterea cum ex hoc ipſo capite extrinſecus producatur proceſſulus quidam tenuis, oblongus, & acutus, quem ideo ſtyloidem Anatomici vocarunt; Hunc Gal. iudicauit in externum brachialis os infigi, atq; ea ratione conferre ad manum in obliquum agendam. Quod à veritate alienum eſſe omnino experimento comprobatur. Hic enim proceſſus tantum abeſt, vt hunc vſum præſtet, vt impedimento ſit, ne manus ad eum modum moueri queat: ſicuti optime Veſſalius probauit, vbi cubiti hiſtoriam recenſet. neq; non hic proceſſus à quarto brachialis oſſe multum diſtat, licet Gal. *octauum innuere videatur*, *quod in ſimia veritatem habet*; at in homine tertium quoq; brachialis os reſpicit. Interſidet tamen quædam craſſa, mobilisq; cartilago, quæ cum ſpatium id repleat, quod interpoſitum eſt, vlnam cum brachiali coniungi innuere videtur, cum tamen minime coniungatur. Verum hic proceſſus non nihil roboris ipſi brachiali addit, ne prorſus in eam partem decidat: quãdo tantum ab ipſo vlnæ capite dehiſcit. Iam vero vlna parte exteriore leuis eſt, & admodum teres, parte vero qua radio reſpondet, in tenuem, aſperamq́; lineam ſecundum ſui ipſius longitudinem extenditur, & humiles quoſdam ſinus habet. ex quibus locis naſcuntur muſculi pollici famulantes, nec non muſculus ille, cuius beneficio indicem à pollice abducimus. Alterum ſequitur os ſuperius, quod Græcis κερκίς dicitur, nos radium vocamus, exteriorem fere totam cubiti partem occupat, in capita craſsiora deſinit, ſed ſuperius minus eſt, ac rotundius inferiore: inferius autem & maius eſt, & latius. quod non temere factum intelligitur, ſi perpendatur, quomodo ſuperius cum humero, inferius cum brachiali articuletur. Nam cum humerus ibi deſinat in caput quodammodo rotundum; depreſsius, ac ſinu præditum radij caput exegit, qui quoniam in pronum

Humerus & vlna articulãtur Gynglimo.

Sinus excipiens caput radij.

Quomodo vlna cũ radio parte ſuperiore articulet.

Galeni error.

Styloides proceſſus non agit manum in obliquũ.

Veſſalius laudatur in explicatione vſus ſtyloidis.

Dictum Gal. in ſimia verificatum.

Cartilaginis craſſæ, & mobilis vtilitas.

Proceſſus vlnæ vtilitas.

Vlna exterius qualis.

Sinus ex quibus muſculi.

De Radio.

κερκίς. i. radius.

Radij ſitus.

Capitis ſuperioris & inferioris ĩ radio cõparatio.

Caput ſuperius cubiti articulatũ cũ humero, inferius cum brachiali.

Radius agit manũ

pronum, atque ſupinum oblique manum agere debuit: rotundum ſui capitis ſinum rotundo humeri capiti inhærere oportuit, quo circum agi commode, munusq́; id obire poſsit. cui rei non parum deſeruit ſinus ille, quem diximus inſculptum eſſe ad internam vlnæ prioris proceſſus regionem, cui aſsidet interna radij capitis portio. Nec minus fit, vt per hanc geminam articulationem leui momento cum ſequatur, tum etiam adiuuet cubiti flexionem, & extenſionem. Id caput copioſa obductum eſt cartilagine ad motionis agilitatem augendam. In ceruicem deſcendit teretem, oblongamq́;, ad cuius extremitatem, qua vergit in vlnam, tuberculum emittit, quo terminatur muſculus primus flectendi cubiti auctor, nec non etiam recipit alterius portionem eodem munere fungentis, qui fere totus in ſuperiorem vlnæ partem implantatur. Cæterum inferior pars radij (vt diximus) capite eſt maiore, depreſſo, ac lato, appendicis ope non minimum aucto, quod vel in grandioribus conſpicuum eſt: in ſuperficie non modo deprimitur; ſed etiam in amplum, ac geminum ſinum excauatur, in quo inſident, atque inarticulantur duo ſuprema brachialis oſſa: quibus quoniam reliqua brachialis oſſa arctiſsimo ceu vinculo vniuntur: merito dicere poſſumus totum brachiale eius vnius articulationis opera cum ipſo radio copulari: vnde manum ipſam modo ſurſum, modo deorſum inuertere licet, eamq́; itidem ad latera ducere. *cum vero in pronum*, ac ſupinum oblique manum flectimus: id radij merito conſequitur; quando is ſolus quieſcente vlna mouetur. At quemadmodum radius cubiti flexioni ſuppetias laturus ab vlnæ ſinu, cuius præcipuus eſt cubiti motus, ſuperne ſuſcipiebatur; ita etiam quaſi mutuam vlnæ operam requirens in ducenda manu, dum cubiti motum ſequitur, eius inferioris capitis inſertioni ſinum ipſa quoq; parauit. Quamobrem ſupra ſuſcipitur ab vlna, infra vero vlnam ſuſcipit, quam tamē compoſitionis ſpeciem ſub Arthrodia ponendam exiſtimo. inferius radij caput parte anteriore planum pene redditum eſt, atque in decliue tendit, vt ita ſubſtratum eſſet, liberumq́; aditum præberet muſculorum tendinibus, qui ſecundum, ac tertium digitorum articulum flectendi partes ſibi vendicant, eodem modo poſterior pars tendinibus cedit muſculorum ad exteriores articulos tenſionis gratia tranſeuntibus, propterea plures in ea ſinus cōſpiciuntur. exterior eiuſdem capitis portio pollicem ſpectans mammillarum quendam proceſſum promit non aliam ob cauſam, quàm vt ea parte brachialis luxationem difficillimam redderet. Ad hæc radius extra non ſecus atq; vlna teres eſt, ac leuigatus; intus autem acuta acie, quæ longo

Marginal notes:

in pronum & ſupinum oblique.

Sinus ad internam regionē prioris ꝓceſſus vlnę vſus

Cartilaginis multæ circa radium vſus.

Ceruix.

Tuberculum.

Appendix capitis īferioris radii vel in grandioribus videtur.

Sinus excipiēsduo ſumma oſſa brachialis.

Quomodo manū *ſurſum & deorſum* inuertamus.

Quomodo manū ī pronum ac ſupinum oblique vertamus.

Qūo radius adiuuat flexionem & extenſionem cubiti.

Ab vlna eſt præcipuus motꝰ cubiti.

Quomō radius ferat opem vlnæ in ducenda manu.

Radius ſupra ſuſcipit̄ ab vlna, infra etiā ſuſcipit.

Cōpoſitio vlnæ & radij ſub arthrodia.

Inferius caput radij cur planū, & in decliue tendat anterius.

Cur plures ſint ſinus in poſteriore parte inferioris capitis radij.

Proceſſus mām̄illaris ī radio vſus.

Radius extra qualis.

ductu extenditur è regione alterius lineæ, quam eidem persimilem in interna vlnæ parte descripsimus. Ex harum linearum alterutra fluit membrana quædam in alteram lineam inserenda, qua ambo hæc ossa, quæ laxius à se inuicem dehiscunt, colligentur, confirmẽturq;. quæ membrana simul etiam interstitium quoddam exhibet, quo interiores cubiti musculi ab exterioribus separantur. ambo hæc ossa cubitum constituentia caua intus sunt, ac medullosa, vt & leuiora sint, ac debito pabulo minus frustrentur.

Lineam in radio comparat lineæ in cubito.

Lineæ in radio, & cubito vsus.

Membranæ.

Ossa cubiti cur caua.

De Brachiali. Cap. XXV.

10

SVMMAM manum alibi tres in partes diuisimus in brachiale, postbrachiale, ac digitos; qui & ipsi suis articulis constant. A prima igitur parte exordientes dicimus brachiale, quod Græci καρπὸν appellant, totam eam ossium struem intelligi, quæ inter cubitum, & postbrachiale sita est, quæ octo ossibus constat: & ea duplici ordine iuncta duas veluti acies constituunt, quarum vtraque quatuor ossa capit. prima ossium acies parte superiore radij capiti ita committitur, vt primum, secundumq; ossiculum in sinum ipsius capitis inseratur: tertium autem paulum inhærere videtur: sed quartum nulli alteri ossi iungitur, præterquam tertio, cui soli pertinaciter an nectitur. Secunda item acies parte posteriore cum postbrachiali ar ticulatur, priore autem cum cæteris brachialis ossibus, quæ inter se cartilagineis ligamentis ita connectuntur, vt connata esse videãtur. quæ ligamenta cum nonnulli detrahere minime studuissent, hæc ossicula non inuicem iuncta, sed connata prorsus credidere. ossa hæc adeo varia sunt, vt nulla ex parte conueniant, ac singula quæq; variam formam præ se ferant, vt, quanquam non facile inuenias quibus illa rebus recte compares, non ideo tamen difficile sit discernere, & quæ, qualiaq; sint, diiudicare. cum vero proprijs nominibus singula careant: solo numero, atque ordine dignoscuntur: eaq; ratione perdiscitur, quomodo inuicem, ac etiam cum alijs ossibus componantur. Is ergo erit ordo istorum ossium. Primum brachialis os illud est, quod in priore acie constitutum ab interno latere versus pollicem nobis occurrit. Secundum, quod illi statim succedit. Tertium, quod cum secundo cohæret ad externum latus versus minimum digitum, aut cubitum vergens. Quartum, quod omnium minimum vni tertio annectitur. Quintum, quod in posteriore acie iuxta pollicem primo assidet. Sextum præterea, septimum, atque octauum ita numerantur: vt ordine consequuntur.

Summæ manus diuisio.

καρπὸς.i.brachiale quid.

Brachialis ossa 8.

Prima acies brachialis ex quatuor ossibus.

20

Secunda acies ossium brachialis.

Ligamenti cartilaginei in ossibus brachialis vsus.

Cur aliqui crediderunt ossa brachialis esse connata.

Ossa brachialis non conueniunt inter se figura.

30

Ossa brachialis carent proprio nomine.

Primum os brachialis.

Secundum os.

Tertium os.

Quartum os.

Quintum os brachialis.

Sextum os, septimum, & octauũ.

Iam

Iam vero non ſolum numero, ac figura, ſed etiam magnitudine differunt. Maxima omnium ſunt primum, ac ſeptimum, quorum vtrum maius ſit, vix diſcernere queas. His minus eſt ſecundum, quod tamen cæteris maius eſt, deinde ſequitur octauum. Poſtea quintum, cui ſuccedunt ſextum, ac tertium, quartum minimum eſt omnium, vti paulo ante diximus. Quod autem ad ipſorum vnionem attinet, ſciendum eſt primum os, præterquam quòd cum radio articulatur (ſuperius enim cum in rotundum protuberet, in illius capitis ſinum ſubintrat) inde ſenſim adhærere ſecundo, eiuſq; 10 ſinum ſubit deinde cauo admodum ſinu ſeptimi tuber rotundum admittere, ac inferiore parte quinto, ſextoq́; cohærere. Cæterum ſecundum & ipſum ſuperne radij ſinum ingreditur, parte anteriore cum primo, inferiore autem, quà cauum eſt, cum ſeptimo, poſteriore cum tertio connectitur, ac ita tertium ſecundo iungitur; ac præterea inferiore latere octauum attingit; poſteriore ſed interno verſus vlnam quartum. quod quidem quartum alteri oſsi non committitur. Quintum ſuperiore parte primo, poſteriore ſexto, ac prominenti ſecundi poſtbrachialis (vt interim quinq; eius oſſa cõſtituamus) proceſſui adhæret. At inferior eiuſdem portio primum 20 poſtbrachialis os, quod Galenus primum articulum pollicis facit, excipit. Sextum primo, quinto, ac ſeptimo, quà illa reſpicit, nititur: inferiore autem tubere in angularem poſtbrachialis oſsium ſinum inſeritur, ac ſubinde vergit ad tertium eiuſdem poſtbrachialis, cuius primam, & longius productam portionem ſuſtinet. Septimum omnium ceu medium primum, ſecundum, ſextum, atq; octauum, terminos habet, eiſdemq́; non pari ratione committitur, cum alijs ſimis, alijs gibbis lateribus exiſtat. Verum latere inferiore cum tertij, tum quarti, poſtbrachialis oſsium portionem fulcit. Demum octauum, quod eſt altiſsimum: reliquis lateribus ſe- 30 cundo, tertio, ac ſeptimo copulatur. at inferiore parte baſim præſtat quarto, & quinto poſtbrachialis oſsibus, quibus cum idem coarticulatur. Atque hi ſunt veluti quidam termini, quibus brachialis oſſa diſcernuntur, ac etiã cum inter ſe, tum vero cum alijs vniuntur. Brachialis oſſa motu non carent, tametſi nullus ijs adeſt muſculus peculiaris eorum motus auctor: & ob id obſcurus cenſetur, ac ſenſus noſtros omnino latet. Totius vero brachialis motus in agendo extremam manum, tum ad latera, tum in pronum, atque ſupinum recta conſumitur. Huic edendo motui præſto ſunt muſculi, de quibus loco agetur ſuo. Quamobrem dicimus Brachialis oſſa cum radio per Diarthroſim ſecum inuicem, per Synarthroſim cum

Cõparanẽ in magnitudine oſſa brachialis ĩter ſe.

De vnione oſſium brachialis. Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Galen.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Epilogus.

Brachialis oſſa obſcure mouentur.

Brachiale mouet manum ad latera in pronum & ſupinum recta.

Articuli brachialis cum radio ſecũ, & cum poſtbrachiali quales.

cum postbrachialis ossibus partim per Synarthrosim, partim vero per diarthrosim esse coniuncta. Cæterum brachiale parte interiore latum, ac profundum sinum habet, quo excipit non paruos musculorum tendines in digitorum articulos inserendos. ibique claudit, ac ne defluant quodammodo continet validum ligamentum, quod ex processu longo octaui ossis producitur, ac in latiusculam quinti ossis portionem è regione illi positam inseritur. Hic autem processus introrsum pendet, vt ad hoc veluti munus paratum sese ostendat. At exterior brachialis pars tendinibus quidem substrata est ad digitos extrinsecus adeuntibus, nihilominus gibba est, neq; cauitatem vllam insignem præ se fert, quando illi ipsi tendines cum longe minores interioribus existant, minus quoq; spatij occupare debuerunt, ac præterea decuit externam regionem in circularem formam diduci, internam vero in planum redigi. Verumtamen ab extrinseca brachialis regione prodeunt quatuor ligamenta, quæ dictos tendines vinciunt, ac in sua sede continent: de quibus alibi dicemus. Scire licet hæc ossicula, quamuis exigua sint, ac dura: non tamen solida prorsus existere: cauernulas enim intus habent medulla oppletas, inter quæ durissimum, ac pene solidum est, quod quarto loco numeratum fuit. cui addendum existimo, quod Gal. asseruit, nimirum ossiculum id sinu quodam esse præditum, in quem immitteretur processus ille styloides ab vlnæ capite productus: de quo superiore capite mentionem fecimus. Sed hoc in humanis locum minime habet, in quibus neque ossiculum id vllo sinu donatur, quod prope sphæricum est, neque styloides ad illud pertingit. Vtrunque tamen in simia perbelle obseruatur.

Totius brachialis descriptio & vsus

Ligamentum ex processu octaui ossis.

Brachiale exteriꝰ quale & cur tale.

Quatuor ligamentorũ à brachiali parte extrinseca vsus.

Ossa brachialis nõ sunt solida.

In simia verificatur quod Gal. dicit de sinu quarti ossiculi.

De Postbrachiali. Cap. XXVI.

PARTEM, quæ cum Brachiali sequitur, & ad digitos terminatur: nos cum cæteris Anatomicis postbrachiale dicemus, quam Græci μετακάρπιον vocant, quanquam nonnullis hac voce libuit manum vniuersam brachiali excepto intelligere. Postbrachiale autem ex Gal. ac Vessalij sententia quatuor ossibus construitur. quibus tamen siquis adnumeret primum pollicis articulum, nõ incongruum fuerit: quando & illud os statim brachiali succedit, ac non minus eidem committitur, quàm faciant reliqua postbrachialis ossa, licet laxior sit huius, quàm ipsorum articulatio. Ex qua item euidentior motus editur. Verum quicquid est, siue quinq; ossa hæc, siue quatuor numerentur, nobis placet in horũ explicatione tractare quoq; de

μετακάρπιον. id est postbrachiale q̃d Metacarpiũ quid ꝙ aliquib. significet

Postbrachialis ossa sunt quatuor Gal. & Vess.

Primus articulus pollicis põt numerari cũ ossibus postbrachialis.

Tractat de primo

de prima pollicis articulatione, vt ostendamus illum cum quinto brachialis osse per diarthroseos speciem, quæ arthrodia dicitur, coarticulari; quanquam pro ratione ipsorum ossium, quæ parua sunt, huiusmodi articulatio ad enarthrosim referri posset. Nam quintum brachialis os ea parte sinum satis insignem habet, atq; in angulum excauatum; in quem caput articuli quoquomodo oblongum, & versus anteriora protensum immittitur. Secundum postbrachialis os, quod Gal. primum est, in angularem sinum altum terminatur parte quidem superiore, qua excipit protuberantem sexti ossiculi brachialis partem; atque interim latus coniungit quinti ossis lateri, cui eo modo adhærescere videtur. Tertium in sinum desinit, ac parte interna; quæ ad pollicem spectat, in processum veluti oblongum protenditur: cuius superficies assidet sexto brachialis ossi. quod reliquum est eius sinuati capitis, cum septimo coniungitur. At quartum capite est quadrato, quod duobus insidet ossibus, nã cum septimi, tum etiam octaui partem occupat: quæ iunctæ planam sedem quodammodo huic plano capiti efformant: licet intrinsecus id aliquantulum decliue fiat. Vltimum similiter caput quadratum habet; paulum tamen ad exteriora tendit, atq; ad extremã vltimi brachialis ossis portionem adhærescit: atq; ad hunc modum postbrachialis ossa cum brachialis ossibus componuntur. Verum infra cum digitorum articulis vno, ac eodem modo articulantur. In caput enim rotundum omnia desinunt, quo leuiter excauatam subsequentium articulorum superficiem laxa articulatione subeunt. Ossa hæc quatuor primo pollicis excepto à capite priore intus, extraq; attenuantur ad mediam vsque regionem: inde vero crassiora fiunt, ac interna præsenti regione angularem lineam constituunt, quæ per medium secundum longitudinem ipsorum ducitur, quæ facta est pro musculorum ibi existentium ratione, quibus musculis parare etiam oportuit commodam sedem, ne vola nimia mole ad comprehendendum minus idonea redderetur. Iccirco ossa hæc hinc inde attenuata sunt, & ita interualla non modica musculis occupanda præbuere: quorum musculorum enarrationem suo loco trademus. Ad hæc postbrachialis ossa intus sima sunt, extra vero gibba, infra, supraq; appendicibus muniuntur: ex quibus ligamenta fluunt, quorum gratia ossa hæc inter se vtrinq; nectuntur. Intus quoque cauitatem non paruam, & medulla refertam habent.

pollicis articulo hoc cap.

Primus articulus pollicis iungitur quinto ossi brachialis p̃ arthrodiam sub diarthrosi.

Quomodo referri ad Arthrodiam sub enarthrosi possit horũ ossiũ articulatio.

Secundum os post brachialis.

Tertium os postbrachialis.

Quartum os postbrachialis.

Vltimum os postbrachialis.

Postbrachiale supra cum ossibus brachialis infra cum articulis digitorum iungit.

Descriptio quatuor ossiũ postbrachialis pollice excepto.

Lineæ angularis vsus.

Cur ossa postbrachialis sint attenuata hinc inde interna parte.

Figura ossiũ postbrachialis.

Appẽdicum ossiũ postbrachialis vsus.

De Digitis. Cap. XXVII.

Ossa digitorũ quibus quindecim ſint, & quib. quatuordecim.

SVPEREST vt de digitis iam dicamus: vt tandem abſoluta oſſium manus fabrica tradatur. Digitorum oſſa quindecim illi numerabant, qui primum pollicis articulum à poſtbrachiali diſiungũt ſingulis digitis terna internodia tribuentes: qui vero eundem inter poſtbrachialis oſſa recenſent, ſicuti nos fecimus, duobus tantum articulis pollicem donant; atque quatuordecim ſolummodo ſtatuunt digitorum oſſa, vt interim vngues miſsi fiant, quos in tractatum de cartilaginibus conijciemus: atque etiam ſeſamina oſsicula, quibus poſtremum caput dedicauimus. Oſſa igitur digitos conſtituentia ſubſtantia dura ſunt: vt innumeris functionibus, quibus manus parata eſſe debuit; prompta & abſq; noxa vteretur. Non prorſus tamen ſolida ſunt, quemadmodum Galeno placuit: cum nõ minus inſignem cauitatem habeant, quàm diximus ineſſe in poſtbrachialis oſsibus: qua cauitate ſimiarum quoque digitorum oſſa minime deſtituuntur, & quam in leonibus ipſis adnotauimus. Galenus vero ſolam ipſorum paruitatem conſiderans ſolida eſſe certo putauit; neque articulum aliquem fregit, vt periculum faceret, an internus ſinus adeſſet, in quo medulla ſeruaretur. Ex his alia ſunt longiora, alia breuiora; quædam craſsiora, quædam etiam tenuiora conſpiciuntur, pro digitorum, articulorumq; ratione: nam digitis craſsioribus craſsiora quoq; oſſa merito obtigerunt; atq; etiam quo longiores ijdem, aut breuiores ſunt, eo breuioribus, longioribúſue oſsibus donantur. Similiter articuli primi maiores ſunt ſecundis, ſecundi vero tertijs, tertij autem omnium minimi ſunt. Præterea oſſa hæc duplici forma ſunt prædita: in quarum altera articuli omnes conueniunt; alteram vero, & multum priori diſsimilem, ſibi tamen communem articuli vltimi obtinent. Etenim horum oſſa cæteris ſunt depreſsiora. Cumq; initio latiuſcula ſint, quo magis progrediuntur, eo magis attenuantur, anguſtioraq; fiunt. donec ceruicem ſuperpoſito capitulo, in quod deſinunt, præparẽt. id autem capitulum longum, ac rotundum vna exiſtit, verum primus pollicis articulus, itemq; primus, & ſecundus aliorum digitorum, initium ac finem craſsius habent, quaſi duobus extremis capitibus conſtent, quorum ſuperius maius eſt inferiore. at in toto deductu, qui à priore ad alterum fit caput: ſemper tenuiora reddun tur. Iam vero oſſa exterius curua ſunt, ac teretia, ſed interna regione plana, & quodammodo ſima: neq; id temere factum, ſiquidem interna veluti cauitate opus erat, cui ſuperſtrati eſſe debuerũt tendines

De vnguibus tractabitur libro de cartilaginibus.

De ſeſaminis hoc lib. cap. vltimo.

Digitorũ ſubſtantia qualis, & cur talis.

Oſſa digitorũ nõ ſunt ſolida contra Gal.

Oſſa digitorum in ſimijs & leonib. cauitatem habẽt.

Quid Gal. decepit in ſubſtãtia oſſiũ iudicanda.

Differentia oſsiũ digitorum.

Forma oſsium digitorum.

Oſſa digitorũ deſinunt in capitulũ.

Cur oſſa digitorũ interna regione ſint plana.

10 20 30

tendines non exigui, ac rotundi, qui & magnitudine, & rotunditate sua eiusmodi planitiem implent, atque eo modo teretem digitorum formam faciunt. alioqui nimia moles indidem extuberasset, illosq; minus idoneos ad apprehendendum reddidisset. præterquā quòd non æque commode suis sedibus, tendines eò porrecti adhæsissent, sed in hanc, atque illam partem potius declinassent; siquidem gibba fuisset interna hæc digitorum regio. secus autem in externa contingit; nam illuc membranę ritu tendines subtilissimi producuntur. propterea curua, & teres esse debuit, vt digitorum quā 10 præ se ferunt venustati consuleretur. Interna item regione notabis lineas quasdam vtrinque per longitudinem ductas, vnde ligamenta ortum habent, quæ iam commemoratos tendines complectuntur; vt firmius in sua sede maneant. Et hæc quo ad ossium digitorum figuram. Porro sic illa articulantur, vt alia suscipiant tantum. alia tum suscipiant, tum suscipiantur: vt obiter colligamus veram non esse Galeni sententiam, cum voluit prioris ossis caput in subsequētis sinum semper inseri. Nam prima digitorum ossa superne per enarthrosim cum postbrachiali iunguntur. etenim ipsorum capita sinuata sunt, & cartilagine incrustata, quibus rotunda postbrachia- 20 lis ossium capita succedunt. quo articulationis genere facile præstatur, vt digiti in omnes partes moueri possint: nec non etiam circularem motum edere; quanquam Vessalius minime concedit. at leui opera quilibet experiri potest, si digitum circulari linea circini more obducat. Inferiore parte duo paruula capita vtrinq; prominent angulari quodam sinu illa dirimente. Hunc sinum media sequentis ossis capitis portio protuberans subit; capita vero in illius sinus vtrinque exculptos inseruntur. Quo fit, vt hæc internodia & suscipiantur, & suscipiant, cum priora duntaxat susciperent. Illum ideo articulum ad enarthrosim retulimus, hunc vero ad ginglymū, 30 quod articulationis genus in alijs pariter internodijs obseruabis, quæ omnia cartilagine sua infarciuntur. vt quouis momento prompta, & lubrica magis in edendo motu articulatio reddatur. Ad hæc digitorum ossa suis vtrinque appendicibus munita sunt, exceptis vltimis, quorum pars inferior cum articulatione non egeat, neque eguit appendice; cuius tamen superficiem vngues ipsi obtegunt. horum ossium, simul etiam digitorum vsus, præterea cur ex tot, tamq; varijs articulis constructi fuerint; neque ex pluribus, paucioribúsue, aut aliusmodi constare potuerint: longum esset recensere. quæ tamen siquis nosse velit: Galenum legat primo & secundo de Part. Vsu adamussim hæc multa cum admiratione tractantem. Illud vero

Cur digiti sint teretes & plani interna regione.

Cur ossa digitorū extra sint curua & teretia.

Ortus ligamentorum ex lineis quę sunt in interna regione.

De articulatione digitorum.

Gal. error.

Ossa digitorū iunguntur cum postbrachiali ꝑ enarthrosim.

Articulationis digitorum ratio.

Vessalij error cōfutatur.

Quæ internodia ꝑ enarthrosim, & quæ per ginglymon articulent.

Cur iternodia sint cartilagine obducta.

Quæ ossa digitorū appendicem habeant, & quæ nō & cur.

Vngues qd faciāt.

Gal. primo & secū do de Vsu Part. docet exacte cōstructionem & vsum digitorum.

Gal. laus.

vero obiter ſcias eiuſmodi oſſa talem inter ſe ſtructuræ portionem adepta eſſe: vt licet, alia breuiora, alia ſint longiora: ad rectam tamen lineam, & æqualem digiti omnes perducuntur: cum ad aliquod ſphæricum apprehendendum mutuam operam conferunt.

Digiti licet inæquales coeunt tñ cũ aliquod ſphæricum eſt apprehendendum.

De Ilium Oſſe. Cap. XXVIII.

Os illud, quod tranſuerſis ſacri oſsis proceſsibus committitur: etſi vnicum in adultis eſſe videatur, cum id nulla linea interſecet; perinde tamen cenſetur, ac ſi triplici ex oſſe conſtaret. Conſtare autem cernitur in pueris, & iuuenibus triplici linea cartilagine oppleta illa tunc diſtinguente. ea propter tres in partes diuidi ſolet, triaq; diuerſa nomina ſortiri. nam ſuprema eius pars omnium latiſſima, quà cum ſacro coniungitur: ilium os ab omnibus appellatur. anterior, quæ & ipſa lata, minus tamen quàm ſuperior, ac vtrinque foramen amplum habet: pubis os vocatur. quæ vero media, & anguſtior quidem, ſed craſsior, & extrinſecus in magnum, ac profundum ſinum exciſa: coxẽdicis os dicitur. Duo autem ſunt huiuſmodi oſſa, ſingula ſcilicet vtrinq;: quæ quanquam ſacro appoſita ſunt, dorſi tamen ſcapulæ vſui proportione videntur reſpondere. Hæc enim femur non aliter, atque illæ humerum, excipiunt, nec non etiam variam muſculorum originem, inſertionemq;. *Verum ſacro iuncta vniuerſę oſsium compagi per neceſſariam illam baſim ſuggerunt, de qua capite de ſacro oſſe loquuti ſumus*: nam cum hæc perpetuo maneant, ac nullo vnquam motu ſint prædita; circa ipſa reliqua omnia moueri iure optimo debuere. id quod facile atteſtari poſſumus, cum videamus ſuperiorum partium, ac inferiorum motus ſigillatim percurrentes omnes tandem in hæc oſſa veluti ad centrum quoddam terminari. Enimuero ilium oſſa ita ipſi ſacro committuntur, *atque adeo pertinaciter inhærent: vt connata prorſus* eſſe videantur. & nos adhuc oſtendere ſacri oſsis compagem poſſumus, quam domi data opera diligenter in ſtudioſorum gratiam aſſeruamus: cui ſiniſtrum ilium os vſque adeo connatum eſt; vt nulla ratione diuelli poſsit. eadem quoq; inter ſe parte anteriore vniuntur, *ac peluis imaginem elegantiſsime conformant, quæ vtero, veſicæ, ac inteſtinis tutius continendis à natura parata eſt*. *atque hos* potiſsimum vſus ilium oſſa præſtant, alijs interim omiſsis, quos opportunius alibi recenſebimus. Horum oſsium figura varia eſt, ſiquidem parte poſteriore lata ſunt, duobuſq; latis ſinibus inſignita, in quos tamẽ *curuari potius, quàm excindi videntur: quãdo videre eſt*

Idem os in pueris & iuuenibus triplex videtur, in alijs vnum.

Os ilium quid vocetur.

Os pubis quid vocet.

Os coxendicis q̃d vocetur.

Vſus ilij, pubis, & coxendicis.

Baſis oſſium.

Tria oſſa quæ cum ſacro committũtur nõ mouẽtur, ſed alia circa ipſa

Ilium ita ſacro hæret, vt connatum videatur.

Oſſa ilium pelui ſimilia.

Iliorum vſus.

Iliorum figura.

10 20 30

eſt partes ab altero latere hiſce ſinibus oppoſitas protuberare, ac
gibbas fieri, vbi multæ aſperitates viſuntur, extrinſecus præſertim
muſculorum nexibus percommode ſeruientes. huius partis ſupre-
ma regio ſemicirculari linea obducitur: quæ ſecundum totam ſui
circumferentiam appendice munitur: cuius ſedes quoniam aliquã-
tum extra prominet: ideo ſpina dicta fuit. ab hac præcipue ligamẽ-
ta fluunt, & eorum muſculorum exortus, qui nates conſtituunt;
deorſumq; in femur, ac tibiam, & etiam ſurſum ad thoracem, ac
dorſum feruntur. quatenus autem cum oſſe ſacro copulantur, na-
10 tura mutuum ipſorum congreſſum excogitauit; vt is validior, ac
pertinacior foret. Quamobrem tranſuerſi ſacri proceſſus ſinibus
partim amplis, ac profundis, partim etiam leuibus exciſi ſunt, in-
ter quos extuberant partes. Similiter ilium oſſa & ſinus, & tubera
præſeferunt. Horum ergo ſinus ſacri tubera excipiunt; eminentes
autem partes illius pariter ſinus ingrediuntur, quam vnionem in-
tercedens leuis cartilago glutinis modo continet, quæ quanquam
eodem fiat modo, quo ſolet, cum oſſa ginglymo articulantur, cum
tamen nullus ex ea motus proficiſcatur, ſymphyſi magis ſubijcie-
mus. & hæc eſt partis ſuperioris deſcriptio. quæ autem ab ea ver-
20 ſus anteriora diſcedit, mediumq; oſsis ſpatium occupat, cui nomen
os coxendicis inditum eſt, craſſaſsima facta fuit, vt commode ſinus
ille amplus, ac profundus fingeretur, in quem immittitur longum,
ac rotundum femoris caput: ideo ſinus iſte acetabulum nuncupa-
tur, qui tamen cum non adeo profundus eſſe potuerit, vt plene fe-
moris caput contineret: cartilaginem eo modo adijcere oportuit,
quo adhibita eſt, vbi humerus cum ſcapula coniungendus fuit. ſi-
nus iſte non ſolum partem coxendicis, verum & ilij, & pubis occu-
pat. Nam præter eam cartilaginem, quæ cruſtæ ritu circundatur
tam femoris capiti, quàm acetabulo: exurgit ex labris ipſius ſinus
30 craſſa quædam, & circularis cartilago, quæ acetabuli capacitatem
auget; atque ita complectitur altum femoris caput, vt ne de ſua ſe-
de egredi, luxaríue tam facile poſsit. atque vt huiuſmodi capitis in-
ſertio firmius in eodem acetabulo reſideat; è medio eius incruſtatæ
appendicis teres, ac validum ligamentum naſcitur, quod in medio
ſinu figitur; ſicq; articulationem hanc alioqui laxam maximopere
colligat, continetq;. Pars inferior, quæ ilium, coxendicisq; os in-
terſidet, ingenti ſinu donatur: qui ad vtrunque latus patẽs, & per-
uius, ac inferne abruptus dehiſcit, atque hic vtriuſq; oſsis commu-
nis eſſe videtur, quem ideo paratum animaduertimus: quòd illac
pateat aditus pluribus, nec exiguis neruorum ſurculis à ſpinali me-

Aſperitatũ in Ilijs vſus.

Superioris partis ilij deſcriptio.

Spina in Ilijs quid & eius vſus.

Naturæ induſtria in coniunctione iliorum cũ ſacro.

Cartilago glutinis modo.

Cur ad ſymphyſim potius quàm ad Ginglymon redigenda ſit compoſitio ilij cũ ſacro.

Coxendicis deſcriptio.

Cur craſsiſsimũ.

Vſus coxendicis acetabula.

Cartilago veſtiẽs acetabulum.

Articulatio femoris cum coxendice proportione reſpõdet articulo humeri cum ſcapula.

Acetabuli deſcriptio.

Cartilago circularis augens acetabulum & cur.

Ligamenti in acetabulo ſitus & vſus.

Sinus inter ilium & coxendicem.

Sinus vſus.

Nerui maximi ortus & iter.
Processus acutus.
Sinus iuxta basim coxendicis vsus.
Tendines quatuor contenti in suo musculo, tanquã in crumena.
Cur crassissima sit pars inferior coxendicis.
Cur basis coxẽdicis habeat appendicem.
De osisibus pubis.
Foramen pubis.
Quomodo os dextrum pubis cum sinistro iungat.
Ossa pubis in partu dehiscere ridiculum est dictu.
Os coccygis ĩ partu retrahitur.
In osse pubis differunt mares à fœminis.
Quomodo distinguantur ossa pubis fœminæ à maribus.
Ossa pubis nõ dilatari.
Cur ossa pubis deorsum disiũgunt.
Qui musculi ex superiore parte pubis oriantur.

dulla per sacri osis foramina profluentibus: qui non inde procul in vnum coeunt neruum omnium nostri corporis neruorum maximũ, qui per penitisimos femoris musculos delatus ad crus disseminatur, sicut alibi ostendemns. Ab hoc sinu cum recesseris versus anteriora, exurgit processus quidam acutus: vnde ligamentum prodit in sacrum os inserendum, paratum vt claudat manum, atq; neruum *illum maximum, de quo paulo ante diximus*. *Præter hunc* processum iuxta coxendicis basim alter adest sinus, latus quidem, sed humilior, ac rimis quibusdam intersectus, cui inhærent tendines quatuor in suo ipsorum musculo tanquam in crumena reconditi: qui tandem in vnum coeunt in femur inserendum. Inferior coxendicis portio crasisima est, quam basim propterea paulo ante nuncupauimus. Hæc vna ex omnibus coxendicis osis partibus appendice donatur, vnde tres musculi tibiam flectentes enascuntur. Superest nunc, vt anteriorem partem, quæ os pubis nominatur, absoluamus. Ergo pubis ossa supra, infraq; tenuiora sunt cæteris. quo autem magis ad medium accedunt, eo magis attenuãtur, vsq; dum in amplisimum foramen desinunt. superne iunguntur: ac dextrum cum sinistro multæ cartilaginis interuentu coalescit. quem nexum adeo tenacem, ac solidum offendimus; vt difficillimum sit cultro, aut scalpello abscindere. Propterea risu magis, quàm reprehensione dignam illorum sententiam iudicamus, qui proferre in vulgus non verentur; ossa hæc in partu laxari, atq; dehiscere, vt facilius exeat fœtus. Nulla enim ratione dimoueri possunt: tantũ abest vt laxiter aperiantur. verum autem id est de coccygis osse, sicuti supra suo loco dictum fuit. Illud enim certum est retrahi, ac eo modo parientibus non parum auxiliari: neq; de hac re ambigere quisquam debet, quando vtrunque facili experimento comprobare licet, si tactus adhibeatur. porro scitu dignum est, ossa hæc in *maribus non ita ampliter produci, vt in mulieribus*, in quibus latius hæc patent, & capaciora multo sunt; & *quam diximus peluis* similitudinem tenere. Animaduertendumq; est hinc facile discerni posse fœminarum ossa à virorum osibus. Horum enim supra, *infraq; strictiora, angustioraq; sunt*, illarum vero ampliora: vt facilius *credatur ossa pubis minime dilatari, quando si aperiri possent*, frustra ipsa natura differentiam hanc constituisset; *vt latius hæc*, quàm illa paterent. Cæterum ab ea, quæ fit per cartilaginem coniunctione, quo magis deorsum tendunt, eo etiam magis, ac magis *disiunguntur: vt vacuam ibi sedem subsistentibus* testibus, ac peni relinquant. Ex *superiore parte, qua ossa pubis coniunguntur*,

quaq;

quaq; aspera sunt, ac gemino tuberculo abundant: exoriuntur tum recti abdominis musculi, tum etiam illi, qui ad femur, tibiamq; deferuntur. Nec non illuc inseruntur abdominis musculi oblique descendentes. inferiore vero, quæ munitur appendice producuntur musculi penem sustinentes, cuius corpus statim sub ipsa ossium vnione affigitur. At foramen illud, quod in medio est amplissimũ: leuitatis potius, quàm alius rationis gratia factum implent duo musculi internus, atque externus, qui deorsum tendunt, & in femur implantantur, eius circumagendi munere fungentes: inter quos media est membrana non leuis, & foramen identidem obturans, & alterum musculum ab altero distinguens. Per huiusmodi foramen Anatomici imperiti putant seminaria vasa ad testes descendere: sed falluntur, quando illa musculum abdominis perforãt, ac super hæc ossa feruntur, vbi sinus quidam oblique decliuis adest, per quem demittuntur simul tam deferentia, quàm præparantia vasa. qui sinus in mulieribus non reperitur; & hac potissimum differentia ossa mulierum à virorum distinguuntur. Atque ad hunc modum se habent ossa, quæ cum sacro committuntur, quorum substantia non multum ab ipso sacro diuersa est: fungosa enim plurimum sunt, nec nimis dura, foraminibus crebris referta, per quæ nutrimentum allatura vasa perducuntur.

Pubis ĩferior pars appendicem habet.
Situs & origo musculorũ sustinentium penem.
Foramẽ in medio ossium pubis cur factum.
Membrana inter musculos circum agentes femur.
Error anatomistarum de vsu foraminis pubis.
Iter vasorum seminariorum.
Sinus vasorum seminalium nõ est in ossibus pubis mulierum.
Substantia ossium quæ committunt cum sacro qualis.
Foramina pro nutrimenti delatione.

De Femore. Cap. XXIX.

FEMORIS os tum humanum, tum etiam simiarum reliqua ossa omnia magnitudine superat. Cætera vero animantia femur ipmsu breuius multo quàm tibiam habent; in qua fortasse nonnulli decepti sunt existimantes in brutis femur illud esse, quod extra primum articulum constituit; neque considerarunt id ipsum in animalibus iuxta clunes latitare. Ea vero pars, quæ primo sese exerit, nõ femoris est os, sed tibiæ. In quo item errore versatus est Aristoteles, qui non contentus cubiti loco humerum ponere, sicuti supra etiam capite de Humero diximus: propriam & femoris, & tibiæ sedem ignorasse, palam fassus est: quando asserere nõ dubitauit, aues femore destitutas esse: quod omnino falsum est; siquidem illæ femur habent, verum id delitescit, quemadmodum in omnibus fere quadrupedibus, in quibus breuius esse oportuit, cum longius situs, in quo residet, minime patiatur. secus autem in simia, hominéq; contingit. Propterea os tibiæ & his duobus femoris, & cæteris ossibus longe maius existit, illud supra cum osse coxẽdicis, ilei, pubis: infra

Hõ & Simia habẽt os femoris maius alijs ossibus.
Femur est breuius tibia in alijs animalibus ab homine & Simia.
Femur ĩ animalib. iuxta clunes.
In animalib. quod vulgo femur creditur est tibia.
Aristotelis error, qui ponit humerum loco cubiti.
Aristotelis error existimãtis aues carere femore.
In auibus vbi sit femur.
Cur in omnib. fere quadrupedib. femur est breuius tibia.
Cur homo & Simia habeant femur maius tibia.

Femur cum quib. articuletur. Femoris figura.

infra vero cum tibia articulatur, cuius figura longa est, & teres, at *non vsquequaque recta: nam media prope regione curuatur,* anteriore quidem gibbum, posteriore autem, ac exteriore simum, superne in caput crassum, rotundum, & cartilagine incrustatum desinit longiorem ceruicem obtinens, quæ sursum alte protenditur ad interiora plurimum incumbens. Caput autem huic præpositum ceruici ab orbiculari appendice fere totum efformatur, & coxendicis acetabulum subit. quæ articulatio validissima esse debuit, propter immensum pondus, quod femori sustinendum fuit. Iccirco natura non modo altiorem insertionem effinxit, & cum profundo acetabulo cartilaginem composuit; vt ipsum adauctum, altiusq; redditum femoris caput facilius susciperet; Verumetiam teretem, ac robustam copulam parauit, quam è sinu quodam non leui in medio pene capitis vertice, magis tamen versus interiora produxit: atque id in acetabuli fundum immittendum curauit vinculi, ac firmamenti validioris gratia. Quæ cum ita habeāt, eos refellere merito possumus, qui huius articuli luxationem minus integram putātes, notham illam, mentitamq; vocarunt: cum perfecta, veraq; sit, *in qua sæpenumero accidere solet, vt ligamentum illud laxius, & prolixius fiat, vnde restitutio difficilis admodum redditur.* Ab ipsa ceruice statim os istud in portionem quandā latiusculam descendit, ex qua processus duo veluti nodi educuntur, qui in nuper natis appendicum naturam tenent, cum facile diuellantur. Temporis autem progressu ita cohærent, & cum partibus vnde prominent, confunduntur: vt ne signum quidem appendicum ostendant. Itaq; femoris processus numerantur, qui ad posteriora magis vergunt: alter tamen altero superior est. superior extrorsum spectat, & maior existit: *inferior vero longe minor est, ac in interna sede potius.* maiorem γλουτὸν Græci dixerunt: ambos vero τροχαντῆρας, quasi rotatores dixeris; cum videlicet rotando femori facti esse videantur. Etenim eorum musculorum insertionem admittunt, quorum opera femur tum extrorsum flectitur, tum circumagitur. quanquam præterea *octauo musculo tibiam flectenti originem suppeditent. parte posteriore linea quædam eminens ab externo ad internum* ducta hos ipsos processus simul iungit; hinc femoris os teretem formam sumit: Cumq; mediam regionem transierit, crassum magis efficitur, quo magis descendit; nec non etiam dilatatur, atque introrsum magis deprimitur, ac tandem in duo magna capita exit, aspera illa quidem extrinsecus, at in superficie lęuia, lęui quodammodo crusta peruncta, quæ magnæ appendicis interuentu constituuntur.

Ceruix.
Caput.
Cur articulus femoris cum coxēdice sit validissimus.
Cartilago vestit profundū acetabuli coxēdicis.
Ligamētū femoris cum acetabulo quale.
Luxatio articuli femoris cū acetabulo legitima est contra quosdam.
Cur difficile restituatur luxatio articuli femoris.
Processus femoris in nuper natis videntur appēdices
Processuum femoris descriptio.
Γλουτὸν quid. τροχαντῆρες quid.
Processuū femoris vtilitas.
Processus femoris quomodo iungātur.
Vnde femur teres.
Quid efficiat cap. īferiora femoris.

10 20 30

tuuntur. Prima non paruus (inquit Galenus) sed ingens quidam, ac profundus sinus, & asper, capita ista parte posteriore nõ exiguo interuallo disiungit. parte item anteriore sinum leuiter depressum communem habent, cui innititur os quoddam orbiculare, quod Molam nominant, de quo suo loco dicetur. Hæc capita à se prorsus inuicem differunt; nam exterius crassius est, latius, ac depressum magis, idq; vt ne ambo cum tibia æqualiter inarticularentur; atque obliquus motus edi posset, cum tibia præsertim ad exteriora flectenda veniret; cui motui destinatus est musculus sub poplite de- 10 litescens, qui ab externo iam commemorato capite nascitur, extrinsecus scilicet versus posteriora, vbi pars quædã inest aspera, & sinulis quibusdam impressa. Atque hæc diligenter intuearis Lector optime; nam huius musculi munus non satis recte perpendit Vessalius; cum minime nosse posset, quomodo tibia in obliquum adduceretur. iam vero femur infra cum tibia per Ginglymum componitur; superius enim tibiæ caput duobus sinibus refertum est, inter quos educitur tuber eminens. capita vero infimi femoris tibię sinibus inhærent; at eiusdem femoris posterior sinus mediam portionem tibiæ eminentiorem excipit, vnde fluit ligamentum validum, 20 quo arctissime femur cum tibia colligatur, non secus ac superiore articulo fiebat, vbi per Enarthrosim femur coxendici committitur eo, quo supra diximus modo. hoc autem ligamentum teres, quo femur supra infraq; insignitur, articuli detinendi gratia, in alijs articulationibus minime reperitur. Idcirco obseruatione dignum est: neque enim ob id hisce desunt communia cæteris ligamenta, quæ extrinsecus obducta partes cohærentes inuestiunt, & vndique colligant; sed de his priuatim agemus. Præterea notanda est linea quædam insignis, multumq; aspera, quæ in posteriore femoris regione prominet, nec procul ab interno rotatore incipit, ac per lon- 30 gitudinem eiusdem regionis defertur: deinde vltra medium in duas partes scindi, & caput vtrunque petere videtur; sed ad externum euidentius terminatur. Huic lineæ inseritur, ac tenaciter adhærescit quintus femoris musculus omnium nostri corporis maximus, cuius beneficio recti stamus. Aliæ nihilominus ibi adsunt asperitates, ac nonnullæ etiam impresiones, musculorum tantum occasione fabrefactæ, vt suo loco patebit, vbi musculi tam femur, quàm tibiam mouẽtes describentur. femur & sistimus, cum recti stamus, & quaque versum agimus: nullum enim motionis genus illius cum coxendice articulatio excludit, quemadmodum in seipso quicunq; experiri facile potest. Os id amplissimum sinum habet intus, quo leuius

Gal. de prima in femore.

Vesalius decipit i musculo flectẽte tibiam ad exteriora.

Femur componit cum tibia infra per ginglymon.

Origo ligamenti femoris cũ tibia infra.

Femur copulatur coxendici per enarthrosim.

Cur ligamentum femoris supra infraq; sit dignum annotatione.

De ligamentis priuatim aget.

Lineæ quæ est in posteriore femore delineatio.

Quintus musculus femoris est omnium maximus.

Quomodo recti stemus.

Asperitates ab insertione musculorum.

Femoris vsus.

Cur cauitas femoris sit magna.
Venæ.

leuius sit, & medullam multam pro nutrimento seruet. huc scilicet pertingunt venæ per summã, imamq; præsertim ipsius osis partem plurimis locis perforatam. De femore satis: nunc de tibia, fibulaq;.

De Tibia. Cap. XXX.

Tibia & fibula proportione respondent cubito & radio.
Tibia idem quod crus.
Cruris os maius tibia quoq; dicit.
Fibula est os gracilius cruris.
Idem sura & fibula
κνήμην. περόνην.
Tibia é maior humero.
Humerus non est maior tibia contra Gal.
Femur reliqua ossa magnitudine excedit.
Tibia habet appédicem vtrinque.
Sinus.
Tuberculum.
Sinuum vsus.
Crusta cartilaginea.
Cartilaginis lunatæ figura & vsus.

QVEMADMODVM inter humerum, ac summam manum ossa duo descripsimus, quæ iuncta cubitum constituebant; ita à femoris osse ad extremum pedem regio duplici osse constructa pertinet, quæ modo tibiæ, modo cruris nomine donatur. Alterum os, quod maius est, totius nomine tibiam nuncupamus; alterum vero longe gracilius quandoq; suram, quandoque fibulam vocamus. Tibiam Græci κνήμην, fibulam vero περόνην appellant. Tibia ea magnitudine prædita est, vt vel humerum superet, quem tamen Galenus omnium osium maximum, excepto femore credidit. Hæc infra, supraq; appendicem habet. superior ipsius pars latior est, & crasior: duos sinus leuiter inq; superficie sortita est, inter quos currit tuberculum quoddam prominens atque asperum. Hisce sinibus excipiuntur ima femoris capita, in quibus ne incommodius insiderent, cum præsertim depresiores sint, quàm capitum altitudini conueniat; Natura præter cartilagineam crustam vtrique sinui affixam, alteram apposuit mobilem: cuius figura lunam imitatur, & nostrum C similitudine refert, initio ac circa sinuum oras crasior, quo vero introrsum magis ad centrum recipitur, eo tenuior semper fit, prius quidem desinens, quàm centrum attingat. ita sinuum profunditatem maiorem relinquit: ad quam augẽdam potisimum facta esse videtur: quanquam quòd lubrica est, læuis, mollis, & vnctuosæ humiditatis plena, ligamenti vice fungitur, & articuli mobilitatem plurimum adiuuat. Accedit etiam non minimum firmãdi huius articuli adiumentum; nam id tuber, quod è media tibiæ superficie emergere, & alterum sinum ab altero dirimere conspicimus: in amplum sinum immittitur, qui partem posteriorem vtriusq; femoris capitis intercipit, ibique valido ligamento vincitur. quod ligamentum ex tuberis apice prodit, & in medio sinu impense admodum infigitur, atque ita articulus omni ex parte probe munitus in sua sede continetur. A superiore hac parte deorsum procedens tibia sensim attenuatur longioribus lineis, ac sinibus varijs distincta, ita vt triangularem formam imitetur; at oblique tendit, ac tribus præcipue partibus incuruatur, perspicue cedens musculis illac descendentibus. Ibidem extrinsecus versus posteriora iacet sinus quidam

Cartilago lunata ligamenti vicem gerit in tibia.
Quomodo articulo tibiæ cũ femore robur detur.

Tibia deorsum versus triangulum imitatur.
Cur tibia tribus præcipue partib. incuruetur.

quidam læuis, & cartilagine obductus, cui adiacet internæ fibulæ capitis portio, itaque ſuperne fibula tibiæ agglutinatur. Educitur præterea è media poſterioris partis ſummitate ſinus decliuis, qua tranſeunt vena, arteria, & neruus, ac deorſum feruntur; verum antrorſum non procul à ſummæ appēdicis fine extat eminētia quædam horrida muſculorum in primis inſertionem admittens tibiam extendentium. Inde vero producta linea in media regione acuta prominet, veluti cultri aciem effingens, propterea quibuſdam ſpina vocata eſt. Hinc tibiæ latus internum excarne deprehenditur; iccirco regio hæc crea dicta fuit contrario ſenſu, cum locus ille omni prorſus carne ſit denudatus. alia autem tibiæ latera, maximeq́; poſterius multa carne opplentur. Secunda item linea, quæ fibulæ ſubeſt, illiq́; è regione reſpondet; ideo facta eſt, vt ex ea ligamentum producatur, quo fibula cum tibia connectitur; ac interim anteriores muſculi à poſterioribus ſeiunguntur. Inferior tibiæ pars rurſum craſſeſcit, & in caput deſinit, quod ſuperiore minus eſt, verum in ſuperficie vnico, amploq́; ſinu exciſum, qui ſua cartilagine obducitur, & tali inſertionem ſuſcipit. Huius capitis pars interna producitur, *ac in proceſſum craſsiuſculum euadit, qui ſinui iam* commemorato prominet, ac talum ſinui inhærentem claudit: qui cum alteram in partem protrudi, & è ſua ſede dimoueri poſſet; alterum proceſſum poſtulauit, quem tamen externæ tibiæ regio capere non potuit: *quando in ea celari debebat ſinus oblongus ſen*ſim lateſcens, & in duo ſupercilia deſinens, quem ſubiret, cuiq́; incumberet extrema fibulæ portio. Quod igitur tibia præſtare non potuit, fibulam eam ſedem occupantem præſtare oportuit: quamobrem eius caput in acutum tendens, tanto decliuius tibiæ oſſē deſcendit, quantum tibiæ caput ſuperius fibulam excedit. Vnde inferius fibulæ caput non aliter, quàm proceſſus quidam, alterum tali latus comprimit. Hæc autem duo tubercula malleoli dicuntur, quorum qui à tibia promittitur, internus: qui vero à fibula prouenit, externus vocatur. Ambo hinc inde talum tibiæ inarticulatum obſident, vt neutram in partem delabi poſsit, adeo vt ſi quando huiuſmodi luxatio contingat, ad internum magis, quàm externum malleolum talus inclinet neceſſe ſit: quoniā externus longius quàm internus producitur. tibiæ proceſſus, quem modo internum malleolum vocari diximus, parte poſteriore ſinum habet, vnde ligamentum educitur, quo tali os tibiæ alligatur; cui etiam firmius nectendo nō minimum adiumentum prębet ſinus ille oblongus, aſper, & tranſuerſim ductus, quem exigit anterior inferioris tibiæ appendicis

Quomodo fibula tibiæ agglutinetur.

Sinus vaſa excipiens.

Muſculorum tibię extendētium inſertio.

Spina tibiæ quid.

Circa quæ pars tibiæ, & cur dicta.

Vbi tibia multa carne veſtiatur.

Secundæ lineæ in tibia vſus.

Inferior tibia deſcribitur.

Vidę naturæ artem miram.

Malleoli duo qui internus & qui externus.

Cur in luxatione malleolus inclinet magis ad internum malleolū, quàm externū

Interni malleoli figura & vſus.

Tali ceruix tibiæ nectitur.
De Fibula.
Fibula non attingit femur supra.

dicis ſedes: Etenim hinc ligamentum naſcitur tali ceruicem oſsi tibiæ nectens. Cæterum fibula tibiæ non ſecus inhæret, ac radium cubito adiungi diximus; parte tamen ſuperiore femur nuſquam attingit, verum ſub tibiæ capite eo, quo ſupra diximus, modo connectitur: infra vero longum tibiæ ſinum ſubit, vtriuſq; tamen partis ſtructura per Arthrodiam fit, quæ ſub Synarthroſi ponitur. Ambo fibulæ capita in proceſſum acutum exeunt, quæ nonnullis aſperitatibus prædita ſunt, horum ſuperius, quod eſt rotundius, muſculorum tibiam mouentium inſertioni deſeruit: inferius autem, quod depreſsius eſt, ac extrinſecus gibbum magis: muſculos emittit extremo pedi famulantes. Verum quatenus bina hæc capita ſinibus excipiantur, cartilagine obtenduntur. fibula, etſi recta eſt, aut ſaltem modice curua plurimum tamẽ ab ipſa tibia dehiſcit, parte præſertim ſuperiore, quoniam ibi tibia in ſinum flectitur. in eo autem interuallo ligamentum cernes, de quo ſupra meminimus, fibulam, tibiamq; medio ſpatio complectens, ac præterea ligamentum id muſculos diſtinguit, per quos ſpatium illud hinc inde repletur. quorũ inſertioni, ac nexui maxime inſeruiunt inæqualitates fibulæ ſinibus ac lineis comparatæ. huius muneris ergò hiſce pariter fit, vt fibula æque ac tibia angularem propemodum figuram adipiſcatur. vſum horum oſsium in ſe ipſis omnes, ſi experiri non pigeat, perdiſcere poſſunt. Fibula vero in pronum, ac ſupinum non mouetur, quòd muſculis huic obeundo muneri dicatis caret. Sed tam fibula, quàm tibia intus cauitatem habet medullam aſſeruantem, nec foraminibus deficit.

Arthrodia ſub ſynarthroſi.
Aſperitatum proceſſuum fibulæ vſus.
Vbi dehiſcat fibula a tibia & cur.
Vſum tibiæ ac fibulæ poteſt quilibet in ſe experiri.
Cur fibula in pronum & ſupinum non moueatur.
Fibula & tibia habent medullã in cauitate, habent & foramina.

De Patella. Cap. XXXI.

Patellæ vſus communis eſt femori & tibiæ.
Cur tractatur de patella ſeparatim à capite de femore & tibia.
Patellæ nominum explicatio.
Patella nõ eſt cartilaginoſa neque ſolida.
Subſtantia patellę qualis vere ſit.
Vbi inuoluaẽ cartilagine lubrica patella.

Os quoddam genu præponitur, quod à femore, tibiaq; ſeparatum, vtrique tamen communem veluti operam præſtat, ſicuti mox dicemus. Ideo ſeparatim de hoc ipſo oſſe agendum fuit poſt femoris ac tibiæ deſcriptionem; quando neque cum hoc, neq; cum illo commiſceri, neque etiam ante hoc, vel illud tractari commode potuit. id autem eſt, quod Græci επιγουνειδα ſeu επιγονατιν vocarunt, Latini autem patellam, genu molam, vel ſcutum, vel ſcutiforme os, vel genu rotulam nominarunt. os eſt, non cartilaginoſum, ſicuti nonnullis viſum eſt, neque rurſus adeo durum, vt ſolidum exiſtimari debeat, vt alij exiſtimarunt; at ſubſtantia eſt, qualis duræ cuiuſdam appendicis, quæ tamen prona ſit, vt nutrimentum per omnes ſui partes ſuſcipiat. Verum intro cartilagine lubrica inuoluitur, idq; magis parte, qua femur, ac tibiã reſpicit, cum altera parte

parte musculorum tendinibus inuestiatur. Patella hæc facta fuit, vt tegeret femoris, & tibiæ articulum, alioqui nimis patentem, ac proniorem, vt antrorsum procumberes facillimo luxationis genere. præstat item, vt in rectum angulum genu flecti posit. mobile præterea, nec pertinaciter adhærens esse debuit, vt ne difficilem articuli huius motum redderet; aut longum in genu decubitum præpediret. Suis tamen ligamentis cum femoribus, tum etiam tibiæ nectitur, quicquid alij dixerint, sibi persuadentes solis musculorum tendinibus contineri; nam ex appendicibus femoris, & tibiæ liga-
10 menta nascuntur, quibus manifesto molam vtrinque vinciri plane perspicimus, at cum femore solum articulatur eo modo, quem sibi Ginglymos vindicauit. Etenim anterior imi femoris pars in duo, vti diximus, capita desinens in medio sinum habet, in quem media protuberantior patellæ portio immittitur. quem vt magis impleat, commodiusq; inhæreat, hinc inde & ipsa sinus natura dedit protuberantibus femoris capitibus respondentes. quamobrem femur patellam excipit, & ab eadem pariter excipitur. Formam pene orbicularem nacta est: verum in acutum quodammodo desinit, quatenus tibiæ asidet: propterea scuti nomine donatur. in extremita-
20 tibus tenuior: quo magis ad medium tendit, eo crasior efficitur; vbi prorsus eminet, vmbonemq; imitatur.

> Patellæ vtilitas prima.
> Cur patella sit mobilis.
> Patella habet propria ligamenta cõtra comunem.
> Ortus propriorũ ligamentorũ patellæ vnde.
> Patella articulaẽ femori per Gynglimon.
> Patellæ figura qualis.
> Vbi patella est similis vmboni.

De Pedis osibus, ac primum de Talo.
Cap. XXXII.

SVPEREST nunc vt extremi pedis ossa describamus; quæ sex supra viginti sunt: Vnde pes vno minus constat, quàm summa manus. Cæterum in pede tres ordines similiter, ac in manu constituere placet. idq; clarioris doctrinæ gratia; vt prima pars, quæ
30 statim tibiæ, fibulæq; succedit, quamq; tarsum nominamus, brachiali respondeat: secunda vero, quam pedion cum cæteris appellabimus, postbrachialis osibus: Tertia sit digitorum articulis destinata. cum interim tamen eo solo inter se differant, quòd septem nobis erunt Tarsi ossa, brachialis autem octo. quo fit, vt vno eo osse, quo brachiale tarsum superat, manum pariter extremam extremo pedi præstare dicere posimus. Quinque vero pedij ossa, quot etiam postbrachialis numerabuntur. quæ item supererunt vtrobiq;, in digitorũ articulos quatuordecim distinguentur. Neq; video cur à tarsi osibus tria illa priora seiungi debeãt, sicuti ab alijs Anatomicis factum fuit fatentibus quatuor posteriora, quæ sola

> Ossa pedis 26.
> Manus ossium numerus.
> Tres ossium phalanges in pede.
> Cõparant tres ordines ossium in pede cũ tribus ordinib. ossium in manu.
> Tarsus quid.
> Tarsi & brachialis conformitas.
> Pedij & postbrachialis cõformitas.
> Tarsi ossa septem
> Brachialis ossa octo.
> Pedij ossa quinq;.
> Ossa postbrachialis quinque.
> Ossa digitorũ tũ manus tum pedis quatuordecim.
> In ossib. Tarsi differt ab alijs anatomicis & qũo.

tarsi appellatione dignantur; ad brachiale tantum referri oportere, tribus primis absq; relatione designatis. Per me itaq; semper licebit cum hæc tria, tum etiam quatuor sequentia tarsi vocabulo complecti: vt cum à tibia, suraq; recesserimus, descendentes protinus ad vnam ossium compagem, veluti classem deueniamus, quam brachiali comparemus, quod quidem post cubitum, vlnamq; nobis occurrit. verum hæc tarsi ossa singula peculiari nomine non sunt donata; nam prima tria alij à tarso secernunt, & vnum ex quatuor sequentibus proprium nomen obtinuere. at postrema tria adhuc sunt sine nomine. Primum igitur omnium talus, secundum calx, tertium scaphoides, quartum cyboides nominabitur. quæ supersunt tria, quanquam innominata sunt, attamen numeri, situs, ac formæ ratione distinguentur. Primum ergo talus erit, quem Græci ἀστράγαλον, & ἄστριον vocant: Tibiam, fibulamq; illico subit, quippe cui illarum appendices incumbunt; quanquam tibiæ soli substratus esse videtur. Id os homini cum cæteris commune est animalibus, quæ multifido, seu in digitos scisso pede incedunt: quicquid dixerit Aristot. atque illum sequuti. à quorum sententia rei veritas omnino abhorret. Tali forma ea fuit, vt supra emineat, vt orbiculare tuber, ceu rotulæ partem imitetur, quæ in medio leuem sinum possidet lateribus hinc inde prominentioribus, quà scilicet cum tibiæ osse copulatur: sic enim tibiæ ossis appendicem, quemadmodum capite de tibiæ, suræq; ossibus dictum fuit, natura insculpsit, vt excipiẽdo talo percommodam sedem præberet, tutiorem nimirum articulationis speciem constituens, quæ ginglymos dicitur. subseruit autem hic articuli modus pedi flectendo, ac reflectendo, qui motus ab ingrediente animali continenter fieri solet. qui motus vt facilior foret, minusq; membrum ex eo laboraret; aut ne ossa attritu multo tandem deficerent, naturæ solertia pars vtraq; cum tarsi, tum tali appẽdicis vberiore crusta leuigauit. Tali latera vtrinque sunt decliuia, ac figura veluti plana, vt illis internus tibiæ processus ac fibulæ appendix malleolos ambos constituentes adhærescerent. at externum latus longius descendit, magisq; est excauatum, quo inferius procedentem fibulæ appendicem excipiat, ad externum malleolum construendum, qui propterea deorsum magis quàm internus protẽditur. inferior tali pars sima est, ac sua cartilagine obducta: tota calcis ossi inhæret, ita tamẽ, vt anterior eius portio semicircularem sinum habeat, cui inseritur media se offerens calcis regio. at posterior quodammodo prominet, qua scilicet ab interna, atq; posteriore calcis portione suscipitur. nos anteriorem partem

Prima classis septẽ ossium Tarsi in pede respondet brachiali.

Singula Tarsi ossa non habẽt nomẽ.
Talus.
Calx.
Scaphoides.
Cyboides.
Quomodo distinguantur tria ossa Tarsi carẽtia nomine.

Idem est ἀστράγαλος ἄστριον & Talus.
Tali situs.
Talum habent homo & animalia pede multifido.
Aristoteles decipitur in Talo.
Tali figura.

Cur appendix tibiæ talũ excipiat

Talus articulatur tibiæ per gynglimon.
Gynglimi vsus in talo & tibia.

Cur os tali cartilagine incrustetẽ.
Cur tali latera sint decliuia & plana

Quid constituat malleolos.

Cur malleolus externus differat ab interno.
Tali pars inferior qualis.

Per anteriorẽ par.

partem ſemper intelligimus, quæ à capite deſcendentibus primo ſe offert; poſteriorem vero, quæ ſequitur, remotiorq́; eſt. ſed inter illa duo ſpatia cauitas admodum profunda iacet, quam etiam augere videtur calcis ſinus in ea parte cauitati huic è regione reſpondẽs. Hanc ipſam non alíorſum factam fuiſſe conijcio, quàm vt muccoſam quandam ſubſtantiam, ac pinguedinem ſimul contineat humectandis inungendiſq; hiſce oſsibus paratam, ne ſcilicet crebro motu exſiccarentur: atq; ita ſuo munere fruſtrarentur; præterquã quòd ligamenta ibi præſto ſunt, calcem, ac talum arctiſsime colligantia. Anterior eiuſdem pars in ceruicis formam producitur, qua in caput rotundum, & ſua cruſta obtectum deſinit, quód ab oſſe ſcaphoide in amplum, rotundumq́; ſinum cælato excipitur. Is articulus præſtat, vt pedem obſcuro quamlibet motu introrſum, extrorſumq́; moueatur, nec non etiam aliquo modo circumducatur. Demum parte priore talus decumbit, & in geminum quaſi proceſſulum ſupra calcem extenditur, quà ſcilicet ad internam regionem vergit, atque in hunc modum ſe habet tali os: quod tamen adeo ſinuatum conſpicitur, vt non modo ligamentorum inſertionem, ortúmue ad mittat, ſed tendinum muſculorum digitos mouẽtium deductui cedat. huius ſubſtantiam ſolidam non inuenies: vt aliquis opinatus eſt, verum intus ſpongioſa eſt, ac multis foraminibus peruia. ſecundum, quod ſequitur calx, ſiue calcis os dicitur, alij calcaneum, vel pedis calcar appellãt, Græcis πτέρνη vocatur: magnitudine ideo omnibus ſummi pedis oſsibus antecellit, non multum à tali ſubſtantia diſsidens, quanquam fungoſius eſſe videtur: neque adeo duro cortice vndiq; munitum, ſuperne tali oſsi ad eum, quem paulo ſupra diximus, modum committitur, cum ſcilicet media verſus anteriora regio partim rotundo tubere turgeat, partim vero ingentem ſinum habeat, vt talum excipiat, & ab eodem per Ginglymon excipiatur. at quæ prior eſt, in tergum tamen vergit; oblonga, rotundaq́; eſt, quodammodo caput in ſuperficie habet, & in ea regione appendice munitur, ac tota portione à tibiæ rectitudine excedit: quod ideo factum fuiſſe exiſtimo, ne pes cum tibia poſteriora verſus delaberetur, minusq́; ſic illa pedi, pes vero humi hæreret. inferiorem calcis partem, qua progredimur, latiuſculam eſſe oportuit: vt tutius ibi pes cõſiſteret: eandem præterea aſperam, & tranſuerſo proceſſu abundantem, vt inde oriretur muſculus flectendo quatuor pedis digitorum articulo deſeruiens. vbi præterea ortum habet materia illa muſculoſa, vnde emergunt quatuor muſculi, qui longo tendine in internã quatuor digitorũ regionem implantãtur, & pro-

Marginal notes:

- tem quid intelligendum. Quid per poſteriorem.
- Cur natura cauitatem magnam in talo finxerit.
- Vbi ſint ligamenta calcis & tali.
- Anterioris tali partis figura & vſus.
- Qũo pes obſcuro motu moueatur.
- Deſcriptio partis prioris tali.
- Cur tali os ſit ſinuatum.
- Tali oſsis ſubſtantia qualis.
- Error cuiuſdã exiſtimantis os talĩ eſſe ſolidum.
- Calcis nomina.
- Calx eſt maius os in ſummo pede.
- Calcis ſubſtantia qualis.
- Cur calx à tibiæ rectitudine excidat.
- Cur inferior pars calcis ſit latior.
- Cur aſpera, & pceſſu tranſuerſo.
- Materia muſculoſa ex qua quatuor exeunt muſculi.

Cur inter processus eminentes sit cauitas.

& propterea eminẽtes hinc inde processus cauitatem quandam relinquunt, vt commodius in ea tam musculus, quàm musculosa illa substantia locum habeat: ne, dum pes humi validius incumbit, eiusmodi musculorum capita nimia compresione lædantur. Iam vero

Asperitas in capite calcis cur.

calx ea parte, quam in caput euadere dictum est, impresionem quandam habet leui, ac paululum elata asperitate donatam, quo melius in eam tendo omnium maximus, ac robustisimus insereretur: qui à tribus musculis pedem mouentibus in vnum tandem coeuntibus conficitur. parte qua minimum digitum respicit, cum cyboide coniungitur: Ita quidem, vt superne, vbi leuiter effertur, plano propemodũ cyboidis sinui aptetur: Inferne autem obliquo ceu sinu, atque ad interna vergente æquali ductu procedentem cyboidis portionem excipiat. Quamobrem sub Ginglymo ad Synarthrosim referenda talem articuli formam rectius posueris: quà

Articulationis forma sub Ginglymo ad Synarthrosim referenda.

vero maximum digitum spectat, (quam tamen regionem ad internum calcis latus concinnius referas) processum nõ modicum emittit, quo sinum in interno latere celatum adaugeat, ac propterea propugnaculo sit cum musculorum tendinibus, tum etiam venæ, arteriæ, ac neruo illac transeuntibus. Non enim ob alios vsus latus id tam insigniter excauatum est, quàm vt hisce vasis, tendinibusq; cederet, quibus omnibus tam confert processus iste, quàm etiam præstat, vt talus ibi aptius cum calce cohæreat. externum denique calcis latus depressum est, asperum, & inæquale: cui prope partem posteriorem paruus adest sinus sub exiguo processu conditus, vbi cartilagineam crustam offendes, quà nimirum petit musculi septimi tendo, pedi extẽdendo subseruientis. Tertium tarsi os à Græcis σκαφοειδὴς, à nostris autem nauiforme, siue nauiculare, siue cymbam referens nuncupatur: quoniam scapham, aut phaselum imitetur. Id os in interna pedis parte positum est; anteriore sui sede sinu est profundo, in quem oblongum, rotundumq; tali caput inseritur, qui articulus ad Enarthrosim nihilominus obscuram referri debet; quando ab eo non nisi obscurus motus prouenit. posterior pars priori quinti, sexti, ac septimi osium nomine carentium sedi committitur ita quidem, vt non facile sit iudicare, ab illis ne osibus excipiatur, an illa ipsa excipiat. Etenim hæ sedes non prorsus commostrant, sinusne, an tubercula sint; tametsi leuiter demum protuberare videntur. externum eiusdem latus amplum, rotundum, sinuatumq; est, quà præsertim cum quinto osse coniungitur. Vnde simul atque disceditur, sensim in angustum redigitur, & in internũ processum finitur; veluti nauis rostrum referens. ita internum latus promi-

Processus vsus.

Cur internum latus calcis sit insigniter excauatũ.

Os Tarsi vel Nauiforme.

Situs nauiformis.

Articulatio nauiformis cum talo ad enarthrosim.

Posterioris cymbæ descriptio.

Externi lateris cymbæ descript.

10

20

30

prominet, vt insigne tuber constituat, cuius ope dextrum à sinistro leui momento secernimus: inferioremq; sinum, cui eminet, maiorem efficit, quà tendo sexti musculi pedem mouentis percommode reflectitur, multis asperitatibus cum superiore, tum etiam inferiore parte scatet, vt idoneam ligamentis sedem præbeat, quibus ossa hæc inuicem connectantur. Quartum os, quod cæteri primum tarsi faciunt: κυβοειδὲς Græce, Latine autem cubiforme, seu cubum, tesserámue imitans dicitur. & licet quadratum esse videatur, ita quòd tesseræ figuram referat, multiplici tamen forma insignitur: ideo πολύμορφον quasi multiforme nuncupatum est. Arabes grandinosum vocarunt. Id quidem ad extimum pedis latus iacet, & cum calce parte anteriore eo articuli genere iungitur, vt non magis suscipere, quàm suscipi videatur; sicuti antea asseruimus, vbi de calce loquebamur. In posteriore autem illius parte duos similes sinus cernere est, quibus suscipit extrema duo pedij ossa, quibus fulciendis veluti basis paratum esse videtur. At internum latus cum externo septimi ossis cohæret, vbi non secus atque alijs partibus, quæ cum cæteris ossibus copulantur, leui cartilagine incrustatum animaduertas: cum tamen alibi nulla cartilagine obducatur. solis siquidem iuncturis talis adest cartilago, ne nimis impacta sint ossa: ac motui quamuis obscuro resistant. extrema sedes bifida est, ac duos processus exerit sinu medio illos dirimente, qui ad inferiora obliquo ductu tendit, vt obsequatur tendini septimi musculi pedem mouentis, cui substratus est, ac viam præbeat. superior pars planior est, sed extrorsum accliuis fit, quando talis reliqua pedis forma futura est, vt scilicet in medio elatior, in vtrunque latus, ac maxime in externum sensim declinet. Propterea videre est pedis ossa, præsertim postrema Tarsi quatuor in orbicularem formam diducta, vt parte superiore cōuexa sint: inferne autem concaua fornicem imitētur. Validior nempe constructio hæc futura erat, ac roboris plus habitura, quæ sufficeret tum figendo pedi, tum demum corporeæ moli sustinendæ. Ad hæc prominere huiusmodi ossa necesse fuit, vt infernæ cauitati relinquerent idoneam sedem, tutum iter exhibituræ tendinibus ac musculis sub inferiore regione positis. Verum hæc obiter dixisse sufficiat, vt patere posit; quare in superficie protuberantem pedis formam, ac in ima parte simam, cauamue, non planam natura construxerit. Cæterum ad tarsi ossa reuertamus, è quibus reliqua iam sunt tria, quæ adhuc nomine destituuntur. horum quintum è regione pollicis situm est, cuius figura talis esse videtur.  ante sinuata cōspicitur, & cum posteriore nauicularis portione

Reflexio tendinis sexti musculi pedem mouentis.
Cyboides os quartum.
Cyboides non est quadratum.
Cur cyboides dicatur πολύμορφον
Os grandinosum.
Situs cyboidis.
Cur iūcturis adsit cartilago.
Sinus viā præbens tendini septimi musculi pedis.
Cur tarsi ossa postrema prę sertim sint fornicis istar
Cur prominēt ossa tarsi.
Pedis forma in superficie protuberat in ima parte sima est.

portione prominente coniungitur; retro vero primi pedij ossis, quod pollicem sustinet, sedes efficitur, quam partem si per se spectes, difficile iudicatu sit, sinuatáne sit, an promineat: quod quatuor hisce tarsi ossibus commune est, quatenus inuicem, aut cum pedij ossibus vniuntur. obscuri enim adeo in ijs sunt sinus, vt planis seu superficiebus in modum glenes committi recte dici possint. Attamen si consideres partem illam pedij ossis, quæ huic quinto ossi incumbit, vbi eam videris duplicem cauitatem præ se ferre, procul dubio iudicabis necessum esse, vt altera hæc pars in duo quamlibet exilia tubercula turgeat; nisi geminas hinc inde sinuatas partes committi fateamur: quod mea quidem sententia perridiculum foret, quando vbiq; tum naturæ, tum etiam artis naturæ prorsus æmulæ ordo postulat, vt vel plana planis, vel sima protuberantibus, nusquam vero caua cauis committantur. superior pars modica est, & ad intimam sedem, quæ latissima visitur, descendit. hæc autem quoquomodo gibba est pro eius cauitatis ratione, quæ in externa regione cernitur; quà ad inferiora pertinet, cum interim latus id parte sui superiore internum sexti ossis latus modico sinu contingat. verum inferior crassior existit, quo firmius terræ inhæreat. Sextum os quadrilaterum apparet, si superiorem eius faciem intueamur: quæ vtiq; plana est, & quadratis lateribus respondet. At si partem inferiorem, cum illa angustissima sit, & in aciem abeat: hoc ipsum os cunei tantum imaginem referre dicemus, quale item esse dixeris septimum, quod illi proximum est os, de quo mox dicemus. ac mehercule ambo hæc ossa sic inter alia, quæ circumstant, posita sunt, vt cuneorũ more ad ea veluti constipanda immissa fuisse videantur. Verum sexti huiusce ossis pars anterior cum scaphoide, posterior leuiter prominens cũ secundo Pedij osse, intima cum externo quinti tarsi ossis latere, ac demum externa cum intima septimi eiusdem sede copulatur. Quibus partibus sua nõ deest cartilaginea crusta. Septimum medium est inter sextum, ac quartum, quod cyboides nuncupauimus. quadrangulare id quoq; videtur: sed longiusculum est. anteriore sui parte ad nauiforme declinat, eiusq; tuberculum exiguo admodum sinu excipit, itaque illi committitur: parte vero posteriore tertium pedij os admittit; at suis lateribus latera tum sexti, tum quarti ossis attingit. atque hæc de tarsi ossibus: quorum substantia dura quidem est, non omnino tamẽ solida, nec à foraminibus vacua recipiendi *alimenti gratia constitutis.*

Per Glenem committi.

Plana planis, vel sima protuberantibus cõmittunt non caua cauis.

Cur quintum os innominatũ infra sit crassius.

Sexti ossis tarsi innominati descriptio figuræ.

Sexti & septimi ossis tarsi vtilitas

Septimi ossis innominati situs.

Ossium tarsi substantia qualis.

De Pe-

De Pedio. Cap. XXXIII.

SECVNDA Pedis pars, quàm Græci πεδίον appellant: latinis modo planta, modo pecten, modo pedis vestigium: ea est, quam postbrachiali respondere diximus, quinq; ossibus constans, articulos digitorum imitantibus oblongis, ac teretibus, quorum extrema capita mediã regionem subtiliorem relinquunt. Etenim initio crassiora, ac sinuata quà cum quatuor postremis tarsi ossibus eo quo dictum est modo componuntur; inde vero quà cum primis digitorũ articulis iunguntur; in rotundum caput nõ secus atq; postbrachialis ossa, eminent. Ex his ossibus primum maximum est, verũ alijs longitudine cedit; siquidem omnium breuissimum est, cuius pars inferior, quæ sub capite est anteriore, in tuberculum prominet, quo duo sesamina ossicula ibi assidentia disiungit. At secundum os, quod sustinẽdo indici est efformatum: omnium longissimum, quãtum illud quoq; esse videtur, quod minimo subest: eius enim longitudinem adauget prominẽtior in externum pedis latus producitur, in quem octaui musculi pedem mouentis tendo inditur. Cæterum omnia parte anteriore tarsi ossibus vniuntur, atq; etiam sibi inuicem inhærent, sensim deinde dehiscunt, & à se mutuò abscedunt, tenuioraq; fiunt, vt in medio interualla constituant, in quibus musculi sunt primos digitorum articulos flectentes. Tam anteriore, quàm posteriore parte appendicem obtinuere cartilaginea crusta obtectam, verum appendix posteriori parti adnata rotundum illud, de quo diximus, caput effingit, quod in sinum primorum articulorum profundum, atq; orbiculare immittitur. caua intus sunt, ac medullosa, & habent foraminula, per quæ cum venulæ, tum arteriolæ ad ea nutrienda, fouendaq; subintrant.

Idem est πεδίον, planta, pecten, vestigiũq; pedis.
Planta respondet postbrachiali.
Ossa plantæ quot.
Ossium plantæ figura.
Primum os plantæ describitur.
Tuberculi in primo osse plantæ vsus.
Secundi ossis plantæ descriptio & vsus.
Tendonis octaui musculi pedis insertio.
Situs musculorum qui flectunt primum articulum digitorum.
Ossa plantæ habẽt appendicem.
Ossa plantæ sunt cur foraminulẽta

De Digitis. Cap. XXXIIII.

TERTIAM pedis partem explent digitorum articuli pedion subsequentes. Hæc ossa quatuordecim numero sunt: nam singulis digitis terni sunt articuli, præter pollicem, cui duo tantum obtigere; id quod in manu quoque, obseruauimus. qui enim maximi digiti primus articulus esse deberet; vtrobiq; pari passu incedere videtur, in postbrachialis videlicet ac pedis ossibus: adeo vt merito in eorum numero collocetur. licet in manu id genus os à cęteris postbrachialis ossibus differre facile deprehendatur; cum in eo motus quodammodo manifestus fiat. in pede autem os istud nõ alio

Digiti sunt tertia pars pedis.
Ossium digitorũ numerus.
Pollex habet duos articulos in manu pedeq;.

alio motu mouentur, ac reliqua pedij ossa. Iccirco rectius id ipsum inter illa connumeratur, atque ita duo tantum articuli pedis maximo aßignantur. Quemadmodum ergo digitorum pedis ossa cum ijs, quæ in manu sunt, numero conueniunt: ita quoq; parum ab eisdem discrepant substantia, structura, ac situ: præter quam quòd prima internodia parte sui anteriore sinu constant profundiore, in quem inseruntur prominentiora osium pedij capita: quod articulationis genus enarthrosim dicimus. Cæterum in mutuis ipsorum articulationibus Ginglymon semper obseruabis. Hæc itidem internodia breuiora sunt, quàm in ipsa manu, superne gibba, inferne vero sima, vt musculorum secundum, ac tertium digitorum articulum flectentium tendines tutißime admittant, nec appendice vtrunque ipsorum caput destituitur: vbi cartilago etiam obducitur firmiorem, lubricamq; magis articulationem reddens (summam extremorum articulorum partem excipio) vbi neque appendicem, neque cartilagineam crustam inuenias; quandoquidem nulli alteri osi ibidem coarticulatur. medulla & ipsa intus referta sunt, neque inani cauitate prædita.

Collatio ossiũ digitorum pedis cũ osibus digitorũ manus.
Vbi ossa digitorũ pedis articulent per enarthrosim cũ osibus plãtæ.
Enarthrosis quid.
Mutua articulatio osium pedij & digitorum fit per ginglymon.
Tendines musculorũ flectentium secundum & tertium articulũ digitorum.
Appendix.
Cartilaginis in articulatione vtilitas.
Cur summi digitorũ articuli careãt appendice & cartilagine.
Osium digitorũ cauitas medullã habet.

De Sesaminis. Cap. XXXV.

DANTVR osicula quædam orbicularia, depressaq; sub infimis digitorum nõ modo pedis, verum etiam manus articulis inter ipsa internodia iacentia, quæ quanquam non aliorsum à natura fabricata esse videantur, quàm vt infarciant vacuũ illud, quod ijsdem articulis reliquum est: alios tamen vsus longe maiores præstant; quippe quæ non secus propugnaculo sint articulis, quàm soleat genu mola eam partem munire, qua cum femore tibia articulatur: & appræhendendis rebus firmitatem non modicam, & in pede humi æqualiter aptando commodum maximum afferant. Præterea facta sunt, vt articuli in ipsa flexione in acutum angulum non dirigantur. Hæc osicula, quòd parua admodum sunt: non formæ tantum ratione veteres sesami semini compararunt; vnde Græcis σησαμοειδῆ, Latinis vero sesamina osicula, vel sesami figuram præ se ferentia dicta sunt. Excipi ab alijs iure possunt gemina illa, quæ sub interiore primi pedij osis parte, qua cum primo articulo pollicis articulatur, reperiuntur. siquidem maiora sunt, & cartilagine quadam incrustata, quatenus videlicet articulo inhærent, cum cætera multo maiora sint. omnia substãtia sunt pene solidiore, quæ tamen intus fungosa est, ac porris scatet, vbi succus quidam medullosus pro nutrimento

Sesam. osium figura & situs.
Osium sesaminis vsus primus.
Sesam. vsus secundus.
Molę in genu vsus
Sesam. vsus tertius
Sesam. vsus quart'.
Cur sesamina sint dicta.
Differentia duorũ sesam. ab alijs.
Sesam. osium substantia qualis.
Medullosus succus continetur in sesaminis.

10 20 30

mento ſeruatur. Numerus oſsiculorum incertus eſt, in nonnullis viginti, in alijs quindecim, in quibuſdam decem, in alijs plus minúsue. Hic obiter dictum illud velim, horum oſsiculorum cauſa nonnunquam euenire, vt luxati præſertim primi digitorum articuli minus commode reponantur. Niſi enim quis difficultatis rationem optime nouerit, nuſquam plenam reſtaurationem molietur. Atque hæc de oſsibus: quibus explicandis tum breuitati, tum etiã perſpicuitati ſtuduimus; vt quoad eius fieri potuit: diſcentium vtilitati conſuleremus; eandem operam in cæteris, quæ ſequuntur, præſtaturi.

Nõ eſt certus numerus oſsium ſeſaminis.

Cur luxatio in pede ſit quandoque repoſita difficilis

Breuitati & perſpicuitati ſtudet.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS DE RE ANATOMICA

LIBER II.

DE CARTILAGINIBVS.

SEQVENS hic Liber Cartilaginum naturam explicabit, ligamentorumq; fabricam, ac poſtremo ſceleti componendi rationem. A Cartilaginis igitur, quod ea primo nobis propoſita ſit, deſcriptione exordiamur. Cartilago ſubſtantia quædam eſt media inter oſſa, & ligamenta: Nam oſsibus tanto mollior exiſtit, quanto ligamentis durior: albedine tamẽ cum vtriſq; maximopere conuenit: ac ſenſus penitus eſt expers. Etenim neruos ſentiendi authores nullibi cognoſcit; quod ſumma cum ratione factum eſſe fatebitur, qui Cartilaginum vtilitatem callebit. Nam Cartilagines ſentire minime decuit, ſiue operiendi, ac ſuſtinẽdi munere fungantur; ſiue propugnaculorum vices gerant: ſiue præſtent, vt ne oſſa inuicem atterantur; ſiue efficiant, vt eadem ſimul annexa firmius cohæreant: ſiue ſinus augeant; ſiue articulorum motus faciliores reddant. Iam vero eaſdem ſic natura compoſuit, vt nullo vſquam modo frangi poſsint vbique ſua mollitie cedentes: neque adeo reſiſtunt ſicuti oſſa, nec impetu aliquo decidunt, aut extenduntur attractæ,

Ordo tractandorũ

Cartilaginis deſcriptio.

Cur cartilagini sẽtiendum nõ fuit.

Cartilaginũ vſus multiplex.

Natura ĩ cartilag. compoſitione admirabilis.

tractæ, vt ligamenta plærunq; faciunt; verum in sese redeunt semper, neque sedem suam, vel formam facile commutant.

De Palpebrarum Cartilaginibus. Cap. I.

Quibus animalib. cartilagines superiores palpebrarum maiores quibus minores sint.

PRIMVM locum inter Cartilagines illæ sibi vendicāt, quæ oculorum palpebris contigere: Binæ quidem vtrinque supra, infraq;: at superiores maiores longe sunt homini, atque ijs animantibus, quibus palpebræ superiores mouentur inferioribus immotis. Quibus vero contra, vt auibus pene omnibus, inferiores superioribus maiores existunt. Cæterum has Cartilagines inuestiunt intus membranula, foris autem cutis, licet in palpebrarum extremitatibus tātum sita sint, quas validiores efficiunt, vt arctius conniueant, ita propugnaculi vicem oculis præbent. cui rei nō minimum adferunt adiumentum pili in vtraque cartilagine non secus, ac in duriore solo infixi, vt ne mollius iaceant, aut languidius pendeant, sed stent erecti ad ipsam oculorum aciem dirigendam.

Cur membrana & cute inuestiantur palpebrarum cartilagines.

Pilorum in cartilaginibus palpebrarum vsus.

De Aurium Cartilaginibus. Cap. II.

Vsus.

HIS proximæ geminæ illæ sunt, quæ vtranq; aurem constituūt, auditus foramini sic appositæ, vt ipsarum ope, atque opera longius id extendi, ac latius quodammodo patere videatur ad sonos promptius percipiendos. Crassiores superne cartilagines hæ factæ fuerunt, ac præsertim iuxta foramen, vnde ortum habent; vbi duriores quoque sentiuntur ob temporis ossis, vnde prodeunt, vicinitatem. Nimirum id os ad meatus auditorij circunferentiam asperum redditur, vt cartilagines educat, ea ratione accommodatius: vbi etiam ita affixæ sunt, vt nullo momento, neque deorsum labi, neque sursum propelli possint. Intus, extraq; partibus constant tum simis, tum etiam gibbis, vt prominentes partes externæ internis cauitatibus respondeant. Supra rotundæ sunt, infra vero in pinnam desinunt: quæ licet ab ipsis cartilaginum finibus dependeat, cartilaginis tamen omnino est expers, cum neutiquam eius ipsius indigeat. In promptu nemini esse nō potest, cur non osseas aures natura efformauerit. quoniam si subtilitatem respexisset ex osse illas fabricatura, fractu faciles, & paulo momento defecturas nouerat: At si crassas, & solidas, quales esse debuerant, nimis profecto capiti onerosas. rectissime ergo ex cartilaginea substātia leui, atque

Cur crassiores superne.

Vbi duriores, & cur.

Os tēporū vbi sit asperum, & cur.

Figura cartilag. aurium qualis & cur talis.

Cur aures osseæ non sunt.

Cur aures sint cartilagineæ.

atque ob sui mollitiem ab externis ictibus minus lædenda construxit. Quibus præterea non tam munimenti, quàm decoris gratia pertinacem cutim aduoluit.

Cur aurium cutis sit pertinax.

De Nasi Cartilaginibus. Cap. III.

EXTREMA nasi portio Cartilaginea facta est magna naturæ prouidentia, vt facillime claudi, malorum odorum ascensus prohiberi, ac rursum aperiri dilatariq; posit aeris attrahendi causa. Præterea hæc narium substantiæ ratio, vt de auribus dicebamus, confert, vt vix lædatur ab extrinsecis, quibus sæpe occursat: præssa enim cedit frangi omnino nescia. Quæ vtilitates adeo necessariæ sublatæ forent, si narium fabrica vniuersa ex osse constaret. Quam obrem optime huic parti, sicuti cæteris sapientissimus rerum opifex consuluit, dum imas nasi partes cartilagineas condidit superioribus osseis annectens, vt inferioribus superiores veluti basis, ac firmamentum forent, quando hæ ab illis pendere debebant. In tres ergo cartilagines nasi extremitas distincta est. quarum duæ latera constituunt, quas pinnas, seu alas vocarunt, quasq; tertia cartilago intersecat, vnde nasi foramina duo conficiuntur. Hæc media osseo nasi septo finitima respondet. Pinnæ autem ipsæ solæ sunt quæ mouentur, cum proprijs donatæ sint musculis extrorsum illas ipsas trahentibus, vt dilatentur. sed introrsum nullo peculiari musculo adducuntur. Tametsi Vess. internos quosdam musculos somniauit, qui mihi nusquam reperti sunt. Cæterum labiorum beneficio clauduntur, quemadmodum loco suo vberius ostendetur.

Cur extremus nasus sit cartilagineus.

Cur totus nasus non est osseus.

Cur superior nasi pars sit ossea.

Tres nasi extremi cartilagines.

Cur solæ pinnæ in naso moueantur.

Vessalij error.

Quomodo pinnæ narium claudant.

De Maxillæ inferioris Cartilaginibus. Cap. IIII.

PRIORE libro, vbi de Maxilla inferiore loquuti sumus, duarum cartilaginum obiter meminimus, quas inter superiores eiusdem maxillæ processus, ac temporum ossa haud dubie reperies. mobiles quidem illæ sunt, nec alia de causa fabricatæ, quàm vt frequentem maxillæ motum tanquam in lubrico ponerent. vix enim verisimile fit articulum illum quamlibet laxum sufficere posse: quin etiã inter edendum, loquendum, atq; oscitandum ossa hæc attererentur, aut saltem labore nimio fatigata ab ipso tandem motu desisterent: nisi cartilagines istæ mobiles adessent, quarum beneficio, quandocũq; opus foret, maxilla promptius moueretur nullum fere quietis, aut cessationis tempus requirens.

Situs.

Vsus.

De Asperæ Arteriæ Cartilaginibus. Cap. V.

Trachea & larinx antiquis ex cartilag. constat.

TRACHEAM Arteriam, atque eius caput laryngem ex cartilaginibus, non ex osibus constructam esse cum veteres, tum recentiores Anatomici existimauerunt. quorum authoritati subscri bere non grauarer, nisi rei natura multo aliter haberet. Neq; mirum videri debet, tot celebres viros hallucinatos esse in substantia laryngis. facilis enim est error, si brutorum, vt bouis, & huiusmodi aliorum laryngem intueare, qualem Vessalius publice semper secare, atque ostentare consueuit. Verum si humanam inspexeris, præsertim in cõsistente ætate, procul dubio osicula omnia, ex quibus conficitur, agnosces epiglottide excepta, quæ fistulam tegit. Ea vero linguæ formam referẽs lingula nuncupari latine solet. græcam vocem magis amantibus Epiglottis dicitur. Quam cartilagineam esse oportuit, vt sine vlla noxa cõtinuum motum admitteret, qui expirando, inspirandoq; continenter editur, præterquam quòd moueri quoque illam necesse est, dum aliquid deglutimus, dumq; loquimur, vbi modo attollitur, modo deprimitur, ac præterea in vomitu ad contraria reuellitur: quos motus facillime consequitur cartilagine in quamlibet partem cedente. At reliquas laryngis partes, quoniam osseam naturam, vt antea diximus, sapiunt; nos inter ossa connumerauimus proprio de illis capite. Quod autem laryngem sequitur, asperæ arteriæ tractu finitur, idque totum cartilagineum est, & crebris anulis distinguitur. qui tamen anuli nõ ex continua cartilagine constant: siquidem parte posteriore vertebras versus, vbi œsophagus, siue gulæ canalis iuxta extenditur, intersecti sunt, membranula tamen eos illic copulante. Nõ enim abrupti esse poterant: at nihilominus ipsi œsophago cedere illos operæpretium erat, ne deglutiendis cibis, cartilaginis compresione pateretur. Hanc membranulam si detrahas, protinus anuli diuulsi apparebunt, ac formam C nostri elementi præ se ferent. Iam vero simul iunguntur vestiente membrana, quam in acutissimo Anginæ affectu præscindere fortasse non ab re foret. Hic asperæ arteriæ ductus sub iugulis desinit, vbi duos in ramos scinditur, qui rursus in alios duos, itemq; ij in alios, ac demum omnes per Pulmonum substantiam disperguntur aerem inspiratum, ac expiratum deferentes.

In brutis substãtia laringis cartilaginea est.

Hominis in consistente ætate constituti larynx ex ossib. cõstitui cur

Epiglottis quid sit.

Cur Epiglottis sit cartilaginea.

Cur de laringis partib. plerisque loquatur in libro de ossibus.

Anulorũ tracheæ substãtia qualis.

Anulorum figura detracta membrana qualis.

In Angina quãdoque secãda membrana inuestiens anulos tracheæ.

Asperæ arteriæ pgressus.

De Spinæ dorsi Cartilaginibus. Cap. VI.

DORSI spina vertebrarum serie producitur, quarum corpora supra, infraq; cartilaginibus crasis committuntur. primam tamen

tamen vertebram excipito, quæ corpore caret, nec vlla cartilagine donatur. Præstant autem huiusmodi cartilagines, vt laxior quodammodo sit corporũ vertebrarum inuicem facta articulatio, quo facilius antrorsum, retrorsum, & in vtrunque latus flecti posʃint. Hæ vertebrarum corporibus latitudine respondent illorum superficiem æquantes. Ideo quemadmodum illa in descensu magis augentur, ita quoq; cartilagines maiores, crasʃioresq; fiunt, vt grauiore osʃium mole depressæ non deficerent. Sub osʃe sacro, vbi Coccyx affigitur, cartilago similiter asʃidet: ac præterea inter primum, ac secundum eiusdem os interposita est, multa quidem illa, & præcipue in mulieribus: quoniam dum pariunt, cauda ipsa versus posteriora trahitur; cum tamen in viris nunquã à sua sede dimoueatur.

Prima vertebra dorsi cartilagine caret. Cartilaginum vertebr. vsus. Cartilag. verteb. figura. Cartilago sub sacro. Cartilago inter ossa coccygis. Cur cartilago iter primũ & secundũ os coccygis i mulieribus multa.

De Cartilagine quæ in superiore pectoris parte posita est. Cap. VII.

SVMMVM sternum vtrinq; cartilaginem habet, quatenus iugulorum annexum admittit, quæ mobilis est vsus eosdem præstans, quales in maxilla inferiore non absimilem cartilaginem præstare diximus; quanquam non tam prompti, nec tam crebri sint hic, quàm illic motus: in magnis tamen vociferationibus, nec non in deglutiendis cibis plurimum inspirationi, atque expirationi conducit, dum pectus modo contrahitur, modo assurgit: ac demum totius brachij motum expeditiorem efficit.

Situs. Vsus cartilag. mobilis in summitate sterni multiplex.

De Cartilagine medio pectore posita. Cap. VIII.

INTER primum, & secundum os pectoris cartilago quædam sita est, quæ mollis existit, ac ligamenti vicem tenet, & idoneam motui magis superiorem partem reddit.

Cur medij pectoris cartilago mollis.

De Costarum Cartilaginibus. Cap. IX.

COSTIS quoque adnascuntur cartilagines veluti appendices quædam, quatenus solum partem anteriorem respiciunt, tam veris, quæ pectoris osʃi committuntur, quàm nothis costis donatę. In quibus illud animaduertere est, quòd breuioribus costis breuiores quoque cartilagines contigere; longioribus autem longiores. Huc adde quòd superioribus rotundę cartilagines, inferioribus vero non acutæ prominent: Idque, vt costæ facilius pulmonis motũ subse-

Costæ tum veræ, tum spurię cartilaginẽ habent. Costis, breuiorib. breuiores sunt cartilagines & è conuerso. Cur varia sit figura cartilaginum costarum.

Cartilaginum in thorace vtilitates.
Thoracis motus voluntarius est.
Costarum notharum vsus.

subsequantur. Nam thorax semper attollitur, ac deprimitur. qui motus etsi naturalis est, non adeo tamen liber esset, si vniuersa costarum substantia ossea fuisset: nec præterea voluntarios Thoracis motus, quales in emittenda voce contingunt, diu natura sustineret, nisi cartilaginum opera haud laboriosam pectoris dilatationem subministraret. Costæ autem nothæ amplius præstant, quòd turgescenti ex repletione ventriculo cedunt. quod munus haud est exiguum, cum ipsa compresio noxæ plurimum afferre posit.

De Scutiformi Cartilagine. Cap. X.

Imi Pectoris cartilaginis figuræ.
Imi pectoris cartilaginis nomenclaturæ.
Vsus mucronatæ cartilaginis vulgo.
Vsus verus cartilaginis mucronatæ.
Cur vulnus acceptū in cartilagine mucronata sit lethale.
Cartilago mucronata non decidit vt mulierculę existimant.

PECTORIS os, quod alio nomine sternon appellare cum alijs solemus, in ima sui parte cartilaginem habet triangulari forma: licet quandoq; quadrangularis, nonnunquam bifida conspiciatur. Hanc nonnulli gladiolum, alij Scutiformem, seu scutalem cartilaginem, alij mucronatam vocant, Arabas sequentes malum granatum dixerunt. Græci ξιφοειδῆ appellarunt. Hæc non ideo facta est, sicuti vulgo creditur, vt ventriculi os veluti propugnaculum tueatur: cum in sinistro latere ab hac cartilagine longe absit. Cæterum cordi præsidet, & septum transuersum munit, quippe cui eius tendo subnectitur. Quocirca lethale vulnus est, quod huic parti infligitur: quoniam natura cartilaginem hanc, tanquā scutum aliquod opposuit. Ea vero ita connata est imo pectori, vt non nisi summa vi diuelli posit. Quamobrem deridendi sunt, qui putāt hanc nonnunquam decidere solere.

De Cartilagine Scapulæ, Coxendicis, ac Tibiæ sinibus apposita. Cap. XI.

Cartilaginis mobilis in sinu capitis scapulæ vtilitates plures.
Humerus raro luxatur.
Humeris luxatio difficile restituit.
Cartilago in acetabulo coxēdicis non est mobilis.
Vsus cartilaginis in sinu coxēdicis.

IN Scapulæ capite sinus est, cui cartilago mobilis obducitur illius augendi gratia. siquidem tanta esse non poterat in ea parte scapulæ moles, neque adeo profundo sinu, qui alto humeri capiti excipiendo sufficeret. Natura ergo hanc incrementi rationem excogitauit, vt altior profunditas illa fieret: ac miro artificio consuluit, vt ex cartilaginis mobilitate agilior esset articulatio: atque etiam ex sinus altitudine difficilior humeri luxatio redderetur. Quæ licet raro accidat, tamen non sine magno labore reparatur. Talem cartilaginem offendas in coxendicis cauitate, cui oblongum, rotundumq; femoris caput inseritur. Ea vero nusquam mobilis est: sed eam ob causam tātum parata, vt dicti sinus supercilia altius produceret; itaq; profunditas illa maior fieret: quando non tam alte coxendi-

xendicis os ibi excauari poterat, quantum femoris capitis longitudo postulabat. Iam vero ab inferioribus femoris capitibus ad supremam tibiæ regionem binæ cartilagines inueniuntur, altera interior, exterior altera, semicirculares, & introrsum perfractæ ad tuberculum illud desinentes, quod è media tibiæ superficie assurgit, vbi pariter annectuntur. factæ sunt, vt sinus in summa tibia hinc inde exculptos adaugerent, quo aptius imi femoris capita illis insererentur, nec tamen articuli motus impediretur.

Cartilagines duæ in inferiorib. capitibus femoris.

Vsus earum.

10

De Cartilagine iuxta brachiale posita. Cap. XII.

VERVM ad Brachiale veniamus, de quo post omoplatæ cartilaginem statim dicendum fuerat. Iuxta stylum, qui ab extremo cubiti capite progignitur, quemq́; falso Gal. voluit cum quarto Brachialis osse coarticulari, sicuti capite suo probauimus: apposita est cartilago, quæ locum illum, alioqui vacuum implet, tum vero cauet, ne manus extrema, dum ad latus deducitur, in acutum illum processum impingat, atque eo modo non minimum lædatur.

Situs.

Galeni error.

Vsus.

20

De Cartilagine sita inter pubis ossa. Cap. XIII.

INTER pubis ossa tibi occurrit cartilago insignis pertinaciter inhærens, quæ parte superiore lata, & crassa in descensu paulatim imminuitur, ac demum in acutum desinit ibi enata, vt ossa hæc nō secus, ac tenacissimum glutinum committeret, atq; adeo connexa inuicem redderet, vt connata rectius, quàm coniuncta existimentur. Vnde superiore libro illorum opinionem reprobauimus, quos asserere minime puduit in emittendo fœtu ossa hæc reserari: quandoquidem dimoueri nullo modo posse nouimus: cum sæpe non 30 modico labore nostro cultro diuidenda curauerimus.

Cartilaginis inter ossa pubis substātia, & figura.

Vsus.

Ossa pubis aperiri i partu falsum ē.

De Articulorum Cartilaginibus. Cap. XIIII.

DANTVR præterea articulis quibusque cartilagines, siue motus ex ijs obscurus prodeat, seu manifestus. Cartilaginibus autem incrustata ossa ibi esse debuerunt læuibus, ac lubricis, vt faciliore motu cierentur; neque tamen ex mutua confrictione attererentur, propterea videre est mucum superadditum, quo veluti pinguedine quadam articuli ipsi inungerentur, quemadmodum locis multis est superiore libro repetitum.

Cur ossa in articulis cartilagine incrustentur.

Cur in articulorū cartilaginib. adsit mucus quidā.

De

De Vnguibus. Cap. XV.

Vnguium natura qualis.

QVANQVAM mediam quandam naturam inter ossa, & cartilagines vnguibus inesse nonnulli vere iudicarunt, quia neq; ea duritie sunt, qualem in osibus experimur, neque molles ita, vt cartilagines, à quibus præterea colore plurimum dissident: nihilominus hos cartilaginum tractationi adiunximus; cum ad ipsarum naturam propius accedere videantur. Earum enim ritu mollissimam digitorum superficiem tuentur, ne ab extrinsecus occursantibus lędantur: ac ideo firmamentum non modicum ob sui duritiem præbent, apprehendendisq; durioribus rebus vsui sunt pernecessario, cum interim flecti, & cedere parati sint, vt ne frangãtur. Vngues tum à cute, tum à tendinibus musculos digitorum extendentibus originẽ trahunt, quãquã tendines sub vnguibus vsq; ad digitorum extremitates deferantur. hic enim postmodum dilatantur. Quamobrem perspicuum est, cur sub vnguibus tam exquisitus sensus delitescat. quod ego primus obseruaui, & Excellentissimo medico Alexandro de Ciuitate rei anatomicæ studiosissimo lubẽs ostendi.

Vnguiũ color diuersus a colore cartilaginum.

Cur de vnguibus agat post cartilagines.

Vnguium vsus.

Vnguium origo.

Cur sub vnguibus sit sensus exquisitus.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER III.

DE LIGAMENTIS.

LIGAMENTVM (vt à nominibus interpretatione exordiamur) à Græcis συνδεσμος. i. vinculum appellatur. Substantia constat, dura quidem, sed quæ tactui cedit, & albicat. quæ durities minor etiam in eo est, quàm in cartilagine. ab osse incipit, & in os desinit, præter quędam, vt priuatim magis suo loco explicabitur. Factum est igitur ligamentum, vt membra nostra colliget, propterea; id nomen sortitum est. Dissoluti nanque absque eo essemus, neq; moueremur. Sed vt ad ligamenti substantiam redeamus, licet neruea videatur esse, est tamen sensus omnis expers, instar ossis & cartila-

Nomen.

Substantia.

Situs invniuersum

Vsus.

Nominis interpretatio.

cartilaginis. qua in re miris laudibus extollenda est naturæ prouidentia: nam si præditi essent sensu Syndesmi, cum ossa mouerẽtur, non possemus nõ laborare. Præterea genita sunt etiam ob musculorum productionem ligamenta, quemadmodum, adnotauimus, cum de appẽdicum vsu tractabamus. Nutriuntur autem tenui medulla: propterea inter ossa & appendicem natura collocauit ligamenta, vt suum ita ad sese commodius attraherent alimentum. Sed quamuis idem pene sit ligamentorum omnium situs, vt dixi in alijs, tamẽ plurimum inter se differunt: nam ex ijs alia crassa sunt, alia tenuia, alia magna, nonnulla parua, alia lata, angusta alia, quædam teretia, quædam vero minime, & alia differentias diuersas sortita sunt, sicuti tunc expresſius dicetur, cum particularis eorum fiet distinctio. Quod vt ordine fiat, à capitis ligamentis initiũ faciemus. Est enim pars princeps caput, quidquid hac de re sentiant philosophi.

Cur ligamẽta sensu careant.

Vsus alius ligamẽtorum.

Ligamentorũ nutrimentum.

10

Ligamentorũ differentia.

Caput est pars reliquarũ princeps quidquid dicant philosophantes.

De Capitis Ligamentis. Cap. I.

A Capitis igitur ossibus, maxillæq; superioris inter suturas, atque harmonias ligamenta exoriri videbis, tenuia quidem, sed lata; *quæ præterquam quòd hæc ossa vnà valido nexu vinciunt*, ob eorum etiam musculorum originem facta sunt, quæ ab hisce partibus ortum ducunt, vt musculi tum faciei, tum inferioris maxillæ & oculares, quos omnes à suturis, aut harmonijs exoriri videbis.

20

Situs.

Vsus.

De ligamentis caput cum duabus primis vertebris nectentibus, Cap. II.

Cvm articulatio capitis cum vertebris nobilior, magis excellẽs maiorisq; momenti existat, quàm reliquæ sint articulationes, quid mirum si *natura humano generi mater diuino spiritu afflata* maiorem curam, diligẽtiamq; in hac vna quàm in reliquis adhibuerit? Nam cum tanta moles, quanta caput esse cernitis, tam exiguis vertebrarum ossibus connectenda foret, præter processus atq; in ossibus cauitates ligamenta meditata est, eaq; validiora quàm cætera omnia nostri corporis. Cum enim articulatio hæc luxationem nullo pacto patiatur, est nanq; capitis luxatio lethalis, curauit eiusmodi esse ligamenta quæ partes hasce adeo arcte fideliterq; continerẽt, vt difficillima horum sit luxatio. Licet vulgo existiment in ijs qui suspenduntur, longamq; literam suspensi efficiunt, caput luxari. quã sententiam ego profecto inanem esse falsamq; deprehendi, neque

30

Articulatio capitis *cum vertebris* nobilissima est.

Cur ligamenta capitis cũ vertebris primis validissima sit.

Capitis luxatio lethalis est.

In suspẽsis laqueo caput non luxat.

ſemel duntaxat, ſed ſæpius Patauij Piſis Romæq;. Tantum etenim eſſe huius ligamenti robur animaduerti, vt frangi facilius quàm luxari ſecunda vertebra poſsit, neq; ſecunda ſolum, ſed prima quoq;. quam rem Ioannes Franciſcus Manfredius excellens medicus anatomes ſtudioſus & familiaris meus non poteſt ſatis mirari. A baſi itaque occipitis ligamentum exoritur, quod vt melius aleretur, ſtabiliuſque exiſteret, natura occipitium in pueris multifidum genuit, vt huic ſtabilimentum eſſet maius. orbiculare eſt hoc vinculum, & deorſum deſcendens inter primam, ſecundamq; vertebram; non figitur vt nonnulli ſunt opinati, ſed vtriq; circumquaque validiſsime adhæret ita vt vel in mortuis ipſis difficillime diuelli queat. adhæret autem dictis oſsibus ante retroq; & ad latera. Præter deſcriptum à nobis hactenus ligamentum, adeſt aliud quoq; validum ſatis, quod denti ſecundæ vertebræ valide adnectitur. præter hoc adeſt, & tertium quod ab interiore primæ vertebræ parte exortũ ſecundæ dentem continet (dictum eſt autem in tractatu de oſsibus de hoc dẽte) eſt teres ſed admirabili arte latera ipſius cõſtructa ſunt ne dens cum caput nimis inclinandum eſt ſpinalem medullam lęderet, quæ illac tranſit. Atque hoc ſe habent pacto ea ligamenta, quæ capitis motibus deſeruiunt. Et quoniam nimis prolixi eſſemus, ſi de ſingulis vniuſcuiuſq; articuli ligamentis priuatim tractandi prouinciam ſuſciperemus, propterea omnia capite vno comprehendemus, eaq; præſertim quæ in re alia non diſcrepant inter ſeſe, niſi quòd hæc maiora ſint, illa minora. idcirco maxillam inferiorem ſilentio præteribimus, de cuius ligamentis poſt capitis ligamenta tractãdum foret. De alijs igitur agam quæ aliquo pacto differunt. Et quoniam ſcribit Galenus libro de oſsibus, vertebras medio proprio ligamento non coniungi, ſed à tertia duntaxat tunica, quæ ſpinalem medullã inueſtit (quam tunicam mediam inquit inter vertebras ferri, easq; connectere) ſcito dictum hoc profecto tanto ſcriptore indignum eſſe. quo enim pacto illi veriſimile videri poterat, vertebras oſſa nõ parua à tam exigua membranula, quæ eſt in vertebrarum foramine, qua ſpinalis medulla trãſit, contineri poſſe? vſus autem verus membranulę illius eſt, ne ſpinalis medulla oſsibus immediate occurreret, à quibus lędi facile potuit. ex qua re maximum incommodum non ſequi non poterat. Sciendum itaque eſt vertebras omnes (primas duas excipio) infra ſupràq; appendicibus præditas eſſe, quemadmodum ſuo loco dictum eſt, è quibus valida exoriuntur ligamenta vertebras inter ſeſe colligantia, cartilaginemq; inter vertebras mediam detinẽt. Valida vero fuere ſatis, propterea quod onus ingẽs

vertebris

Marginal notes: Secunda vertebra facilius frangitur quàm luxetur. — Io. Frãciſcus Mãfredus. — Origo ligamenti huius. — Cur occipitiũ ſit in pueris multifidum. — Figura. — Error quorundam de ſitu. — Locus verus ligamenti huius. — Ligamentum dentis ſecundæ vertebræ. — Ligamentũ tertiũ — Vſus tertij ligamenti. — Cur de ſingulis ligamẽtis nõ agit. — Galeni error. — Vſus verus membranulæ quæ eſt in vertebrarum foramine. — Omnes vertebræ habent appendices primis duab. exceptis. — Ex appendicibus vertebrarũ oriuntur ligamenta. — Cur ligamẽta vertebrarum ſint valida.

vertebris gestandum fuerat, & magnis validisq; motibus resistendum,horum autem ligamentorum hic est deductus. ab inferiore scilicet secundæ vertebræ parte ad coccygis vsque extremum, circa cuius corpus sunt sita. ab eius transuersis processibus alij insuper prodeunt ob musculorum & costarum compagem, à posteriori quoque alia emergunt, cum vt vertebras nectat, vnà, tum ob nonnullorum musculorum exortum.

Deductus ligamẽtorũ vertebrarũ.

Vsus ligamentorũ à transuersis processibus.

10

De hyoidis ac linguæ ligamentis. Cap. III.

INTER ossa hyoides constituentia ligamenta transeunt ob linguæ constructionem, à duobusq; processibus maioribus duo proficiscuntur,quibus summæ linguę articulatur. Duo præterea alij à styloidibus exeunt,in duosq; minores hyoidis processus immittuntur, idq; instar duarum catenarũ suspensum detinent,quemadmodũ mahumetti arcam ferream à magnetis vi attractam in aere aiunt suspẽdi. Adest insuper sub lingua ligamentum, quod multis adhæret locis ad dentes vsq; anteriores. hoc linguam attolli non sinit, non sinit labra exire, impedimentoq; est ne loqui possimus, hoc est dearticulatas voces efferre: propterea hoc secamus,vt hæc impedimenta tollantur.

20

Duo ligamẽta summæ linguæ.

Duo ligamenta os hyoides suspensum detinentia.

Mahumetti arca.

Ligamentum sub lingua.

Cur in pueris ligamentũ sub lingua secetur ab obstetricibus.

De Ligamento brachialis. Cap. IIII.

QVONIAM brachiale ligamentum ab alijs articulis diuersum obtinuit, propterea de hoc separatim agemus. Ligamentum igitur brachiali deseruiens oritur ab appendice inferiore cubiti radijq;, cuius munus esse videretur, instar aliorum articulorum prosequi ad postbrachiale. sed quia octo brachialis ossa in duos distincta sunt ordines, illi inter ea ingrediẽdum fuit, ne in motu è situ suo elaberentur. prudens igitur natura ligamentum parauit validum satis, quod hæc ossicula subit, itaque colligat, vt proprijs motibus edendis idonea esse possint, sed in appendicem ossis postbrachialis tandem implantatur, deseruitq; brachialis articulationi. In hac eadem regione alia adsunt ligamenta articulandis ossibus minime deseruientia, sed illis duntaxat tendinibus continendis, qui cum digitis tum extremæ manui famulantur: idq; ne dum mouentur hac atque illac temere ferrentur. in interno itaque brachiali ligamentũ validum cernes, idq; transuersum, quod tendines continet quarti, quinti, sextiq; musculorum digitos flectentium. In externa vero sex ligamenta cernere est, tendines item extendentium musculorum

30

Ortus.

Insertio.

Ligamenta tendinum digitorũ & extremæ manus.

Ligamenta tendinum musculorũ extendentiũ vnũ

videntur sed, sunt sex.

continentia. Illudq; maxime animaduertendum est, hæc quæ dixi ligamenta primo occursu vnum videri. Verum si tendines persequi accurate non grauaberis occurrent tibi sex ligamenta transuersa à dictis duabus appendicibus ortum ducentia. Sed posteaquam ad hunc locum deuenimus, operæpretium facturus videor, si de ijs ligamentis tractauero, quæ tendines continent per longitudinem digitorum. Animaduertendum itaq; est ab internis ossibus digitorum à lateribus iuxta eorum longitudinem adesse ligamenta ad extremitatem tendinum vsque pertinentia, quæ hoc in loco prudenter natura collocauit ne in flexione tendines extra ipsorũ sedem attollerentur. propterea Galenus libro de vsu Partium aiebat ope tendinum quinti musculi tertium internodium flectentium primum quoq; flecti. at rei veritatem lib. de administrand. Sect. agnouit.

De ligamentis cõtinẽtibus tendines per longitudinem digitorũ.

Galenus errauit libro de Vsu Part. sed errorẽ agnoscit libro de administrãdis Sect.

De Ligamentis femoris, tibiæq;. Cap. V.

IN articulo femoris cum osse coxendicis ilei, ac pubis, præter membraneum quidem vinculum, sed crassum, quod articulis omnibus commune est, ligamentum videbis teres ac longiusculum, quod cum à profundo acetabulo ortum ducat, in superius femoris caput insertum deperditur, idq; roboris ergo; quod dum hæc pars laxatur sæpenumero disrumpitur: & quamuis os in locum pristinũ redeat, luxatus tamen semper claudicat: hoc enim ligamentum impedimento est quominus ossa illa cohæreant. Inter capita item inferiora femoris, summamq; tibiam in interiore parte genu adest ligamentum crassum, quod & ab eorum appendicibus exoritur, & in ea desinit. constructum est autem vt has partes contineat. cum etenim his duobus articulis nullus in corpore maior existat, quid mirum si natura prudens hoc loco eiusmodi apposuit ligamẽta, qualia nusquam apposuerat, præterquam inter caput & duas primas vertebras, cum ab hoc tertio ligamento discesseris adest aliud, quod genu articulationem fere circuit, sed hinc atque hinc genu rotulam ambit, à qua duntaxat detinetur. Imperiti complures opinantur id genus ligamenti teretis inter caput humeri, scapulamq; reperiri, sed mire falluntur, quemadmodum qui sensu pollet experiri facile poterit.

Cur quãdoq; æger claudicet licet luxatio coxendicis sit restituta.

Ligamentum ambiẽs rotulã genu. Inter caput humeri & scapulã nullum adest teres ligamentum.

De ligamento quod inter sacrum os & coxendicis situm est. Cap. VI.

QVA nates cernis, inter os sacrum, & coxendicis ligamentum adest, quod tantum non est teres. id autem oritur ab extremo osse

Orig.

osse sacri, transuersumq; desinit in acutam coxendicis partem, colligat hæc ossa, propterea q; factum est vt colligata detineat, licet alter vsus adduci possit, vt scilicet maiori neruo qui in homine reperitur aditus pateat.

Vsus.

De ligamentis transuersis in pede. Cap. VII.

IN extremi pedis articulo inter ipsum tibiamq; & fibulam, præter id vinculum, quod iuncturis omnibus commune est, sex alia cõspiciuntur, qualia in exteriore brachiali cernebas. vsus horum est, vt eos tendines contineat, qui extremo inseruiunt pedi, digitisq;, qui nisi hic tendines adessent, à suo situ nullo negocio dimouerẽtur. subsunt quoq; pedis digitis ligamenta, quemadmodum digitis manus. Cõstruxit autem ipsa natura, vt in officio cõtinerent tendines illos, qui digitos flectunt, secundũ inquã, tertiumq; internodium.

Sex ligamenta extremi pedis proportione respondent ligamentis brachialis exterioris.
Vsus.
Vsus ligamentorũ quæ pedis digitis subsunt.

De ligamento reliquorum articulorum. Cap. VIII.

ARTICVLIS omnibus ligamentum commune est: id vero ab osse vno ortum ducit. ab appendice nimirum, & in aliam desinit. hæc vero in orbem amplectuntur, nec desunt alia laxiora, angustiora alia, iuxta ossium magnitudinem paruitatemq;. Ideo hoc loci de omnibus ligamentis actum existimato, quæcunq; thoracem vinciunt, scapulas, iugulaq;, necnon inferiorem maxillam, humerum, cubitum, digitos, fibulam, tarsum, ossa pedij. quòd si de ligamentis ilij pubisq; interroges, hæc ab alijs præterquam in motu non differre, respondebo.

Quid cõmune sit omnib. ligamẽtis
Enumeratio partium cõplurium quæ ligamentis prædita sunt.

De ligamentis cubito, tibiæ, ac pubi appositis. Cap. VIIII.

INTER cubitum, radiumq;, inter tibiam, ac fibulam iuxta eorum longitudinem membranosum ligamentum cernere est, quod inter horum ossium interualla situm est, cuius vtilitas est non modo vt vniat, ac vinciat, sed vt interiores musculos ab exterioribus distinguat. eodem se habent pacto vincula, quæ sunt in pubis foramine nonum musculum à decimo diuidentia.

Ligamẽtum membranosum.
Vsus.
Ligamenti pubis vtilitas.

De ligamento hepatis. Cap. X.

HEPAR duobus præcipuis ligamentis continetur, quorum alter dexteram, alter leuam partem respicit. Ex quibus sinistrũ dextero

Duorum ligamentorũ iecoris vsus.
Mediastinum, pericardium, pleura, peritoneum sunt mẽbranæ potius quã ligamenta.
Iecoris ligamenta non sunt prorsus sensu destituta.

dextero crassius admodum est. hæc septo transuerso hepar adnectunt, ne deorsum sua mole ac pondere procumberet. Horum igitur ligamentorum dexterum suspensorium vocitant, at sinistrum nullo peculiari nomine insignitur.

Locus admoneret vt de mediastino, pericardio, pleura, necnon peritoneo, verba facerem: nam hæc quoque sunt ligamenta: sed de his in tractatu de membranis sermonem reicimus: quoniam si res ad viuum secaretur membranæ sunt potius, quàm ligamenta; cum hæc sensu aliquo sint prædita, quo vera ligamenta omnino carent, cum à iecoris ligamentis discesseris. hæc enim sola inter ligamenta non sunt prorsus sensus expertia.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER IIII.

DE SCELETO.

Sceletos.

IAMPRIMVM omnium quid Sceleti nomine significetur, explicandum est. Sceletos igitur Græcis hominibus nihil aliud significat, quàm ossium exiccatorum cadauer. cuius inspectio non modo nostris, sed priscis etiam temporibus in vsu extitit, quemadmodum ex Gal. primo de administrandis Sectionibus colligere possumus, vbi historiam recitat, quo pacto ipse discendi cupiditate inflammatus se in Alexandriam contulit, quo loco medici aderant, qui hanc humani corporis ossium compagem se docere profitebātur. atque ibi duos sceletos suis oculis vidit, quorum alter suspensus pendebat auibus expositus, quæ carnem, quibus ossa vestiuntur, vniuersam deuorauerant ossibus relictis, quæ suis inuicem ligamentis detinebantur: alter vero in sepulchro iacebat; qui à Nili fluctibus vehebatur, tandemq; ad ripam fluminis appulit, vbi constitit; erantq; illius ligamenta exiccata. Sed profecto (pace Galeni dixerim) neuter horum ossium disciplinæ accommodari poterat: Nam in his duobus sceletis articuli omnes ossium ligamentorum

Sceleti descriptio.

velamine delitescere cogebantur; at absque articulationum osium exacta cognitione imperfecta est sceleti cognitio, & historia. qui enim scias, nunquid vlla adsit cauitas, tuber vllum: atq; hæc omnia altius ne, an in superficie sita. suscipiant ne an suscipiantur: atq; alia id genus complura, quæ in osium explicatione maximum docenti, discentiq; afferunt adiumentum: quemadmodum ingenue fassus est excellens Franciscus Frigimelica, cui ars medica multum debet. Is Patauij hominis sceletum suis cum ligamentis calce detinebat, idq; in illius florentissimę Academiæ gratiam, cui semper prodesse
10 studuit. Sed in sceleto proprijs ligamentis iuncto non posse omnia disci, doceriq; optimus vir cognouit. Sceletos itaq; constare debet ex osibus, quæ prius coquere, hoc est elixare maxima cura debes, quicunque sceleton domi parare studes. cura inq̃ magna in osibus elixandis adhibenda est; ne processus, cartilaginesq; in earum extremitatibus incrustante aliqua in parte lædantur. Cadauer autem, ex cuius osibus sceletos construendus est; esto iuuenis non obesus, statura pusilla potius, quàm procera; nam visu pulchrior euadet. hoc cadauer, quale descripsimus, excoriandum primo est, deinde caro adimenda omnis, quoad eius fieri poterit, visceraq; o-
20 mnia interna abijcienda. Illud autem obseruandum est, vt dum fabricam hanc humani corporis expolias, aures diligenter adimas, seruesq; item nasi dimidium; extremum illud scilicet narium, quod cartilaginosum existit: item palpebras, os hyoides dictũ, laryngem vnà cum frustulo asperæ arterię. Postquam hæc omnia accurate effeceris, cranium secandum est, supercilia versus, idq; propterea quòd cauitas in fronte latitans huiusmodi sectione detegetur. Cerebrum postmodum vna cum membranis à cranio ita separandum est: vt interna caluariæ pars munda prorsus, atque sordium expers relinquatur. Deinde secundam vertebram à tertia omni industria
30 separato. Deinde maxillam inferiorem adimito, ea tamen lege, ne cartilaginem illam mobilem, quæ inter caput, maxillamq; inferiorem sita est, vel tantillum labefactes; hanc chartis seruato. Deinde costarum cartilagines sensim à costis ipsis seiungito. Sinito tamen dictas cartilagines osi pectoris adhærentes, neque vllo pacto diuellito. Extremas item costas, cum cartilagine non iungantur sterno; alijs adimes quoque cartilagines suas, ac in papyro itidem pones. Summa quoq; diligentia adhibenda est, ne dum has vna cum sterno eximis, duas mobiles cartilagines lædas, quæ inter iugula, sternumq; sunt sitæ, quemadmodum de mobili cartilagine, inter caput, maxillamq; inferiorem paulo ante dicebamus. Illud autem de sterno cum

Quomodo sceletos parari debeat

Ex qua statura parandus sceletos.

Obseruatio in expoliãdo sceleto.

Cranei sectio.

Cartilagines pectoris ossi relinquendæ.

Cartilagines non sunt coquendæ.

no cum cartilaginibus meminiſſe oportet, hæc in cacabum non immitti: non enim coquuntur, ſed ſoli expoſita exiccantur, itaq; ſeruantur. larynx item, & hyoides os, & aures, & nares, & palpebræ eodem modo ſeruanda ſunt ſeparatim; neque enim vllum ex his coquitur. Poſtquam hæc omnia abſolueris, coſtas à corpore vertebrarum paulatim diuelle, necnon ab eorum tranſuerſis proceſsibus. quòd ſi in oſsium ſcientia parum verſatus fueris; ſiniſtras coſtas vnà vincies, atque à dextris ſemouebis: Dextras item à ſiniſtris ſeparatas colligabis, ne miſceantur, idq; ordine facies, vt primo primam, ſecundam deinde, & tertiam ſucceſsiue. Ablatis coſtis, incipe eas cartilagines amouere, quæ inter vertebrã, & vertebram ſunt; idq; gladio facito, cuius acies tenuis ſit, & dictum, ac factum incidat. Inciſio vero ad corpus vertebrarum perreptet. Caue tamen, ne ad illud ita accedas; vt appendices lædas, quæ nõ admodum duræ exiſtunt: itaque progredere vſque ad oſsis ſacri ſummum; eaſq; cartilagines chartis impone, idq; ordine facito, vel eas acu perforatas filo excipias. idem dictum puta de cartilagine, quæ inter ſacrum & coccygem ſita eſt, & inter oſſa pubis. Quo vero ad dorſum pertinet, vniuerſum in tres partes diuidito, & ſeparatim colligito; vt in lebete melius aptentur. His peractis, diligenter inſpicere poteris, nunquid in acromio tertium illud os adſit, quod Galenus in hominibus duntaxat inueniri aſſeuerat; & ſcapulam ab humero ſeparabis. Præterea circa ſcapulæ concauum, vbi cum humero articulatur; cartilaginem illam tolles, quæ ibi à natura de induſtria appoſita fuit; vt ſinus ille profundior euaderet. Poſtmodum ſeparabis humerum à cubito, rurſus à cubito extremã manum. quod dum agis, animaduerte, obſecro, an ſtyloides proceſſus quartum os brachialis ingrediatur: quemadmodum Galenus ſcriptum reliquit; nec ne ſuſpice quoque ſupra ſtyloidem; nam mobilem ibi quoque cartilaginem inuenies, quam chartis recludes, vt ſupra. De alijs id genus ſæpius admonuimus. Deinde femur à coxendice diuelles; & hoc etiam loco circa acetabulum mobilis tibi occurret cartilago inſtar illius, quam circa ſcapulam obſeruaueras. ſeiunges etiam à tibia femur. neque hic deſunt duæ cartilagines, eæq; mobiles à natura efficæ, atque efformatæ in eundem vſum, vt ſcilicet tibiæ cauitates amplificarent, atque attollerent, à quibus capita inferiora femoris ſuſcipienda erant. illud quoq; meminiſſe oportet, patellam adhærentem relinquendam eſſe; ne ſiniſtra, dextraq; confundantur. Poſt deinde extremum pedem à tibia diſtinguito; & cartilagines vel chartis recludito, vel filo, vt lubet, excipito. Idem agendum eſt, vt

Appendices non lædendę.

Cartilagines filo excipiendę vel in chartis ſeruandę.

An quartũ os brachialis vniat cũ ſtyloide.

est, vt supra attigi, de auribus, naribus, palpebris, hyoide, larynge, & cartilaginibus omnibus, quas ademeris, & de sterno, quod nullo pacto aqua abluendum est. Reliqua in cacabum indes; ibiq́ue aliquandiu sinito, vt molliora reddantur; & quod reliquum est carnis adhærens maceretur. bene abluto bis, terq́;, & tunc terebello paruo perforabis caput superius, inferiusq́; tum humeri, tum cubiti, tum radij, tum femoris, tum tibiæ, tum fibulæ: ferrumq́; huic rei aptum per foramina dicta in horum osium cauitatem immittes; idq́;, vt medulla vniuersa exeat, querentia ossa denigrat, deformioraq́; reddit; quod bonus Vessalius non animaduertit; neque enim omnia animaduertere magnus potuit anatomicus. idem efficito in osibus postbrachialis, digitorumq́;: idem in osibus pedij, & iugulorum sternon versus, alio minori terebello hæc ossa terebrans in capite altero duntaxat; idq́; vt ex albis osibus sceletos cõstet; neq; hisce foraminibus perexiguis sceleto turpitudinem accessuram esse verendum est; præ sui enim exiguitate conspicua non sunt. quod si conspiciantur osibus omnibus simul iunctis alba cera, aut glutine ex caseo confecto, quo fabri lignarij vtuntur; dicta foramina diligẽter obturato. Postquam ossa hæc, vt dixi, iterum laueris: in promptu habeas vas amplum æneum, quale pro familiæ lineis pannis è sordibus abstergendis domi habent matronæ. sit vero aqua feruenti plenum, in quam ossa (vt diximus) denudata, & distincta immerges. Hoc etenim pacto candidiora euadunt. Illud præterea diligens sceleti faber obseruare nullo negotio poterit; vt manus, pedesq́; linteis prius inuolutos in aquam immergat; ne articuli extremi, aut sesamina ossa pereant, confundantúrue. tandiu vero bulliant, donec ab osibus caro sponte decidat. nolim tamen carnem ab osibus tam facile abscedere, vt appẽdices relaxentur; nam magnum tibi negocium crearet, appendices ita dissolutas suis osibus denuo apponere. quod facilius eueniet. si adolescentuli cadauer supra dicto modo coquas. Separantur enim in hisce facilius ab osibus appendices. Post hanc osium elixationem partem caluariæ superiorem primo eximes; ne suturæ relaxentur; itaq́; curam adhibe ne squamosæ suturæ separentur; néue pars superior temporalium osium deperdatur. cum ab aqua eximenda ducis; lineos pannos paratos habeas crasiori filo textos, eosq́; rudes adhuc, neq; attritos vetustate, quibus ossa prædicta abstergas. deinde caput, costas exime, iugulaq́;, postea brachia, & crura, item manus, pedes, inferioremq́; maxillam, postremo dorsum cum osibus ilium. quæ ossa singula tibi per manus tradita tela exiccabis. Illud præterea ne obliui-

Ossa à medulla retenta denigrant.

Vessalij inscitia.

Quî ossa candidiora fiant.

Ossa elixanda vt carne denudent.

Pinguedo seruãda nec ossibus relinquenda.

obliuiscaris, quæso, vt dum ossa coquis, subinde spumam, & pinguedinem incitantem tollas: quæ tamen non sunt abijciendæ, sed in vase condendæ. vbi vero coagulatam videris pinguedinem, quę spumæ subest; exime ab aqua, & serua. est enim pluribus in rebus hæc pinguedo perutilis. Exempta ossa ab olla ænea magna summa diligentia mundanda sunt, cultro fabrefacto paruulo, cuius sit acies acerrima. Cauendumq; est (vt supra etiam attingimus) ne in cartilagines articulis incrustatas offendas; nam si has attigeris, hoc est, incideris: mox articuli fatiscunt, & dissoluuntur, hoc pacto, ne fœteant ossa. Fœterent autem, si aliquid carnium ossibus adhærens relinqueretur. in quibus denudandis accuratus admodum sis oportet. In separatione capitis à vertebris, quod non ita facile existimato, ob valida ligamenta; propterea sensim, atque oculate progreditor; ne transuersum ligamentum in prima vertebra positum lædas; quod ligamentum dentem secundæ vertebræ continet. vertebras ea, qua diximus, diligentia nudatas ordine ponito; funeq; excipito, & in tabella vento, soliq; exposita tandiu detineto; donec exiccentur; id vero biduo fiet, plus minus, sed caue ne imbribus aspergantur. Brachiale cum exossas, id est ossa eius separare, & cartilaginibus exuere in animo habes; prius considera, quàm difficilis sit tot ossium tam diuersa specie repositio. Quare si diffidis, satius est, minusq; absurdum, si relicto ligamento, quo brachialis ossa continentur; illa in superficie detegas; vt ex pluribus ossibus constare liquido constet; sed pedetentim hoc agito, ne hic ossium nexus, cuius colligationem reformidas, si nimis penetras, corruat. Eadem, vel paulo minor diligentia in tarso adhibenda est; dum hęc ossa sole, ventoq; exiccantur: quoniam temporis iactura maximi ab optimo quoque facienda est. poteris interim gladiolo, qui nouaculam secando imitetur: aures, nares, palpebrasq; excoriare, hyoidis os, laryngem, sternon, atque alias cartilagines à membranis liberare, & ligamentis: idq; præsertim, vt sceleti fœtor inhibeatur. Caueto etiam, ne dentes omnes decidant; immo vero da operam, ne vel vnus quidem decidat. quod si exciderint; da operam vt in suum quisque alueolum redeat, in promptuq; habeas gluten ex recenti caseo, ex oui albumine, gypsoq; recenti cõfectum; itaq; struito, ne amplius labant. idem efficere poteris, si appendix aliqua è suis ossibus diuulsa concidisset. Non desunt, qui in ossibus cadaueris excoquendis pro sceleti fabrica calcem, cineremq; adhibeãt, vt candidiora fiant; quod mihi non valde probatur: Vidi enim ossa nigrescere potius, quàm albefieri huiusmodi rebus. Neque illud asper-

Ossa ne fœteant.

Gluten.

Ossa ex calce, aut cinere denudata nigrescunt.

aspernandum est, ossa dum coquuntur: nisi aqua continenter submersa detineantur; fumo infici solere. Dum hæc aguntur, ferrum corporis mole altius palmi dimidio (vt nunc Romæ loquuntur) fieri curabis, quodq; deorsum tres in partes diuisum sit, & eas perforatas: ascendatq; crassiusculum ad ossis sacri inferiora. quod reliquum est ferri, tenuius esse debet, quo flecti possit, vt tibi ex vsu erit. huius ferri basis erit tabella tetragona, in cuius centro alia sit eminentior figura orbiculari, colore atra; ita enim elegantior esse videbitur sceleti situs, qui hisce tabulis clauis affixus detinebitur. cuius sceleti ossa vt elegãtius connectas; tria æneí fili genera adsint, quæ per tenuius, & crassius inter se differant. quod æneum filum coquendum est; vt flexibilius reddatur; neque in connectendis ossibus tam facile disrumpatur. forcipes quoque binæ parandæ sunt, quarum vna sit teres, vt filum illud æneum foraminibus immissum torqueas; alia vero incidat quod reliquum est. Acus item variæ ex optimo ferro parandæ sunt ligneo manubrio exceptæ, quæ & perforare, & secare possint: hisce ossa, vt lubebit, perforato. Præterea animaduertendum est, si digitos rectos esse volueris; perforandos esse recta, vt à latere ad latus foramen penetret. quòd si obliquus illorum situs tibi magis arrideat; oblique perforato, ita vt infra magis distet ab ossis capite, quàm supra. Item qua forma voles, digitorum situm immutabis. A pedibus igitur initio sumpto quatuor seramina apponito, illis crura superpone; deinde femora. animaduertendum tamen est, inter tibiã, femurq; posterius perforandum esse inter duo capita inferiora femoris; nec non eminentiore parte capitis tibiæ, vbi aderat ligamentum. Item ibi baculum appones; vt hoc fulcro præter æneum filum solidior sit connexus. Deinde os sacrum, coccygem, & lata ossa connectito, cartilaginesq; apponito in genu circa acetabulum coxendicis inter ossa pubis, inter os sacrum, & coccygem. Antea vero quàm femur suo loces loco: imponendum ferrum est in os sacrum, suaq; ossa coniuncta. quod si facilius efficere volueris, ossis sacri tertium, quartúmue posterius perforato: sit vero foramen adeo patens, vt ferro excipiendo sat esse possit, quod postmodum foramen illud ingreditur, per quod spinalis medulla descendebat. Sistendum est autem, fulciendumq;, ne infra crurium altitudinem flectatur: nam crura flecterentur, quod turpe esset visu. Postquam stat ferrum, vt decet; crura, & pedes fige vario situ, ne suo loco labantur, atq; exeant. fies autem voti compos; si sub calce, & pollicem perforaueris; & paruo clauo, æneoq; filo has partes ligneæ, quam supra

P 2 diximus

Instrumẽtũ ĩ ossib. prępará̃dis commodum.

Quibus ossa connectenda.

diximus, tabellæ affixeris. his optime diſpoſitis patellam genu apponito. Deinde quinque lumborum vertebras cum ſuis cartilaginibus ſacro oſsi appone: ſupra has tres extremas thoracis vertebras, quibus ſuas coſtas necte, hoc eſt earum corpori; quanquam decima ad tranſuerſum proceſſum accedit. deinde reliquas nouem trãſuerſis vertebrarum proceſsibus prius perforatis, vt coſtæ facilius aptentur, illisq́; elegantius admoueantur; quas prius anteriore in parte perforato, vbi cum cartilaginibus vniuntur. Poſterius autem non perforato antea, quàm metiaris, quà ſingulæ perforandæ ſint. ſed prius vertebras harum coſtarum in ferrum indito, vt dictis vertebris ſuperpoſitę ſint: & ex his à prima initio ſumpto æneum, quod diximus filum bis, ter ue circa eas, tranſuerſosq́; proceſſus vertito. Caue tamen ne hunc nexum arctes priuſquàm ſternon ſuo loco impoſueris. Illud equidem nolim obliuiſcaris, ſceleti elegantiam, & venuſtatem in thoracis concinna figura, ſitam eſſe; quam ſphæricã eſſe oportet. Id vt fiat facilius, inter ſternon, ac vertebrarum corpus lignum impone, quo retrocedere, atque introrſum inclinare prohibeatur. Præterea animaduertendum eſt, nonnunquam cartilagines nimis exiccatas eſſe: propterea minus cedere, quàm ſit opus artifici ſceleto componenti. quod ſi fiat, illas in tepidam aquã pauliſper ſinito; tunc enim cedent. deinde collum, caputq́; impone. ſint vero oſſa capitis, quod tranſuerſim ſectum fuerat; vt quæ in ipſo cõtinebantur, auferri poſſent; vinculis excepta, ne corruãt, in vertice, in ſutura recta, & labdalem verſus. in ſincipite autem foramen adſit, è quo exire ferrum poſsit. thorace, vt oportet, exiccato, adde iugula, ſcapulas, brachia, manusq́;: ita erit Dei ope ſceletos abſolutus; ſed ſtude, vt iugulis, ſcapulæ, maxillæq́; inferiori ſuæ cartilagines apponantur: item ſtyloidi inter ipſum, & brachiale. Pulchrior etiam videbitur ſceletos ſi ex brachijs alter extẽdatur; flectatur alter: quod ſi mauis; ſcipionem manu gerat; vt lubet efficito, quem tabulæ clauis affigito. ſceleti collo hæc ſuſpendito, vt per thoracem pendeant, torquis inſtar, larynga, os hyoides, aures, nares, vngues, quas optime perpolies, palpebras, oſſa ſeſamina dicta, oſſa, quæ ſunt in naribus ſpongioſa, quæ dum internam naſi partem emundas, facile decident. Tu vero caue, ne illa imprudẽs tanquam nullius pretij proijcias; vt Veſſalio contigiſſe opinor, qui illa propterea nõ cognouit. Illud præterea memoria teneas, dum caluariam curas, qua aures ſunt ſitæ; id tanta induſtria, & diligentia efficito; vt ne oſsicula auditus organo deſeruientia lædas: quæ pulcherrima viſu ſunt, & ſcitu digna. Ex his duo prima nullo negocio

Venuſtatem ſceleti in quo cõſiſtat.

Torquis in collo sceleti.

10 20 30

goçio

gocio eximes, tertium vero non sine negocio: propterea caluaria sæpius manu cōcutienda est, vt eximi facilius posſint. hæc vnà cum alijs, quæ paulo ante memorauimus, sceleti collo suspēdes, ne quid desit eorum, quæ scire operæpretium est. quòd si puelli sceleton parare cupias; caue diutius ossa coquas: nam ossium appendices facillime relaxantur. Idem de simijs iuuenibus admonitum puta. si sceleton non modo non fœtere cupis, sed bene olere; priusquam caluariā sericis ligulis vincias: cura, vt illa vincula muscum, & ambram optime redoleant, aut re huiusmodi bene olente, vt magis libuerit. filo æneo crasſiori humerum scapulæ admouebis, cubitum humero, radio extremam manum, femur acetabulo, tibiam femori, tibiæ extremum pedem. Costas autem, vertebrasq; mediocri æneo filo, vt digitos, & postbrachiale tenuiori. Deo vero Optimo Maximo sit honor, & gloria.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER V.

DE MVSCVLIS.

Quid sit Musculus, ac de Musculorum differētijs. Cap. I.

MVSCVLVS Instrumentum est voluntarij motus, absq; quo nihil in nobis est, quod voluntarie moueri posſit. constructus autem est ex fibrosa carne, neruis, ligamentis, venis, arterijsq;, & membrana: carne quidem, vt qua corpus ipsius constet, & moles; neruo, vt is virtutem motiuam deferret, quæ à cerebro emanat; ligamento, vt sit validus, neque in mouendo imbecillus; vena, vt ali posſit; arteria, ne vitali calore destitueretur. membranæ vero munus hoc est, vt omnia hæc complectens detineat: musculumq; à musculo distinguat. Musculum sunt qui à Mure dictum putent, quòd musculi quidam muris figuram præ se ferant; nam illis caput tenue existit, venter latus, cauda oblonga, angustaq;. non desunt

Musculi descript.

Quæ musculū cōstituant & quem vsum ei quodq; horum præstet.

Musculus vnde dicatur secundum aliquorum opinionem.

desunt, qui musculum lacertum vocent; quoniam lacerto ipsi similis figura videatur. Alij pisci similem magis musculum autumant; propterea pisciculum vocat. Sed profecto has formas in omnibus musculis non comperies: nam aliqui lati admodum sunt, alij trilateri, alij quadrilateri, alij orbiculares, sunt aliqui crassi, alij vero tenues, atque exiles, breues alij, alij prolixi, alijs vnum duntaxat fibrarum genus contigit, alijs duo, tria alijs, & nonnulli musculi omnibus fibrarum generibus mixtis præditi sunt, quibus videntur intertexti. Musculi in tendines, hoc est chordas desinunt; sed non omnes; multos nanq; tendine carentes videbis: contra quibusdam musculis tendo adest in exortu, quibusdam in medio, quamuis Galenus de quarto duntaxat maxillam inferiorem aperiente mentionem faciat; vbi illius tendinis occasione capta miris laudibus naturam ipsam effert. sed meminisse poterat bonus Galenus quarti quoque musculi, à quo hyoides deorsum trahitur, qui tendinem in media sui parte à natura benigne suscipit; neque illi, quem tantopere Galenus extollit, ob hoc quicquam inuidet. Sed priusquam à musculorum tendinibus discedamus; nonnulli sunt, quibus vnicus inest tendo, aliquibus duo, tres ue, aut quatuor, quibusdam complures, vt longissimus dorsi musculus, nec non thoracis quintus; quidam longum, teretemq; tendinem obtinent, alij teretem quidem, sed breuem; alijs tendo adest tum oblongus, tum latus, alijs latus, & decurtatus. Ita vt facile perspicias figuram musculorum, tendinumq; ipsorum non vnicam esse, sed multiplicem & variam, quemadmodum in vniuscuiusq; musculi peculiari historia facilius quoq;, & apertius disces. Ortum ducunt ab ossibus musculi, atque in ossa desinunt, sed non omnes; nam aliquos cernere est non ab ossibus, sed à cartilaginibus exorientes. Alij à membranis exoriuntur, & in membranas quoq; finem habent. alij post exortum descendunt; ascendunt alij. quorundam situs transuersus est, quorundam vero obliquus. At exortus musculorum neque in omnibus eodem se habent pacto; nam aliquorum oblongus, aliquorum autem breuis, his crassus, illis pertenuis, nonnullis carneus, alijs tendineus, licet nõ desint, quibus ex carne tendini mixta videatur origo. Ex musculorum tendinibus nonnulli perforati sunt, alij minime, alij vnico foramine, alij pluribus donantur. Sed locus admonet, vt antequam ab hoc sermone discedo, doceã quid tendinem, seu tendonem dicunt, chordam ue, vt Arabes Anatomici. Tendo igitur in musculo pars alba est, dura, densaq;, & pellucida, quæ cum primum detecta est, visu pulcherrima est, ac spectatores in sui admirationem trahit.

Variæ musculorũ formæ.

Musculos in tendines desinere, sed non omnes.

Musculorũ ortus, & terminatio.

Quid sit tendo.

A neruo

A neruo autem distat tendo, etsi magno quoq; sensu præditum esse tendinem experientia facile pateat: cum ipso læso sæua accidentia consequantur. Si tendinem seces corpus solidum attrectabis, neruo vero cæso contra se res habet; nam licet albicet neruus, tamen neq; adeo durus est, quemadmodum tendo, & rotundior est, neq; adeo perlucet; quod si incidatur, corpus multis funiculis intertextum, villoq; circundatum videre videberis. Adnotādum insuper est musculos organa esse motus voluntarij, qui neruorum ope illis demandatur. Hæc etenim vis neruis à cerebro demandatur, etsi Aristoteli secus videatur esse. Iccirco musculo cuiq; quamuis minimo neruus obtigit; immo & nerui quandoq;. cum ad musculum neruum ferri dico, non ita intelligo prope musculos neruos ferri; aut per illorum medium recta præterire; sed per musculorum substantiam aio neruos disseminari; quanuis Vessalius parum in hoc Anatomicus sensui, rationiq; aduersetur, inquiens musculos complures carere neruo, & inter reliquos quadratum musculum prope brachiale, qui radium in pronum ducit. Ego vero huic quoq; musculo inesse neruum asseuero adeo perspicuum, vt quiuis alter; neq; difficilis est inuentu. idem de eo musculo dictum puta, qui latum tendinem efficit, deq; alijs, quos Vessalius excipit; quod dum efficit, naturam irridere maluit, quàm suam in hoc non obscuram negligentiam patefacere.

Differentia inter tendinē, & neruū

Musculos esse instrumenta motus voluntarij.

Musculos à neruis suscipere motum

Neruos in musculorum substantiā desseminari.

Vessalij error de neruorum in musculos distributione.

De faciei musculis. Cap. II.

FACIEM cum dicimus, eam corporis partem intelligimus, quę capillos, mentumq; interiacet, moueturq; voluntario motu maxilla inferiore immota. neq; enim superiorem maxillam moueri nisi crocodillinam, teste Aristotele inuenies; licet ego psitaci vtranque maxillam motu præditam esse primus obseruauerim. quin facies ipsa hominis mouetur quidem ad inferioris maxillæ motum, sed non primario, verum secundario motu.

Quæ pars facies appelletur.

Primus animaduertit superiorē psitaci maxillam moueri.

De Musculis frontis. Cap. III.

MVSCVLI igitur (vt ad rem redeamus) qui huic deseruiunt parti complures sunt; primi duo sunt, atque hi in fronte siti. exortus horum in superiore parte existit; in inferiore vero parte terminantur in communi sutura, quæ dirimit ossa capitis ab ossibus maxillæ superioris; quamuis nerui huic parti subijciantur. Horum musculorum fibræ recte neutiquam sunt, quemadmodum Vessalius asserit;

Musculi frontis.

Vessalij error.

asserit; sed obliquæ à summo scilicet naso tempora versus: eorumq; motus est, vt supercilia attollantur: quanuis neque Galenus ille de re medica tantopere meritus, neque Vessalius nostris temporibus magni vir nominis in dissectione corporum, neque alius ex his qui ante me scripsere agnouerint. Quod si maiorem diligentiam adhibuissent, inuenire facile poterant. Hi duo musculi & vniuersam frontem, & temporalium musculorum tantam partem occupant, quantum ipsi obliq; ascendunt, præterquam media fronte, vbi nos cutim contrahimus, corrugamusq; quoties vehemẽter commouemur, aut admiramur; adeo vt in multis sese supercilia mutuo contingant. Quæ cutis frontis contractio; si vnus hic esset duntaxat musculus; fieri nullo modo posset. hæc res, vt viros alios omittam minus notos: in fronte amplissimi Cardinalis Ardingelij, quem honoris causa nomino: perspicue videri poterat. cui cum sinister musculus ex his cõuulsus esset ob vulnus: dimidiam frontem mouebat: reliqua motus expers relicta erat. sed mitto hoc, sensum ipsum si tu quoque consules, hoc haud dubie nullo negocio comperies; nam si vniuersam frontis cutem detraxeris; in media fronte nullum videbis musculum, nisi in summo naso: vbi dexter musculus cum sinistro ita coniungitur, vt vnus hoc loco musculus esse videatur; & vbi carnosiores, quàm vsquam inueniuntur. et quo magis ascendunt hi musculi, eo tenuiores euadunt. superciliaq; sursum trahuntur non ab his duntaxat, sed etiam duorum musculorum præsidio, quos deinceps describemus hactenus (vt opinor) anatomicis ignotos.

Vessalij commendatio, eiusdem inscitia.

Duos esse frontis musculos & non tantum vnum.

De duobus Musculis Nasi. Cap. IIII.

POST hos bini occurrunt nasum dilatantes adhuc à nemine cogniti: nam etsi Galenus, alijq; de duobus musculis nasum dilatantibus meminerint; eos tamen cum labij superioris musculis confudere. Præter hos Vessalius duos descripsit nasum claudentes, quos interiore in parte esse vult, imaginationeq; duntaxat intuitus est. quo enim pacto oculis cernas, quod nusquam est? latas itaque nares reddentes musculi illi duo, à supra dicta oriuntur sutura, estq; exortus eorum acutus, carnosusq;, cum musculorum frontis fine permistus: deorsumq; tendentes latiores redduntur, & supra nasi ossa deferuntur: inq; eius pinnis terminum habẽt; triangulusq; pene efficitur, cuius duo sint latera oblonga, breue tertium, has pinnas sursum trahunt, fibrasq; rectas habent; itaq; dilatant: illi vero, quos alij anatomici descripsere, portio sunt eorum musculorum, qui in

Nasi musculi inuẽti.

Vessalij error.

Nasi musculorum exortus, progressus, forma, & terminatio.

qui in superiore labro positi sunt; vt mox dicam. Clauditur nasus à musculis dicto labio opem ferentibus, non autem à proprijs. Nam quoties aliquid nobis per nares attrahendum est; superius labium constringere cogimur.

Quibus musculis nasus claudatur.

De Musculis latis in collo positis. Cap. V.

DVO præterea alij sequuntur pene quadrati musculi in collo siti, quos Gal. lib. de Vsu Part. deq; Anatom. Sect. se inuenisse exultat: qui labijs ancillantur, ea deorsum oblique trahentes. horum substantia membrana carnosa est. à iugulorum regione, posterioreq; colli parte initium sumũt; eorumq; fibrę oblique ascendunt, atque eo tandem pertingunt, vbi cum superiore labro inferius iungitur. Quare cum hi lati musculi faciei deseruiant: etsi in collo collocentur: tamen inter faciei musculos connumerandi sunt, qui cum mento plurimum cohærent: atque in hoc oris apertioni videntur auxilium ferre.

Musculi lati in collo duo.

De quatuor musculis labiorum. Cap. VI.

QVI labris famulantur musculi, quatuor numero sunt duo in superiore, totidem in inferiore. Superioribus quadruplex origo est: nam ab extrema sutura osis iugalis exoriuntur, & ab ea, quæ primum os maxillæ superioris separat à tertio: reliqui duo ab osse malę proficiscuntur: omnesq; oblique versus labrum incedunt, quos inter vnus est, qui narium pinnæ adhæréscit. et propterea hunc musculum illum esse dicebant, qui nasum dilataret. Ego vero prædictorum labri musculorum portionem voco. Tamen ne pertinax esse videar, quod semper abhorrui, si cui separare hunc libeat, & peculiaris musculi loco esse ducere: id sibi per me liceat. quo concesso quatuor erunt nasi musculi, qui omnes ipsum dilatabunt. Reliqui duo labrum inferius constituentes ab ea menti parte oriuntur, vbi quædam est in osse asperitas conspicua. horum autem quatuor musculorum fibræ variæ sunt, atque inter se commiscentur, & implicantur. iccirco varios motus edunt: vt recte Gal. adnotauit, & plærunque cum cute ipsa confunduntur. Tamen si tibi musculosum corpus neque pingue secandum obtigerit, atq; diligenter excories, & eleganter, & perspicue satis conspici poterunt: Accedũt dictis musculis alij duo buccarum, quos quidam oblitus est describere in magno quodam volumine, de humani corporis dissectione. inter vtranq; maxillam siti sunt, à gingiuisq; nascuntur, & in gingiuas

Quatuor labiorũ musculi.

Musculus ab aliquibus imperite nasi appellatus.

Quatuor nasi musculi.

Ex varietate fibrarum variãtur motus.

Musculi buccarum duo.

Q

Musculorum buccarum exortus, & finis confundunt.

giuas desinunt. Quare vnde lubuerit initium sumas licet, vel supra, vel infra, nihil enim interest. Satis tenues, & circuli in modum sunt, fibris varijs intersecti, varijsq; ob id muneribus funguntur. Sunt enim manui instar, quæ cibum nunc huc, nunc illuc propellant: neque sunt inter loquendum inutiles, cum exsufflare, vel inflare buccas volumus, hisq; musculis tibicini, tubæq; canenti nõ mediocris est vtilitas.

Musculorum buccarum multiplex vsus.

De Musculis supercilium trahentibus. Cap. VII.

Musculi supercilijũ trahentes à nullo adhuc cogniti.

BINI adhuc in lucem reuocandi sunt musculi ab alijs negligentia præteriti, quos in capitis posteriore parte licet animaduertere; qui à labdoide sutura supra mãmillares processus oriuntur. triangulares sunt, & in carnosam membranam desinunt, quæ frontis etiam musculos excipit, eorumq; vtilitas non contemnenda hæc est, vt frontem, cutemq; capitis posteriora versus abducant, vt ego millies non sine voluptate contemplatus sum in capite præcellentis viri præceptoris mei Ioannis Antonij Plati, quem Lonigum nunc vocant. is enim cutem capitis vniuersam valide mouet. Sed quid ego in alijs exempla persequar, cum domestica, vel interna potius exempla non desint? Ego quoque is sum, in quo cutim capitis manifeste moueri nullo negocio cernere posses, quippe qui caluus admodum sim, absque vlla cutis ariditate, sed mollitie adeo laxa, vt nuper nati infantis cutem præferat.

De Palpebrarum Musculis. Cap. VIII.

Musculi palpebrarum qui numero sunt sex.

NON dubito, quin nostra de Musculis palpebrarum historia grata omnibus futura sit; cum illa, quæ hactenus ab alijs tractata sunt, parum sint cum re ipsa consentanea. Ego vero dedi operam, quantum in me fuit; vt quàm verissime describerentur. Musculi igitur palpebrarum sex numero sunt, tres nempe vtrinq; quorum duo extra orbitam oculorum, reliqui intro iuxta musculos oculorum sunt siti, & propterea omnes, qui ante me scripsere, anatomici decepti sunt arbitrantes hos non palpebræ, sed oculis inseruire. Primi igitur orbiculares, fibras habentes circulares quoque nascuntur in magno cantho, in sutura communi capiti, & maxillæ superiori, acuto principio; & sursum versus frontem dilatantur, quo loco cum musculis frontis commiscẽtur. Postea versus aurem tendentes, quo magis prope minimum canthum accedunt, eo magis amplifi-

Anatomicorum error in palpebrarum musculis.

amplificantur, & deorsum circa orbitam reflectuntur, vt tandem acuto fine iuxta initium terminentur. facti sunt, vt palpebras claudant, & valide astringant; vtq; oculos ab externis iniurijs tueantur. hos Vessalius diuisit in quatuor; sed vbi ipse carnem detraxit, carnosiores sunt, quàm in reliquo deductu. Secundi erunt duo musculi recti, lati, carnosi in superiore regione oculorum, in interna orbita exorti ex neruo visorio, vt reliqui oculorum musculi. hi musculi latiusculo fine in supremam palpebram terminantur. facti sunt, vt trahant palpebram sursum, & oculum aperiant. Tertij musculi sunt tereti figura, & tenues, ex eodem loco nati. qui oblique versus magnum canthum in palpebra tereti fere tendine finiuntur. in nonnullis quandoque portio huius tendinis in corneam inseritur. in his adiuuare videtur motum oculi sursum. attamen geniti sunt ob hunc vsum præcipue, vt palpebram trahant, & oculos aperiāt, qui vsus, & situs cum in brutis quoque idem sit; non possum non mirari, quo pacto Galenus, Vessalius, cæteriq; Anatomici hos quatuor musculos palpebræ deseruientes inter musculos oculorum numerarint, decepti forte, quòd in orbita eorum siti sunt.

Musculi oculos claudentes.

Vessalij error.

Musculi oculos aperientes.

Musculi palpebrā trahentes.

Gal. Vess. cæterorumq; anatomicorum casus.

De Oculorum Musculis. Cap. IX.

EGO hic diligentem lectorem postulo: nam de parte nostri corporis nobilissima agendum est: cuius cognitio & necessaria nobis est, & periucunda. Oculi igitur arbitrario motu cientur nunc sursum, nunc deorsum, nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum, nunc in orbem. Gal. Vessaliusq;, & Anatomici alij, qui omnes beluinum oculum descripsere: oculorum musculos quatuordecim descripsere, vt septem in vnoquoque oculo collocarent. Ego vero decem musculos in oculis pono, quinq; scilicet in vtroque: quatuor enim illi eodem in loco positi musculi, qui aperiendæ palpebræ conducunt, nequaquam sunt inter oculi musculos adnumerādi. Quatuor habes deinde oblongos musculos, qui versus radicem visorij nerui emergunt; rectasq; habēt fibras: & in neruosas tenuitates desinunt: & membranæ corneæ in orbem adnectuntur aliam membranam constituentes, quæ ad iridem non pertingit. Positi sunt instar quatuor angulorum, quorum duo supra sunt, alij infra. hi vel sursum, vel deorsum, vel à dextris, vel à sinistris trahunt, cum scilicet quilibet ex his seorsum operatur, vel duo simul, at si omnes vna subsequenti motu operētur: motus efficitur circularis, quod nouum dictum vobis nullo pacto videri debet; cum idem fiat à quatuor mu-

Oculorū Musculi.

Oculorum motus arbitrarij.

Qui proprie oculorum musculi cō numerandi.

Quo pacto oculorum musculi se habeāt ad motus.

Qui circularis motus fiat.

sculis brachiali seruientibus. Præterea facti etiam sunt, vt sistant oculum, quãdo scilicet vno, & eodem tempore operantur. Quintus oculi musculus, quem ego primus inueni, atq; è rei natura describam, ita habet. situs est sub alijs quatuor oculi musculis, & inter hunc, atque illos pinguedo intercedit; situ transuerso locatnr, & oculi medietatem complectitur. oritur à cornea membrana, atque in eandem desinit; adeo vt qui finis eius sit, quíue exortus, non ita facile inuenias. Hunc ego musculum admirabilem iudico; nam ab oculo incipit, atq; in eundem desinit. propterea difficile dictu est, quis sit huius quinti musculi proprius motus. si à neruis musculorũ initia proficiscerentur; dicere auderem eius originem vere in medio esse: ibi enim ramus à secundo neruorum cerebri coniugio ingreditur insignis, crassusq; satis, si cum musculo conferatur: quem neruum fateor me quandoque suspicatum fuisse huius musculi tendinem esse. Hunc neruum si attrahas, oculus sursum vertitur, & circumagitur; quanuis musculus subsit. forte hic fuit vsus huius musculi admirabilis, vt eius auxilio cœlum, diuinæq; maiestatis fabricam intueremur, ad quod nati sumus: ad quod peragendum nõ paruo est hic neruus adiumento. hic idem musculus, quem describimus, à latere (sed siue latus, siue finem, siue initium dicas: nihil nunc refert) tendine latiusculo præditus est, quo adhærescit corneæ. Equidem magnum aliquem naturæ arcanorum perscrutatorem mihi nunc dari exoptarem, à quo huiusce pulcherrimi musculi vtilitatem edocerer: mihi nunc sat erit musculum inuenisse, & descripsisse. de humanis nunc loquor. Vessalius enim & Gal. oculi musculos beluinos, non humanos descripsisse, scire poterit, quicunque eorum historias cum re ipsa conferre non grauabitur. Inter hos, & alios quatuor pinguedinem licet cernere, quemadmodum inter hunc, & visorium neruum: sed illum musculum in hominis oculo nullo modo reperias, quem Gal. Vessalius, atque alij descripsere; qui ab his nunc primo, nunc septimo loco cõnumeratur; & in tres, pluresq; musculos diuidi potest; quem tamen, vt ipsi eleganter descripsere, in boue, equo, veruece, & alijs quadrupedibus facile inuenias. hic musculus in brutis inuentus iuxta ipsos oculum sistit; quo munere in homine illi quatuor primi tunc funguntur; cũ omnes eodem tempore agere desistunt, quietiq; permanent.

Quintus musculus oculi nũc primũ inuentus.

Quinti musculi motus coniecturalis cognitio.

Gal. & Vess. beluini, non humani oculi anatomem assequutos esse.

De Musculis Aurium. Cap. X.

Aurium Musculi.

EGO musculos aures mouentes non describo, nam raro, imo quàm rarisime inueniuntur: in quodam tamen ego musculum offendi,

offendi, qui à buccis naſcitur, & in auris pinnam deſinit, eamq; mo uet voluntarie verſus anteriora. quandoq; etiam alium vidi muſculum in poſteriore parte à mamillari proceſſu proficiſcentem; ſed hi duo vltimi, in brutis ſemper conſpiciuntur, in homine perraro.

Auriũ muſculi in homine raro dari

De Muſculis Maxillæ inferioris. Cap. XI.

INFERIOR maxilla hominis ob faciei rotunditatem breuiſsima facta eſt; cui tres voluntarij motus contigere. aperitur enim clau 10 ditur, & in circulum agitur. Muſculi ipſius quatuor vtrinq; ſunt. Prior ex his temporalis muſculus nuncupatur, validus, robuſtus, nobiliſq; admodum, propterea quòd cerebro proximus eſt: & varios habet neruos inſertos: atq; iccirco diuinus Hippocrates in lib. de Vulneribus Cap. dextro tempore, inquit, vulnerato ſiniſtrum conuellitur. quare natura non iniuria tanta vſa eſt in hoc muſculo diligentia. Oritur igitur à primo maxillæ ſuperioris oſſe à cuneali, à fronte, à ſincipite, & ab oſſe temporũ lapidoide dicto: partemq; capitis lateralem occupat vſq; ad poſteriorem auris partem, & ſuperiorem etiam, per tres digiti apices. Initium eius latum eſt, & 20 ſemicirculare; & licet initium, vt dixi, latum ſit; tamen in acutum deſinit, in validumq; tendinem, qui in acutum illum maxillæ inferioris proceſſum immittitur, quem coronon appellant; qui tendo altiuſcule ſatis, & intrinſecus incipit. Alius etiam eſt membranoſus tendo, qui muſculum parte exteriore liuidum reddit; deferturq; ſub oſſe iugali. huius officium vnum duntaxat eſt, claudere ſcilicet maxillam inferiorem; neque triplex eſt, vt ſomniauit quidam, qui Galenum (pace illius dixerim) hiſce in locis parum intellexit. Fibræ eius eiuſmodi ſunt à circũferentia ad centrum progredientes, 30 quæ chirurgis accurate ſunt animaduertendæ, dum vulnera dilatãt, & abſceſſus hanc partem infeſtantes ſecant; ne fibras tranſuerſim incidãt; nam ſi ita fieret, vſus ipſarum ceſſaret: quo amoto vita deficeret. & quoniam claudendi motus, reſq; duras effringẽdi robore eget: natura ſagax præter temporalem, alium effinxit muſculum in ore latitantem, (ita enim Gal. appellat, & recte) qui validus eſt ſatis, & ab ea cauitate exoritur, quæ poſita eſt in alis cunealis oſsis, & terminum habet in interiore maxillæ inferioris parte; vbi aſperitas eſt. eius fibræ rectæ ſunt, tendinemq; ſatis validum habet, qui eodem officio fungitur, quo temporalis, & craſſus, breuiſq; exiſtit. Tertius muſculus is eſt, quem maſseterem, ſiue manſorium nominant, qui maxillam inferiorem in circulum agit. naſcitur à iugali, & à primo

Maxillæ inferioris muſculi.

Tres motus volũtarij inferioris maxillæ.

Temporalis muſculus.

Coronon proceſſus.

Cautio in temporum chirurgia.

Muſculus in ore latitans.

Muſculus maſſeterus & manſorius dictus.

à primo maxillæ superioris osse, non autem à quarta, & tertia vertebra colli, quemadmodum voluit. originem habet tendinosam, carnosamq; : terminum vero in inferiore maxilla pene triangularẽ. adhæret insuper acuto ipsius processui, vbi cum temporali coniunctus videtur esse. Quamobrem excusari non potest magnus Gal. qui in nonnullis locis scriptum reliquit temporalem musculum tendinem habere in medio sui vtrinque partem carneam. fibras habet diuersas, atque ob id maxillam mouet ante, retro, in latera, & in orbem, crassusq; est satis. Quartus musculus os, & maxillam aperit, & est admodum elegans, cum duos carnosos vẽtres sortitus sit, initium minimum, & finem; nam media eius pars tendinosa est. ortum ducit carnosum à styloide processu; defertur sub maxilla, & sub aure; rotundæ, oblongæq; simul figuræ particeps existit, neq; est admodum crassus; carnea substãtia in medium mentum desinit, vbi asperitas quædam interior cernitur. hunc natura adeo crassum non constituit, vt illos, quibus claudendi partes delegauit. Maxilla enim cum suapte natura pene grauis sit, duobus illis musculis, quos superius vtrinq; sitos dixi, relaxatis deorsum inclinat; propterea exiguo musculo cõtenta fuit. at mediam partem tendinis instar effinxit; vt ne maius spatium occuparet. locus enim angustus admodum erat, in quo multa erant organa collocanda.

Galeni error.

Musculus quartus os aperiens.

10

20

De Musculis ossis Hyoidis, cuius ossis, & eius musculorum descriptio in nonnullis, qui scripserunt, desideratur. Cap. XII.

Os hyoides ab octo musculis mouetur, à quatuor scilicet vtrinq; qui primus occurrit, carnosus est, tenuis rectus: qui ab interna summitate ossis, quod sternon dicitur, exoritur. Iter eius est super asperam arteriam, & laryngem, & in inferiore parte dicti ossis absq; tendine terminatur; fibras rectas habet, & deorsum recta trahit. Secundus in ordine à mento exit, atque in hyoidis partem superiorem finit. expers est tendinis, sed carnosus totus fibris rectis recta sursum ducit; motumq; oppositum facit illi, quem proxime memoraui. Tertius musculus subtilis est, & paruus, qui à styloide processu oritur, & in laterales partes hyoidis desinit. situ est obliquo, partes huic demandatæ sunt sursum attrahendi. Quartus vero musculus à parte superiore scapulæ ortum ducit, & oblique subseptimo capitis musculo sursum ascẽdit; subtilis quidem est, & longus; tamen neque prolixior est, neque gracilior musculis alijs, vt

Leonardo

Musculi ossis hyoidis.

Primus hyodis musculus.

30

Secundus Musculus hyoidis.

Tertius hyoidis musculus.

Quartus hyoidis musculus.

Leonardo Fuchsio visum est. Terminatur in partibus hyoidis lateralibus. tendo illi in medio obtigit, quemadmodum quarto inferioris maxillæ musculo: licet Gal.in XI. de Vsu Part. asserat illum tendinem in medio habuisse, prætereа neminem; atque hanc ob rem naturam adeo admirabatur, & extollebat, quæ in eo musculo rarum quiddam effecerit, quod alijs denegarit. Hoc equidem non negauerim, huius, quem nunc describimus, musculi tēdinem adeo longum non esse. Vsus eius est, vt hyoidem deorsum oblique trahat motu opposito illi, quem tertius edebat musculus. Gal.lib.de musculis, hunc voluit scapulam attollere: cum parum animaduertisset fieri non posse, vt tam tenuis musculus ab hyoide exortus, vt ipse voluit, quod os mobile est, ingens illud scapulæ pondus attraheret, atque attolleret.

Galeni error.

De Linguæ Musculis. Cap. XIII.

LINGVA organum est, quod multas nobis præbet vtilitates: nam & edendo, & bibendo, & loquendo nobis præsto est lingua, gustandisq; saporibus oportuna. huius situm neminem arbitror ignorare; eius figura oblonga est, lata magis, quàm profunda, in radice, quàm in fine crassior, quod à natura longe prospiciente iccirco factum est; quoniam velociter vndiq; mouenda erat. quocirca nouem musculis prædita fuit, præter substantiam ipsius peculiarem, quæ cum mollis sit, rara spongiæ instar, confusaq; carne, inter musculos adnumeranda non videtur; etsi alia ratione, quòd voluntate iubente moueatur, non videatur à musculorum numero seiungenda. Quod si fiat, duo musculi nouem prædictis addendi sunt: nam videntur esse duo musculi, cum lingua candidam lineam in medio habeat, quæ dextram partem à sinistra distinguit, sub qua ligamētum est, quod infantibus sæpe incidendum est; eo quòd locutioni impedimento sit. Igitur duo prædicti musculi à basi ossis hyoidis emergunt: atque in summam linguam desinunt. Omne fibrarum genus habent adeo intertextum, vt aliud ab alio seiungi nequeat: veluti in alijs musculis seiungitur. ambit linguā tunica quædam, in quam quartum par neruorum cerebri inseritur, quos natura gustui præcipue destinauit; eorumq; pars ad palati tunicam tendit, vt suo loco dicemus; quæ tunica tum huic, tum œsophago, tum laryngi communis est. Tertium vero, & quartum linguæ musculum cæteri anatomici non cognouere; tu vero, si diligenter secueris :horum exortum medio in mento conspicaberis; vbi duæ adsunt asperitates, quæ recta ad linguæ radicem proficiscuntur. fibræ ipsorum

Musculi linguæ.

Linguæ vsus.

Musculi linguæ nouem, vel vt aliqui volunt vndecim.

Ligamentum linguæ in īfantibus incidendum.

Duo musculi linguæ attributi.

Tunica linguam ambiens.

Vnde lingua habeat gustus sensum.

Tertius & quartus linguæ musculi alijs ignoti.

sorum rectæ sunt, ipsi musculi teretes: ad hos musculos spectat linguam extra dentes, & labia exerere. neque enim naturæ miraculo nullius ope musculi lingua exeritur, vt nõnulli credidere. Quintus autem, & sextus cum à styloide oriantur processu, gracilesq; sint: in linguæ radicem & ipsi desinunt; sed in ipsius lateribus. horum vsum si quæris, hic est, vt cum vterq; operatur linguam versus seipsos ducant; cum vero alter tantum mouet, sursum in latus trahat. Septimus, & octauus egrediuntur è processibus ossis hyoidis, & in linguæ lateribus inseruntur eam deorsum trahentes. At nonus, decimusq; nascuntur à maxilla, & in latera desinũt. munus horum est, nunc huc, nunc illuc impellere, cum mandimus, aut deglutimus. Postremum musculum carnis, pinguedinis, glandulæq; confusam miscelam rectius diceremus, quàm vere musculũ. positus est in radice linguę: esui suauis admodũ est, ductusq; ipsius est ab hyoide osse. Nihilo secius, posteaquam cæteri, qui ante nos de hac materia scripsere, inter musculos descripsere; nos quoque musculum appellemus; ne confusioni locus relinquatur: quod esset, si eandem partem, *quam alij musculum vocant, nos musculum esse inficiaremur.* Equidem, ingenue fateor, cum hæc particula in humano corpore perexigua sit, & nullius fere pretij; huius ne meminissem quidem, cum ad alia magis necessaria nostra festinet oratio: vt huic perutili historiæ finem aliquando imponamus. Itaq; præter musculos vndecim, quos supra memoraui, & præter neruos, & ligamenta, & membranam, adhuc restant venæ, arteriæ, duoq; alij nerui, quos septima coniugatio gignit, qui huic parti motus gratia addicti sunt; cumq; eorum situs in inferiore parte collocetur, summopere cauendum ne vnà cum ligamento, quoties excindendùm est, hi quoque ab imperitis incidantur.

Quintus, & sextus linguæ musculi.

Septimus & octauus linguę musculi.

Nonus, ac decim' linguæ musculi.

Vndecimus ac postremus linguæ musculus.

Linguam constituentia.

In ligamento linguæ abscindẽdo quid cauendum.

De Musculis laryngis. Cap. XIIII.

LARYNX caput est asperæ arteriæ; estq; instrumentum, in quo primo vox effingitur; quod rerum omnium opifex Deus admirabili arte composuit. hæc in faucibus sub lingua, & hyoide osse collocatur; cuius ossa, & cartilagines cum superius suo loco descripserimus; reliquũ est, vt nunc de eiusdem musculis agamus. nosq; humani laryngis musculos, non belluini describemus, vt Galenus, & post illum Vessalius descripserunt: ne erres. De quo Vessalio *ego profecto non possum non satis mirari: Quo pacto, cum is Gal.* nunquam non lacessat, reprehendatq;, quòd simias, & bruta, non

Laryngis musculi. Larynx quid sit. Vox vbi primo efformetur.

Gal. & Vess. belluinum, non humanũ laryngem scripsisse.

homines ſecuerit: ipſe tamē in hoc ridiculus reprehenſor beluæ laryngem, non hominis depinxerit, neque admonuerit. Quod ipſe forte effecit, propterea quòd larynx beſtiarum, cum multo maior ſit, quàm humanus commodior ſectio fieri potuit: quod nō modo in larynge, ſed in oculis etiā egit bonus Veſſalius, vt magis admirere. ſed ad rem redeamus. Profecto humanus larynx exiguus ſatis eſt, & ob hoc ſecatu difficilis. Quamobrem ne mireris, ſi cū cæteri de beluino larynge, ego vero de humano loquar, ab alijs nō parum diſſenſero. neq; enim vt optimos alioqui viros oppugnem; ſed vt errores veritate duce, quoad eius fieri poterit, tollam, ab eorum opinione in hoc præſertim argumento cogor abſcedere. Laryngis itaq; muſculos alij viginti ſtatuunt, octo ſcilicet communes, proprios duodecim. Ego vero quatuordecim eſſe affirmo, quorū quinque communes ſunt, proprij reliqui. Priores duo communes (ita dicti, quòd aliunde cum oriantur, huc tamen deſinunt) à ſummo pectore enaſcūtur, vnde duo primi hyoidis muſculi ortū ducunt; carnoſi vbiq; ſunt tēdinis expertes, principio acuto præditi; inceſſus ipſorum eſt ſuper arteriam aſperam; inſeruntur q; in inferiorem partem duorum oſsium ſcuti imaginem referentium deorſum trahendo; apprime vtiles ſunt, quòd dum agunt, infra quidem aſtringunt, ſupra vero laryngem dilatant. Secundi à lateribus hyoidis proficiſcuntur, ipſi quoque carnoſi; terminus ipſorum prope priores accedit, fibræ his rectæ ſimiliter contigere: ab his inferior pars dilatatur, conſtringitur ſuperior; contrario prioribus motu laryngem ſurſum attollunt. Ex his, quos communes dixi, vltimus muſculus œſophagum complectitur, opemq; cibi, & potus deglutioni præſtat. Oritur ab oſsium ſcutiformium lateribus, & tranſuerſas fibras ſemicirculum imitātes eſt nactus, quibus partem lateralem laryngis coarctat. Hic muſculus me iudice, vnus eſt duntaxat, non duo, vt Galenus, & cum Galeno Veſſalius exiſtimauere: qui cum hoc diligenter cōſiderauerint, arbitrati ſunt hos exoriri à parte poſteriore œſophagi, qui membranoſus, mollisq; eſt; voluntq;, vt laryngem, rem duram, ac grauem attrahat. Quare nihil eſt in hoc, quod eos excuſem, cum abſurdum maximum conſequatur, ſi eos muſculos illinc proficiſci dixerimus. Quòd ſi vel fibras ipſas diligenter intueberis, perpetuas illas, non diuiſas inuenies. Veſſalius binos alios muſculos communes deſcribit, quos inquit enaſci à parte hyoidis interna, atque in Epiglottidem inſeri, quos in boue, bubulo, & eiuſmodi animantibus haud dubie inuenire poteris; ſed in homine nequaquam, quanuis perdiligens, & accuratus in ſecando

R fueris,

Veſſalius ridicul' Gal. reprehēſor.

Quare ab alijs diſſentiat de larynge.

Muſculus laryngis nō viginti vt aliqui, volunt, ſed quatuordecim vere eſſe.

Primi duo laryngis muſculi.

Muſculi ſecundi laryngis.

Muſculus œſophagum cōplectens.

Opinio diuerſa ab opinione Gal. & Veſſalij.

Muſculos binos laryngis à Veſſalio deſcriptos in homine nō dari.

fueris: & ita ſi octo communibus, quos appellant, tres detraxeris; quinque erunt reliqui. Proprij nouem ſunt, ita dicti quòd à larynge proficiſcuntur, & in eandem deſinunt, & huic vni ſeruiunt. facti ſunt hac vna de cauſa, vt glottidem aperiant, claudantq;. Eſt autem glottis rima oblonga in media larynge poſita, de qua Galenus inquit, ſimilem ſubſtantiam in animali non inueniri. Ex his nouem muſculis duo primi ab eo oſſe prodeunt, quod ego anulare appello; reliqui à cartilagine innominata. exigui ſunt, fibraſq; habent obliquas, & in oſium ſcutiformium inferiore parte finem habẽt. Vſus ipſorum eſt, partem inferiorem recte conſtringere, ſuperiorem dilatando. neque hoc motus contrarij loco cenſendum eſt; nam oſſa dura ſunt, quòd ſi infra conſtringas, ſupra dilatari cõſequitur. idem in brutis faciunt ſcutiformes cartilagines. Ex his autem muſculis alterum dextrum, ſiniſtrum alterum comperias; licet Veſſalius quatuor hoc loco proprios muſculos deſcribat, quorum primos à ſcutali cartilagine oriri arbitratur, & in innominatã deſinere. Quamobrem nequeo ſatis mirari, quoniã innominata motu caret; iccirco hi duo muſculi, ſi adeſſent, ex ipſius ſententia illam omnino mouerent. muſculi nanq; verſus ſuum exortum operantur. Hi quatuor muſculi teſte eodem intercoſtalibus ſimiles ſunt, inquit ipſe. quod ita falſum eſt, vt neque in homine, ſed ne in brutis quidem inueniri poſsit. Secundi vero illi muſculi in poſteriore parte œſophagum verſus collocati prolixi ſunt, & perſpicuitatem neſcio quàm præſeferunt; oriuntur carnoſa deriuatione à poſteriore, lateraliq; parte anularis oſsis, rectaq; in quartum, & quintum os per tendinem finiunt, hoc eſt inferiore in parte, vbi cum tertio coarticulatur. In hunc vſum creati ſunt, vt rectà trahant; nam rectis fibris conſtant: & glottidem verſus lateralem partem dilatant, quæ horum duorum muſculorũ auxilio crebro reſeratur. Quare horum beneficio graues voces emittuntur. Tertij fere ab anteriore parte oſsis anularis emergunt, cumq; obliqui ſint, in quartum, quintumq; os terminũ habent, prope eam partem, vbi duo ſecundi deſinunt, non autem in ſcutalem, vt Veſſalius ipſe voluit. hi glottidis anteriora adſtringere, poſterioraq; dilatare poſſunt. At quarti ortum habent ab interiore parte ſcutalium oſsium, quibus cum articulantur: & oblique incedunt, donec in dicta oſſa ingrediantur, quæ arythnoidem cõſtruunt, hoc eſt in lateralibus partibus. hi quoq; cum anteriora arctent, poſteriora amplificant. Extremus muſculus laryngis adeo paruus eſt, vt minorem in vniuerſo corpore inuenire nequeas. poſitus eſt tranſuerſim in radice eorum duorum oſsium, de quibus proxime

Muſculi nouem laryngis, qui ipſius proprij dicũtur.

Glottis quid, & vbi ſit.

Ex nouem muſculis laryngis vnde duo primi exoriantur.

Os anulare.

Veſſalij error de duobus primis laryngis muſculis.

Muſculi verſus ſuorum exortũ operantur.

Voces graues cuius merito emittantur.

Tertij laryngis muſculi.

Glottidis anteriora aſtringentes, poſteriora dilatantes muſculi.

Arythnoidis conſtitutio.

Muſculus extremꝰ laryngis omniũ minimus.

proxime meminimus; & fibræ illius transuersæ sunt, haud dissimiles fibris vltimi musculi ex communibus, qui œsophagum complectitur. ab hoc autem posterior pars constringitur, vnaq; anterior dilatatur. Voluit quidem Vessalius hunc musculum musculos esse duos, qui ab arythnoide exeant, atque in eandem redeant. Ego vero vnum duntaxat esse musculum hunc constanter affirmo, & fibras illius esse continuas.

De Musculis scapulas mouentibus. Cap. XV.

10 ETSI de Musculis, qui caput mouent, prius loquendum videretur: tamen cum eorum magna pars sub scapulæ musculis cõtineatur; de his mihi antea, deq; humeri musculis loquendum videtur, quàm de musculis capitis verba faciam. Galenus lib. de Musculis, scapulas asserit à septem musculis vtrinque moueri. At ego in homine quatuor duntaxat vtrinque reperio. Quatuor sunt scapularum motus, sursum caput versus, deorsum, ante, retroq;. Prioris musculi figura perelegans est; nam is cum suo pari simul cõsideratus monachorum cucullæ percommode comparari potest, 20 aut panno, quem viduæ nostræ Cremonæ super humeros gestant. ideo cucullaris musculus nõ absurde dici poterit. egrediturq; tum ab occipite, tum ab apice spinarum vertebrarũ omnium colli, atq; thoracis, ad octauum vsq;. habet vero in occipitio lineam transuersam, spatiumq; occupat, quod occiput, auremq; interiacet. Eius exortus exilis est, & procul admodum ab occipitio vsq; ad octauam thoracis vertebram: terminum in Acromio ponit iuxta totum maioris scapulæ processum, & clauiculæ partem; & cum varijs sit constructus fibris, motus etiam edit varios. superioris partis ope fibris obliquis scapulã sursum oblique trahit: medijs autem versus dorsum adducit: inferioribus autem fibris deorsum trahit, cuius vero figu-30 ra huiusmodi est. Galenus hunc cucullarem musculum in duos diuisit, superioremq; partem trapetiam vocat, qui licet in homine vnus sit, in simijs tamẽ duo sunt. Nam à maiore processu acromio dicto vsque ad occipitium vnus est; ab hoc ad octauam vertebram musculus alius est. Cucullaris hic musculus in homine à Vessalio pro secundo describitur, qui scapulæ deseruit. Secundus musculus scapulæ dicatus primo humeri musculo subiacet enascens à secunda, tertia, quarta, & quinta, raro autem à sexta costa: vbi in cartilaginem degenerat, & sursum oblique ascendens in angustum cogitur, & in ancyroidem minorem scilicet scapulæ processum, tum carnosus, tum tendinosus terminatur. In hũc vsum à natura genitus fuit, vt sca-

Musculi scapulas mouentes.

Musculos scapulas mouẽtes quatuor non septem, vt Gal. voluit, esse.

Musculus cucullaris, primus scapulæ est musculus.

Musculi cucullaris varij motus.

Cucullarem musculum in homine vnicum esse, non duos vt in simijs, quicquid Gal. dixerit.

Musculus secund' scapulæ.

Secundi scapulæ

vt ſcapulam ad anteriora verſus ſternon adducat. Galenus autem exiſtimauit hunc muſculum humero famulari, cum tamen nullo pacto famuletur. Muſculus hic, quem nos ſecundum dicimus, à Veſſalio primo loco deſcribitur. Tertius prodit à tranſuerſo proceſſu ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæq; ceruicis vertebræ; & cum carnoſus deſcendat, craſſeſcit, validus fit, & in ſuperiorem, atq; interiorem ſcapulæ partem inſeritur. Fibræ illi rectæ ſunt fere omnes; ſunt enim aliquæ etiam obliquæ. Vtitur hoc natura ad ſcapulam attollendam, prioriq; auxilium ferendum: nam ſcapulæ os ſatis graue exiſtit. Quartus latus eſt muſculus, tenuis, quadrangularis; progreditur à ſpina quintæ, ſextæ, ſeptimæq; vertebræ colli, & à tribus primis, ſuperioribúsue thoracis; carnoſus incipit, & partim tendinoſus, fibris obliquis; terminus ipſius eſt iuxta vniuerſam ſcapulæ longitudinem, quam dorſo adducit, hoc eſt retro trahit.

musculi vſus cõtra Galenum.

Tertius ſcapulæ muſculus.

Tertij muſculi beneficio ſcapula attollitur.

Quartus ſcapulæ muſculus.

De Muſculis humerum mouentibus. Cap. XVI.

HVMERVS voluntario omni motus genere mouetur: ſurſum ſcilicet, deorſum, ante, retro, & circulari motu: eius muſculi ſeptem ſunt, nõ vndecim, vt Gal. placet lib. de Muſc. Primus magnus eſt, carnoſusq;, qui anteriorem thoracis partem occupat; à media clauicula verſus ſternon progreditur, & longitudinem totius fere oſsis pectoris ſequitur: & à cartilaginibus ſeptimæ, & octauæ coſtæ, cui mãmilla innititur. Principium huius amplum eſt, & magnum; ſemper tamẽ imminuitur: fit acutus, tandemq; in tendinem breuem quidem, ſed latum deſinit, qui in interiorem humeri partem ſub ipſius ceruice inſeritur. habet muſculus hic fibras varias, humerumq; multifariã ad pectus adducit: ſupra ſcilicet, in medio, & infra. habet inſuper hic muſculus quinq; latera. Illud obiter adnotato, in inferiore huius muſculi parte nonnunquam in quibuſdã hominibus reperiri portionẽ quandam in acutum tendentem: ita vt muſculus alius eſſe videatur; cum tamen non ſit. Gal. lib. de Muſc. ex vnico hoc muſculo ternos, ſi Dis placet, effecit: huicq; abſurdo aliud abſurdius addit. Nam in animum induxit ſuum brachium oblique huius ope moueri; quod in ſimia quidem inuenire poteſt, at in homine nullo prorſus pacto. Secundus humeri muſculus triãgularis eſt, craſſus, fibris varijs intertextus, ab Anatomicis epomis dictus, & deltois, & humeralis: è media clauicula, ab acromio, totoq; maiori ſcapulæ proceſſu enaſcitur. initium ipſius latum eſt, tendinoſumq;: deſinit tamen in acutum. ſupra humeri caput fertur: & me-

Muſculi humerũ mouentes.

Humeri plures motus.

Humeri muſculos ſeptem non vndecim eſſe vt Galeno placuit.

Primus ſcapulæ muſculus.

Galeni inconueniens.

Secundus humeri muſcul⁹ epomis deltois & humeralis.

&medio in humero in validum, transuersumq; tendinem desinit. qui tendo mediam humeri crassitiem amplectitur; multiplicibus fibris constat, quibus brachium attollit, & supra, & ante, & in medio, retroq;. Tertium vero musculũ humeri carnosum, teretemq; conspicies, qui ab inferiore parte scapulę egreditur carnea origine; fibris à principio ad finem vsq; rectis, situq; obliquo est, super gibbam, anterioremq; scapulæ partem progreditur, & in tendinem validum latum exit, qui in posteriore humeri parte implantatur. partes huius musculi sunt, vt brachium deorsum versus posteriora trahat. At quartus musculus ingens est, & latissimus: oritur ab apice spinæ sextæ vertebræ thoracis, descenditq; iuxta apicem omnium vertebrarum inferiorum vsque ad ossis sacri dimidium. hoc adeo prolixum principium neruosum est vndique, sed gracile; deinde sursum ascẽdit, in angustum redigitur, & in validum tendinem breuem, latumq; desinit; sub humeri caput prope eum locum, cui musculum primum pectus brachio adducentem adhærere diximus, inter quos Axillæ cauitas relinquitur. Varias hic musculus habet fibras, propterea brachium vario modo deorsum trahit, idq; tamen obliquius potius, quàm alio positionis genere. Tribus angulis inæqualibus præditus est: nam ex his vnus breuis est, duo vero prælongi. origo ipsorum ita se habet. breuis est à sexta vertebra, vsq; ad ipsius finem, ex longis, alter ab hac vertebra vsque ad ossis sacri dimidium, alter ab hoc loco ad ipsius terminum pertingit. Quintus musculus eam omnem cauitatem occupat, quæ inter summam scapulam, & maiorem ipsius processum posita est; & à posteriore parte ipsius enascitur: carnosus est, in validumq; tendinem desinens: cum sub eo ligamento deferatur, quod humerum cum scapula annectitur. in caput humeri superioris finit, multumq; scapulæ ipsi adhæret. Sextus musculus ambit vniuersam scapulæ partem gibbam: emanat autẽ è parte posteriore iuxta ipsius longitudinem; carneus est, scapulæ admodum inhærẽs, desinitq; in tendinem crassum quidem, sed latum; in caput humeri inseritur versus posteriora. Septimo interna cauitas scapulæ vniuersa dicatur, vbi costis inhæret; nascitur à tota posteriore scapulæ parte. Situs ipsius est inter costas, scapulamq;, & finis vero tendo est satis latus, & in interiorem humerum inseritur. Vsus horum trium musculorum, quos vltimo loco memoraui: est brachij circumactio.

Tertius humeri musculus.

Quartus humeri musculus.

Quintus humeri musculus.

Sextus humeri musculus.

Septimus humeri musculus.

Brachium à quinto, sexto, & septimo humeri musculis circũ agi.

De Mu-

De Muſculis Capitis. Cap. XVII.

Muſculi capitis.
Caput primo, & ſecundario motu mouetur.
Capitis motus proprij.

CAPVT tum primo, tum ſecundario mouetur. primario cum dicimus, intelligimus de motu cum prima, ſecundaq; vertebra; ſecundario autem cum toto collo. Motus ipſius proprij tres mihi videntur eſſe, vnus ante, retroq; alter ad latera, tertius cum id circumagunt: licet ad duos reduci haud incommode poſsint, ad rectũ ſcilicet, & obliquum. rectus ſuper prima fit vertebra, ſub ſecunda obliquus, quicquid Gal. in hoc aſſerat, qui longa errauit via, adeo vt neque mathematicen, neque anatomem in hoc calluiſſe videri poſsit. Muſculi vero proprijs motibus deſeruientes ſeptem vtrinque ſunt. primi oriuntur à ſpinis quinque ſuperiorum vertebrarum thoracis, ſurſumq; à colli vertebris ad tertiam vſque aſcendentes; poſtmodum ſeiunguntur, & oblique verſus occipitium incedunt; vbi deſinunt inter poſteriorem partem, & aures. fibræ vero iam inde ab origine ſua, donec diuidantur, rectæ ſunt; deinde ſurſum ſpectantes obliquæ ſunt. prædicti muſculi ſunt ſatis carnoſi. Vſus illorum eſt, vt caput ad poſteriorem partem tunc attrahant, cũ ambo vnà operãtur. at cũ alter duntaxat agit, caput in latus circulariter vertunt. his muſculis tria ſunt latera, vnum ab initio vſq; quo à coniuge diuiditur, aliud inde ad occiput, tertiũ ab occipitio ad exortũ vſq;.

Gal. caſus.

Muſculi propriorum motuũ capitis ſeptẽ vtrinque ſunt.
Primi caput mouentes muſculi.

Secundi muſculi caput mouentes.

Secũdi muſculi varij admodum, qui multas figuras, & impreſsiones varias habent, partibuſq; multis tendinoſis, carnoſiſq; etiam compluribus conſtant; ita vt plures quàm quinque muſculi videantur eſſe. Tamen par vnum duntaxat eſt, dextrum inquam, & ſiniſtrum. initio acuto à tranſuerſo proceſſu quartæ, quintæq; thoracis vertebrę exoriuntur; cumq; ſurſum aſcẽdant, tandem medio in occipitio figuntur. rectus eſt ipſorum ſitus, munus vero caput ad poſteriorem partem recta attrahendi.

Tertij muſculi caput mouentes.

Tertij muſculi ſunt graciles, qui oriuntur à ſpina ſecundæ vertebræ ceruicis, demumq; deſinunt in occiput; ſed aliquantulum diſiuncti incedunt. fibris rectis conſtant, caputq; poſterius recta ducunt.

Quarti muſculi caput mouentes.

At quarti ſub tertijs occultantur, carnoſiq; omnes ſunt, quemadmodum tertij, ſed breues, à poſterioreq; parte primæ vertebræ oriuntur, vbi illi vertebræ in ſpinam deſinendum fuerat, qua cauit, ne tertios muſculos læderet. medio in occipitio finis ipſorum eſt, & ipſi quoque recta caput retrahunt; neque cuiquam mirum videri debet naturam tot muſculos collocaſſe, qui caput retraherent: nam ita neceſſarium fuit, propterea quòd anterior pars grauis admodum erat, quippe cui facies, maxillaq; inferior coniuncta eſt.

Quinti caput mouentes muſculi.

Quinto pari muſculorum capitis obliquus

obliquus contigit situs, atque hi à secundæ vertebræ spina exoriuntur, & in primæ transuersum processum terminantur; caput in orbem vnà cum prima vertebra trahunt, carnosiq; omnes sunt, licet graciles. Sexti item obliqui, sed contrarij sunt, triangulumq; efficiunt; è medio occipitio desinunt, emerguntq; ex primæ vertebrę processu, & versus anteriora trahunt. Itaq; hi duo ante dicti, quintus inquam, & sextus proprij musculi sunt, qui caput in orbem ciēt à primis tamen, atq; ab extremis, quos mox describemus, adiuti. Septimo loco musculi occurrunt longi, teretes, validi, quiq; vel nondum excoriato cadauere apparent, imo vel in viuentibus conspiciuntur: quos maiores nostri in numismatibus tanta diligentia obseruauere; obliquo sunt situ; eorum autem fibræ à summo pectore, atque à clauicula oriuntur. duo habent principia, inter quæ cauitas adest; neruei sunt, in exortu lati; carnosi fiunt, & in processum mãmillarem implantantur, quem & amplexantur. cum vterq; operatur, caput anterius inclinant: verum quoties vnus ex his mouetur, caput in latus agitur. Validi admodum sunt, atque hi satis idonei fuere, vt caput in pronum flecterent. Illud est insuper obseruandum, hos musculos vna cum quarto hyoidis musculo magnã crucem in collo efficere.

Sexti caput mouẽtes musculi.

Quinti, & sexti musculi proprie caput in orbem mouentes.

Septimi caput mouentes musculi.

De Musculis Ceruicis. Cap. XVIII.

LOQVVTI iam sumus de musculis, qui primo caput mouent; nunc de ijs loquemur, à quibus secundario mouetur: qui quidẽ ceruici deseruiunt, qua mota, caput etiam ipsum non moueri non potest: cum ceruix capiti articulata, atque annexa sit. Ceruix igitur tum ante, tum retro, tũ ad latera mouetur; & eius musculi sunt octo, quatuor scilicet vtrinq;. Primi in anteriore parte positi sunt recti: à corpore quintæ thoracis vertebræ prodeunt, prope locum illum, in quo cum costa connectitur, ascendensq; vniuersis vertebrarum corporibus annectitur. Sed mediam partem, qua œsophago iter præbetur. detectam relinquunt. suntq; hi musculi, quos sub œsophago latitantes appellant: tendine acuto in anteriorem primæ vertebræ processum finiunt, vbi illi in corpus (vt vocant) desinendum erat. Eorum vsum si petas, ego dicam tibi; flectunt ceruicem versus anteriora. Verum illud est obseruandum musculos, quos proxime memoraui, occipitio etiam quandoque, sed raro annecti, vbi foramen est, per quod spinalis medulla descendit. Secundi à prima costa carnosi, ampliq; nascuntur; ascendentes ita arctantur, vt trian-

Musculi ceruicis.

Secundarij capitis motus.

Ceruicis musculi octo.

Primi ceruicis musculi.

Musculi sub œsophago latitantes

Secundi ceruicis musculi.

vt triangulum tantum non efforment. fulciuntur à transuersis processibus vertebrarum colli à parte anteriori. Tertijs origo est è radice transuersi processus sextæ vertebræ thoracis, & sursum ascendendo à cæteris quoque transuersis processibus vertebrarum thoracis; tandemq; à singulis processibus vertebrarum colli posteriore in parte connectuntur. horum vtilitas, & eorum, quos secundos nominauimus, est: vt collum recta ad scapulas flectant, idest ad latus; cum vterq; eodem agit tempore. Sed cum alter tantum agit, tunc oblique mouetur. Inter binos hos musculos nerui, qui à spinali medulla prodeunt, inter vertebras colli exeunt. At quartus exortus est, à septima vertebra thoracis, supra omnes thoracis, colliq; spinas; desinuntq; tandem in spinam secundæ vertebræ colli. munus autem ipsorum est collum ad posteriora attrahendi.

Tertij ceruicis musculi.

Quarti ceruicis musculi.

10

De Musculis Dorsi. Cap. XIX.

VARIIS motibus dorsum mouetur, in anteriorem partem, posterioremq;, item ad latera, & in orbem nescio quo pacto. quos motus pereleganter in saltatoribus quibusdam videas. Octo præditum est musculis dorsum ipsum: quatuor enim vtrinq; habet. Primi oriuntur à cauitate superiore, posterioreq; ossis ilij, & à superiore quidem, sed interiore parte ossis sacri, origo eorum lata, carnosaq; existit; & in parte abdominis interiore ascendunt, & adhærent transuersis processibus vertebrarum lumborum, & infimæ costæ, carnosi sunt toti, & figura quadrilatera. hunc autem in vsum confirmati fuere, vt dorsum in anteriora flecterent, cum scilicet vterq; simul operatur. quòd si seiunctim moueãt, tunc ad latus trahunt. Secundi longiores sunt musculis omnibus nostri corporis; nam ab imo osse sacro ad caput vsq; extenduntur. exoriuntur autem ab extremo osse sacro, principio neruoso, validoq;: deinde in carnem degenerant: hærentq; transuersis processibus vertebrarum lumborum versus posteriorem partem. postmodum omnibus trãsuersis processibus vertebrarum thoracis ad primam vsque thoracis vertebram, & ad vnumquemq; ex transuersis processibus tendinem mittũt, siue neruosam ansulam: quo loco Vessalius opinatur ipsum musculum desinere, à processibus discedens, & ascendens in temporale os, supra mammillarem processum desinit. & hanc, quam describimus partem Vessalius cum musculis capitis cõfudit. Neq; inutiles sunt supra à nobis positi musculi; nam illis munus demandatum est, vt vniuersum dorsum, & caput etiam ad partem posteriorem

Dorsi musculi.

Musculi dorso 8.

Primi dorsi musculi.

20

Primorũ dorsi musculorum vsus.

Secundi musculi dorsi.

30

Vessalij negligentia.

riorem flectant, & vt mole corporis ſemicirculi figurã imitari poſsimus. Tertij naſcuntur à poſteriore parte oſsis ſacri, initio in acutum tendente; annectuntur ſpinis vertebrarum lumborum, & in ſpinam duodecimæ vertebræ thoracis acute terminantur: & nonnunquam in vndecimam. anſulis præterea neruoſis præditi ſunt, vt ſuperius meminimus: lumbos flectunt, ne vſum quæras. Quarti à ſpina duodecimæ vertebrę thoracis oriuntur principio & ipſi acuto, & ſpinis omnibus vertebrarum thoracis colligantur; & in primã fine etiam acuto finiunt. in medio lati fiunt circa ſextam vertebram. 10 eorum vſus eſt thoracem erigere, & cum tres ſupradicti vna operãtur, dorſum vniuerſum rectum detinent. Quod ſi quatuor agant ſimul, vt vnus ſcilicet alterum ſubſequatur, in orbem mouent, agẽtibus autem muſculis, qui ex altera duntaxat ſunt parte, corpus in latus voluitur. Tres priores ſunt muſculi lumbales, quos Græci pſoas vocant, tres vltimi annexi admodum ſunt, hic fit, vt niſi optimus, diligensq́; ſit Anatomicus; haud facile inueniantur, & diſtinguantur. Ego tum in his, tum in ceruicis muſculis deſcribendis à Galeno reprehẽdendo volens abſtinui (licet hos male Galenus deſcripſerit) ne ſtudio contradicendi potius, quàm quòd re ipſa ita 20 inuenirem, hæc ſcripſiſſe cupiam videri poſsim. ſed ſi noſtram horum muſculorum deſcriptionem, cum Galeno contulerit facile inueniet quantum interſit.

Tertij dorſi muſculi.

Quarti dorſi muſculi.

Quartorum dorſi muſculorũ vſus.

Tres muſculi lumbales, Græcis pſoa dicti.

Galeni error in vltimis dorſi muſculis deſcribẽdis

De Muſculis thoracem mouẽtibus. Cap. XX.

THORAX pars eſt intus concaua ouum referens, in quo ea ſita ſunt inſtrumenta, quæ vitæ ancillantur, & per conſequens reſpirationi, inſpirationiq́;, ſine quibus ne vita quidem ipſa ſtare ullo modo poteſt. hic tum electione, tum natura mouetur; licet Gal. 30 ſecundo de motu Muſc. illum electione ſolum moueri cẽſuerit. ego vero aſſero nos cum ſomnum capimus, tunc naturaliter thoracem moueri non voluntate; ad quam prudẽtiſsima reſpiciens natura inter coſtas, ſternonq́; cartilagines poſuit, quæ pulmonis motui facile cedunt; qui pulmo vigilante, dormienteq́; pariter homine mouetur, præterquam ſermocinãtibus nobis, ac vociferãtibus. Tunc enim paulo amplius mouetur: quoniam muſculi thoracem magis dilatant. Ex his motibus, qui voluntarius eſt, à muſculis proficiſcitur, alter ob pulmonis dilatationem, ac conſtrictionem. Igitur qui hoc præſtãt muſculi ſunt proprij quidem vnus ſupra octoginta, & octo communes in abdomine poſiti; qui quanuis illi famulentur:

Muſculi thoracẽ mouentes.

Thoracis deſcriptio.

Thoracem & naturali, & voluntario motu moueri aduerſus Galeni ſententiam.

Thoracem muſculis proprijs, & pulmonis motu dilatari.

Thoracis proprij muſculi ſunt 81. & 8. nõ proprij.

tamen thoraci quoque famulantur. sunt ergo omnes octoginta nouem. Animaduertendum est autem hoc, quod est pulcherrimum; Quum inspiramus, inferiores thoracis partes dilatari, superioresq́; comprimi. Contra cũ expiramus, constringi inferiora, superiora dilatari. Primi, qui occurrunt, bini sunt, vtrinq; vnus, ab inferiore clauicula prodeuntes, initio, fineq́; item oblongo sunt & in partem primæ costæ superiorem inseruntur, quam dilatant. Secundus musculus magnus est, latus, carnosus totus, qui à basi scapulæ emergit, incessus eius est inter ipsam, & costas; inseriturq́; in primam, secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, septimam, & octauam costam, & quandoq; in nonam. proxime vero eã partem, qua in cartilaginem desinunt fines ipsius sunt digitorum instar. factus est octo costas dilatandi gratia. Sed tertius exilis est, & paruus; à spinis trium vertebrarum colli, quæ extremæ sunt, & à prima thoracis enascitur: principium latum, membranosumq́; est, terminant hunc primæ thoracis costæ, & interdum in quartæ posteriorem partem desinit; hoc vsu à natura constructus fuit, vt hasce costas dilataret. Quartus musculus & ipse exilis, & quadrangularis, prodit à spinis extremarum vertebrarum duarum extremarum thoracis, & nonnunquam à prima lumborum. principiũ eius latum est, neruosum, membranosumq́;: deinde carnosum efficitur, & in tres infimas costas terminum habet; finis vero est in digitorum morem: & eas costas dilatat. Quintus carneus prodit à parte posteriore, superioreq́; ossis sacri, & ab interno osse ilij. adeo pertinaciter secundo dorsi musculo adhæret, vt illius portio non iniuria esse videatur. Nihilosecius, quum primum ad costas peruentum est: plane patet hunc à musculo dorsi diuersum esse. Quo magis ascendit, eo tenuior euadit; demum neruosarum ansularum adminiculo inseritur omnibus costis posteriore in parte, non procul admodum à transuersis processibus vertebrarum, vbi costæ asperitatem eminentem habent. constringunt partes posteriora thoracis. Sextus positus est interna in cauitate thoracis secundum sternon, & cartilagines septem verarum costarum; oblongus est, carnosus totus, sed exilis. hunc in vsum natus est, vt anteriora thoracis coarctet. Sequuntur deinde intercostales musculi ita dicti, propterea quòd costarum occupant interualla: qui vtrinque sunt triginta quatuor; nam vndecim sunt interualla, verarum costarum sex, quinq; autem notharum; in his duo sunt in quolibet interuallo, in illis quatuor. hanc differentiam efficit, quòd cartilagines versus pectus vertãtur. in his enim fibrarum deductus voluitur. hi sunt exteriores, interioresq́;

In inspiratione inferiores thoracis partes dilatant, superiores vero comprimũtur; in expiratione cõtra se habet.

Primi thoracis musculi.

Secũdus thoracis musculus.

Tertius thoracis musculus & eius vsus.

Secundi thoracis musculi vsus.

Quartus thoracis musculus.

Quintus thoracis musculus.

Sextus thoracis musculus.

Musculi intercostales sunt vtrinque trigintaquatuor.

10 20 30

resq; fibris obliquis, sed contrarijs, adeo vt exteriores cum interioribus x literam efficiant. exteriorum ortus est ab inferiore parte costarum; ac desinunt in superiora subsequentium, versus dorsum cum incipiant; in os pectoris demum inseruntur. Interiores vero initium sumunt à parte superiori costarum: & in inferiorem supra positæ terminantur. Fibræ exteriorum à dorso oblique versus pectus ita procedunt; vt à supernis ad inferna ita descendere videantur. Interiorum vero fibræ contrario se habent modo, adeo vt in crucis morem coniungantur; subtiles quidem sunt, sed longi, non altiore loco siti: quod enim interest spatij inter costas, perbreue est. Illud ne te effugiat, moneo candide lector, anatomicos omnes in horum musculorum vsu deceptos fuisse. Vessalius inter reliquos, qui Gal. reprehendit, reprehensione non vacat; nam ipse certo asseuerat interiores non secus, ac exteriores genitos esse, vt costas constringant solum; neque sensit motum illum dilatare, quem ipse opinatus est adstringere; costam enim à costa seiungit, atq; hunc in modũ agit exterior musculus. motum hunc dilatationis tunc edunt, cum soli operantur: hoc est vel interiores, vel exteriores seiunctim; cum vero omnes vnà mouent, coarctant valide. Exteriores enim sursum trahunt, interiores deorsum, atque ita trahunt costas simul, valideq; constringunt. nam vis constringendi in thorace valida esse debebat, eo quod foras expiramus, & vociferamur. & hunc motũ ego sæpius in viui canis sectionibus obseruaui, sectionibus, inquã, quæ domi fiunt, non quæ palam: ibi enim omnia, vt in priuatis sectionibus, exquisite considerari nequeunt ob auditorum, spectatorumq; frequentiam. sæpe enim tercentis, & amplius auditoribus in Academia Patauina, & Pisana, & Romæ denique, vbi iam decem annos profiteor, me circundatum vidi. Causa quamobrem Vessalius in hoc allucinatus fuerit, hæc fuit; quòd existimauerit in hoc motu primam costã immotam permanere. Verum aliter se res habet. erigitur enim à primo musculo thoracis, qui à iugulo emergit; quæ cũ attollitur, costas ordine trahit: quibus sui intercostales musculi opẽ ferunt: atq; ita sursum versus extenduntur, exterioribus auxiliantibus; cõtra vero deorsum inferiorum adminiculo. quoniam vltima costa deorsum trahitur à musculo abdominis oblique ascendente: atq; hoc, quo diximus ordine, dilatantur. Quum vero simul vtriq; operantur, tunc vniuersa thoracis constrictio sequitur, vt iam explicauimus.

Musculi intercostales exteriores.

Musculi intercostales interiores.

Anatomicorũ omnium in intercostaliũ musculorũ vsu error.

Vessalij erroris ca in intercostaliũ musculorum vsu.

Primam costam moueri.

Quomodo costæ moueantur.

De ſepto tranſuerſo. Cap. XXI.

Diaphragma.

DIAPHRAGMA muſculus eſt membra vitalia à vitalibus diuidēs: vt inquit Diuinus Plato, qui animam iraſcibilem à concupiſcibili diuidebat. Ariſtoteles diuiſionem hanc à natura genitam exiſtimauit, ne qui vapores à cibo attolluntur, cor læderēt; in quo duas prædictas virtutes, atque alias etiam pleraſque collocauit. Quod falſum eſſe, ſuo loco dicemus. ſed, quamuis hoc non adeſſet ſeptū, aio hos vapores cor non offenſuros fore; nam per œſophagum progrediuntur. Quòd ſi hoc fuiſſet, quemadmodum ipſe in animum induxit ſuum; quo pacto ſe volatilium corda haberent, cum ſepto careant? hic muſculus à reliquis omnibus differt ſitu, figura, nobilitate. Situs enim eſt in vltimo thorace: & corpori noſtro tranſuerſus manet. Figura ipſius orbicularis eſt: in medio nerueum tendinem habet; partibus tamen carnoſis circundatur, fibris à centro ad circumferentiam tendentibus, re contemplatu pulcherrima. Nobilitas vero eiuſmodi eſt, vt veteres medici phrenes illud, quaſi mētem dixeris; appellauerint. hoc etenim læſo, raro euadimus. Sed præter neruoſum, quem diximus, tendinem, qui multi ſenſus eſt particeps, venæ adſunt, arteriæq; nō paruæ. amplius multis quoque neruis refertum eſt ſeptum, qui quidem à ſpinali medulla emanantes inter coſtarum interualla ad diaphragma properant. Inter quos neruos, duo ſunt, qui inter quartam, quintamq; ceruicis vertebram incedentes inferius ſupra pericardium inſeruntur; vbi carnoſa pars ſepti in tendinem degenerat: ſeu mauis vbi in carnoſam naturam deſinit tendo. & hanc ſane ob cauſam Gal.de exortu ipſius varius admodum fuit, ſibiq; diſsidēs: nunc enim hunc inquit à coſtarum notharum cartilagine, nunc à ſpina exoriri. Septum hoc, de quo loquimur, thoracis eſt muſculus, qui expirationi, inſpirationiq; miniſtrat. cum enim ſuo munere fungitur; retrahit ſeſe verſus vertebras; aſcēdenſq; extrema thoracis ad ſe trahit, inferioreḿq; partem vniuerſam conſtringit; atq; hæc, cum expiramus. at cum inſpiramus relaxatur: deſcendenſq; permittit inferiora thoracis dilatari. Atque hæc eſt ſepti tranſuerſi vtilitas, quam in viua ſectione ſpectare licet. Hic muſculus tum ſupra, tum infra, quaſi veſte tegitur, ſupra quidem à pleura, infra vero à peritonęo. à vertebris exoritur. Alij principium ipſius partem neruoſam eſſe exiſtimant. Ego vero duas eius partes eſſe dicerem longiuſculas illas, quas Veſalius ligamenta nuncupauit; quæ corpuſcula prodeunt è latere corporis vertebræ duodecimæ thoracis, & à ſuperioribus lumborum: atque

Falſa opin. Ariſt.

Phrenes.

Partes ſeptum trāſuerſum ingrediētes.

Septum thoracis eſſe muſculū inſpirationi, expirationi ſeruiens.

atque inde postea pars ipsius neruosa initium sumit, quæ cartilagini, quam gladialem vocant, coniungitur. gladialis vero cartilago, vt suo loco latius explicatum fuit. iccirco genita est, vt septi prædicti propugnaculum foret. non oris ventriculi, vt vulgus medicorum arbitratur; & huic etiã parti cor innititur. fit carnosum vtrinq; septum, & in cartilagines costarum, quas mendosas dicunt, demum implantatur vltimam costam amplectens. Sed hoc idem septum, licet nobile admodum sit, vt diximus: nihilominus necesse fuit, vt alijs nostri corporis partibus cederet, accommodareturq;. Iccirco duobus præditũ est foraminibus, quorũ in dextra vnũ, alterum in sinistra situm est. Per dextrum vena caua ascendit, quæ in thoracem progreditur; per sinistrum œsophagus descendit, cuius terminus in ventriculum est. cum œsophago autem incedunt nerui bini, quos sextum par neruorum cerebri constituit. Atque hæc propria sunt septi transuersi foramina. Vessalius præter hæc, tertium ponit proprium diaphragmatis foramen; per quod arteriæ ahorti dictæ iter sternitur. At ego hoc foramen esse nego; nam ipsa arteria ahorti transit corporibus vertebrarum adhærens. Itaq; septum dum vertebras amplectitur, arteriã quoq; amplectitur; non tamen propter ea perforatur. Non negauerim equidem Hippocratem diuinum hominem, nec non Gal. post ipsum scriptum reliquisse per idem foramẽ, quo aditus œsophago patet, magnæ etiã arteriæ iter præberi. sed profecto pace tantorũ virorum sensus aliter esse aperte ostẽdit.

Gladialis cartilago.

Duo septi trãsuersi propria foramina.

Tertium foramen in septo contra Vessalij opinionem non dari.

Hippocr. & Gal. error.

De Musculis Abdominis. Cap. XXII.

ABDOMEN ea pars est humani corporis, quam nos ventrem inferiorem dicimus; Græci epigastrium, Arabes mirach appellauerunt, in quo tum nutritionis, tum generationis membra cõtinentur; in cuiusq; medio situs est vmbilicus. Musculis octo præditum est abdomen, qui ipsius ministerio addicti sunt: licet thoraci opem quoq; ferant; nam illud dilatant: quòd si comprimãt, fęcum vrinæ, & fœtus expulsioni auxiliantur præsertim à septo transuerso adiuti. Quid? quòd hi musculi detinendis omnibus ijs, quæ à natura in hac regione sita fuere, magno sunt vsui? Sed vt ad ipsorum descriptionem descendamus; sunt vtrinque quatuor. Primi duo musculi obliqui descendentes ob id nuncupantur; quòd è superioribus originem ducentes in inferioribus desinunt partibus. fibras habent obliquas, & propterea obliquorum nomẽ illis inditum fuit, lati admodum sunt, positiq; in lateralibus partibus. Emergunt à sexta

Musculi abdominis.
Abdomen.
Epigastrium.
Mirach.
Musculi abdominis octo nempe vtrinq; quatuor.

Primi duo abdominis musculi descendentes dicti.

ſexta, ſeptima, octaua, nonaq; coſta, anteaquàm in cartilaginem deſinere incipiant, deincepsq; à ſubſequentibus coſtis, & ab apice tranſuerſorum proceſſuum vertebrarum lumborum, & à dimidia oſsis ilij appendice. latiſsimum habent principium, & carnoſum, digitorum vt plurimum inſtar, qui inter eos fines ſecundi muſculi thoracis ingrediuntur, qui octo coſtas dilatant. Poſtea vero quàm non parum progreſsi ſunt; in latum tendinem, neruoſum, membranoſumq; degenerant; qui tendo reliquæ parti appendicis oſsis ilij, de qua dicebamus, & pubis adhæret: non autem coxendici, vt male Leonardus Fuchſius opinabatur; in medio ventre finiunt, à mucronata ſcilicet cartilagine, recta vſq; ad os pubis; quo loco candidam lineam cernere eſt, vbi horum muſculorum tendines vna cum obliquis aſcendentibus, & tranſuerſalibus coniunguntur. hæc autẽ pars ideo albicat, quòd illi caro non ſubiacet. Igitur candida linea terminus eſt prædictorum muſculorum; non in oſſe pubis, quemadmodum Veſſalius voluit. Nam os pubis non mouetur; quocirca munere ſuo qui fungi potuiſſent obliqui deſcendẽtes abdominis muſculi, ſi in os pubis inſerti fuiſſent, & religati? qui præterquam quòd & inteſtina, & quæ diximus, alia premunt; inferiora thoracis etiam conſtringunt, & ſepto auxilium ferunt? ſcitoq; eam eſſe illorum tẽdinis vnionem, vt muſculus vnus duntaxat eſſe videatur; cui duæ carnoſæ partes contigere. Verum ſi quis terminum fibrarum diligẽter animaduerterit; duos eſſe muſculos plane cõperiet, qui in medio vniuntur; & alios ſex vẽtris inferioris muſculos ſupereminẽt.

Fuchſij falſa opinio.

Veſſalij error.

Secundi abdominis muſculi aſcendentes vocati.

Secundi ſunt obliqui aſcendentes, quorum fibræ oppoſito modo ſe habent, ac primorum fibræ; nam illæ deorſum, hæ vero ſurſum oblique ſpectant; & quemadmodum intercoſtalium muſculorum fibræ, cruciantur, vt dicunt, ideſt crucis, vel x literæ figuram imitantur. Oriuntur igitur hi carnoſi ab appendice oſsis ilij, & tranuerſorum proceſſuum vertebrarum lumborum initio membranam imitante; ſurſum quidem carnoſi nectuntur inferioribus coſtis: deinde in latum, neruoſum, membranoſumq; tendinem deſinunt, qui vbi aſcendit, rectiſq; muſculis occurrit, in duos ſcinditur; quorum alter ſupra rectum muſculum, alter ſub ipſo incedit. Qua in re nõ poteris ſtudioſe lector naturæ ſagacitatem, atq; admirabilem ſapiẽtiam ſatis obſtupeſcere: nam recti muſculi hoc complexu robuſtiores efficiuntur, & in medio trium conſtituuntur. Et niſi tendo iſte ſciſſus fuiſſet, recti muſculi in medio collocari nullo modo poterãt. ſed vniuntur denuo hi tendines, vbi lineam candidam ſitam eſſe diximus; atq; hic, eo modo, quo deſcendentes, finiunt, & quibuſdã

neruoſis

neruosis rectorum musculorum partibus adhærescũt. Vsus eorum est, vt intestina comprimant, & costas deorsum trahant; quo thorax dilatetur. Tertij musculi abdominis sunt recti; ita dicti, quòd secundum corporis rectitudinem siti fuerint, rectisq; fibris cõstent. Incipiunt ab osse pubis, quanuis Galeno sexto Metho. in quinto de Vsu part. & in quinto de Aggress. Anat. aliter videatur. Arbitrabatur enim ipse illos à pectore, si Dis placet, emergere; cum in illud potius supra mucronatam cartilaginem desinant. Duo principia vt plurimum habent, neruosum alterum, alterum carneum, à superiore parte osis pubis; quandoque tamen vnum solum habent carnosum initium. terminantur in sternon, vt dixi, & in cartilagines vltimarum costarum verarum, idq; lato fine; tendinis expertes sunt; tribus tamen tendinosis, neruosisq; intersectionibus non caruere, quibus musculi obliqui ascendentes adhærent. Tuq; adnotato Galenum, quas diuisiones supra memoraui, nullo modo adnotasse; licet vel in simijs ipsis reperiantur. At quorsum hæ intersectiones, inquis. horum musculorum roboris gratia effectæ fuere, néue admodum in profundum abdomen contraherentur, vt vẽter magis sphæricus relinqueretur. Sunt in exortu proximi, sed quo magis ascendunt, eo magis seiunguntur. Crassi sunt satis, validiq; hac vtilitate à natura facti, vt anteriora abdominis comprimant. Sed euidentior eorundem vsus est, thoracem deorsum trahendi, vt supra dilatari posset. Vltimi sunt transuersales; hoc nomen sortiti sunt, quoniã transuersim in corpore collocantur, à transuersis processibus vertebrarum lumborum neruosi prodeunt, deinde carnosi euadunt, & osi ilei, costisq; inferioribus cohærent; fibras quoque transuersas habent. finis vero illorum tendo est latus, neruosus, membranosusq; in linea cãdida, & osi pubis hærentes fiunt, quemadmodum obliqui ascendentes, & descendentes, licet non ita adhæreãt. hærent etiam peritonęo. partes eorum sunt abdomen comprimere, & hypochondria constringere. Animaduertendum insuper est, tendines musculorum obliquorum descendentium, ascẽdentium, & ttansuersalium perforatos esse. Primo vbi vmbilicus positus est: secundo prope os pubis; & per ea foramina descendũt vasa semen testibus præparantia, ascenduntq; deferentia, quæ in glandulas parastatas tandem inseruntur. atq; hæc foramina sunt per quæ herniæ fiunt. sunt etiam in mulieribus perforata, quanquam Vessalius hoc nunquam animaduerterit, quemadmodum dicemus vbi de matrice verba faciemus. Inuenies etiam alios ætatis meæ Anatomicos, qui & ipsi aliquid inuenisse videri volunt, decemq; muscu-

Ascendẽtium, & descendẽtiũ musculorum vsus.

Tertij abdominis musculi recti appellati.

Galeni error de rectis musculis.

Musculorũ rectorum intersectiones à Gal. descriptæ.

Musculi transuersales.

Transuersaliũ musculorum vsus.

Tẽdines obliquorũ, ascen. descẽ. & trãsuersalium perforatos esse.

Vasa semen præparantia.

Vasa deferẽtia semen.

Error posteriorũ anatomicorum.

musculos in abdomine constituunt. Sed hi mehercle falluntur; nã carnosum rectorum musculorum principium musculum esse distinctum volunt; quod nullo pacto est; neq; enim musculi definitio illis accommodari potest. Quod si musculi essent, vt illis placet, aliquo munere sibi fungendum esset; vt quòd Priapo ad illum erigendum præsto sint, quod agere nequeunt, eo quòd illi nõ adhæreant, sed ossi pubis superius affixi sint. Quod si penis illis sursum trahendus esset, sursum quoque esset ab ijsdem vulua trahenda. Nam in fœmella non secus, atq; in mare deprehenduntur; quæ vulua voluntarie non mouetur. sibi in animum induxerunt prædictos ab ipsis vocatos musculos rectis opem ferre. quod verum esse neutiquam potest. Nam adeo validi sunt recti abdominis musculi, vt auxilio nõ egeant. sin autem velint suos musculos vesicam comprimere: tantundem est. nam ab omnibus octo comprimitur, quod verum duntaxat ex his officijs fungendum esset sibi: quoniã nihil superest agẽdum præter hæc. absurdum aliud non minus sequitur, quòd hæ carnosæ origines, quas distinctos musculos isti vocant: in omnibus nõ inueniuntur: quos sequeretur his vtilitatibus carere, ob quas geniti sunt dicti musculi. Quare vanum hoc dictu est: & hæc de decem musculis abdominis sententia defendi nullo modo potest.

Vuluam motu voluntario nõ moueri.

Improbatur opinio de decem musculis abdominis

De Musculis Testiculorum. Cap. XXIII.

Musculi testiculorum.
Dartos mẽbrana.

BINI sunt, tenues, oblongiq; musculi, qui testibus deseruiunt. Siti sunt in Darto membrana; eorumq; origo est supra os pubis, vbi foramen videre est, per quod seminaria vasa descẽdunt eadem membrana inuoluta. Profecto, si verum fateri licet ingenue, veri musculi formam vix præ se ferunt. Sunt enim fibræ quædam carnosæ, rectæq; in hac Darto positæ. hos musculos antiqui cremasteras, quasi suspensores dixeris, appellauerunt. Hanc enim ob causam effecti à natura videntur, vt testes suspenderent: ne temere dilaberentur. Alijs placet hos non modo testes detinere, ne prolabantur; verum etiam testes ab hisce attrahi, idq; voluntarie, dextrũ à dextro, atque sinistrum à sinistro.

Cremasteræ musculi, ac suspensores dicti.

De Musculis Penis. Cap. XXIIII.

Penis descriptio.
Quatuor penis musculi.
Sphincter.

PENIS præter eius substantiam, quæ rara est, porisq; referta spongiæ instar, & crassam, qua circumuoluitur, membranam, quatuor insuper musculos habet. quorum primi à sphinctere ortum ducunt,

ducunt, orbiculari scilicet musculo, qui extremo recto intestino adiacet; longiusculi sunt, subtus incedunt; & media ipsius parte plus minus in meatum vrinarium implantantur; qui meatus semini quoq; communis existit; hunc amplectuntur; subtiles sunt, in hunc vsum producti, vt cum lotium nobis vel semen emittendũ est, hunc meatum dilatent. reliqui duo musculi à coxendicis appẽdice oriuntur, sub ipsius penis exortu, qui ab inferiori parte osis pubis initiũ sumit; sunt hi quidem breues, at prædictis crassiores, in ipsumq́; penis corpus desinunt, in meiendi munere ipsi quoq; magnam opem ferẽtes, maiorem vero in coeundo afferunt; nam penem sustinent, erectumq́; detinent, donec opus absoluatur.

Primi duo penis musculi.

Primorum duorũ penis musculorũ vsus.

Duo posteriores penis musculi.

Posteriorum duorum penis musculorum vsus.

10

De Musculis Vteri. Cap. XXV.

ANIMADVERTENDVM est in lateralibus vteri partibus, vbi adsunt seminaria vasa, duas etiam adesse membranas duarum alarum instar, quæ diuisionem ab hisce vasis factam continent. Quibus in membranis non in omnibus quidem, sed in quibusdam duntaxat mulieribus certæ sunt carneæ fibræ, velut in virorum darto. has carneas fibras Vessalius ita describit, quasi musculi sint, qui vterum sursum sensim attollant. Ego vero, si quis paucas hasce fibras, quæ neque etiam in omnibus fœminis reperiuntur, voluerit pro vteri musculis accipere, non multum morarer. parui enim refert, has ne musculos voces, an musculos esse deneges.

Musculi vteri.

Membranę in vteri lateribus alarũ instar positæ.

20

De Vesicæ Musculis. Cap. XXVI.

IN hominis Vesica, cum in collum euadit, natura duas glandulas parastatas dictas, collocauit, quæ quidem semine cõtinenter refertæ sunt, nisi vel puer sit, vel senex, vel macie consumptus. In harum glandularum fine natura prudens musculum tenuem posuit orbicularem, circularibus fibris, qui vesicæ collum constringit, ne vrina nobis inuitis exeat. Etenim nisi hic adesset musculus: in horas singulas lotium exire cerneres, quemadmodum in quibusdam cõspicimus, quibus hic musculus relaxatus est: & vt ijs euenit, quibus miseri empirici quidam, qui lapides euellere profitentur; transuersum dictum musculum incidére: qui, cum huius situm prorsus ignorent; hunc nolentes secant, & pro morbo morbum inducunt. nam quibus hic musculus præcisus est, semper vrina exit, nunquam colligitur; quamobrem femoralia vrina aspersa, fœtentiaq; habent

Vesica.

Parastatæ glandulæ semen continentes.

Muscul9 vesicæ collum cõplectens.

30

Error contingens imperitis in lapide e uesica extrahentibus.

semper, quo nihil quicquam fœdius dici, excogitariq́; poteſt. Adeo vt plane videas ab hoc muſculo detineri vrinam, qui, cum meiere volumus, relaxatur; atq; ita lotium exit. hic muſculus & in mulieribus etiã reperitur quanuis aſsiſtentes glandulas non habeant.

Mulieres carẽt glã dulis paraſtatib. cum tamẽ muſculum ibi exiſtentẽ habeant.

De Muſculis Ani. Cap. XXVII.

Anus.

Ani tres muſculi. Muſculus orbicularis recti inteſtini ſphicter dict'.

ANO tres muſculi contigere, ex quibus vnus orbicularis eſt, qui ſphicter appellatur in extremo recti inteſtini poſitus. hic latus potius, quàm craſſus dici meretur; fibris tranſuerſis conſtat, & cum cute admodum vnitur, à coccyge ligamentis mutuo acceptis. Eodem munere fungitur, quo fungi veſicæ muſculum diximus. fæces ſcilicet hic detinet, ne nobis inuitis exeant, vt ille vrinã. Reliqui duo lati quidem ſunt, ſed ſubtiles: cumq́; ab oſsis ſacri ligamento, atque ab ileo initium ſumpſerint, in partem ſphicteris ſuperiorem terminantur. hoc vſu à natura producti ſunt, vt rectum inteſtinum ſurſum trahant, ſi forte quibuſdam conatibus, vt quandoq; fit, in excernendo exierit.

Duo reliqui recti inteſtini muſculi eorumq́; vſus.

De Muſculis femur mouentibus. Cap. XXVIII.

Muſculi femoris.

CVM Gal. in lib. de Vſu Part. diffuſe ſatis loquatur, quo pacto fiat deambulatio, ego ab huius rei tractatione nunc veſtra pace lubens abſtinebo. Dico itaq; femur & flecti, & extendi, & in orbem agi, intro, foraſq́; ferri; & vt breui omnia complectar, femur vndequaque verti. Decem vero ſunt muſculi, à quibus mouetur: ijq́; magni ſatis; propterea quòd cum membrum tum craſſum, tum oblongum mouendum eſſet, validis muſculis opus erat, à quibus hoc efficeretur. Ex his primus ille eſt muſculus, qui nates conſtituit, ſatis craſſus, carnoſus: exoritur à dimidia oſsis ilium appendice, ab oſſe ſacro, coccygeq́;. Principium huic latum eſt, & ſemicirculare, ſed ita ſemper arctatur, vt tandem in acutum deſinat. Deſinit autem in maius trochantirium, & adhuc inferius in femur, per latum autem tendinem coxendicis articulum ſupereminet. Secundi femoris muſculi maior pars ſub primo latet, liuetq́;: oritur à tota ilij appendice carnoſa, ſemicirculariq́; origine. eundem articulum ſuperequitat, & in tendinem latum, & validum finit ſummo magno trochantirio adhæreſcens, quod & amplectitur. Tertius vero totus ſub ſecundo latitat, liuidus & ipſe, carnoſoq́;, & ſemicirculari initio, vt de ſecundo dictum proxime eſt. exit ab oſſe ilij, & quem-

Femoris motus.

Muſculi femur mouẽtes decem ſunt.

Primus muſculus femur mouẽs nates conſtituit.

Secundus femoris muſculus.

Tertius femoris muſculus.

quemadmodum de duobus alijs diximus, in progressu imminuitur in tendinem desinens, quo magno trochantirio adnectitur, sed in summitate illius interiore, vbi is non nihil inuertitur. Vsus horum trium musculorum est, vt femur extendant, sursum attrahant, & ad exteriora ducant. Quartus est obliquo situ; oritur autem à tribus inferioribus ossibus sacri dicti ossis, principio carnoso, quod & teres videtur; finis ipsius est in tendinem teretem, quo in apicem maioris trochantirij, posteriora versus desinit, femurq; ad sese trahit, & eius circumactioni auxilio est. Quintus musculus lumbalis est 10 in abdomine situs, teres quidem, sed carnosus, & crassus, & validus; situs eius aliquantulum obliquus est; totus liuet. Initium vero sumit ab vndecima, duodecimaq; thoracis vertebra à tribus superioribus lumborum, quà corpus vertebrarum est, descẽdit supra pubis os, & in teretem tendinem finem habet, qui in minus trochãtirium inseritur. At sextus ossis ilij concauam internam partem vniuersam occupat; oritur à tota illius appendice: positus est in abdomine principio semicirculari; descẽdit supra os pubis; totus carneus est; itaq; fere ad eius extremum progreditur, vbi in tendinem degenerat, qui in minus trochantira implantatur. Vsus tum quinti, 20 tum huius, quem nunc memorauimus, est, vt femur flectant. Septimus exit ab osse pubis iuxta ipsius cartilaginem lata origine, situq; obliquo; desinit tandem in interius femur sub minori trochãtire, exiguo tendine. eius vtilitas est, vt femur vnum versus aliud trahat, & femur femori superimponat, si quis recte consideret; nõ autem flectendi causa, quemadmodum in hoc deceptus voluit Vessalius. Octauo musculo femoris, qui Gal. Vessalioq; est quintus: nullus in humano corpore maior est, tanta fibrarum varietate refertus, vt si quis decipere cupiat, non docere, tres, quatuorúe musculos pro hoc ostendere facile posit. Oritur ab osse pubis par 30 te nimirum eius interna, & à coxendice minorem trochantira amplectitur; deorsumq; tendit, femori adhærescens sua illa oblonga, asperaq; linea. posteriora carnosa. Tandem tendinem efficit, qui quidem in caput femoris interius inseritur. Dicti musculi vsus est femur erigendi; neque hæc vtilitas paruipendenda est; huius enim munere femur erigimus: femoris autem rectitudine à brutis animãtibus differimus: nam nos erecti incedere possumus: illa vero in terram prona perambulant. Ad hanc vtilitatem illud insuper accedit, quod octaui huius musculi beneficio septimo auxilium præstetur: vt femur femori, cum volumus, superimponamus. Nonus totum illud foramen occupat, quod in osse pubis, & coxendice positum

Quartus femoris musculus.

Quintus femoris est musculus lumbalis.

Sextus femoris musculus.

Septimus femoris musculus.

Octauus femoris musculus omniũ musculorum maximus.

eſt exteriori in parte. Principium eius latum, carnoſumq́; eſt; exteriorem partem verſus incedit. tranſuerſus manet, & ſemper arctatur; adeo vt in ſatis validũ tendinem tandem tendat, qui tendo deſinit in cauitatem quandam in maiori trochantirio poſitam. Decimus, & vltimus femoris muſculus interiore in parte eſt, dictũq́; foramen ipſe quoque occupat. Muſculus hic non modo aſpernandus non eſt, ſed eſt ſummopere animaduertẽdus; admirabilis enim eſt, & in quo ſummi opificis prouidentiam cõtemplari licet. Nam carnoſus oritur, latusq́;, vt ſupra de Nono memoraui, quiq́; ab intus ad extra feratur ſupra coxendicem, vbi cauitas ad trochleæ imaginem efformata. hic muſculus, cũ ſibi inceſſus flectendus eſt: tres ſæpe tendines efficit, quandoq; quatuor, & quinque: qui poſtremo vniuntur, vnumq́; tendinem duntaxat nerueum, perpulchrum conſtituunt, cuius terminus in poſteriore maioris trochantirij parte ſiſtitur. Sed hoc, quæſo, priuſquam ab hoc muſculo diſcedimus, animaduertite, quod eſt pulcherrimũ. Quum primũ tendineſcit, tendinisq́; ſubſtantiam ſapere videtur; natura ſtatim prudentiſsima carneum marſupium parauit de induſtria, in quo tendinem hunc collocat, vt tutus incedat, neq; ab oſsis duritie vllo pacto lædatur: quod os ab hoc muſculo amplectitur. Non deſunt, qui carneum marſupium, quod diximus ad decimi muſculi, cum tendineſcit, propugnaculum paratum; muſculum peculiarem à dicto ſeiunctum eſſe contendunt: Quod mihi nullo pacto probatur, cum decimi muſculi portionem eſſe plane perſpiciam.

Marſupiũ carneũ.

De Muſculis Tibiam mouentibus. Cap. XXIX.

Tibia.
Muſculi tibiæ.

TIBIA flectitur, extenditurq́; ſecundum rectitudinem, quemadmodum palam cernitur: mouetur etiã oblique verſus exteriora, licet obſcurus ſit motus iſte. Quamobrem Veſſalius deceptus, qui motũ hunc obliquum pernegat. Hi motus, quos dixi, à decem muſculis perficiuntur, quorum quinq; flectunt, quatuor extendunt, vnus vero duntaxat ſub poplite latitans oblique mouet. Ex his primus tum neruoſus, tum carnoſus ab interiori appendice oſsis ilei exoritur. Idem tamen deinceps carneus euadit, & faſciã præ ſe fert; oblique incedit per femoris interiora delatus: cum autem ad internum caput femoris peruenit, procedit, & in neruoſum finit tendinem, ſed qui vere non eſt teres (vt Veſſalius autumat) ſed latior: finit vero in anteriorem tibiam. Hunc muſculum voluit Gal. tibiam ſupra tibiam deferre: vt pueri ludentes, facere conſueuerunt,

Tibiæ motus à decem fiunt muſculis.

Primus tibiæ muſculus.

uerunt, quod falsum est, si de homine intellexit; quanquam in simia verum esse deprehendatur. nam hic musculus in simia, vel in media tibia desinit. Secundus tibiæ musculus enascitur ab anteriore parte ossis pubis prope cartilaginem; initiumq; illius latum est, iuxta longitudinem commissuræ ossis pubis. carnosus descendit, rectis fibris, fit teres apud internum femoris caput; & in nerueum tendinem desinit, qui pene est teres; tamen deinde dilatatur, & terminus eius est in anteriore tibiæ parte, quam ἀντικνήμιον Gal. vocauit, penes primo loco dictum musculum. Tertius vero ab infima coxēdicis appendice nerueo principio oritur, longo, & tereti: Deinde circa medium femur carnosus efficitur; sed multiplicibus fibris: defertur per posterius femur; quum primum autem ad genu peruenit, tendinem nerueum efficit, quo in posteriorem sed interiorem tibiam implantatur. Quartus ab eodem loco oritur prope tertiū; verum eius origo tum carnea, tum nervea est, deorsumq; tantum non teres existit. Incessus vero est per posterius femur; fibris cōstat rectis. prope genu in nerueum tendinem exit, qui priusquam finiatur, dilatatur: finitq; tandem parte tibiæ anteriore inter primum, ac secundum. Quinti origo est ex appendice coxendicis penes exortū tertij, quartiq;, eaq; acuta primo, deinde fit crassior, & progreditur per posterius quidem, sed exterius femur; quum vero medium illius attingit, notatu dignam carnis molem sibi ascisit à medio femore enascentem, quam forte aliquis musculum vnum censeret: sed profecto non est ea caro distinctus musculus à quinto quem describimus. Tamē si cui post hac libuerit dictam carneam quinti musculi partem pro nouo musculo numerare, quem alij non animaduerterint; vt aliquid adnotasse, videri posit: id per me sibi liceat, mihi sat sit, quid ingenue sentiam, admonuisse. hoc eodem in loco extrinsecus incipit in tendinem degenerare, qui cum ea carne, quam dixi, vnà in finem vsque descendit, in termino ipsius in capite fibulæ collocato. Si vero petas causam, quamobrem natura illam carnis portionem huic musculo affixerit: ego dicam; propterea factum esse, vt musculus validior efficeretur; voluit, vt è medio femore exiliret, vt illi magis proxima esset. nam in extrinseca parte vnicus hic duntaxat adest musculus; cum interius quatuor adsint. Vsus horum quinque musculorum est, vt tibiam flectant. Illud autem scire operæpretium est, hunc musculum, quem nos, vt ordine cuncta distinguamus, quintum esse diximus; à Gal. & Vessalio pro quarto tibiæ musculo cōnumerari. hic ille est musculus, quem Gal. ait iussisse, vt cursori cuidā adimeretur, quo adempto cursor nihilominus

Secūdus tibiæ musculus.

Tertius tibiæ musculus.

Quartus tibiæ musculus.

Quintus tibiæ musculus.

Quinq; primorū musculorum tibiæ vsus.

Quintus in ordine tibiæ musculus pro quarto à Vessalio annumeratur.

minus velocius currere poterat. Quæ res profecto Gal. medicæ artis principe (Hippocratem semper excipio) indigna non esse nõ potest. Nã si hunc musculum, quem exterius solum esse diximus, demas è crure; flexionem rectam efficere nullo pacto poteris; at in cursu rectam fieri flexionem Gal.admonuit secũdo de Administrat. Anat. Immo vero oppositum re ipsa cõperi: saucios scilicet in hoc musculo, quem nos quintum, Gal.quartum vocauit; neque magno vulnere, qui licet in sanitatem redacti essent, non sine labore tibiam flectebant. Quòd si Gal.de vno ex intrinsecis quatuor intellexisset ego ne verbum quidem de hac re fecissem; quippe qui maxime om nium à contradicendo principibus in arte viris abhorreã. Vos obsecro, qui nostra hęc qualiacunq; legitis: huius musculi magnitudinem cõsiderate: vsum illius animaduertite; & Gal.in hoc longe decipi facile iudicabitis. Flexionis musculis absolutis, reliquum est, vt ad musculos tibiam extendentes deueniamus, qui quatuor nume ro sunt. Sextus igitur tibiæ musculus (iam enim quinq; absoluimus) dignus est, quem diligẽter consideres, & admireris. Oritur è media appendice ilium osis. principium illius tum nerueum est, tum carneum, breuis quidem est musculus, sed tamẽ crassiusculus, & maiori trochantirio coniungitur. ibi eius caro desinit. sed tendo latus, membranosus, neruosusq; sequitur, quo tendine maiorem in vniuerso corpore nullum videbis, amplectitur omnes fere musculos, qui circũ femur positi sunt, rectæ sunt illius fibræ; tendo, quẽ dixi, maxime est nobilitatis; propterea chirurgi animaduertant, ne illum transuerse secent: rotulam genu complectitur, & in anteriorem partem tibiæ, fibulæq; tandem inseritur. Septimus exit è magno trochantirio principio nerueo: & totum trochãtera circundat: femori adhærescit superius, & exterius. crassus admodum est hic musculus, totusq; liuidus, ad patellam vsque carnosus rectis fibris progreditur. deinde in latum, membranosumq; tendinem desinit, qui patellam complectitur. Octauus, neruosus emergit è ceruice femoris, & à magno trochantirio, quasi duabus cõstet originibus: sed immediate fit carnosus; femori adhærescit; progressus illius est anterius, & interius, carnosus vt dixi ad patellam vsq; progreditur, varijs fibris; finis eius est tendo, qui genu & ipse complectitur. Nonus vero ortum habet ab anteriore parte osis ilium supra articulum coxendicis. egressus huius musculi acutus, nerueusq; primo est; deinde fit carnosus, & teres. figura est huius musculi, qua musculum esse decet; rectus enim incedit supra anterius femur inter septimum, octauumq; musculum priusquã ad genu perueniat, tendinem

Sextus tibiæ musculus.

Tendo sexti tibiæ musculi omnium tendinum maximus.

Septimus tibiæ musculus.

Octauus tibiæ musculus.

Nonus tibiæ musculus.

tendinem gignit nerueũ, validum, qui ex angusto fit latior; coitq́; cum septimi, & octaui tendinibus, vnaq́; patellam amplexantur, ac in anteriorem tibiam suis finibus inseruntur. Quatuor hi musculi, quos proxime memorauimus, tibiam per rectã lineam extendunt; veluti ab alijs quinq; recta quoq; linea flectebantur, quicquid Gal. de horum vsu dixerit tertio de Vsu part. qui ita in hoc deceptus est, quemadmodum in ea sententia, qua à coxendice quatuor musculos exoriri opinabatur: cum re ipsa (si de homine loquamur) tres duntaxat exeant à coxendice. Decimus sub poplite latitans, origine 10 neruea, teretiq́; emanat ab externo femoris capite, extra sub ligamento delatus; postea vero carneam naturam induit, situ est obliquo, fibris obliquis; & carnosus in posteriorem, interioremq́; tibiam implantatur. Hic musculus tibiam oblique mouet versus exteriora, licet hoc Vessalius inficietur, qui hunc musculum in genu articulatione minus quàm recte perpẽdit; laxa etenim est. & quamuis velit ipse articulationes illas per ginglymum rectà duntaxat flectere, & extendere: agere præterea nihil; ego tamẽ affirmo ab hoc occultato musculo, quem verbis descripsi, tibiam oblique moueri.

Musculi tibiã recta extendentes.
Gal. error.

Decimus tibiæ Musculus.

20

De Musculis extremo pedi deseruientibus, qui in tibia siti sunt. Cap. XXX.

EXTREMVS pes flectitur, extẽditur, mouetur q́; ad latera suorum musculorum adminiculo, qui in posteriores, & anteriores diuiduntur; sunt vero numero duodecim, vel summum tredecim. Primus emergit ab interno capite femoris supra genu retro. carnosus quidem incipit, & angustus; verum progrediens dilatatur, & circa mediam tibiam plus minus in tendinem cessat latum, ac nerueum, qui postmodũ semper angustus efficitur, & in posteriorem, 30 superioremq́; calcem desinit. Secundus priori similis est, nã etsi exeat ab externo femoris capite, in reliquis tamen eadem agit, quæ prior; adeo vt vnus duntaxat musculus esse videatur duobus principijs; nam corpus vnum est, tendo vnus. Quòd si illud me euitare posse considerem; ne hoc lectorum mentes perplexas haberet: equidem hos duos musculos vnum solum musculum esse profiterer. Hi duo musculi, quos in vnum cogere merito possemus; ventrem tibiæ posteriorem construunt, quam suram appellamus. Tertio occurrit musculus exiguus, ipse quoq; exoriens ab externo capite femoris prope articulum. sui exitus initio acutus est. deinde in ventrem prominet; breuis est: sed in tendinem teretem, atq; nerueum

Pes extremus.

Musculi extremi pedis 12. seu 13.
Primus pedis extremi musculus.

Secũdus pedis musculus.

Musculi suram cõstruentes.
Tertius tibiæ musculus.

ueum desinit, quo tendine inter teretes longiorem in humano corpore non inuenies. latet hic musculus sub duobus, quos antea diximus. Situm habet obliquum, obliquas quoq; fibras. A parte externa internam versus progreditur, tendini supradictorum adhærens: tandemq; interno calci implātatur. eius vsus est pedem in interiora euertendi. hic musculus in simijs latum tendinem producit, vt Galeno placuit; at in nobis in calcem cessat. Quartus maior est tibiæ musculus, liuetq;, nascitur sub appēdice fibulæ à posteriori parte, principio nerueo, & valido. Postea carnosus euadit, & fibulæ adhæret, tibiæq;: latitudine ossa excedit. Quum vero mediam tibiam attigerit, tum in angustum tendit, & versus calcem in tendinem terminatur, quo nullus omnino robustior in homine inuenitur: qui tendo cum priorū tendine vnitur, & in posteriore calce desinit. Munus primi, secundi, & quarti est pedem extendendi, in terramq; figendi; cui rei tamē quatuor alij musculi auxiliares copias subministrāt. Cum Hector raptaretur: hoc tendine vinctus fuisse dicatur necesse est: nuncq; in dies videmus lanios integra bruta hoc tendine suspensa in macello proponere: quæ res huius tendinis robur maximum testatur. Quintus à tibia, & à fibula originē ducit; ligamentoq; illi adhærescit, quod tibiam, & fibulam interiacet, anteriores musculos à posterioribus seiungens. Carnosum conspicies fere ad extremā tibiam, prope internum malleolum desinit in robustùm, nerueum, & teretem tendinem: incedit tum sub interno malleolo, tum sub nauiculari dicto osse: demum sub planta pedis in tarso moritur. hoc vsu natura hunc musculum genuit, vt pedem versus interiora trahat; neque ligamenti expers existit. Sextus à posteriore tibia effluit longo exortu, & carnoso, etsi postmodum in tendinem teretem degeneret, incedit sub interno malleolo; & sub calce ligamento præditum est ab appendice tibiæ exorto. Diuiditur dictus tendo sub planta in quatuor tendines teretes, perforatos, qui procedunt, donec in tertium articulum quatuor digitorum, pollice excepto, inserantur. Vtilitas non mediocris est; nam quatuor digitos flectunt, eosdemq; valide adstringūt. Septimus vero longus, carnosusq; inchoat à fibula emergēs sub appendice spatio trium digitorum, vt nunc loquuntur; carnosus est, donec ad calcem perueniat, vbi in tendinem teretem commutatur, qui sub ligamento, sub malleolo, sub planta præterlabitur, & in os pollicis inseritur, quod flectit. Hactenus de posterioribus musculis extremi pedis verba fecimus; nunc de anterioribus loquamur. Ex his primus à tibia egreditur, idest ab appendice penes fibulam; ipsiq;

Tendo longissim' humani corporis

Quartus tibiæ musculus.

Tendo quarti tibiæ musculi est omniū robustissimus.

Musculi pedem extendentes.

Quintus tibiæ musculus.

Sextus tibiæ musculus.

Pedis perforati tēdines.

Tendines quatuor digitos pedis flectentes.

Primus musculus anterioris pedis.

ipsiq; admodum adhæret. satisq; crassus est, & hisce anterioribus maior existit. Vbi mediam tibię longitudinem præterijt, angustus redditur; desinitq; in tendinem teretem, nerueum, & validum, cuius incessus est per superiorem tarsum, detinetur à ligamento, quod emanat ab appendice inferiore tibiæ, fibulæq;. Hic ille est tendo, qui adeo attollitur, itaq; euidens est sub pelle. finis eius est in osse pedij pollici præposito. Vsus est extremum pedem flectendi. Secundus exit acuto initio ab appẽdice tibiæ, adhæretq; ligamẽto, quod tibiam, fibulamq; interiacere diximus; deinde fibulæ ipsi ad finem ipsius fere. carnosa quidem est huiusce musculi radix: Veruntamen in quatuor teretes tendines desinit, qui detinentur sub eo ligamento, quod à tibiæ, & fibulæ appendice exoritur. Quatuor hi tendines ampliantur, postremoq; in omnium digitorum superiorem partem inseruntur. pollicem hic quoque excipio; vsus est, vt digitos illos extendãt. Tertius à media fibula carnosus exilit prope ligamentum; deinde in tendinem teretem degenerat, qui sub transuerso itidem ligamẽto defertur: & in vltimum pollicis articulum inseritur, quem & extendit. hic tendo in duos diuiditur, quorũ alter finem habet, vt dixi; alter vero inseritur in os pedij, pediq; flectendo auxilium præstat. Secundus hic tendo à musculo quoq; oritur, quæ portio in quibusdam, raris tamẽ hominum corporibus, alius musculus videtur esse. Ego tamen vnum solum musculum dicerem: licet non magnopere ægretulerim, si cui hunc duorum musculorum loco habere videatur: tunc duodecim, quos diximus, tertiusdecimus addetur; itaq; vt initio huius capitis attigimus, tredecim erunt numero secundum quosdã musculi extremo pedi deseruientes. Quartus nascitur ab appendice superiori fibulæ versus exteriora; etsi quis omnia aduiuum resecaret; musculus hic, neque posterioribus, neque anterioribus adnumerandus esse videretur. Sed vt ne lectoribus obscuritatis tenebras effundamus; inter anteriores adnumerabitur. Exortu carneo, nerueoq; constat; fit carnosus deinde; postremo exit in teretem tendinem, & sub plãta suis finibus in pedij ossa immittitur. hic musculus pedem ad exteriora euertit, & ligamento constat transuersali. Quintus & ipse à fibula prorumpit exortu oblongo; exterius carnosus est, quemadmodum de quarto diximus: itemq; sub externo malleolo incedit, vbi vna cum quarto in tendinem teretem finit, qui in os pedij inseritur, quod minimo digito præponitur. pes exteriora versus ab hoc musculo trahitur. Illud est insuper animaduertendum, licet ex his musculis omnibus dixerimus pedem vel extendi, vel flecti, vel intro,

Tẽdo in pede subpelle apparens.

Tendo extremum pedem flectens.

Secundus musculus anterioris pedis.

Tẽdines superiores quatuor digitorum pedis.

Tertius musculus anterioris pedis.

Musculus pedis q tertius decimus annumeratur.

Quartus anterioris pedis musculus.

Musculus ad exteriora pedẽ euertens.

Quintus anterioris pedis muscul'

Quo pacto humi pes affigatur.

vel foras, ferri; nihilominus, si omnes vna conueniant, atq; in vna actione concurrant; tunc idem ab hisce omnibus humi affigetur.

De Musculis in extremo pede positis. Cap. XXXI.

Musculi extremi pedis digitis deseruiétes sunt 18.

Musculi digitis pedum famulantes sunt viginti duo.

Primus musculus pedis digitis inseruiens.

MVSCVLI positi in extremo pede sunt decem & octo, qui omnes digitis deseruiunt; quanuis quatuor alios supra descripserimus, quorum alios flectere, alios extendere monuimus. Ita vides quo pacto musculi, qui pedem digitis famulantur, sint viginti duo. Primus igitur ex his decem & octo propositis, sub media plãta iacet; initio sumpto à parte calcis inferiore, idest ab eius appendice, superstat huic tendo latus, quem (vt supra admonui) Gal. existimauit oriri à tertio musculo, qui à nobis inter posteriores tibiæ tertius, à Gal. quartus numeratur lib. de dissect. muscul. huic principium neruosum, carneumq; contigit; sub pedij osse diuiditur, & in quatuor tendines teretes, perforatosq; euadit, qui in secundum articulum quatuor digitorum inseruntur, mirabile dictu, visu vero admirabilius. Quis enim obsecro, incredibilẽ opificis nostri prouidentiam non admiretur, atque suspiciat, cum in vno musculo tot, tantaq; contemplari posit? Vsus est flectendi secundum articulum illorum digitorum, quos dixi. latus, qui huic musculo superstat, tendo sensus est acerrimi; tanto vero sensu dedita opera à natura donatus est, vt quàm citissime externas iniurias persentiret. Aiunt quidam plantam propterea depilem esse: quod ego falsum crediderim: cum lepori non desit hic tendo, cuius planta nihilo secius pilis referta est. Secundus & ipse à calce prodit penes primum, sed interiore ipsius parte; teres fere existit; ossi pedij quod pollici præfertur, colligatur; tendinemq; producit, quo in pollicem implantatur. hoc vsu fabrefactus est, vt pollicem ab alijs digitis abducat. Tertius quoque ab eodem calce exoritur prope primum. iter ipsius est exteriorem partẽ versus; & ossi pedij minimo digito præposito affigitur; vbi processum illius videre est. deinde finit tandem tendinosa substantia in eundem minimum digitum; abducitq; illum à reliquis. Cum ab his tribus discesseris, sequũtur alij quatuor, qui sub pedis planta tibi occurrunt sub ossibus pedij, quorum exortus emanat à tendinibus musculi perforantis, qui in tertio articulo quatuor digitorum cessat. sed hi musculi cum parui, teretesq; sint: carnis portionem sibi admouẽt, quã à calce mutuo accipiunt. De his musculis Gal. & Vessalius scribũt, vsum horũ esse, vt quatuor digitos à pollice diuellant; quoniam desinunt in quatuor tendines teretes,

Quatuor perforati tẽdines, & eorum vsus.

Latus tendo pedis acutissimi sensus

Plantam non esse depilem tẽdinis lati causa.

Secũdus pedis musculus digitis inseruiẽs pollicem ab alijs digitis deducens.

Tertius musculus digitis pedis inseruiens.

Tendo abducens minimum pedis digitũ ab alijs.

Quatuor musculi pedis digitis inseruientes.

Musculus pforãs.

teretes, ac nerueos, qui procedunt per externam partem quatuor digitorum, & alligantur tendini superiori, quem extendere diximus. progrediuntur autem vsque ad extremos digitos: neq; desinunt in primo articulo, quemadmodum hoc in loco voluit Vessal. qui in hoc parum diligens fuit; cum his musculis obliquum duntaxat motum concedat. Sed scitote lectores cādidissimi, meum esse inuentum hoc; neque quenquam ex his, qui de Anatome ante nos scripsere, hunc vsum agnouisse. Non enim mouēt hi musculi obliquo motu, sed quatuor digitos vere extendunt; atq; ita extendunt, vt ab his magis extendātur, quàm ab alijs tendinibus; vt sensu oculorum à quouis in secando perito deprehendi facile potest. Post hos decem sequuntur musculi in plantæ ossibus: nam singulis digitis bini musculi inditi sunt, qui ab initio pedij proficiscuntur; fineq́; habent in primo articulo omnium quinq; digitorum, carnosi sunt, itaque à natura efformati, vt flexioni promptius obtemperarent; quod agunt, quando bini vnà mouent eodem tempore. cum vero alter ex his duntaxat agit, digitos oblique trahunt intro, & extra. Postremus musculus extremo in pede positus, idest decimus octauus positus supra tarsum, & pedion, ortum ducit à ligamēto, quod tibiam, & fibulam cum pede connectit. Est musculus latus, & subtilis desinens in quinque tendines, nonnunquam in quatuor. inseritur in omnes digitos externa in parte; digitos mouet oblique ipsos extendens.

Quatuor musculorum quatuor pedis digitos extēdentium vsus nō alijs cognitus.

Decē musculi singulis digitis pedis bini inseruiētes.

Postremus musculus pedis.

Decimi octaui pedis musculi vsus.

De Musculis, qui cubito deseruiunt. Cap. XXXII.

Musculi cubito seruientes.

CVBITVS flectitur, & extenditur recte, quidquid Galeno videatur de motu obliquo, quem nunquam in homine inuenies: neque ego hac de re longo sermone cōtra Gal. disputabo; cum sensui pateat cubitum recta extendi, flectiq́;, & obliqui motus prorsus expertem esse. quod cum mihi in mentem venit, non possum satis mirari, quo pacto Gal. vir alioqui diligentissimus rem adeo absurdam, atque à veritate abhorrentem affirmauerit, cum in se ipso periculū facere nullo negocio potuisset. Musculi flectentes duo sunt, totidemq́; extendentes. Primus musculus est validus, qui sub cute conspicitur: & vulgo ab Italis dicitur Il pescetto. situs est in parte humeri interiore; exoritur à scapula duobus initijs distantibus, quorum alterum nerueum est, ac teres, quod originem ducit à parte suprema supercilij acetabuli, quod in scapula cernitur. Incedit supra caput humeri, & per illam rimam præterlabitur, quæ sita est in hac parte superiori, quam rimam natura huius tendinis gratia finxit

Cubitus.

Musculi cubiti duo sunt extendentes, & totidem flectentes.

Primus musculus cubitū flectens.

finxit. Alterum vero huius musculi initium egreditur ab ancyroide processu, qui partim nerueus est, partim carnosus; carnosa vero pars humero adhærescit, videturq; conniuentibus distinctus musculus, & separatus, qui humero opem præstet, illum versus pectus trahens. Deinde hæ duæ origines dicti musculi sub capite humeri vniuntur, & musculum crassum efformant propemodum teretem, validum, fibris rectis constantem, qui apud cubiti articulum in tẽdinem nerueum cessat: qui dum fini proximus est, dilatatur, radioq; annectitur, vbi is tuberculum internum habet ob insertionem huius musculi fabrefactum. Secundus exit ab osse humeri carnosus totus, fibrisq; rectis; sub priore latitat, carnosus defertur supra cubiti articulum, & in cubitum, ac radium insigitur. Horum duorum musculorum vtilitas est, vt cubitum recte flectant. Tertius è scapula prodit parumper sub illius ceruice: per humeri posteriora defertur, tendineq; constat supra lato; carnosus suo cum tendine in olecranum tendit: atque illud etiam præterit. fibræ eius sunt rectæ. Quartus duobus initijs exit à ceruice humeri, cui multum adhæret; & cum tertio admodum vnitur, adeo vt tertius cum quarto vnus solus musculus videatur multiplici origine constans. Tamen duo reuera sunt. Demum hic quartus musculus ibi desinit, vbi tertium desinere diximus; fibras rectas habet. Munus amborum tertij inquam, & quarti est cubitum recte flectendi.

Secũdus cubitum flectẽs musculus.

Tertius cubiti musculus.

Quartus cubiti musculus.

Tertij, ac quarti musculi cubiti vsus.

Musculi manum mouentes.

De Musculis summam manum mouentibus. Cap. XXXIII.

Manus.

MANVS (vt Aristo. & Gal. inquiunt) organum est organorũ: eiusq; structura admirabilis est summum artificium præ se ferens. Hanc Deus opt. Max. homini concesit: vt huius ope omnes artes exercere, seq; ab externis iniurijs tueri posset. de qua cũ Gal. vir eloquentissimus tã longo processu primo de Vsu part. loquutus fuerit; hoc argumentum lubens præteribo. Ego de summa manu mouentibus musculis postremo loco verba facturus sum hanc vnam ob causam, quòd, cum illorum compago miraculi instar esse videatur; in calce de his loquendum existimaui; vt memoriæ magis inhæreant, quæ in libri calce leguntur. Cum autem Gal. qui & ipse miram hanc compagem vidit, & animaduertit: statim in initio rem hanc tractauerit; non iniuria quispiam huius mei ordinis causam quæret. Ne existimetis me in finem hanc materiam reiecisse, quòd illius oblitus fuerim, vt Gal. contigit libro de Vsu part. de musculis femoris

Quare in calce de extremæ manus musculis dedita opera tractauit.

emoris, quos obliuione præterijt; sed vt superius attigi, dedita opera hactenus distuli, vt res pulcherrimas, & maxime vtiles lectorum mentibus magis hærerent: Immo vero consulo, vt dum publice in scholis secantur corpora, hic ordo seruetur: nam hi musculi diutius incorrupti perseuerant, tum quòd, dum viuimus, hos musculos magis exerceamus, tum quòd minus pinguedinis contineant.

Hos musculos Gal. more in internos, & externos diuidam, vt eos, qui pedem mouent supra diuisi. Interni octo sunt, de quibus prius agemus: nouem externi. Interiorum summæ manus musculorum primus perelegãs est: exoritur ab apice interni tuberculi, quod est in humero, exortu acuto, nerueoq́;, deinde carnosus euadit, & paruus, musculiq́; veram formã refert; nam illi caput paruum est, venter latus, cauda (vt ita dicam) longa & angusta vsque ad brachiale. hic musculus parum oblique versus manum incedit; defertur per medium cubitum retro magis, quàm sit longitudinis cubiti medietas. desinit autem in tẽdinem teretem, atque oblongum, qui supra ligamentum brachialis internum ambulat; quo prætergresso tendo latus efficitur, qui per volam extenditur, relictis tamẽ duobus montibus maioribus detectis; postremo in quatuor digitos inseritur.

> Musculi extremæ manus in internos, & externos, diuiduntur.
> Musculi man' interni sunt octo.
> Primus musculus manus interior.
> Vola.

Verus vsus huius musculi est digitis flectendis auxiliari, & vt acuto sit sensu. Ergo si quid nocuum nobis manum constringẽtibus occurrat: id dictum, ac factum abijcimus, priusquam læsio procedat; non autem est vsus, vt vola depilis fiat, quemadmodum aliqui voluere. obseruaui in quibusdam furibus, ac latronibus magni nominis ob præclara ipsorum facinora, eos hoc musculo caruisse; licet tendo adesset, qui exortum ducit à ligamento brachialis interno. Hoc primum Patauij obseruaui in illustri fure Cotola dicto, dum Anatomen publice profiterer. Idem Pisis animaduerti in Tympanista Certaldensi, si recte memini: & superioribus annis Romæ idem vidi, & spectatores admonui in præsbytero Lucensi, qui furũ Rex merito dicebatur; & propterea aureo torque, diadema gestãs aureum suspensus est; vt suarũ præclarisimarum virtutum præmia cerneret, antequam ex hac vita migraret: exemploq́; suo alios ad furta alliceret, qui furum regem viderent in tantum honorem.

> Primi musculi interioris manus vsus.
> Latrones carẽt vt plurimum primo interiore musculo manus.

Secundus egreditur ab interno tuberculo humeri, principio in acutum tẽdente, tum nerueo, tum carneo; cubito adhæret, & per eius longitudinem progreditur vsque ad radicem brachialis: puluinaris instar cubito præsto est: quum primum ad brachiale peruenit, in tendinem degenerat; & in quartum os brachialis implantatur carneo, & nerueo fine. Tertio origo est ab eodem loco, & incessus obliquus

> Secundus musculus interior manus.
> Tertius interior manus musculus.

obliquus iuxta radij longitudinem. cum vero ad brachiale aduẽtat, in tendinem teretem, & validum exit, qui inſeritur in os illud poſtbrachialis, quod indicem fulcit. Vſus duo muſculi, cũ vterq; agit, brachiali flectẽdo dicati ſunt, ideſt extremæ manui; cum vero alter tantum agit, oblique mouet nunc ſurſum, nunc deorſum, duobus tamen muſculis opem ferens, qui in exteriori parte ſiti ſunt.

Quartus man' interior muſculus.

Quartus muſculus exortum habet admirabilem: nerueus etenim, acutusq; naſcitur ab interno humeri tuberculo, carnoſus poſtmodũ fit: & iuxta cubiti, radijq; longitudinem defertur. vbi medium cubitum præterijt, in anguſtum tendit, terminaturq; in quatuor tendines teretes, nerueos, ac perforatos: qui ſub ligamento brachialis deferuntur, ſub quo tamen tres primi muſculi non deferuntur. terminum habent hi tendines in ſecundo articulo quatuor digitorũ, quos flectunt. & quoniam tendinibus quinti muſculi ad tertium articulum quatuor digitorum penetrandũ erat; propterea natura hos perforauit, qui neruei ſunt, pulchri, pellucidi; resq; eſt & ſpectanda, & admiranda. hoc autem natura ſagax effecit, vt digiti ordine quodam ſeſe conſequerentur.

Tendines manus perforati.

Quintus manus muſculus interior.

Quintus muſculus quarto multo validior eſt, neq; mirum: quoniam huic maior etiam motus futurus erat, maiorisq; momẽti; etenim quatuor digitos flectit, nõ quinq; vt Gal.lib.de Vſu Part.primoq; de Anatom.adm.& lib.de muſc.voluit. quos & optime conſtringit: naſcitur prope quartum, ſed maiori parte à ſuperiore, interioreq; cubito. latet ſub quarto, arctatur pedetentim, & cubito adhæreſcit, antequam ad brachiale perueniat. exit demum in quatuor teretes, nerueosq; tendines, & perforantes, qui deniq; inſeruntur in tertium articulum quatuor digitorum, pollice excepto. tametſi Gal.primo de Adminiſt.Anat.vnum ex huius muſculi tendinibus ad pollicem tendere dixerit. Quod tamen verum eſſe in ſimijs deprehenditur, in hominibus nequaquã. Nam hominis pollex à proprio muſculo flectitur, quem mox deſcribemus. Quintus hic muſculus (vt ad illum redeamus) hæret ligamento, quod diuidit muſculos anteriores à poſterioribus, quemadmodum in tibia.

Quatuor manus tẽdines perforãtes

Sextus manus interior muſculus.

Sextus oritur à radio; ligamentoq; illi adhæret, quod interiores ab exterioribus muſculis ſeiũgit: per radij longitudinem iter habet; prope brachiale deſinit in tẽdinem teretem, & nerueum, qui tranſit ſub copula carpi, vna cum quarti, & quinti muſculi tendinibus: deinde in vltimum pollicis articulum inſeritur, quem flectit.

Septimus manus interior muſcul'

Septimus carnoſus emergit ab interno tuberculo humeri, & à ſuperiore, interioreq; cubito; obliquus repit, & in media longitudine radij terminum eius videbis partim carneum, partim

tim nerueum; fibris obliquis constat. Octauus musculus quadratus est, positus prope brachiale, carnosus exoritur à cubito; & carnosus item in radium desinit; fibras transuersas habet, situmq; transuersum. Munus duorum musculorum, quos supra memoraui, septimi inquam, & octaui, est radium in pronum vertendi.

Octauus manus interior musculus.

Musculi radiū in pronū vertentes.

De Musculis externis, qui manui famulantur. Cap. XXXIIII.

Musculi manus externi.

10 Ex his, qui primo occurrit carnosus, & nerueus; prodit ab externo humeri tuberculo; deinde carnem induit, & crassescit; inter cubitum, & radium incedit, donec ad brachiale accedat; nunc in quatuor, nunc in tres tēdines teretes, & nerueos tendit, qui per sinum pertranseunt, qui est in appendice radij; colligantur vero ab vno ex ijs ligamentis, qui à dicta appendice oriuntur. Hi tendines, quos dixi, procedendo lati euadunt; & finiuntur à primo vsque ad tertium articulum quatuor digitorum, idest in indice, medio, anulari, atq; auriculari. Quum vero tribus tantum tendinibus præditus est, auricularem digitum tendinum expertem demittit. sed fre-20 quentius quatuor tendinibus munitum inuenies hunc musculum, quàm tribus: qui tendines vsq; ad extremos digitos sub vnguibus progrediuntur; neque tamen eorum radicibus inseruntur. atq; hęc illa causa est, quamobrem tantus dolor excitetur, si quid carnem, & vngues intercedat, vt vetus est verbum; sed dolor carnem, & vngues non interiacet, sed inter tendines, carnemq;. Idem fit ab alijs tendinibus extendentibus. Atq; hoc à nobis primo scito fuisse animaduersum. Vsus huius musculi est, vt quatuor digitos extēdat. Secundus ab eodem tuberculo emergit prope primū principio acuto, nerueoq;, defertur inter primum, & cubitum iuxta eius longi-30 tudinem, & versus brachiale. Terminatur autem in tendinem teretem, nerueumq;, qui nonnunquā bifidus est; defertur supra brachiale inter radium, & cubitum; inseritur in minimum digitum vsq; ad extremum eius. hic musculus est admodum teres: eius vsus est minimum digitum à reliquis abducendi, nobisq; vsui est non mediocri ad palmam gignendam. Tertius carnosus prodit medio cubito plus minus, quo loco cubito inest linea oblonga, & aspera, facta vt tribus musculis exortum daret. situs huius musculi tertij obliquus est: terminus eius est tēdo teres, qui in indicem inseritur, vt indicet, idest indicem oblique extendat. at tendo, quem dixi, à radij appendice ligamentum sortitur; atque hic tendo bifidus est in nonnullis

Primus manus externus musculus.

Primus manus exterior musculus mittit tendines ad tres tantum medios digitos.

Causa doloris ingentis in solutione cōtinui inter carnem, & vnguē alijs ignota.

Secundus manus exterior muscul⁹

Musculus minimū manus digitum à cæteris deducens.

Tertius manus exterior musculus.

Tendo manus bifidus.

Quartus manus exterior musculus.

nonnullis. Quartus principio carneo à cubito egreditur penes tertium, qui & ipse est obliquus; defertur supra radij appendicem; desinit in teretem tendinem, nerueum: inseritur in tertium articulū pollicis, quem extendit, atque ab alijs multum abducit; hoc enim vsu constructus fuit. Quintus prosilit ab eadem cubiti linea prope quartum longo, carneoq; principio, cuius progressus obliquus est pollicem versus. hic musculus varias habet inscriptiones, & in varios tendines desinit. Quamobrem, si quis ex multiplici musculorum numero voluptatem perciperet, (vt complures hoc ingenio sunt) posset ex hoc vno musculo tres, & quatuor efficere. sed profecto, vt libere dicam quod sentio; vnicus mihi musculus videtur esse, qui supra musculum bicornem defertur: dehiscit vero in quatuor, & quandoq; in quinq; tendines, quorum vnus ad tertium pollicis articulum procedit, alius ad secundum, alius ad primum, quartus ad os brachialis, quo pollex fulcitur; & nonnunquam hoc loco præter prædictos tendines alij duo inueniuntur. Vsus est extendēdi pollicem. Sextus ortum ducit à radice externi tuberculi humeri: cubito connectitur, quem & amplexatur, & per eius longitudinem perreptat; quum vero ad carpum peruenit, degenerat in tendinem teretem, nerueum, & validum, qui defertur supra cubiti appendicem in sinum quendam iuxta styloidem (est autem stylois cubiti processus.) ab hac suum ligamētum suscipit, quod transuersum est; inseritur deinde in os illud postbrachialis, quod minimum digitum sustinet, & non multo procul à brachiali. Septimus, quem bicornem appellāt, carnosus longa linea ab inferiori humero supra articulum oritur: & supra radium repit; circa medium radij desinit in tendinem validum, crassum, bifidumq;, cui propterea bicornis nomen impositum fuit; qui postquam supra brachiale iter fecit, inseritur in ossa postbrachialis, à quibus index, & medius fulciuntur. Hi duo musculi, quos proxime dixi, extremam manum extendunt, vel ita dicamus, brachiale tunc extendunt, cum vterq; operatur. Cum vero septimus vna cum secundo ex internis agunt, alijs duob. cedentibus, manum oblique deorsum ferunt. at sexto vna cū tertio ex interioribus mouente, tunc manus sursum oblique fertur. atque hic primarius est eius vsus: secundarius autem extremam manum, vel carpum circumuertendi: quem motum edunt, quando ita conueniunt, vt vnus alium immediate in agendo subsequatur. quanuis hic vsus ab alijs prætermissus fuerit: propterea quòd illis ignotus extiterit. Octauus musculus, cui nomen longissimus, qui proficiscitur ab humero, origine carnea, supra exterius tuberculum: incedit

Quintus manus exterior musculus.

Musculus pollicē extendens.

Sextus manus exterior musculus.

Stylois processus.

Septimus manus exterior musculus.

Tendo bifidus, & bicornis dictus.

Musculi extremā manum extendētes.

Motus manus sursum, & deorsum.

Motus manus in orbem.

Octauus manus exterior musculus longissimus nuncupatus.

10

20

30

incedit ſupra radium oblique; membraneoq́; tendine in radij appẽdicem inſeritur. Nonus prodit à copula, quæ cubitum humero connectit, & è ſuperiori parte cubiti, quam olecranon vocãt obliquus progreditur; totus carneus eſt; immittitur in medium radiũ. Hi duo muſculi manum ſupinã reddunt: mouentq́; radiũ exterius.

Nonus manus exterior muſculus. Olecranon.

Muſculi manũ ſupinã reddentes, ac radium exterius mouentes.

De Muſculis in extrema manu poſitis. Cap. XXXV.

10 MVSCVLI extremæ manus ſunt vnus, & viginti, neque plures vnquam; pauciores tamen aliquando ſunt, decem ſcilicet, & nouem, quorum ſeptem (ſi vniuerſi eſſent viginti, & vnus) pollici deſeruiunt: ſi nouem & decem, quinque duntaxat: minimo digito quatuor famulantur, reliquorum vero vnicuiq; tres opem ferunt, vnusq́; lato tendini. Primus eſt muſculus paruus, tranſuerſus, ſupra Veneris montem poſitus, à membrana carnoſa exoriens fibris carnoſis refertus eſt; & inſeritur in tendinem latum, quem vt dilatet, conſtructus fuit. hunc muſculum animaduertas; nam neq; ex veteribus quiſquam, neque Veſſalius hunc muſculum nouit.

Muſculi extremæ manus vnus & viginti.

Primus extremæ manus muſculus ſcriptorib. ignotus.
Veneris mons.

20 Quatuor alij ſequũtur longiuſculi, graciles, teretes, qui egrediuntur à tendinibus quinti muſculi interioris, qui flectit tertium articulum quatuor digitorum. Hi poſiti ſunt in vola, penes primũ quatuor digitorum articulum. Deſinunt autem in teretem & nerueũ tẽdinem; & per internos digitos delati iuxta eorum longitudinem, adhæreſcunt tendinibus primi muſculi exterioris, à quibus quatuor digiti extendebantur, & in tertium articulum ſuis finibus immittuntur, non autem in primum, quemadmodũ Gal. & Veſſalius voluere, qui muſculos quidem cognouere; ſed illorum inſertionem, & vſum ignorarũt; nam inquiunt adduci ab his quatuor digitos, pollicem verſus. Ego vero aſſero ab his ipſis, licet in interiore parte 30 poſitis, nihiloſecius quatuor digitos extendi, melius quàm à priore exteriorum, vel tantundem, quemadmodum in ſectione deprehẽditur. Interius autem ſiti fuere, eo quòd natura periculum imminens eorum viderit, qui exterius ſunt. Vnde ſæpe euenit, vt exterioribus digitorum tendinibus inciſis digiti adhuc extendantur. Quod cum accidit medicis quibuſdam Anatomicæ artis ignaris, vſusq́; priuatim horum quatuor muſculorũ; ſe mire efferunt, quippe quibus miraculi inſtar illius vulneris curatio ſucceſsiſſe videatur. Sextus exit à ligamẽto brachialis, & à quarto inſuper oſſe eiuſdem; Venerisq́; montem conſtituit: per inferiorem metacarpij partem progreditur. eſt fere teres, in tendinem finit, qui in primum os

Quatuor extremæ manus muſculi.

Gale. & Veſſalij inſcitia.

Muſculi quatuor manus digitos extendentes.

Sextus extremæ manus muſculus.

Metacarpium.

Musculus auricularem digitū ab alijs abducens.

Septimus extremæ manus musculus.

Octauus extremæ manus musculus.

Nonus extremæ manus musculus.

Musculi Martis montem dictum constituentes.

Musculi pollicem flectentes, extendētes, ac ab alijs efferentes.

Septimus pollicis musculus.

Musculus pollicē versus indicem trahens, illiq; superponens.

Octo alij musculi manus digitis inseruiētes, quorū nullus datur pollici.

Musculi manus digitos & recta, & oblique flectētes

auricularis digiti implantatur. Eius vsus est, vt paucis absoluam, hunc digitum ab alijs abducendi. Septimus oritur à brachiali, positus est in superiori parte, musculus est carnosus totus, & in secundum os pollicis desinit. Octauus prope septimum emergit carnosus & ipse; volam versus positus est, tendine perexiguo inseritur in secundum os pollicis. Nonus sub septimo oritur ab eodem carpi ligamento, totus carneus est, & in primū articulum pollicis finem habet. Hi tres musculi eam carnosam pollicis partē constituunt, quam Chiromātiam profitentes montem Martis appellāt; trahunt pollicem versus ipsorum originem. Tres alij sequuntur, qui prodeunt ab ossibus postbrachialis indicem medium, & anularem fulcientibus: situ obliquo sunt, vel transuerso potius, siti sub linea vitali dicta. hi desinunt in secundum pollicis articulum. principium vero illorum semicirculare est. De his tribus dico ego, posse quēpiam eos vnum duntaxat musculum dicere, quod lato esset principio, fine acuto; fibrisq; varijs esset intertextus. Sed ne data opera toties à Vessalio dissentire videar: ego quoque tres esse aio; liceat tamen cuique per me hos tres vnum dicere. horum, vel huius vsus est pollicem flectēdi volam versus; aliorum vero trium, quos antea memorauimus, munus est eundē extendēdi, & procul ab alijs efferendi. Septimus pollicis musculus scaturit ab osse metacarpij, cui ossi index innititur, spatiumq; illud occupat, quod est inter pollicē, indicemq;. transuersum situm obtinuit, & in os pollicis inseritur. partes huius musculi sunt hæ, vt pollicem versus indicem trahat, atque indici superponat. Octo insuper alij musculi præter dictos inueniuntur ab ossibus postbrachialis exorti, illisq; adhærentes, qui in primos articulos quatuor digitorum demum insertionem habēt. Ex hisce musculis duo vnicuiq; digito contigere, præter pollicem, in quem nemo ex his octo inseritur. Vsus eorum est, cum duo ex his agunt, simul, vt primum articulum, in quo inseruntur, recte flectant. Sed cum vnus duntaxat agit: motū obliquum efficiunt flectendo. Hos musculos fatetur Galenus ingenue primo de Anat. administ. se diu ignorasse, & tandem in eorum cognitionem deuenisse.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS DE RE ANATOMICA LIBER VI.

DE IECORE, ET VENIS.

IECVR, ſiue Hepar inter principes noſtri corporis partes adnumerari nemo ſanæ mentis ambigit. Sed illud ſcitu dignum eſt, iecur primum eſſe membrum, quod in nobis gignatur. Cum primum enim nata eſt umbilicalis uena, illi tum primum hepar adhæreſcit. Situm eſt aũt in dextro abdominis latere ſub mendoſis coſtis, quo loco duobus ligamentis adnectitur, quorum alterum circa cauam eſt venam, alterum ſuſpenſorium dicitur, à quadam ortũ diuiſione, in qua uena vmbilicalis inſeritur. Hæc itaque ſepto trãſuerſo affigunt iecur, quod quanquam in dexro ſit latere (vt iam dictum eſt) nihilo ſecius magnã quoq; ſiniſtri partẽ occupat, ubi validi ligaméti ope diaphragmati connectitur. Si hepatis figurã quæris, tantum non exacte ſphærica eſt. & in homine integrum exiſtit, non in lobos diuiſum, vt Galeno placuit, licet illiusmodi in quadrupedibus reperias. Cauſa vero quamobrem in nobis integrum, in illis diuiſum ſit hepar, ea eſt, quòd cum recta figura à Deo opt. Max. donati ſimus, caua ſui parte ventriculum immediate tegit: nam à dextra in ſiniſtram tegens vniuerſam anteriorem regionem occupauit: effecitque ne ventriculus algeret. Quocirca qui cartilagini mucronatæ calida admouent unguenta exiſtimantes oris ventriculi intemperiem frigidam hiſce præſidijs ſublatam iri, viderint, quàm prudẽter id agant, iecoris præcalidi membri xiphoidi ſubſtrati feruorem adaugentes. Sed ad rem redeamus. Sectum fuit iecur quadrupedum in lobos complures, vt illorum ventriculum inſtar digitorum manus amplexarentur: quod, ſi integrum eſſet, illis pronis incedentibus effici nullo pacto poſſet. In auibus autem, quippe quæ rectæ potius ſtant, quam in terram ſint pronæ, in duas duntaxat partes ſecatur. In homine igitur nuſquam diuiditur iecur, niſi anteriore in parte, atque in extremo iecore: idq; neceſſe fuit ob venam vmbilicalem tantiſper diuidi, vt illi aditum præberet. ſub hac,

Iecur, ſeu hepar.

Iecur primum omnium membrorũ in animali generari.

Iecoris ſitus.

Iecoris ligamenta duo.

Hominis iecur nõ diuidi in lobos. Galeni error.

Quare noſtrum iecur non diuidatur.

Topica remedia cartilagini mucronatæ temere adhiberi.

Quare quadrupedibus animalibus diuiſum iecur datum ſit.

Auiũ iecur in duas tantum partes ſecari.

Vnica diuiſio he-

patis humani quare facta sit. Eminentiæ duæ sub caua uena.

vbi vena porta exit, binæ, exiguæq; adsunt eminentiæ, ne vena à vertebrarũ corporibus comprimeretur, pernecessariæ. has autem eminentias neque lobos, neque fibras, neq; pinnas dixeris. habet hepar partes duas exteriorem scilicet,& interiorem: gibba exterior est, & lenis, interior caua, & aspera instar rupis: idq; quoniam ei gibbus subest ventriculus. tenuissima peritonæi membrana, in quã sextæ neruorum cerebri coniugationis ramulus inseritur, circundatur hepar. Propterea superficietenus non est sensus expers. Substantia eius nihil aliud est, quàm concretus sanguis venis compluribus, quibusdamq; arterijs intertextus. membrum est permagnum, & veluti in abdomine rex. in hoc concupiscibilis virtus residet. aliqui credidere ibi generari spiritus naturales; quam tamen sententiã non approbo: membrumq; est sanguificationi dicatum: neq; enim sanguis alibi gignitur: quicquid de corde scripserit Peripateticorũ princeps Aristot. Est igitur iecur omnium venarum caput, fons, origo, & radix. huius caua parte vena oritur σελεχιαῖα à Græcis, quam portam Latini dicunt; quæ cum vena vmbilicali continua est; licet Vessalio secus videatur esse. Portæ itaq; venæ radices caua in parte iecoris per illius substantiã vario disseminantur, quæ crassæ sunt satis, præsertim quo ad tunicam attinet, & in vnicam duntaxat venam tandem coeunt, atq; crassum truncum cõstituunt: quæ posteaquam inter perexiguas illas eminentias integra exijt: quas magnus Hippocrates portas appellauit, in multos ramos sub ventriculo diuiditur; quorum primum ad superiorem mittit ventriculum, cuius rami pars eius longitudinem perreptat. alius vero orificium eius superius amplexatur coronę in morem; Iccirco coronalis hæc vena dicta est. Secundus portæ ramus inferiorem ventriculum petit, ibiq; per eius longitudinem secatur. Huc vero missi sunt hi venarũ rami, vt illorum sanguine ventriculus nutriretur. neque enim nutriri chylo posset vnquam vẽtriculus, quod crassus nimium existat, omneq; excrementorum genus in se contineat. excrementis autem ali nulla pars corporis potest: lienem tantum excipio, qui atrabilario humore alitur. Tertius portæ ramus ad omẽtum alendum pergit, ibiq; varie scinditur. Quartus ad lienem se confert, vt sanguinem melancholicum ab hepate ad ipsum deferat, estq; ramus satis insignis, & sub vẽtriculo fluit, quo loco natura multas illi glandulas substrauit, easq; vnà, ne corpora vertebrarum attingeret: ne ue hic comprimeretur, sursum attollitur, splenisq; longitudinem secat, eamq; ingreditur. Ab hac autem vena alia exoritur exigua in aliquibus, in alijs maior, atque adhuc in alijs maior. hæc superius vẽtriculi

Membrana iecur inuestiens, cuius merito iecur sentit.
Quę sit iecoris substantia.
Concupiscibilis virtus in iecore.
Naturales spiritus in iecore non gigni.
Sanguinem in iecore tantum, & non in corde contra Arist. sententiam gigni.
Iecur sanguinis fons.
Venæ portæ origo.
Falsa Vessalij opinio.
Portæ venæ ab Hip. appellatæ.
Prim⁹ venę portę ramus ad superiorem ventriculum defertur.
Coronalis vena.
Secundus venæ portę ram⁹ qui ad inferiorẽ ventriculum defertur.
Ventriculum non nutriri chylo sed sanguine.
Lienem tantum excrementis ali, aliam verò partem nullam.
Tertius venæ portæ ramus, ad omentum.
Quartus venæ portæ ramus, ad lienem.
Vena à liene ad uẽtriculũ humorem acidum ad

triculi orificium verſus ſcandit, atque hic finem habet. Illud ſciẽdum hanc quandoque adeo in altum non aſcendere. Vſus eius eſt, vt humorem acidum ſuſcipiat, qui in liene gignitur, dum nutritur, atque huc demandatur, vt in nobis famem excitet, quo cibum capiamus, cuius multis ſæpe, magniſq; negotijs præpediti obliuiſceremur. Quocirca quibus vena hæc exigua eſt, hi facilius inediam ferunt: quibus vero maior, minus ferunt. Immo nonnullos inuenias, qui ſi edendi tempus, quanuis minimo interuallo prætereant, in ſyncopim incidunt. Quintus portæ ramus ad inteſtinum colon demittitur. Sextus, qui omnium eſt maximus, ad inteſtina gracilia. Septimus ad rectum inteſtinum; atque hi præcipui ſunt venæ portæ rami. Ex quibus tres illi, quos ad inteſtina ferri diximus, cum in meſenterium peruenere, in meſaraicas dictas venas innumeras, ac pene infinitas ſcinduntur; quæ inteſtina nõ modo amplectuntur, ſed etiam ad internam vſque cauitatem perforant: quo loco natura ſagax extremæ vnicuiq; harum membranam appoſuit, qualem in veſicæ cauitate extremis vreteris appoſuit: quæ lotio ad veſicam deſcendenti aditum præbent, prohibentq; ne ad ſuperiora amplius reuertatur. Idem in extremitate harum meſaraicarum, quas innumeras diximus, effecit natura. Quod à nemine, quod ſciam, adhuc animaduerſum eſt: licet omnes vno ore dicant factas fuiſſe meſaraicas, vt chylum ab inteſtinis exugerent: in eo tamen parum diligentes fuere, quòd finem earum perſequi neglexerint: vt magnam naturæ induſtriam facile perſpicerent: quanta ſcilicet arte effecerit, vt hæ venæ chylum facile ſuſcipere poſſent. ne autem egrediatur, membranulæ illæ prohibent. Eſt autem chylus cõuerſio cibi, potuſq; in materiam lacti perſimilem, qui poſteaquam vẽtriculum prætergreſſus eſt, per inteſtinorum anfractus traditus deſcendit, donec exugant quidquid eſt ſucciplenum. & quoniã huic muneri neque quatuor, neque decem venæ ſat erant, eas natura innumerabiles genuit, atque hæ in ſuperioribus inteſtinis multo ampliores, ac frequentiores exiſtunt. deſcendentes autem ſenſim rariores, minoreſq; euadunt. neq; enim tanta erat in vltimis inteſtinis neceſsitas, quoniam chylus in fæces, (hoc eſt in durum excrementum) iam redactus erat. Adhuc deſcribendus eſt ramus alius, qui tamen inter venæ portæ ramos connumeratur; at ab eo originem ducit, qui lieni dicatur: qui parte læua per meſenterion deſcendẽs extremum rectum inteſtinum petit, venaſq; gignit hęmorrhoidales, quibus duntaxat poteſt à melancholico humore vindicari. Atque hæc de venæ portæ origine, atque deſcriptione ſat ſunt. Vſus vero tum

famem excitandam deferens.

Quamobrem aliqu facilius, aliqui difficilius famem ferant.

Qui pro diuturniore fame in Syncopim incidant.

Quintus venæ portæ ramus ad inteſtinum colon.

Sextus ramus omniũ maximus ad gracilia inteſtina.

Septimus ad rectũ inteſtinum.

Singulas venas cauitatem inteſtinorũ ingrediẽtes ſingulis membranis operientibus eſſe præditas in extremitatib⁹; Quod nemo adhuc cognouit.

Quid ſit chylus.

Quo pacto chyli diſtributio fiat.

Quare venæ in ſuperioribus inteſtinis plures, ac maiores conſtitutæ ſint

Hæmorridales venæ.

Venę portę, eiusq; ramorũ usus est chylum ad iecoris cauũ deferre.

ro tum venæ portæ, tum ramorum eius est, vt chylum ad iecoris cõcauum deferat, ac per eius substantiam dispergat, vt ab ea coquatur, & in rubrum sanguinem, qualis ipsa est, conuertatur. qua in coctione duo gignuntur excrementa, bilis inquam tum citrina, tũ atra. Ex quibus flaua bilis, cum sit igni similis, à vesicula, quam in Iecoris concauo natura locauit, suscepta est. sed melancholicus succus per quartum ramum demissus est ad lienem, vt nutriatur. Et quamuis ob chylum deferendum hæ venæ genitæ sint, tamen fuit alius insuper vsus non minus necessarius, vt sanguinem scilicet deferrent, qui mesenterio, ventriculo, intestinis, omentoq; alendis esset. Sed illud adnotes velim hisce venis sanguificãdi virtutem nequaquam adesse, vt Galeno placuit quarto de Vsu Part. meæ autem sententiæ is facile subscribet, qui tenuem venarum tunicam, albamq; substantiam diligenter animaduerterit. Quo enim pacto sua ipsarum tenuitate, atque albedine chylum album, crassumq; in rubrum, tenuemq; sanguinem verterent? Cum præsertim illud natura comparatum sit, vt vnumquodq; corporis nostri membrum, quum aliquid conuertit in sui ipsius colorem transmutet. Iccirco ventriculus, licet alba, rubra, flaua, viridiaq;, & aliorum colorum dapes esitemus, nihilominus in colorem vnum; eumq; cãdidissimũ omnia conuertit; idq; propterea quòd is est substantiæ suæ color. Ita in testibus cõspicaberis, qui rubrum sanguinem, quod albi sint, in album colorem conuertunt. ita & mammillæ sanguinem rubrum in album lac transmutant. In parte vero iecoris gibba, vbi maiorem, crasioremque substantiam eius videre est, vena enascitur, quæ concaua dicitur, chylis, magnaque. est enim aliarum omnium nostri corporis venarum mater. huic variæ sunt radices crassæ, & magnæ, quæ in huius substantiam à summo ad imum inseruntur, quę amplam, quam diximus, venam tandem constituunt: supra caput versus, infra ad pedes extenditur, &, vt ita dicam, ramificatur. Huic eidem venæ fluminis quoque similitudo accõmodatur. quemadmodum enim è flumine riuulos manantes sæpe videmus, ita complures riuuli ab hac vena deriuantur, seu varij ab hoc trunco rami, qui quidem per vniuersum corpus panduntur, vt sanguinem iam à iecore paratum, atq; elaboratum deferant. Nam venæ nihil aliud sunt, quàm vasa concaua ex tenui quadam substantia conflata, vt sanguinem ad singula membra deferant, fabrefacta: nam sanguine alitur omnis pars nostri corporis. Sed ad rem redeamus. Hæc vena concaua dum supra iecur caput versus ascendit, transuersum septum perforat, quo loco distat à corporibus vertebrarum, eoq; loco

Bilis vtriusque generatio, & separatio.

Venarum duplex vsus.

Quæ venæ sanguificãdi virtute careant.

Gal. error.

Omne alterans in sui colorem alterandum alterat.

Omnia cibaria à uentriculo alba reddi.

Testes sanguinem cõuertũt in albũ semen.

Mammillas commutare sanguinẽ in lac.

Vena concaua chylis, & magna dicta

Quid sit vena

Omnes corporis partes sanguine ali.

10

20

30

loco duas emittit venas, quæ in ramos scissæ per ipsum diaphragma distribuuntur. quod postquam effecit, vena caua immediate fere dextræ cordis auriculæ occurrens panditur, cum hac connectitur dextri cordis ventriculi orificium superficietenus vndiq; complexa: neque in illum intro fertur. Quo loco venam parit, quæ cor circundat, ramificatur, atque illud coronæ instar amplexatur. Propterea vena coronalis appellatur. Caua vena ascendens versus caput supra pulmonem scilicet fertur, ibiq; à vertebris distat, & supra cor non exiguo interuallo (non prope cor, vt Galeno visum est secundo de ratione vict.in acutis) ἄζυγον. i. venam sine pari, ac cōiuge nuncupatam parit, quæ quãuis in dextro sit latere, tamen è media parte, siue ex centro concauæ venæ initium sumit; quæ reflectitur iuxta corpora vertebrarum, & vsq; ad extremum thoracem descẽdit; sed per interualla costarum dextra, læuaq; suos mittit ramos earum partium nutriendarum gratia. & licet in dextro sit latere truncus, tamen sub pulmone, œsophago, magnaq; arteria ramos ab eo trunco exortos ad sinistram partem alendam dimittit. Ab eodem dextro trunco, dum reflecti incipit: ramus alius exit, qui sursum ascendens ramos mittit superioribus interuallis supremarum costarum alẽdis dicatos; neque solum in dextris, sed in sinistris quoque; aliquos tamen excipio, sed per paucos, quibus sinistra parte ramulus adest ab axilla ortum ducens, qui nunc ad duo, nunc ad tria costarum interualla, & quandoque ad vnum duntaxat defertur. Ex hisce venis omnibus interualla nutrientibus aliæ oriuntur venæ, quę inter vertebram, & vertebram ingrediuntur; vbi adsunt foramina ob neruorum exortum. alunt autem hæ venæ spinalem medullam, & vertebras: deinde foramen ingrediuntur, quod post vertebrarũ corpus situm est. Ab his, anteaquam spinalem ingrediãtur medullam, vt eam nutriant, ad dorsales musculos, & ad cutim venæ mittuntur. Supra venam sine pari ascendit caua super asperam arteriã vsque ad iugulum recta: atque ibi duas magnas emittit venas axillares dictas, quòd sub axillam transeant, quæ thoracis cauitatem inter iugulum, & primam costam prætereunt. Deinde ex se venam promit humeralem, vel cephalicam, & capitalem dictam, quæ tamen summum humerum non ascendit: sed potius ad internã regionem defertur, inter primumq; & secundum humeri musculum transiens ad externa tẽdit, ibi superficiaria efficitur: nam vbi membranam carnosam præterijt, inter hanc, & cutim ad cubitum vergit, delata extrorsum prope primum musculum, qui cubitum flectit; apud cuius flexuram in duos ramos secatur, quorum alter internum cubitum

Coronalis vena cordis.

Venæ sine pari exortus.

Venæ intercostales.

Venæ à vena sine pari ad sinistrum latus alendum demissæ.

Venæ vertebras, ac spinalem medullam nutrientes.

Axillares venæ.

Venæ cæphalicæ, humeralis dictæ origo.

Quo loco cephalica cum basilica vniatur.

Venæ communis vera constitutio.

cubitum petit, & vbi à flexura eius discessit, cum alio id genus basilicæ ramo vnitur. ex quibus duabus fit vera communis vena. alter vero ramus humerariæ in externo cubito superius & exterius ramulos quidem multos propagat: sed tandem præcipuus ramus supra brachiale, extremáq; manum inter minimum digitum, & anularem tendit, atque hic diuisus ad vtrunq; digitum fertur ad summum vsq; ipsorum. Hanc venam tum Arabes, tum qui praxim exercent fere omnes saluatellam nuncupant, cuius sectionem in affectibus lienis mire aiunt prodesse. Sed quantum missio sanguinis è saluatella in splenis morbis auxiliari possit, ego sanæ mentis lectori iudicandū relinquo. Posteaquam axillaris vena è cauitate thoracis emersit, &,quam dixi, venam genuit, sub iugulo apud Anchiroidem scapulæ processum profunde immergitur: quo loco ramos complures profert, qui primum brachij musculum enutriant; neque hunc solum, sed scapulæ secundum, secundū quoq; thoracis, quartumq;, & septimum humeri, & scapulam ipsam, & vsque ad abdomen. Præter hos in fœminis alij rami ad mammillam alendam se conferunt. Hæc axillaris vena ad humerum delata sub primo musculo cubitum flectente, tres in venas, atque illas insignes diuiditur, quarum vnā basilicam dicunt iecorariam, hepaticam ve. Hippocrates cubiti internā vocat. hæc, quam altius penetrare diximus, fit sensim superficiaria, & extremo humero accedit: ac vbi cubitus flectitur, humerariæ instar in duos diuiditur ramos, quorum vnus interno cubito cum humerariæ ramo vnitur: quo loco efficitur cōmunis vena. communem autem dicunt, quod vtriusq; venæ sit particeps. qui illam constituunt rami medianæ appellātur, quos semper fere vulgo secant. Sed hic animaduertendum est, prope humerariam, atque eius medianam, neruum adesse nullum, quemadmodum prope basilicam. Alius ramus & ipse per exteriorem partem diffunditur, varieq; coniungitur: nunc enim cum humerariæ ramo: nunc cum communi anastomosim efficiēs: tandem vero supra brachiale, postbrachialeq; ramos mittit, tum ad medium, tum ad indicem. Alia superficiaris vena, quæ communis appellatur medio, & interno cubito oblique supra radium fertur, varie scinditur, ramumq; inter indicem, & pollicem, atque inter indicem & medium mittit, ac in ipsorum finibus cessat. Hunc ramum in capitis affectibus secare consueuerunt. Aliarum verum duarum magnarum venarum axillarium, altera profunde satis, quinque neruos subit: parumq; abest, quin os humeri attingat; & ramulos emittit, qui duos musculos cubitum flectentes alant, deinde deorsum flectitur inter primum, ac secundum

Error Arabum, de venæ saluatellæ sectione in lienis affectibus.

Venarum ī fœminis mãmillas nutrientium exortus.

Vena basilica, iecoraria, hepaticaque dicta, interna ab Hip. appellatur.

Vena communis quare dicta.

Mediana vena.

Prope humerariā venā minime, verum prope basilicam esse neruū.

Vena in capitis affectibus secari solita.

Duarum magnarū venarum ductus.

ſecundum muſculum: & ſupra flexuram cum tranſijt, in tres ſecatur ramos: atque hinc ad internos cubiti muſculos ramulos mandat: dein altius penetrans ad brachiale inclinatur. hi ſub ligamento vbi ad manus volam peruenere, ſurculos promunt ijs muſculis alendis dicatos, qui in extrema ſunt manu, deinde ſingulis digitis venulas binas diſtribuunt, quæ à lateribus ad eorum extremitatem feruntur. alius autem ramus apud flexuram id ligamentum pręterit, quod inter cubitum, ac radium poſitum eſt, & ad exteriores muſculos diſtribuitur. Alia axillaris medio humero plus minus reflectitur ad 10 poſteriorem partem, ad duos muſculos cubitum extendẽtes ramos relegans. Poſtmodum deorſum magis tendit ad muſculum longiſſimum, ad bicornem, nec non ad muſculos, qui ab externo humeri tuberculo, ortum ducunt, atq; inter hos muſculos diſperditur. Eadem in regione ſub iugulo, vbi eſt ortus axillarium, quatuor tenues venas exoriri videbis, easq; deſcendentes, quarum duæ deſcẽdunt ſub oſſe pectoris, à partibus lateralibus penes coſtarum cartilaginem, hæ deorſum vergunt: Thoracemq; prætereuntes per rectos abdominis muſculos deſcendunt, quæ in nonnullis mulieribus cum alia vena coniunguntur. quæ ex inferiore loco ad dictos mu- 20 ſculos ſcandit. Hæ inter quartam, ac quintam coſtam nunc altius, nunc decliuius deſcendentes exteriorem in partem ſe conferũt, in viris anteriores muſculos nutrientes, in fœminis autem non modo ob hoc, ſed ob lactis quoque generationem cum in mammis diſpergantur. Reliquæ duæ deorſum latæ ſupra concauum pulmonis iuſta mediaſtinum ſupraq; pericardiũ feruntur vnà cum neruis duobus, qui ad tendinem diaphragmatis feruntur. Altius aliquantulum emergunt quatuor iugulares venæ: ex quibus binæ internæ ſunt, externæ reliquæ. Externæ ſupra iugulum immediate pullulant venæ ad muſculum epomida delatæ. & poſt ſcapulam truncus 30 per colli latera oblique aſſurgens ramulos mittit ad muſculos capiti inſeruientes, ac poſt occipitium ſurſum ad capitis cutem apud eam partem iugularis externæ, quæ reliqua erat: ſupra inferiorem maxillam ſe effert ante maſſeteram, & oblique per mediam faciem fertur ad maiorem oculi angulum: quoſdam etenim ramulos ad faciei muſculos diſtribuit, in angulum vero venam ſupra orbitam mittit, idq; per muſculum palpebram conſtringentem; & quod reliquum eſt, inter ſupercilia per frontem ad cutim capitis aſcendit. Illud adnotabis dextram venam in quibuſdam inter ſupercilia cum ſiniſtra iungi, deinde rurſus ſeiungi. Alia iugularis vena eſt ſatis inſignis, quę ſurſum attollitur verſus caluariæ baſim ꝑ anteriora proceſſuum trãſ-

Quatuor venæ ab axillarium venarum exortu ad abdominis muſculos tendunt.

Venæ quæ in viris anteriores abdominis muſculos alũt ĩ fœminis vero etiam lac generant.

Venæ capitis muſculis inſeruiẽtes ac in reliquas capitis, ac faciei partes ſe diſſeminantes.

Venas ſuperciliorum in aliquibus dextram cum ſiniſtra iungi, ac inuicem ſeiungi.

Venę iugularis versus caluarię basim processus.

Vena musculos, glandulasque laryngis nutriens.

Vena quę in angina secatur.

Vena quæ ad durã matrẽ inseritur.

Venæ cerebri substantiam alentes.

Lirion, seu torcular.

Vena mirabilem sinum cõstituẽs.

Venarum in durã, ac tenuem membranam cerebri ramificatio, ac in cerebri substãtiam ingressus.

Venas, ac arterias cerebri substantiam ingredi nemini hucusque cognitum.

uersorum vertebrarum colli penes asperã arteriã. Hæc, quam diximus, vena sub larynga ramum profert notatu dignum, cuius ramulis glandulæ musculiq; laryngis aluntur. Eadem vena sub inferiore maxilla varie diuiditur, tamen minor est diuisio huius cum accedit ad glandulas, quæ sunt sub aure, ad musculos hyoidis seruientes & ad linguam ipsam: idq; inferius. Medici iubent hanc secari in angina. reliquum venæ tum ad Pharynga distribuitur, tum ad eam tunicam, quæ os inuestit. Maior dictæ venæ truncus caluariam ingreditur per inæquale foramen, per quod sextum par neruorum cerebri descendit. Vbi vero ingressus est, ad posteriora conuertitur, atque in duram matrem immittitur. Verum suam secum tunicam portat: & per occipitium ad summum pene labdalis suturæ ascendit: quo loco dextra cum sinistra iungitur: & quà dura mater duplex efficitur à posteriore parte ad frontem ducitur parte suprema cerebri, in orbiculareq; foramẽ inseritur inter frontẽ & ithmoides situm parte capitis posteriore, vbi in vnum venæ coibant, in duræ matris quadruplicationem admittitur. Indeq; duæ venæ per vniuersam superiorum ventriculorum longitudinem progrediuntur. huiusce ramuli cerebri alunt substantiam. Quadruplicatio autem duræ meningis, quam supra memoraui: & lirion, & torcular appellatur, iacetq; inter cerebrum, ac cerebellum. Vena vero per superiorem cerebri longitudinem vergens admirabilem sinum constituit: nam supra semicirculum præ se fert, infra vero tres angulos habet, qui hoc in loco nunc paulo ampliores, nunc arctiores sunt. vario se modo diffundit; eiusq; rami postquam duram membranam perforarunt, per tenuem lati nunc sursum, nunc deorsum varijs modis per illam totam ramificantur. at vbi tenuem prætergressi sunt ipsam substantiam cerebri ingrediuntur. quod dictum nõ dubito quin vobis nouum esse videatur; cum nemo istuc ipsum antea obseruauerit. Ego enim primus (absit verbo inuidia) obseruaui venas atque arterias cerebri substantiam introire. sub hac substantia cerebri iugularis interna antequam cranium ingrediatur, venulas per laterales partes ad musculos mittit temporales, in craneo vero ipso ad duræ matris latera iuxta iugulum. Hæc vena, venam aliam paruulam parit dum ascendit per transuersos processus vertebrarum ceruicis, ac ramulos emittit, qui ceruicis musculos alant: ea in aliquibus ab axillari exoritur. Vbi vero inter ceruicis vertebras exeunt nerui, hæc vena ad spinalem medullam ac vertebras nutriendas properat: primam vertebram eadem superequitat occipitium versus, vbi foramen cernere est, quod ad auditus organum penetrat, eòq;

eòq; ingreditur, vt hoc organum omne nutriat. Ab hac iugulari interna omnia oſſa capitis, maxillæq; tum ſuperioris, tum inferioris dentesq; omnes nutriuntur. Quare nihil eſt quod alium venæ peculiarem ramum deſcribendum expectes, qui dentes ipſos alat.

Venæ, capitis oſſa, vtranq; maxillã, dẽtesq; nutriẽtis deſcriptio.

Caua vena, poſtquam ſub diaphragmate ab hepate tanquam à proprio exijt fonte, corpori vertebrarum dexteræ partis adhæret, quæ poſt exitum paulo infra hepar venulam ex ſeſe procreat, quæ partes ibi adiacẽtes alit, & varie ſcinditur. Poſtmodum truncus deorſum inclinans duas venas, quas emulgentes dicunt, parit; quæ in renes terminantur. haſce ſolas ſemper eſſe caue exiſtimes; in tres enim, quatuor etiam, & quinque nonnunquam diuiſas eſſe comperies, licet hac de re ſcriptorum nullus adhuc meminerit. Sunt autẽ emulgentes tam in dextris, quàm in ſiniſtris. Galenus longo verborum apparatu cauſas reddit, quibus natura dextram ſiniſtra altiorem voluerit eſſe. Sed cum ſenſus contrarium prorſus atteſtetur, omnes illius rationes protinus corruant, neceſſe eſt: cum ingenioſę potius, quam veræ exiſtant. Equidem in brutis animantibus ſitum emulgentium venarum homini contrarium deprehendi; ita vt de brutis locutum fuiſſe Galenum tam perſpicuum ſit, quàm quod maxime. Nos igitur hominis emulgentes venas deſcribentes ita dicamus. A ſiniſtra igitur parte cauæ venæ ſub ventriculo ſcaturit vena ampla ſatis, & longa, emulgens dicta; quæ ſupra vertebrarum corpus, arteriamq; aorti fertur, per mediumq; ſiniſtrum renem fluit (eſt autem is in homine nõ parum dextero ſuperior, & hoc ob lienis paruitatem) quæ illi non obſtat, cum iecori magnitudo plus loci occupans dextrum renem cogat eſſe inferiorem. poſtea vero quã ad renẽ peruenit eo, quo dictum eſt, pacto, eius corpus ingreditur. ibi amplificatur, atque in ramos ſecatur, qui per renis ſubſtantiam diſtribuuntur. Noli tamen exiſtimare confici ex his cribrum illud magni nominis, de quo Galenus tam multa: per quod lotium percolari exiſtimabat: hoc vero dilatato ſanguinem mingi. Hic natura membranas apponere poterat, quemadmodum meſaraicis, atque vreterum finibus: ſed, quoniam hoc illi commodius viſum eſt; ex ipſamet renis ſubſtantia quaſdam eminentias procreauit, quæ in dictos ramos ingreſſæ, obſtant, quominus ſanguis, qui ad renes vnà cum ſeroſa parte deducitur, naturaliter delaberetur. Hoc tamen obſeruato, quod eſt pulcherrimum: cum natura lapillus aliquis deorſum trudendus eſt, id plerunque tanta vi fieri, vt magnam vim ſanguinis cum vrina demittat. vſus harum venarum eſt, vt ſanguinis ſerũ, & pro renibus nutrimentum deferant. Ab huius venæ concauo vas

Cauæ venæ ductus.

Venas emulgentes in plures ramos ſcindi ſolitas à nemine animaduerſum.

Galenum fruſtra ĩ rationibus inueniendis de emulgentium ſitu laboraſſe quantum ad corpus humanum ſpectat.

Emulgentium venarũ deſcriptio.

Renum ſitus.

Cribrum ab alijs fictum in renib' non dari.

Galeni error.

Quî lapillus è renibus ad veſicam detrudatur.

Emulgentium venarum vſus.

Vrinarium vas vreter appellatur.

oritur, vreter idest vrinarius dictus; vt proprio loco fusius dicetur. oritur inquam in ipsius renis corpore: hic vrinam suscipit, & ad vesicam fert. In dextra parte eadem emulgēs sita est sinistra inferior, & breuior multo; nam inter cauam venam, & dextrum renem parum quid interest: inseritur autem eo pacto, quo in sinistra dictum est. Oritur à sinistra emulgente vena seminalis nuncupata, quæ oblique sub peritonæo descendens supra os pubis deducta in testiculum inditur: quemadmodum apertius explicabitur, vbi de partibus genitalibus agemus. sed interim diligenter adnota ortum seminariæ venæ ab emulgente non esse, vt humor serosus ad sinistrum testiculum deferretur, quo maiorem in coitu voluptatem pareret, sicuti plæriq; anatomici in hoc parum prudentes credidere: sed vera causa est ipsa venæ exiguitas, quæ si ex venæ cauæ corpore emersisset, vt dextra, quoniam illi supra arteriam transeundum erat, periclitabatur, ne in magnis dilatationibus, ita vt fit, disrumperetur. quocirca prudens natura non à corpore venæ cauæ, sed à sinistra emulgente sinistræ seminalis originem trahi voluit. at sub dextra emulgente apicis duorum digitorum interuallo ab ipso venæ cauæ fonte effluit vena seminalis dextera, quæ primo oblique descendit: deinde sub peritonæum fertur: deinde super os pubis: postremo in testiculum desinit: quod in viris intelligas oportet: secus enim contingit in mulieribus. licet enim origo sit eadem, & finis, tamē longitudo non est tanta, neque summum ossis sacri præterfluit: & in abdomine cessat. Illud vero magis miraberis sub seminali dextera ad quartam vsq; lumborum vertebram nullam venam mitti ad superiora, sed ad inferiora duntaxat. à iecore namq; ad hunc vsq; locū, inter vertebras, vbi exeunt nerui, vena caua venas profert, quæ tum spinalem medullam, tum vertebrarum corpus nutriant. Quum primum autem ad quartam vertebram lumborum caua peruenit, in duos insignes ramos diuiditur, qui oblique super os ilij, pubisq; delati ad dextrum, ac sinistrum crus iter habent. A qua diuisione primo venæ satis magnæ oriuntur, quæ deorsum latæ, primo versus anum se conferunt: vbi namq; illa adhæsit ossi sacro, ramos per ipsius foramen transmittit ad spinalem medullam, ad ipsum os sacrū & ad musculos in lumbis sitos, qui ab hoc sacro originem ducunt. mittit insuper ramos ad natium musculos, qui femori deseruiunt. Ab ijsdem ramis venæ illæ proficiscuntur, quæ in extremum rectū intestinum implantantur. Ab hac eadem vena prodeunt illæ venæ, quæ ad vesicæ latera proficiscuntur, vt ipsam, musculosq; recto intestino deseruientes enutriant; idq; in viris; nam in fœminis petunt ceruicis

Venę seminalis ortus.

Falsa opinio aliquorum de ratione ortus seminariæ venæ.

Quamobrem non à caua vena, sed à sinistra emulgēte seminalis sinistra oriatur.

Dextrā seminalē à caua nasci.

Differentia venarum seminalium inter virum, & mulierem.

Venæ cauæ ī quarta lumborum vertebra ī duas scinditur partes.

Distributio vtriusque rami cauæ venæ ad inferiores partes.

ceruicis vteri principium. ex quo loco menſtruæ illis effluunt purgationes, vt latius capite de vtero explicabimus. Idem ramus, qui veſicam; vteri ceruicem alit. & ipſa nonnunquam principalis diuiſio venam gignit, quæ deſcendit, deorſumq́; lata eo foramine excipitur, quod in oſſe pubis, coxendicisq́; collocatum eſt: & ad nonum, decimumq́; muſculum femur circumagentes ſe recipit: vt eos nutriat. deinde ad ſeptimum, deorſumq́; per internum femur ſpargitur, & terminum habet. Animaduertendum tamen eſt vaſa ſeminaria in mulieribus non finiri in teſtium capite; ſed deorſum effundi, vt matricis ſubſtantiam alant. Ab his venis ortum ducit vmbilicalis vena, cui noſtræ generationis exordia accepta ferenda ſunt. Eadem venæ cauæ diuiſio duas parturit venas dextram inquam, & ſiniſtram, quæ ſurſum caput verſus reflectuntur. Progreſſus earum eſt inter peritonæi diuiſionem, ſupraq́; id ſub rectis muſculis ad ſecundam vſq; ipſorum interſectionem in ramos, ac ramulos degenerantes diſtribuuntur dictis muſculis peritonæoq́; alimentum ferentes. Hæ ſunt illæ venæ, quarum ope (vt magnus Hippocrates, & poſt eum Gal. ſcriptum reliquere) tantus eſt vteri cum mammis conſenſus in mulieribus: quas quandoq; inuenies cum illis duabus venis vniri, quæ deorſum deſcendentes ſub ſternum collocantur in rectorum muſculorum fine. in quibuſdam parte vna duntaxat, aut duabus ramulo perexiguo coniunguntur. Illud vero reticere nullo pacto poſſum, me in nonnullis mulierum cadaueribus quacunq; diligentia adhibita, nunquam tamen harum venarum vnionem inuenire potuiſſe. Hoc inſuper aſſero, has non proficiſci ab vtero, ſed ab ea diuiſione, vbi eius venæ oriuntur, quæ nō ad vteri ſubſtantiæ alendæ dicatæ ſunt, ſed ceruicem illius nutriunt. Per eas menſtrua expurgantur: quemadmodum ſæpenumero vidi hiſce oculis in aliquibus mulieribus, quæ violenta morte periere, dum adhuc illis menſes fluerent. neque in his modo, ſed etiam in alijs quibuſdā quibus inſtabant, & mox fluxuri erant, idq́; præſertim Piſis accidit, dum mulierem eiuſmodi in publico Theatro ſecarem. aderat diſcipulorum, ac doctorum magnus numerus. mulieri, cuius anatomē profitebar; Sanctæ nomen erat, quæ cum ante menſem geminos peperiſſet, eosq́; miſeros vix in lucem proditos luce priuaſſet, ac ſuffocaſſet: eā iuſti iudices ſuffocandā iuſſerunt. nam vt inquit poeta ille,

Non eſt lex iuſtior vlla,
Quàm necis artificem arte perire ſua.

In hac igitur muliere Sancta nomine, reuera autem demoniaca potius, & venefica, huiuſmodi venæ, quæ in alijs non admodū magnæ eſſe

Ex quo loco menſtrua egrediātur.

Vaſa ſeminaria in mulieribus quomodo conſtituta ſint.

Venæ vmbilicalis ortus.

Venæ duæ peritoneum alentes.

Venæ per quas cōpatitur vterus cū mammillis.

Per quas venas menſtrua purgentur.

esse solent: insignes erant, & nigerrimæ, & propterea satis perspicuæ. Quamobrem licuit spectatoribus per Sanctæ cadauer in animum inducere per quas venas fluunt menstrua, eas non transire per vterum. Sed si quis ita obstinate oppositum sentit, vt neq; si oculis cernat, quod dixi, illi suaderi veritas posit; ego nihil moror; ipse viderit. Ramus hic crassus diuisionis arboris venæ cauæ cum supra os pubis peruenit extra abdomen, fertur in inguina: & hic ramulos complures gignit, qui glandulas ibi positas nutriāt: in quibus glandulis fiunt bubones. Ab eodem loco venæ emergunt, quæ per penem ambulant inter pellem, & carneam membranam vsq; ad extremum præputij. eius rami etiam nescio qui per scrotum disseminantur. Ex eodem loco, vnde venas hasce omnes exoriri dicebamus, vena exit satis apparens, quæ oblique ascendit ad ilium os: & sub pelle graditur versus extremas costas, supraq; abdomen diuersos in ramos scinditur, quas venas bonus Vessalius præterijt. Ramus hic insignis, quem paulo ante memoraui, postquam inguen superauit, trimembris euadit: quorum vnus intra pellem & membranam carneam oblique introrsum, versus genu descendit, supraq; ipsum interne per crus descendens, supra internum malleolum progreditur ac supra pedem digitos versus, pollicem præsertim: ibiq; varie finditur. Hæc vena illa est peruulgata satis, quam saphenam dicūt, è qua in vteri affectibus sanguis mitti consueuit; in cuius descensu ramuli complures hinc inde mittuntur, cum vt cutem alant, tum vt pinguedo gignatur. Reliqui duo crassi rami à musculis tecti feruntur; oblique tamen per femoris interna descendunt, transeuntq; inter duo inferiora femoris capita: sub genu deferuntur, prius tamen ramulos multos promittunt pro eorum musculorum nutritione, qui femur ambiunt, quà femur flectitur. A maiori autem, quem diximus, ramo vena assurgit, quæ sub cute primum, deinde per posteriora tibiæ ad pedem usq; excurrit. sub eadem genu flexura alia vena pullulat, quæ anteriores musculos tibiæ, aliumq; etiam profundiorem nutrit, deorsum fertur, ligamentoq; adhæret, quod est inter tibiam, fibulamq;: vbi ligamentum perforat, & ad anteriora tibiæ serpit, ac descendens supra pedem cum pedis ligamento adhęret. Ramus maior adeo ima petit, vt sub planta pedis excurrat per internum malleolum; & in tibiæ regione, nec non sub planta varijs modis ramos edit. Alius ramus notatu dignus diuiditur & ipse per musculos, & venam mittit sub duobus primis musculis post tibiam sitis: vbi tendo eius initium sumit. Hæc assurgit, & anteriora versus sub cutim fluit, & ad externum pedis malleolum transmittitur, hæc

Glandulæ in quibus bubones fiūt.

Vessalij negligentia.

Vena saphena.

10

20

30

hæc illa est vena illustris, quam sciæ siue ischij & coxendicis vocāt, & in eius affectibus secant. Ramus ille, qui sub genu fertur, poplitis vena nuncupatur: cuius apud antiquos frequens fit mentio. A quibus venis, quemadmodum ab alijs superius descriptis, plures alij ramuli exoriuntur, qui à nobis de industria præteriti sunt. quæ venę & quòd exiles admodum sunt, neq; eundem in omnibus cursum tenent, describi nullo prorsus pacto à nobis debebant. Igitur quæ de venarum historia breuiter à nobis hactenus exarata sunt satis esse poterunt candido, benignoq; lectori: si tamen illud addiderimus, hanc esse venarum vtilitatem, vt ad omnes corporis partes sanguinem pro nutrimento deferant. etenim membra omnia solo sanguine aluntur. propterea cauas natura procreauit venas dedita opera: vt instar riuulorum per corpus excurrerent. Substantia venarum tenuis admodum est, neruosaq; constat membrana: idque non temere: Nihil enim Deus Opt. Max. temere agit; sed ne ita facile disrumpatur.

> Vena sciæ, ischij, & coxendicis vocata.
> Vena poplitis.
> Venarum vtilitas.
> Cuncta mēbra solo sanguine nutriri.
> Quare cauæ factæ sint venæ.
> Venarum substantia tenuis & neruosa membrana prædita.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER VII.

DE CORDE ET ARTERIIS.

COR licet inter principes partes non numerari non posſit; princeps tamen nō est: vt Aristoteles censuit, qui actiones omnes in corde collocauit. quod profecto vitalis caloris fons existit, vitalesq; spiritus perfectiores reddit, posteaq̃ in pulmonibus elaborati sunt: quemadmodum planius audies, quando de pulmonibus, eiusq; actionibus mentio fiet: estq; arteriarum omnium radix, fons, & origo. & quanuis in thorace à sagacissima natura cor situm fuerit, dimidiatum tamen thoracem neutiq̃ occupauit: neq; in medio corporis situm fuit, vt Aristoteli placuit; nam centrū corporis occupauit vmbilicus, quemadmodum tunc dicemus, cum de fœtu agemus. Illud vero nullo tibi pacto in mentem veniat cor neruorum,

> Cor est inter principes corporis partes, non tamē prīceps pars.
> Cor spiritus vitales in pulmonibus elaboratos perficit.
> Cor arteriarum omnium radix.
> Cordis situs contra Arist. sententiam.
> Corporis centrū vmbilicus occupauit.

uorum, aut venarũ principiũ esse. situs cordis in homine est in thoracis cauitate: isq; obliquus, & si in brutis rectus existat; in homine supra septum transuersum iacet, & illud tangit: sed in brutis nõ parum distat. basis èius est tantum non in dextro latere; at cuspis sinistrorsum. membrana inuoluitur satis crassa, nerueaq;, quam cordis inuolucrum appellant: cuius vsus est, vt cor contineat, colligetq;, ne decidat, neue os pectoris, costasq;, dum mouetur attingat. Appellant autem cordis motus, tum diastolem, tum systolem, quòd scilicet & dilatetur, & constringatur. Pericardiũ igitur hoc, quod diximus, à corde aliquantulum distat. quo loco aqueum quendam humorem naturà collocauit: vt eo cor humectaretur; periculum etenim imminebat, ne absq; hoc præsidio ob frequẽtes, ne perpetuos dicam, ipsius motus, qui etiam nobis fiunt inuitis, cor exiccaretur. quem humorem non modo in uiuentibus, sed in mortuis quoq; deprehendes: licet de hoc Curtius Papiensis dubitauerit; at ego hoc ita esse, non semel, sed sæpius in publicis, priuatisq; viui canis sectionibus aperte ostendi ita, vt nullus amplius dubitationi locus relinqueretur. Hoc inuolucrum, indumentumúe in homine septi transuersi tendini valide cohæret. Scito præterea cor præter inuolucrum, quod dixi, propria tunica præditum esse, quæ ipsius substãtiam immediate contingit. sed inter cor, & pericardium non parua oritur pinguedo, quæ manifeste conspicitur, & cordi adhæret: q̃uis Aristoteles, & Galenus asserant, neque circa cor, neque circa aliam quamuis calidã particulam pinguedinem vllam nasci. Dicebat autem Portius Neapolitanus Physicus, qui in Aristotelis verba nimis iurauerat: hanc, quam diximus, pinguedinem circa cor pinguedinem nullo pacto esse: huius rei testimonium locupletissimum esse, quòd ipsa non eliquatur. Ego vero in theatro, dum Pisis publice profiterer, nihil respondens pinguedinem eandem candelæ, quæ præstabat, eliquaui. quo viso cum mutire amplius nõ auderet, tacitus abijt, ac pene explosus. Erat autem ob continentem motũ pinguedo ibi valde necessaria; itaq; pinguedinem in compluribus corporis nostri partibus cernimus, præsertim circa oculos, temporalesq; musculos, ne partes exiccentur. Humani cordis figura pyramidem prorsus nõ præ se fert, quemadmodum in brutis; sed depressum est potius cor in homine. eius substantia dura admodum, densaq; est, eiusmodiq; facta est, vt ne in validis motibus disrumperetur. Tribus generibus fibrarum cor præditum est, hoc est rectis, obliquis, & transuersis, vt & traheret, & contineret, & expelleret. nullo autem pacto potest cor inter musculos connumerari: quamuis di-

Membrana cordis inuolucrum appellatur.

Diastoles & systoles cordis motus.

Pericardium.

Humor aqueus in pericardio.

Curtij Papiensis hæsitatio.

Cordis alia a pericardio propria tunica.

Cordi pinguedo.

Gal. & Arist. falsa opinio.

Portius Neapolitanus Aristotelẽ defendens experientia victus.

Pinguedinis vsus.

Cordis humani figura.

Cordis substãtia.

Cordis fibræ.

Cor non est musculus vt Hippocriti placuit.

10 20 30

uis diuinus Hippocrates in libro de corde ipſum muſculum eſſe dicere non erubuerit. Vndiq; vena coronali circundatur, vt eius ſanguine alatur: cui arteria coronalis quoque dicta ſe ſociã præbet, & nonnunquam binæ: idq; vt eius ope ſubſtantia vitalis caloris viuificetur. quare dubitare aliquis poſſet, atque ex dictis argumentum elicere ſatis validum, non in corde, ſed in pulmonibus vitales ſpiritus gigni. Ego vero magnis philoſophis huiuſmodi difficultates diſcutiendas relinquo: mihi etenim ſatis fore puto, ſi partes corporis quomodo ſe habent, earumq; vſum, quantum in me erit, vere de-

10 ſcripſero. ſed, vt ad cordis hiſtoriam redeamus: Duæ inſunt cordi cauitates, hoc eſt ventriculi duo, non tres, vt Ariſtoteli viſum eſt. ex his alter à dextris eſt, à ſiniſtris alter: dexter ſiniſtro multo eſt maior. in dextero ſanguis adeſt naturalis, at vitalis in ſiniſtro. illud autem obſeruatu perpulchrum eſt, ſubſtantiam cordis dextrum vẽtriculum ambientem tenuem ſatis eſſe, ſiniſtram vero craſſam: & hoc tum æquilibri cauſa factum eſt, tum ne ſanguis vitalis, qui tenuiſsimus eſt, extra reſudaret. Inter hos ventriculos ſeptum adeſt, per quod fere omnes exiſtimant ſanguini à dextro ventriculo ad ſiniſtrũ aditum patefieri. id vt fiat facilius, in tranſitu ob vitalium ſpirituũ

20 generationem tenuem reddi. ſed longa errant via; nam ſanguis per arterioſam venam ad pulmonem fertur, ibiq; attenuatur; deinde cum aere vnà per arteriam venalem ad ſiniſtrum cordis ventriculũ defertur: quod nemo hactenus aut animaduertit, aut ſcriptum reliquit: licet maxime ſit ab omnibus animaduertendum. Præter hæc omnia, quæ hactenus dicta ſunt, adſunt quoque circa cor duæ aliæ particulæ, quas auriculas vocant, quæ tamen auditus ſenſui nullo pacto ſunt dicatæ. Sunt igitur eminentiæ binæ, membranoſæ, anfratuoſæq;, ex quibus altera dextra eſt, ſiniſtra altera; & rurſus altera maior eſt, altera minor; rurſusq; harum altera ad cauam venã,

30 altera ad arteriam venalem appoſita eſt. harum igitur auricularum in cordis motibus non paruus eſt vſus. ne ſcilicet dum cor mouetur, vena caua, venaliſq; arteria, quæ ipſa quoq; venarũ inſtar, diſrumperẽtur, cõſtructa eſt: nimis enim quãdoq; ſanguine opplẽtur. Circa cordis baſim, quæ lata admodũ eſt, quatuor vaſa conſpicua ſunt: duo ad ventriculum dextrum, duo item ad ſiniſtrum: in dextero eſt vena caua, venaq; arterioſa; at in ſiniſtro adeſt arteria ahorti, & arteria venalis. Neque tamen exiſtimes id, quod multi ſunt opinati; venam cauam hinc exoriri, vt iam dictum eſt in tractatu de venis. illa enim cor non ingreditur, vt falſo arbitrantur; ſed cum ſciſſa ſit eo loco, lataq;, dextri ventriculi orificio duntaxat adhæreſcit. Vena item

Cor coronalis venæ ſanguine nutritur.
Coronalis arteria.
Cordis ventriculi duo, nõ tres ſunt.
In dextro corporis ventriculo ſanguis naturalis, in ſiniſtro vitalis continetur.
Subſtantia vtriusque cordis ventriculi.
Cordis ſeptum.
Vitalis ſpiritus generatio nemini adhuc animaduerſa.
Cordis auriculæ.
Auricularum cordis vſus.
Quatuor in cordis baſi vaſa.
Vena caua.
Vena arterioſa.
Arteria ahorti.
Aeteria venalis.
Vena caua cor non ingreditur.

Vena arteriosa' a iecore nó a corde oritur.

na item arteriosa non à corde oritur, sed à iecore. quod verum esse facile perspicies, si animaduerteris. nam, dum in vtero matris fœtus latitat, si eius introspiciamus, comperiemus cauam venam cum vena arteriosa continuam esse. Igitur quatenus vena, ab hepate ortum ducit: at quatenus arteriosa, ex corde; est enim cor arteriarũ omnium principium. Hæc ad pulmonem incedit, vt ad illum sanguinem ferat, quo nutriatur, quemque pro corde alteret. Vena arteriosa hæc, quam diximus, magna est satis; immo vero multo maior quàm necesse fuerit: si sanguis ad pulmones supra cor exiguo interuallo deferendus duntaxat erat. Diuiditur duos in truncos tũ ad dextrum, tum ad sinistrum pulmonem; deinde varios in ramos, quemadmodum tunc dicemus, cum de pulmone agemus. Verum enimuero vena illa, quam diximus, seu membrana euanescit post infantis egressum ab vtero: idq; propterea quòd incipit cor suum officium præstare. Arteria ahorti, quæ est aliarum omnium arteriarum mater, à sinistro oritur cordis ventriculo, sursumq; assurgit. Sed antea quàm huius arteriæ iter persequamur, de arteria venosa dicendum videtur, quæ sinistro vẽtriculo apposita est. Dicitur autem arteria quoniam spiritibus, arteriosoq; sanguini deseruit; at vena etiam appellatur eo, quòd venæ corpus, hoc est substantiam habet. vas est satis insigne, quod per pulmones instar venæ arteriosæ dissecatur. Scribunt Anatomici in hoc (pace eorum dixerim) parum prudentes harum vsum esse, vt aerem alteratum ad pulmones ferant, qui flabelli instar ventulum cordi faciunt, idq; refrigerant, non cerebrum, vt Aristoteli visum est: existimantes ijdem eas tunc fumos nescio quos capinosos (ita enim ipsi vocãt linguarum ignoratione) excipere à sinistro ventriculo profectos. quod commentũ non dici posset, quàm ipsis placeat; quippe qui certo existimant in corde ea fieri, quæ in caminis assolent; quasi in corde viridia ligna existant, quæ dum cremantur, fumum edant. atq; hactenus de harum vsu iuxta aliorum Anatomicorum sententiam. Ego vero oppositum prorsus sentio: hanc scilicet arteriam venalem factam esse, vt sanguinem cum aere à pulmonibus mixtum afferant ad sinistrum cordis ventriculum. Quod tam verum est, quàm quod verissimũ; nam non modo si cadauera inspicis, sed si viua etiam animalia, hãc arteriam in omnibus sanguine refertam inuenies. quod nullo pacto eueniret, si ob aerem duntaxat, & vapores constructa foret. Quocirca ego illos Anatomicos non possum satis mirari, qui rem tam præclarã, tantiq; momenti non animaduerterint: quanuis præcellentes haberi velint: immo vero à compluribus sui similibus habeantur.

Quare vena arteriosa dicatur.

10

Arteria ahorti arteriarũ omnium mater.

Arteria venosa quare dicatur.

20

Anatomicorũ opinio erronea.

30

Diuersa à cæteris anatomicis de arteria venali sententia.

beantur. Sed illis hoc satis est Gal. dixisse quasi Pythagoræ discipulis. Quid? quòd aliqui nostro tempore in Galeni Placita de anatome iurarunt; vt hoc audeant affirmare, Galenum Euangelistæ more suscipiendum esse, nihilq; in eius scriptis esse non verum. mirumq; dictu est hoc dicto quantopere se efferant, ac Anatomi starũ principes popello iactent. quod quàm sit reprehendẽdum nemo nõ videt. etenim quis est qui nunquã offendat? sed de his satis superq;. Obseruandum est itaque orificio quatuor vasorum, quæ sunt ad cordis basim, vndecim membranas astare, quæ trisulcæ, vel tricuspides appellantur: tres inquam ad cauam venam, tres item ad venam arteriosam, tres ad arteriam ahorti dictam, duasq; ad arteriam venalem: quarum figura non est eadem: nam quæ ad venã cauam, & arteriam venalem positæ sunt: diuersa sunt forma à membranis magnæ arteriæ, & venæ arterialis; hæ namq; instar trium literarum, quæ C à Latinis dicuntur; aliæ verò sunt instar sagittarum. admirabilis autem harum vsus est; & ipsæ sunt: quarum ope multa discimus ex his, quæ ad cordis, & pulmonum vsus cognitionem spectãt. scito etiã quemadmodum harum figura varia est, ita vtilitatem diuersam esse. Ostiola itaq; cauæ venæ, necnon arteriæ venosæ ab interiore situ foras feruntur, vt sanguinis emissioni seruiant: aliorum vero duorum vasorum ostiola cõtra ab exteriore intro vt ad inclusum sanguinem continendum facta esse uideantur. Illud insuper adnotato ea ostiola, quæ intus foras panduntur, quibusdam filamentis referta esse hac, illacq; per uentriculos dispersis: quæ propterea facta sunt, ut ipsas contineant, firmentq;. quibus forte deceptus est magnus Aristoteles, qui filamenta hæc, quæ dixi, neruos esse opinatus est; hincq; factum est, ut Aristoteles cor neruorum principium esse scriptum reliquerit, & per consequens sensus, motusq;. sed, ut ad supradicta quatuor uasa redeamus: duo ex his cõstructa sunt, ut intro ad cor deferant; hoc autem euenit dum cor dilatatur; duo uero alia, ut, dum cor constringitur, foras deferant. iccirco quando dilatatur, sanguinem à caua uena in dextrum uentriculum suscipit, necnon ab arteria uenosa sanguinem paratum, ut diximus, unà cum aere in sinistrum. propterea membranæ illæ demittuntur, ingressuiq; cedunt: nam dum cor coarctatur, hæ clauduntur: ne quod suscepere, per easdem uias retrocedat: eodemq; tempore membranæ tum magnæ arteriæ, tum uenæ arteriosæ recluduntur; aditumq; præbent spirituoso sanguini exeunti, qui per uniuersum corpus funditur, sanguiniq; naturali ad pulmones delato: res itaq; semper habet, cum dilatatur, quas prius memorauimus,

Fieri potuisse vt etiam Galenus falsus sit nec omnia nouerit.

Membranę trisulcæ, & tricuspides appellatę in orificio quatuor cordis vasorum vndecim.

Vndecim membranarum vsus.

Cordis filamenta, pro neruis ab Arist. habita. Quamobrẽ Aristoteles cor principium neruorũ statuerit.

Quatuor vasorum vsus.

recluduntur clauduntur reliquæ. itaq; comperies sanguinem, qui in dextrum uentriculum ingressus est, non posse in cauam uenam retrocedere. ex hac doctrina collige cor nullo pacto id membrum esse, in quo sanguis gignatur; quemadmodum sensit Aristoteles; cum à uena caua sanguis distribuatur. estq; hoc admirabile, maximaq; arte fabrefactum. ad membranam autem cordis substantiam inuoluentem peruenit neruulus à sinistro recurrente neruo profectus. Hoc insuper velim certo scias nullum os in hominis corde inueniri: quamuis in bobus, bubalis, equis, atque id genus magnis animantibus osseum nescio quid ostendatur; quod in nobis neutiq̃ est. sed substantia duntaxat radicis magnæ arteriæ uenã arteriosam uersus, quæ cartilaginea uidetur: licet os nullo pacto appellari queat, quicquid Galenus dicat, qui ridendus in hoc est, dum ueteres ridet, qui os cordis non descripsere: quod iudicium ipsi maxime faciendũ erat. Hoc uero axioma in anatome existimato arterias omnes à corde proficisci, quemadmodum ab hepate uenas, necnon à cerebro neruos. A sinistro itaq; cordis uentriculo exoritur arteria illa, quam ahortim uocant, aliarum omnium arteriarum mater, quæ satis magna est. substantia uero tum crassa, tum alba; crassa quidẽ primo ne sanguis spiritu refertus facile euanesceret, deinde ne suis in motibus disrumperetur; mouetur enim arteria continuo nõ per se, sed propter spiritus. posteaquam ahorti cor ipsum prætergressa est, paruam arteriam coronalem dictã, eo quòd cor ipsum circundet, immediate parit, quæ eius substantiam uiuidam reddit, in qua uarie disseminatur. illud insuper scito coronalem hanc arteriam in nonnullis non esse vnicam, sed duas: deinde ascendens altius duos in truncos scinditur, quorum alter maior, minor alter existit: maior descendit, ascendit minor; maior autem factus est ille truncus, quem descendere aiebam: quoniam maior corporis pars illi uiuificanda erat. truncus ascendens à sinistris arteriã emittit, quam axillarem sinistram vocant, quæ oblique uersus axillam tendit, & ad superiores costas arteriolas mittit, & egrediens ad brachium iter tenet per internam partem, & cum basilica interna iungit se sociam, ramumq; sursum mittit, ramulos autem alios ad omnes eos musculos, qui sunt circa humerum, scapulam, eius cauitatem, necnon ad anteriora thoracis, & ad eas glandulas, quæ sunt sub ala. Truncus vero axillaris recte per internam regionem humeri descendit vsque ad cubiti flexuram; & anteaquam regionem hanc pertrãseat, arteriolam mittit sociam quarto neruo brachij ad musculos cubitũ extendentes distributam: cum autem flexurã cubiti prætérijt, in duas, sæpe in

Sanguinem in dextrum cordis ventriculum ingressum non retrocedere in cauam venam.

Neruus membranam cor inuoluẽtem ingrediens.

In hominis corde os non reperitur cum tamen in brutorum inueniatur.

Galeni error.

Quod in hominis corde reperitur non os sed portio quædam cartilaginis.

A corde arteriæ, iecore venę, cerebro nerui nascuntur.

Ahorti arterię exortus.

Arteria non per se sed à spiritu mouetur.

Coronalis cordis arteriæ origo.

Coronalis cordis arteria aliquãdo gemina.

Diuiditur arteria ahorti in duos truncos.

Ascẽdentis trunci distributio.

Axillaris sinistra arteria.

Trũci axillaris arteriæ distributio.

sæpe in tres arterias secatur. sed prius arteriolas ad eos musculos relegat, qui sunt in humero, & cubito; & ramus vnus penes id ligamentum incedit, quod inter cubitum, & radium positum est: & egressus foras ad externos musculos graditur. quod reliquum est, cubiti longitudinem sequitur: postea uero quàm sub interno transuerso brachialis ligamento præterfluxit, in palma ipsa varijs secatur modis, & ad extremos vsq; digitos extenditur: at alter ramus tendit radium versus iuxta eius deductum: & vbi medium cubitum prę terijt, assurgit inter musculos: & ad cutim subit per internam partem radij. atq; hic ille est ramus, cuius motum digitis persentiscere medici solent: cum manum in carpo apprehendunt, vt pulsum consulant. Illud præterea scias velim, ramum, quem dixi, in aliquibus vario situ locatum esse, vt dubites an is sit, quem hactenus memoraui, eo quòd foras versus feratur. quòd si quis medicus rei anatomicæ ignarus huius pulsum, dum ægrotat præsertim, loco consueto duntaxat quærat, neque inueniat, næ is hunc morti proximũ esse falso iudicabit, & prædicet falso. Non equidem negauerim perraro arteriam huiusmodi situm obtinere; nam partem internam plurimum occupat. hæc vbi à brachiali discesit per partem externam, vsque ad digitorum extremitatem procedit. alter ramus iuxta ligamentum fertur. Truncus iste ascendens postquam arteriã axillarem peperit; in arterias binas dissecatur carotidas, hoc est soporarias appellatas, quæ per partes colli laterales rectæ feruntur vsq; ad caluariæ basim, asperæ adhærentes arteriæ, venisq́; iugularibus internis affixæ. quam caluariam priusquam ingrediuntur, duas arterias ad faciem mittunt, & sub maxilla inferiori subdiuisæ ramulos mittunt ad musculos tũ colli, tum capitis, tum laryngis, tum hyoidis, tum linguæ. sed duo ramuli, ijq́; maiores ad linguam ducti per eius longitudinem ad extremum vsque feruntur: quo peracto itinere ascendunt sub aurem, & tum ante, tum post ipsam sursum attolluntur ad temporales musculos, ad frontemq́;, necnon ad capitis cutem: & ad faciem, hoc est, ad eius musculos distribuuntur. alter eius ramus, quem retro ferri diximus, disseminatur ad duos illos musculos, quos nos primi, pace aliorum dixerim, inuenimus: qui positi sunt in parte capitis posteriore. fertur etiam ad cutem, & ad musculos capitis. Ab eodem loco, & aliquantulum altius etiã arteriæ duæ ortum ducunt maxillam inferiorem ingredientes sub aure in foramen ibi dedita opera situm, iuxta maxillæ longitudinem, quibus cum arterijs & vena, & neruus quoq; adiunguntur; dispergun tur aũt ad omnes radices dentium inferiorum: pars vero egreditur

Arteria tangentibus medicis brachiũ se offerẽs.

Carotidæ arterię scilicet soporarię dictæ, earũq; distributio.

Duo musculi posterioris capitis nunc primum cogniti.

Arteriæ dentium radices ingredientes.

ditur per foramen ad mentum positum, & per labrum incedit. Huius arteriæ Vessalius oblitus est prorsus, ita vt illius ne meminerit quidem. Sed anteaquam illas arterias describo, quæ in caluaria continentur, aliquæ aliæ prius describendæ sunt, quarum pars à caluaria quoq; suscipitur. Animaduertendum igitur est, dexteram arteriam axillarem è loco minus humili exoriri, quàm sinistra. præterea oblique nõ incedit, vt illa. est autem origo eius à carotide dextera in iuguli regione; & recta incedit per axillam sub iugulo ad brachiũ dexterũ: vbi diuiditur, & progreditur instar sinistræ. at vnde hæ carotides arteriæ, & axillaris arteria ortum ducunt, ab anteriore parte duæ arteriæ nascuntur deorsum tendentes, ramos ad superiora interualla costarum & ad vertebras mittunt, quas Vessalius ignorauit: aliæ item duæ exoriuntur arteriæ paruæ, quæ sub sterno conuertuntur, descenduntq; duabus illis venis comitãtibus, quę ad mammillas tendebant, & ad fines rectorum musculorum. itaq; diuiduntur in illorum morem. In eadem pene regione retro tamẽ versus corpora vertebrarum duas alias adnotabis, quæ per transuersos processus vertebrarũ colli delatæ (ob hoc enim illos natura perforauit) necnon per ea foramina, è quibus nerui egrediuntur, ramulos mittunt ad spinalem medullam, vertebrasq;, & ad musculos ceruicem in latus flectentes: sed in quibusdam hæ duæ arteriæ non à soporarijs, vt in plerisq;, sed frequenter ab axillaribus originem ducunt. hæ quas nunc ob oculos ponimus arterias, inter primam vertebram, & caput partem caluariæ posteriorem ingrediuntur: inter ipsam nimirum, & spinalem medullam; prius tamen duas arteriolas auris antro subministrãt, quæ in ingressu miscentur. dextra nãq; sinistræ vnitur adeo, vt longitudine semidigiti vna fiat; in duas postea diuiditur; deinde in alias complures; tenduntq; primum ad duram, tenuemq; meningem, deinde ad cerebellum. & profecto si hę duæ arteriæ non fuissent à natura genitæ, posteriora caluariæ arterijs caruissent. ab hisce cerebellum viuificatur, & cerebri quoque pars, & medullæ spinalis origo. Hæ duæ arteriæ, quæ per trãsuersos processus vertebrarum inter primam vertebram, atq; os occipitij sursum assurgunt, internam caluariæ regionem ingrediuntur inter ipsam, inq; spinalemq; medullam. postea vero quam caluariæ cauitatem ad dimidij digiti longitudinem sunt ingressæ, vniuntur, atq; ex binis vnica fit arteria; tamen diuiduntur denuo in geminas, dexteram scilicet & sinistrã, à quibus arteriæ ad duas cerebri membranas mittuntur, atq; ad cerebellum. deinde per horum substantiam parte superiore ad dimidiam vsq; caluariam maxima fit harum arteriarum

Dexterarũ axillarum arteriarum inter se diuersitas.

Vessalij lapsus.

Arteriæ ad superiora thoracis costarum interualla.

Duæ arteriæ sub sternon.

Arterię per transuersos colli processus.

Mẽbranæ vtriusq; cerebelliique arteriæ.

Posterior capitis pars nõ vacat arterijs.

riarum distributio. quod reliquum est cranei, à duarum carotidum ramificatione viuificatur: vt paulo post dicam. quæ priusquam craneum penetrent, arteriolas auris labyrintho mutuo dant. vbi vero hic arteriæ truncus caluariam ingressus est, vt supra dicebam, ad spinalem medullam, ad duram, tenuemq; membranam, ad cerebellum cerebrumq; arterias mittit suas. Neq; quemq; inuenies, cui vera harum duarum arteriarum distributio cognita fuerit; neq; Vessalius ipse illam olfecit. qui dum in arteriarum per transuersos vertebrarum processus ascendentium descriptione versatur, inquit ingredientes caluariam per sinũ illum duræ matris tendere, quem iugulares ingrediuntur venæ. sed hoc potius ita esse animo concepit Vessalius, quàm oculis viderit. Quo circa nihil mirum est, si is rete mirabile à priscis anatomicis tantopere decantatum nescio quo pacto irrideat; nam ab hisce, quas ignorauit, arterijs potius quàm à carotidibus rete mirabile efformatur; quanuis neq; Galeno hæ duę arteriæ cognitæ fuerint: nam venas, inquit, per posteriora capitis ferri, per anteriora vero arterias. Tu vero hoc loco admirabile & arte inenarrabile constructum opus ab opifice summo diligenter ad notabis, cuius de sapientia, prouidentiaq; silere satius duco, quàm pauca dicere. etenim duæ, quas descripsimus, arteriæ sub spinali medulla sursum attolluntur, & præter multifidos illos ramos, quos per tenuem membranam spargit, eo loco, quem conarium, vel pinealem glandulam appellamus ingrediuntur substantiam cerebri in extremitate superiorum ventriculorum, atq; ibi grandem, atq; insignem plexum perficiunt; qui plexus mea quidem sententia plexus mirabilis ob admirabile artificium appellari merito potest: qui posteriore parte ad torcular affigitur. in hunc eundem admiratione dignum plexum duæ quoq; arteriæ carotides immittuntur, vt suo loco audies. itaq; ex quatuor arterijs constructum esse rete mirabile obseruare poteris: quod ante me à nemine hactenus obseruatum fuisse comperi. ita vt & rei nouitate, & dignitate delectari, & doceri posSit rei anatomicæ studiosus. arteriæ carotides vbi ad caluariæ basim peruenere, id foramen ingredi vidẽtur è quo sextum neruorum par egreditur: & quod venas iugulares internas suscipit; non assurgunt tamen, neq; hic duas arterias pariunt, vt Vessalius cogitatione potius, quàm visu deprehendit: quas vna cum iugularibus in duræ membranæ sinus ingredi voluit. sed quid, inquies, hæ agũt arteriæ sub caluariæ basi? Ad anteriorem partẽ conuertuntur, perq; id foramen transeunt, quod in osse temporali latitat prope illud, in quod sexta descendit neruorum coniugatio, & iugulares internos ingrediuntur,

Auris arteriæ.

Distributio arteriarum Vessalio incognita.

10

Rete mirabile dari cõtra Vessaliũ.

20

Conarius locus.

Torcular.

30

Rete mirabile ex quatuor construi arterijs à nullo adhuc obseruatum.

ingrediuntur, quæ prius quàm à caluariæ parte interna ſuſcipiantur duas promunt arterias, quarum varij ſunt rami, ad palatum nimirũ, ad internum naſum, ad ſuperiores dentes; alij caluariam ſubintrãt per ea foraminula, quæ ibi ſunt ſita; & arboris inſtar per duræ mẽbranæ latera explicantur vnà cum ijs venis, quæ in membrana conſpicuæ ſunt, propterea quòd ſinciput ibi excauatum videbis. Poſtquam autem hæ arteriæ ad palatum, dentesq́; eos ramos diffuderunt, vt ſupra diximus, aſſurgunt in craneum ipſum per id foramen, quod inter ſphenoidem, & os temporis ſitũ eſt: quo loco pars tertij neruorum paris deſcendit; quanuis Veſſalius hic Galenum acriter mordeat; idq́; mehercle iniuria. vbi vero ſellam, quam dicunt ſphenoidis ſupergreſſæ ſunt; binas arterias ad oculos mittunt poſt neruos opticos appellatos, vt vitam oculis præbeant: neque oculis ſolum vitam ſubminiſtrant, ſed etiam oculorum muſculis, ijsq́;, à quibus maxilla reſeratur: maxilla inquam ſuperior: propterea magnas multas harum ſectiones obſeruare poteris. quod reliquum eſt harum arteriarũ carotidum, ſupra dictã ſellam aſcendit tenui membranæ cohærẽs, & poſt calloſum corpus poſteriora verſus, varijsq́; modis per tenuem meningem diſpergitur ſupra, intraq́;, necnon ad latera. nonnulli etiam ſunt earum rami à tenui ad duram meningem deducti, alij à tenui ad cerebri ſubſtantiam. Poſt tot diſtributiones ſoporiferarum arteriarum ſupra ſellam cunealis, illæ ventriculos cerebri ſuperiores ſubeunt, cum primum tenuem membranam perforarunt: qui ventriculi anfractuoſi ſunt; & cum primo duæ eſſe viderentur, in exiguas, easq́; innumeras ſcinduntur. itaque perpulchrum rete ex arterijs contextum conſpicaberis: quæ omnes iuxta deductum eorum ventriculorum, quos ſupra memoraui, eò vſque progrediuntur, donec veniant cum poſtremis, vti diximus. Hæ arteriæ ſocias habent venas: & in earum finibus adeſt glandula pinealis. has Galenus deſcripſit pro conformi plexu, quaſi ſecundinam præ ſe ferat. Ego vero, ſi rete mirabile vſquã eſt, hoc eſſe affirmare audeo. nusq̃ enim tam admirandum arteriarum minimarũ, innumerabiliumq́; plexum, perplexumq́; & intertextum videre poteris. Sed Galenus ſuum rete mirabile ſupra ſphenoidem deſcribebat: vbi glandula illa adeſt omne id excrementum ſuſcipiens, quod in cerebro gignitur; huic enim muneri fuit à natura dicata. Sed non ne impium quid pijs hominibus videri potuiſſet, grauiterq́; accuſanda fuiſſet natura; ſi natura, quæ prudens, & oculatiſsima in hominis fabrica eſſe ſolet, ac debet, tam nobilem plexum, tam inſignem, tamq́; admirabilem in loco non modo humili, ſed tot excrementorũ ſentina,

Gal. iniuria à Veſſalio reprehenditur.

Sphenois ſella.

Arteriæ ad oculos.

Pinealis glandula.

Diuerſa opinio de retis mirabilis ſitu.

Glandula excrementa a cerebro ſuſcipiens.

10

20

30

ſentina, ne cloacam dicam, collocauiſſet? Quamobrem nequeo ſatis mirari, quî fieri potuerit, vt Galenus vir diligens ſupra quàm dici poſsit, rerumq; naturalium acerrimus ſpeculator, in tam graues errores inciderit: veriq; retiformis plexi ſitum ignorauerit, perperamq; deſcripſerit. quòd ſi cuipiam diligenter inueſtigare libeat reticularem plexum, vbi illum Galenus deſcribit: næ is fine ſuo fruſtrabitur. Nihil enim ibi cõperies niſi quaſdam arteriolas illis partibus, ſphenoidiq; oſsi vitam miniſtrãtes. Eædem arteriæ, ex quibus rete conficitur, quod mirabile appellatur, per cerebri ſubſtantiam arteriolas mittunt: quod nemo ex anatomicis ante me, quod ſciam, hactenus ſcriptum reliquit. Atque hic finis eſt deſcriptionis trunci ſuperioris: niſi illas arteriolas deſcribendas duceres, quæ ad dexteras coſtas ſuperiores demandant. Hic pulchrum eſt adnotatu, nullam arteriam ad pulmonem tendere, quæ vitales ſpiritus à corde ſuſcipiat, quò ad pulmonem deferat. propterea verum hoc eſt axioma in re anatomica, cum à pulmone diſceſſeris, reliquas humani corporis partes pulſatilibus arterijs præditas eſſe. Qua ratione probare acutus aliquis, atq; acer in diſputãdo poſſet, ne in corde quidem ipſo vitales ſpiritus gigni. Sed de hoc alias. Arteriæ magnæ, quam ahorti ſæpe nominauimus, truncus maior, qui deorſum tendit, ſiniſtrorſum flectitur, vertebrarumq, corpori adhæreſcit, quod in ſuperiori trunco non contingit; nam ille nõ ſecus atq; vena caua, à vertebris diſtat. truncus igitur hic inferior dum deſcẽdit è parte ſui poſteriore arterias profert coſtarum interuallis dicatas; atque hæ rurſus alias mittunt tum ad ſpinalem medullam, tum ad vertebras, tum ad muſculos, qui in poſteriore thoracis parte ſunt ſiti. at vbi ad ſeptum tranſuerſum deſcendit duas pares arterias dexteram inquam, & ſiniſtram, proferens, quæ ad ſeptum ipſum diſtribuuntur, ſub ipſo tranſit quidem, ſed nullo pacto perforat, penetratq;: ſed vertebrarum corpori adhærẽs progreditur ad penultimam vſque lumborum vertebram. Sed quum primum ſeptum, vt dixi, præterijt, arteriam profert, quæ ad hoc par ſecatur, ingrediturq;, vnde venam portam exire ſuo loco diximus; ibiq; diſtribuitur. alia properat ad bilis veſiculam, alia ad lienem, alia ad ventriculum, omentumq;: ramuli alij ad pancreas, alij vero ad colon inteſtinum. ſub hac alia emergit, cuius plurimæ, maximæq; diuiſiones ſunt tum per meſenterium, tum ad inteſtina tenuia. multisq; meſaraicis venis ſe ſocias præbẽt. deinde paulo inferius duas gignit arterias, easq; adnotatu dignas, quas emulgentes appellant, quæ renes ingrediuntur. ſub emulgentibus venis paulo etiam decliuius

Galeni error de mirabilis retis ſede.

Cerebri arteriolæ alijs adhuc ignotæ.

Nulla arteria ad pulmonem tẽdit.

Maior arteriæ ahorti truncus.

Maioris trunci ahorti arteriæ diſtributio.

Arterię emulgentes.

Seminales arterię

geminas producit arterias seminales, quæ à corpore magnæ arteriæ ortum habent, non autem à sinistra emulgente, vt Galeno visum est, perpaucos tamen excipio: hæ descendentes implicantur cum venis seminarijs tum in mare, tum in fœmella ad testes vsque, & in fœminis vsque ad vteri corpus, & ad internam partem matricis: & ab his arteriæ vmbilicales fœtus originem trahunt. sub hisce seminarijs arterijs medio trunco alia emergit arteria, quæ ad recti intestini mesenterium defertur, & ad partem eius intestini, quod colon appellamus: quæ per sinistrum ileon deorsum fertur. at recti intestini arteriæ vnà cum mesaraicis venæ portę venis ad extremum podicem vsque descendunt, quare fiunt tum venæ, tum arteriæ hæmorrhoidales, posteriore in parte ab hac eadem arteria sub transuerso septo arteriæ egrediuntur ad vertebras, ad spinalem medullam, necnon ad dorsales musculos, atque ad abdominis musculos delatę. Cum vero ad penultimam vertebram lumborum prouentum est, & in nõnullis ad vltimam vsq;: primum in duos ramos, eosq; insignes diuiditur, qui dextrum, sinistrumq; eius adeunt, superant autem cauam venam in osis sacri regione. Hi duo rami subdiuiduntur, descendentesq; amplius ramificantur, & ad vesicæ latera, & ad vteri ceruicem, & ad musculos in cõcauitate abdominis residentes; duæ vero aliæ transeunt per foramina sita in osse pubis, coxendicisq;, è quibus, quum primum abdomẽ ipsum egressæ sunt arteriæ mittuntur ad duo corpora penis, quæ à summo ad imum feruntur, in ijsq; in ramos abeunt: atque hæ illæ, illæ inquam sunt arteriæ, quibus erectio mentulæ accepta ferenda est; quam rem nemo, quod sciã, nostris temporibus, neq; ex antiquis cognouit, aut scripsit. Quod reliquum erat harum arteriarum, per eos musculos dispergitur, qui in interiore femore positi sunt; neque tamen genu prætereunt. ab illis arterijs quas vesica excipit, aliæ quoq; proficiscuntur arteriæ, quæ ad internam osis sacri partem delatæ, per quæ eius foramina tum ad ipsum tendunt, tum ad spinalem medullam, extra vero ad musculos femori deseruientes: quemadmodum à magna quoq; arteriæ diuisione arteriæ exeunt, quæ musculos femoris, qui sunt in abdomine, vitali sanguini nutriunt. ex illis autem arterijs, quæ iuxta sacrum os, coccygemq; descendunt, nonnullæ ad σφιγκτῆρα musculum perueniunt vnà cum quibusdam cauæ venæ venis, quæ & ipsæ hæmorrhoides dici possunt. Ex magna magnæ arteriæ diuisione duæ insuper oriuntur arteriæ, quæ sursum reflectuntur, & peritonæum prætereunt, sub rectosq; musculos ascendunt supra vmbilicũ vsque: & in ramos plures finiuntur per abdominis musculos. In hac diuisione

Vmbilicales arteriæ.

Recti intestini arteriæ.

Hemorrhoidales arteriæ.

Arteriæ penis, penem ipsum erigẽtes, qui vsus hucusq; fuit ignotus.

Vesicæ arteriæ.

10

20

30

diuiſione duæ arteriæ implantantur, quas vmbilicales appellamus, quæ primæ ſunt, quæ in fœtu ipſo gignantur. Etenim hæ ab vmbilico poſtquam emerſerint: progrediuntur per peritonæum quà duplex eſt ad veſicæ latera, hasq; arterias gignunt, de quibus paulo antea dicebamus. poſt vmbilicalium autem arteriarum ortum cor ipſum gignitur, quemadmodũ tunc latius, & apertius explicabimus, cum de fœtu dedita opera agemus. ſed ad vmbilicales arterias redeamus. hæ poſtquam in lucem proditi ſumus exiccantur, duorũq; ligamentorum munere funguntur. Duo autem magni trunci rami, qui ad crura deferuntur, trãſeunt ſupra quintum muſculum lumbalem femur flectentem, & ſupra os pubis ile verſus abdomẽ exeunt, & hoc loci cum venis internis ſocias iunguntur, quæ inter muſculos incedunt; & quemadmodum venæ illæ diuiduntur; ita has arterias diuidi conſpicies ad omnes ſcilicet muſculos tibiæ, pedis, digitorumq;: ad eorũ enim extremitatem perueniunt. Mittunt inſuper arteriolas tum ad inguinis glandulas, tum ad ſcrotum, tum ad penem ſub cute. Illud inſuper adnotabis oſſa ſuis non carere arterijs, vt & ipſa calore vitali non deficerent. Atque hæc de arterijs dicta ſint ſatis: nolo enim inutilibus verborum phaleris, & circuitione lectorem fallere, & diutius ſine fructu detinere.

Poſt vmbilicalem arteriam generatam generatur cor ipſum.

Diuiſio magnæ arteriæ ad crura.

Oſſa arterijs non carere.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS DE RE ANATOMICA LIBER VIII.

De Cerebro, eiusq; membranis: De Spinali Medulla: item de Neruis. Cap. I.

CEREBRVM inter humani Corporis partes principem locum obtinere nemini dubium eſſe debet, quidquid cum Ariſtotele philoſophi ſentiant: quod ita eſſe quinq; rationibus probare facile poſſum. Primo mihi ſitus cerebri nobilitatem, atq; illius in cætera membra principatum aperte oſtendit; quòd illud in altiſsima corporis parte Deus opifex collocauit, quaſi in munitiſsima arce, vt minus eſſet iniurijs obnoxium. Secundo inducor à figura

Cerebrum primas tenet cõtra Ariſt.

Prima ratio principatus cerebri.

Secunda ratio.

gura ipsius, quæ rotunda, oblongaq; est: rotunda magis, oblonga minus; quam figuram nunquã temere effingit natura prudens rerũ omnium architectonica. Tertio me mouet ratio munimentorum, & ingens apparatus, quibus cerebrum vndique stipatum est; nam priusquam ad cerebrum ipsum pertingas, quasi ad principis alicuius maximi penetralia, bone Deus, quot atria, porticus, thalamiq; pertranseundi sunt. Iam primum adsunt capilli, deinde cutis crassissima (licet hanc Aristoteles falso tenuissimam esse scribere non vereatur) deinde pinguedo, deinde carnea membrana, pericranionq; & periostion, & caluaria duplex, sub qua adhuc binæ meninges à seipsis distantes pro cerebri tutamento constructæ sunt. Ossa vero capitis, vt proprio capite dictum est, ita ante composita sunt, vt diuelli, atque abstrahi nisi magna ui possint; neque cerebrum nisi ab ingenti violentia lædatur. De corde autem quid attinet dicere, quàm facile per interualla costarum ad ipsum lædendum vel minimo quouis instrumēto perueniatur? vt videas naturam adeo accurate cor ipsum non vallasse vt cerebrum. Quarta ratio qua adducor, vt credam membrorum principatum cerebro deberi, est cerebri vsus mirificus. quòd scilicet tum sensus, tum motus principium existit; absq; vsu enim cerebri homo esset instar statuæ cuiusdam, motus, sensusq; expers. Præterea sedes est animæ ratione prædite. A cerebro visus, auditus, gustus, odoratusq;, & locutio proficiscuntur: his enim actionibus quantam cerebrum vtilitatem afferat, vel idiotæ ipsi norunt. Quintam demum rationem ex huius ipsius artis quam tractamus partibus, & considerationibus sumo; quibus Anatomicarum rerum instructissimos minime refragari posse confido: ea vero talis est. In hominis generatione iecur gignitur medio, & ope venæ vmbilicalis (vt in tractatu de fœtu latius explicabimus) cor vero medio vmbilicalis arteriæ. atq; hæc tum vena, tum arteria vmbilicales à vasis vteri oriuntur: at nerui, quos sensus, motusq; instrumēta esse nemo dubitat, à fœtus cerebro oriuntur. Iure igitur cerebrum nobilius est membris omnibus, & vt ita dicam, principum Rex. Quamobrem magna illud arte natura condidit: quam si Aristoteles nouisset, nunquã cordi hanc nobilitatem ascripsisset: quæ cerebro propria est: neque à corde tot actiones prodire existimasset: neq; cerebrum ob cordis refrigerationem factum esse, vt scilicet cordis calorē ingentem attemperaret. Sed dimisso Aristotele, cuius in hoc explosa sentētia est, ad institutũ redeamus. Natura circa cerebri substantiam duas apposuit membranas, crassã inquam, & tenuem, quæ vniuersam illius substantiam circundant.

Tertia ratio.

Cerebri quæ sint propugnacula.

Aristotelis error de cute capitis.

Facilius læditur cor quàm cerebrum.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Aristotelis error.

Cerebri vsus non est caloris cordis attemperatio.

Crassa & tenuis menix circa cerebrum.

Ex quibus

Ex quibus crassa meninx, quam & duram matrem vocant, à cerebro ipso distat, quemadmodum à pericardio cor. huius autẽ distantiæ causa est, vt cerebri diastole systoleq; locum habeat. Vt enim vidimus, non modo cordi perpetua adest diastole, ac systole, sed cerebro quoq;. quod licet paradoxon videatur, tamẽ si diligens eris anatomicus, & recentia capitis vulnera complura obseruabis, tam verum esse deprehendes, quàm quod verissimum. iccirco dura hæc membrana caluariæ cõnectitur suturarum ope: caluariamq; egressa pericraneon creat; ita dictum quòd exteriorem cranei partẽ circundet. cuius interiori parti dura, quam diximus, membrana validissimo nexu colligatur. Neq; vnica est membrana, veluti qui ante me de Anatomicis rebus scripsere, omnes vno ore prædicant: sed duplex: vel, vt apertius dicam, duæ sunt membranæ dura meninx; quarum vnam internam voco, quæ cerebrum spectat, alteram externam caluariam versus, quæ minori sensu merito prædita fuit: quippe cui ossis durities attingenda erat. Altera vero, quam internam dixi, magno sensu pollet. Hæ itaq; membranæ in capitis vertice sub recta sutura reduplicatæ descendunt cerebri dexteram partẽ à sinistra seiungentes: non tamen ad imum vsq;, sed ad dimidium cerebri quasi ad sphæræ centrum dixeris: vbi corpus adest callosum dictum. Hæc membranarum duplicatio, quam supra memoraui, posteriore sui parte versus cerebrum latior est, quàm in anteriore frontem versus. Figura eius est falcis in modum. at posteriore capitis parte hæ membranæ quadruplicantur; hoc est quadruplex hoc loco dura membrana cernitur, neque iniuria: nam cerebrum à cerebello seiungit. Inter has, quatuor sinus, seu cauitates potius adsunt sanguine refertæ, in quas tamen venæ iugulares internæ ingrediuntur (quem ingressum Vessalio in hoc parum accurato ignotum fuisse eius scripta legens facile perspicies) & ad extremum vsq; progrediuntur: propterea non adest hoc loco sanguis extra propria vasa. Quod si essent, quemadmodum Vessalius sensit, dura mater venarum, principium esse diceretur. quo quid absurdius dici, aut cogitari possit nõ equidem video. Sed ad prædictos sinus reuertamur. Ex his duo primi ad basim siti sunt, vbi aditus patet venis iugularibus internis, quarum incessus est iuxta occipitium, sursumq; ad apicem suturæ labdoidis assurgunt, atq; hic dextra cum sinistra coniungitur, tertiumq; sinum efficiunt, qui iuxta vniuersam capitis longitudinem progreditur, & in id foramen desinit, quod in nasi summitate inter frontem, atq; os ithmoides positum est. Non est hic tertius sinus orbicularis infra; nam latera illius trianguli specie sunt; pars superior

Dura meninx distat à cerebro vt pericardiũ à corde.

Diastoles, & systoles in cerebro.

Dura mater suturis adheret.
Pericranium unde oriatur.

Dura mater duplex est.

Cur exterior tunica duræ matris interiore minus sentiat.
Vbi reduplicetur.

Figura falcis vbi.

Vbi dura mẽbrana sit quadruplex & cur.

Quatuor cauitates sanguine plenæ, iter quadruplicitatẽ duræ matris.
Iugularum venarum ingressus.
Vessalij error.

Deducit Vessaliũ ad inconueniẽs.

Duo primi sinus inter meningem duram quadruplicem vbi.

Tertius sinus vbi.

Tertij sinus figura, qualis.

superior semicirculum imitatur, cui rotunditati atq; eminentiæ sinciput cedit. illa etenim cauitas sub recta iacet sutura. Ab hoc sinu, vel potius à vena, quam in sinu positam esse dicebamus, venæ aliæ complures tum à lateribus, tum infra exoriuntur, quæ per tenuem membranam dispersæ vagãtur: cuius membranæ tenuis descriptionem mox habebis. hæ quas diximus, venæ innumeræ efficiuntur: à quibus cerebrum alitur vniuersum. supra hunc sinum venulæ quoq; exoriuntur, quæ, vt ossa nutriant, per suturas transeunt. Quartus sinus quadruplicatæ duræ matris inter cerebrum, cerebellumq́; positus est; quem locum linon, torcularúe appellãt anatomici; à quo venæ ortum ducunt per substantiam cerebri delatæ, perq́; tenuem membranam, à qua cerebellum inuoluitur: reticulari plexui se socias præbent. Sub dura matre, quam accurate, quantum in nobis fuit, descripsimus, adest pia mater tenuis meninx dicta, à qua cerebrũ, & cerebellum induitur. horũ enim substantiã immediate tangit. dicitur etiam chorion idest secundina, tenuis, plena venarum, atque arteriarum. sub tenui dicta meninge cerebri substantia latitat alba, mollisq́;, & medullaris quoque nuncupata, licet à substantia medullæ, quæ in ossium cauitatibus reperitur, non parum discrepet. Figura totius cerebri substantiæ, dempta pia matre, tenuium intestinorum spiris, dempto omento, non absimilis est. harum circumuolutionum causa quærenda est. Ego tum ob leuitatem, tum vt cerebrum in diastole, systoleq́; facilius moueretur, hos giros factos fuisse opinor. Nõ desunt scriptores, qui aliam causam tot cerebri circumuolutionum se inuenisse putent, vt scilicet cerebrum intelligeret. At si hæ circumuolutiones in cerebro intellectionis causa existunt; asini quoq;, cæteraq́; bruta animantia, quorum cerebrum hisce gyris præditum est: non intelligere non possent. Quod quàm ridiculum sit, nemo non videt. Igitur causam, quam ego attuli, leuitatis cerebri, & motus promptioris veriorem puto. Animaduertendum interim est, quemadmodum hæ profundiores sunt magis, minusúe, ita piam matrem illas inuestire; substãtia cerebri totam caluariæ internam cauitatem occupat ante, retro, atq; à lateribus: licet Aristoteles, qui in rebus anatomicis plerunq; labitur, partem capitis posteriorem cerebro carere falso affirmauerit. Sed posterior capitis pars, vt vnicuiq; patet, non est inanis; nam non modo cerebrum adest, sed cerebellum quoq;. Ad huius substantiæ medietatem plus minus, duæ occurrunt cauitates, hoc est ventriculi duo, dexter inquam, & sinister, oblongi, anfractuosiq́;, ab anteriori parte ad posteriora tendentes. Hos ventriculos

sunt,

Ortus venarũ quæ per tenuem mẽbranam disperguntur.

Cerebrum à quibus alatur venis.

Ossa capitis quibus venis nutriãtur.

Quartus sinus duræ matris duplicatæ.

Linon seu torcular quid.

Venarum à torculari deductus.

Descriptio piæ matris.

Pia mater cerebrum immediate tangit.

Chorion.

Cerebri substantia qualis.

Figura cerebri dẽpta pia matre.

Cur tot circumuolutiones in cerebro causæ duę.

Tertia causa.

Reprobatur tertia causa.

Situs substantiæ cerebri.

Aristotelis error.

Cerebri pars posterior non est inanis.

Duo ventriculi cerebri.

10

20

30

ſunt, qui anteriores vocãt: ego vero ſuperiores potius appellarem: nam alios omnes ſupereminent. Hi ergo ſatis ampli ſunt, tenuiq; membrana induuntur: quamuis id Veſſalius perneget, qui ſi ſenſui in hoc aduerſari profitetur; ego nihil moror, ipſe viderit. Per hos ſuperiores cerebri ventriculos feruntur plexus coriformes, quos re ticulares appellauimus. Vſus autem horum eſt animalium ſpirituũ generatio. Atq; hoc quod nunc dicam, quoniam meum inuentum eſt; obſecro, diligenter attende. Horum ventriculorum origo eſt ſupra os ſphænoides ithmoides verſus: aer autẽ per nares attractus 10 in frontis, cunealiſq; cauitate aliquandiu conſeruatur: alteratus de inde ad hos binos ventriculos, quos ego ſuperiores appellaui per-foramina ithmoidis aſcendit. at in his ventriculis ob aſſiduam tum cerebri, tum huius reticularis plexus motum miſcetur cum vitalibus ſpiritibus aer: itaq; ſpiritus animales euadunt ex aere eo, quo diximus modo præparato, & ex vitalibus dictis ſpiritibus. quæ res à nemine ante me obſeruata fuit. de his loquor qui ſuos de Anatomicis rebus conceptus in vulgus edidere. Animalium vero ſpirituũ vtilitas, nõ vnica eſt: ſed ad omnes ſenſus extenditur: in dictis nãq; ventribus, & cauitatibus geniti ad baſim cerebri deſcendunt: vbi 20 tertius adeſt ventriculus, cauitas. ſ. longiuſcula, rectaq; ab anteriori ad poſteriorem tendens cerebri partem. Non procul aũt ab hoc ventriculo nerui ſpinalis medullæ oriũtur. propterea facile eſt hiſce animalibus ſpiritibus neruos adire & penetrare, aut certe ꝑ eos ad organa ſenſuum deferri atq; illis opem ferre iuxta vniuſcuiuſq; actiones, quemadmodum per neruos opticos in oculos delati his actiones videndi ſubminiſtrant. idem de Auditu, de guſtuq; dictum puta, & de quauis actione, quæ à cerebro proficiſcatur. Præter hanc tertiam nuper deſcriptam in cerebro cauitatem, quartã quoq; obſeruare licet inter cerebellum, ſpinalemq; medullam: quo loco 30 exiguum adeſt foramen, à tertia ad quartam, quam dixi, cauitatem permeans. ne exiſtimes tamen adeo exiguum eſſe hoc foramen, quin peruium non ſit animalibus ſpiritibus, qui per id à tertio ad quartum ventriculum facile admodum tranſeunt. Atq; hic eſt locus, in quo memoriam contineri aiunt. quartus ventriculus non eſt admodum capax; atq; à tenui membrana continetur. ibi ſpinalis medulla, vt ſuo loco dicam, cauitate predita eſt inſtar calami ſcriptorij, quaſi foramen eſſet, per quod contentos ſpiritus ad ſpinalem medullam facile peruenire poſſe non dubito. ſupra tertium ventriculum cerebri portionem illi ſupereminentem videbis ſatis candidã, quæ calloſum corpus appellatur. huic ſubeſt alia cerebri portio fornix,

Qui anteriores vẽtriculi vocantur ſuperiores recti' dicerentur.
Veſalij error.

Plexus coriformes.

Vſus.

Inuentum Realdi vbi & quomodo generentur ſpiritus animales.

Vſus animalium ſpirituum.

Tertius ventriculus cerebri.
Neruorum ſpinalis medullæ ortus.

Quartus ventriculus cerebri vbi.

Iter ſpirituum animalium à tertio ad quartum ventriculum.
Locus memoriæ.

Cauitas in ſpinali medulla inſtar calami ſcriptorij.

Calloſum corpus.

fornix, & psalloides dicta semicirculi figura, vel pontis potius, qui posteriore parte duobus cruribus, anteriore vero vnico duntaxat innitatur. neq; inutiliter callosum corpus, fornicemq; natura efformauit: sed ne tertiam hanc cauitatem cerebri moles obrueret, atq; repleret. inter has autẽ particulas cerebri, callosum inquam corpus, & cameratum continetur speculum. ita vero dicitur, quòd diaphanum sit. est autem diaphanum, quoniam nihil aliud est, quàm tenuis cerebri membrana hoc loco duplex. hac duplicatione, vt ita dicamus, tenuis membranæ ventriculi superiores circundantur, qui hinc deorsum redeunt. quod nisi hoc speculum præsto esset, quo pacto dextrum, & sinistrũ ventriculum diceres: non equidem video; nam huius vnius membranæ ope diuiduntur. Post fornicem in extremo cerebro cerebellum versus, atq; in finibus superioris partis tertij ventriculi quædam partes eminentes natura finxit, quæ superiore sui parte testium imaginem referunt: & testes ab Anatomicis vocati sunt: prope quos duæ aliæ particulæ paulo maiores cernuntur ob earum figuram clunes appellatæ; inter quas foramẽ illud iacet, quod à tertio ventriculo ad quartum progredi diximus, & ano simile videri potest. In anteriore præterea testium parte ad tertiũ ventriculum tendenti pars alia cerebri tibi occurret, quæ muliebris pubis, vuluæq; speciem non inconcinne, immo vero pereleganter exprimit. Apud hoc corpus glandula visitur duriuscula colore à cerebri substantia diuerso, hoc est aliquantulum luteo, tenui quadam membrana obducta. hæc glandula conarium, pinealisq; dicitur; torculari affigitur, & penis figuram perbelle reddit: Ita vt in cerebro testium, clunium, ani, vuluæ, penis figura non desit. Vsus huiusce glandulæ mea quidem sententia fuit ob vasorum diuisionem, quamuis quibusdam Anatomicis secus videatur; quod scilicet factũ fuerit conarion, vt spiritus quarti ventriculi clauderet. quod mihi nullo pacto verisimile videtur. In anteriore parte tertij ventriculi cauitatem profundiorem cernes, quæ supra sphenoidis sellam tandem euadit. hæc cauitas peluis, & infundibulum appellatur; facta vt excrementa in hisce ventriculis genita excipiat, & ad glandulam in sphenoidis sella positam transmittat. quæ glandula crassa est satis extra duras membranas posita, ad cerebri excrementa suscipienda à Diuino opifice fabricata: atque hic est locus ille, vbi tenuis assurgit membrana, vt hos ventriculos induat. Quamobrem valde miror admirabilem Vessalium, qui quamuis optime nouerit peluim, quam dixi, nihil aliud esse quàm tenuem membranam; ignorauerit tamen hanc ascendentem ventriculos cerebri inuestire. Sed ille

tantopere

Fornix, & psalloides.
Vsus corporis callosi, & fornicis.
Speculum vbi sit ĩ cerebro cur ita dictum.
Speculum quid sit in cerebro.
Piæ matris duplicatæ vsus.
Testes in cerebro.
Clunes.
Foramen ano simile.
Vuluæ muliebris imago ĩ cerebro.
Glandula pinealis.
Glandulę pinealis vsus.
Error anatomicorũ in vsu conarii.
Peluis & infundibulum vbi, sit & vsus eius.
Vessalij error.

10
20
30

tantopere exoptabat Galeno contradicere, vt nil mirum ſit, ſi is ab illa incredibili rerum nouarum, & populi gloriola captanda raptus nonnunquam longa errat via. Sed anteaquam ab humano cerebro deſcribendo diſcedo, hoc adnotes velim, in vniuerſo cerebro quatuor duntaxat enumeratas cauitates reperiri, præterea nullas, licet aliqui ſex eſſe aſſeuerent, qui faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant. Cauſa erroris horum eſt, quòd anfractuoſum deductum duorum primorum ventriculorum non ſunt ad finem vſq; perſequuti, atq; ita eo deductu imprudenter præterito exiſtimarunt binos alios ventriculos anteriore in parte reliquos eſſe: qui profecto nihil aliud ſunt, quàm portio primorum. Sed poſteaquam cerebri hiſtoriam abſoluimus; conſequens videtur, vt de cerebello loquamur. Hoc in poſteriore caluaria ſub duris membranis collocatur, à quibus, & à tenui quoque vndique circundatur. eius tamen circumuolutiones diſsimiles admodum apparent his, quas in cerebro ſupra adnotauimus. ſubſtantia cerebelli (quidquid Galenus dicat) minime dura exiſtit. ſuisq; gyris tandem deorſum deſinit in proceſſus binos, quorum figura ſimilis eſt albis, breuibusq; vermibus ijs, qui in lignis carioſis ſæpe cernuntur. quorum vſus fuit vt prohiberent, ne quartus ventriculus à cerebelli pondere preſſus illius ſubſtantia obſtrueretur. Sed hoc quod dicam de cerebello admirabilius videbitur: cũ tamen veriſsimum eſſe non ſemel, ſed ſæpius magna cum voluptate in frequenti doctorum corona publice obſeruauerim. Nullum neruorum par à cerebello exoritur, ſed à cerebro ſolum, quidquid Galenus opinetur, à quo non ſunt omnia accipienda, tanquam ab oraculo. Ipſe rationem reddit cur cerebellum durius, quam cerebrum natura efformauerit, vt ſcilicet nerui duri, ſpinalisq; medulla inde exorirentur. Sed cerebelli ſubſtantia durior nullo pacto eſt; neque neruus vllus à cerebello originem ducit. itaque ratio Galeni ſenſui aduerſatur, qui in rebus Anatomicis rationibus veriſimilibus eſt præferendus.

Quatuor duntaxat ſunt ventriculi cerebri.

Cur quidam Anatomici ſex putarint eſſe ventriculos cerebri.

De cerebello. Situs.

Indumentum.

Circumuolutiones.

Subſtantia.

Vermes in cerebello.

Nullum par neruorum oritur ab cerebello contra Gal.

Subſtantia cerebelli non eſt durior ſubſtantia cerebri.

De Organis, odoratus, & Neruis. Cap. II.

IN anteriore cerebro circa ipſius baſim exortus duorum organorum cernitur, quæ olfactilia græcis, alijs proceſſus mãmillares appellantur: oblongi, tenuesq; ſunt, & ex ipſamet cerebri ſubſtantia conſtant, tenui duntaxat membrana inuoluti. Inter cerebrum, os ſphenoides, atq; os frontis hæc organa deferuntur: ſupra hæc duræ membranæ occurrunt intuenti, de quibus ſupra abunde meminimus. Deſinunt odoratus organa in duas craſsiuſculas partes, atq;

Proceſſuũ mammillarum ortus.

Progreſſus.

Finis.

hæ in os ithmoides ad latus processus cuiusdam sui eminentioris. ad hæc organa odores per nares attracti ascendunt: itaque distinguimus, quæ bene, quæ male oleant; propterea odoratus instrumenta merito appellari possunt.

Vsus.

De Neruis. Cap. III.

Cerebrũ est principium neruorũ & spinalis medullæ.
Cur post cerebrũ agat de neruis.
Nerui descriptio.
Figura nerui.
Substantia nerui qualis.
Cur talis.
Cur neruos ãbiat dura & tenuis membrana cerebri.
Deductus.
Origo neruorum.
Neruorum septẽ paria.

SED quoniam de cerebro proxime locuti sumus, quod tum neruorum, tum spinalis medullæ principium existit, vt sensus contra Aristotelis dogma vociferatur; consentaneum est, vt neruorum anatomen, quo pacto se habeat, subijciamus. Sed prius quid sit neruus describamus. Neruus itaq; organum est, per quod sensus motusq́; ad vniuersum corpus defertur: quæ nanq; neruis carent, sensu quoq; destituuntur. Figura nerui oblonga, sphæricaq́; est: substantia mollis; porosos namq; fieri neruos oportuit, vt animalibus spiritibus aditus pateret. Tenui, & crassa membrana induitur substantia neruorum, vt tutior sit. Deductus eorum per corpus varius est, atque instar riuulorum per tellurem. Neruorum origo est à cerebri basi prope tertium ventriculum. ex his dexteri dextrorsum, sinistri, sinistrorsum feruntur. omnes qui de neruis cerebri scripsere, illos per paria descripsere; atq; omnes vno ore septem aiunt neruorum coniugia: quo ordine nos quoq; de ipsis agemus. Primum ergo neruorum par, siue coniugium, sunt nerui bini crassi satis, mollesq́;, quorum exortus ab anteriori cerebri basi nonnihil distat: & supra sphenoidis sellam vniuntur quidem, sed non in crucis morem, quemadmodum multi falso opinati sunt, qui quòd in auibus forte fortuna viderãt hos neruos incruciari; in hominibus quoque reperiri existimarunt. Vbi ij, quos diximus, nerui aliquandiu coniuncti permansere, separantur denuo, & ad dextrum oculum dexter, ad sinistrum sinister defertur neruus. Sed de horum inuolucris pulchrum est scitu, illos ab origine, quam dixi, ad foramen in oculi orbita situm, per quod prætereunt, tenui duntaxat membrana inuolutos esse: Inde tamen ad oculum vsq;, in quem terminãtur, retinamq́; dictam membranam efficiunt; tum hac, tum dura membrana inuestiri. Hi nerui optici hoc est visiui, seu visorij nuncupãtur; quoniam virtutem visiuam ad oculos ferunt. Substantia constant cerebri spongiosa quidem, sed nullus in illa porus manifesto cernitur; quamuis id Galenus asseueret; immo vero non modo in homine meatus nullus est in neruo optico perspicuus, sed neque in bobus ipsis, aut quibusuis grandioribus animalibus. Non est tamẽ vllo

Primum par neruorum cerebri.
Substantia.
Exortus.
Inuolucrum.
Aethimologia nominis.
In neruo optico nullus porus manifestus.
Galeni error.
Nerui visiui in boue non sunt perforati.

vllo pacto negandum, cum ſubſtãtia horum rara ſit, mollisq́; : quin ſpiritibus tranſitus pateat, præſertim purioribus. atq; hæc de primo neruorum pari. Nunc de ſecundo verba faciamus. Secundum neruorum par primo proximum fertur per propria foramina, nec non per rimam orbitæ ad quinque muſculos oculo famulantes, & ad duos palpebram recludentes; & in quibuſdam huius ſecundi paris ramuli præter dictum iter in muſculum temporalem inſeruntur. propterea ſæpenumero obſeruare poteris mirum conſenſum oculi, temporalisq́; muſculi; vt læſo temporali muſculo oculus quoq; lædatur; & è conuerſo. Tertium neruorum par ortum ducit retro magis verſus lateralem partem: duo habet principia, quorum alterum maius eſt, alterum minus: caluariam penetrat deorſum deſcendens per id foramen, quod tum huic, tum quarto neruorum coniugio commune eſt; in varios ſurculos ſcinditur; variaq́; eſt illius propterea diſtributio. Alter namq; ramus ad muſculum temporalem reptat, alter ad orbitam oculi, per ſupercilium ad frontem, muſculumq́; palpebram conſtringentem, & ad muſculum, qui naſum dilatat; deinde ad naſum quoq;: infinitosq́; propemodum ramulos procreat. Alius ramus tertij neruorum coniugij, per eandem quidem orbitam iter habet, ſed inferius; tranſit autem per tertium os maxillæ ſuperioris, per id foramen, quod circa faciei medietatem poſitum diximus in tractatu noſtro De Oſsibus; quo poſtquã ventum eſt, in multos inſuper neruulos diuiditur, qui per labrum ſuperius diſſeminantur, necnon per muſculum maſſetera dictum, perq́; muſculos buccæ: & ipſorum neruulorum portio naſi quoq; cauitatem ingreditur. Alius ramus ad ſuperiorum dentium radicem tendit, alius ad inferiorem deſcendit maxillam, atq; huius rami portio ad inferiorum quoq; dentium radicem diſtribuitur. quod reliquum eſt, prope mentum præterlabitur, vt labrum inferius ſentiat. Quartum neruorum par adeo proxime accedit tertio neruorum pari, vt quarti origo, tertij portio eſſe videatur. Tertio minus eſt, cũ quo deſcendit verſus os, & in quatuor ramulos ſecatur, qui per foramina quinti oſsis maxillę ſuperioris tranſeunt; & per palati tunicã anteriora verſus progrediuntur. Duo alij ramuli præterea apud paristhmia, ſtyloidisq́; proceſſus deſcẽdunt ad linguæ radicem, perq́; illius ſuperiorem tunicam diſtribuuntur. Vſus quarti neruorum paris, hic fuit: vt guſtus organum eſſet. Tu vero interim adnota Galenum, Veſſaliumq́; in neruorum diſtributione deceptos, quippe qui quarti coniugij munus, quod diximus, tertio aſcripſerint. Erroris vero cauſam tertij, quartiq́; paris viciniam fuiſſe opinor; nam

Spiritus puri poſſunt tranſire per ſubſtantiam rarã neruorum opticorum.

De ſecundo pari neruorum.

Situs.

Vſus, & iter.

Leſo muſculo temporali læditur oculus & contra.

Tertij paris neruorum ortus.

Progreſſus.

Tertij paris diuiſio in ramos & vſus.

Foramen media facie.

Quarti paris neruorum ſitus.

Diuiſio.

Vſus.

Galeni & Veſſalij error.

Cauſa erroris.

nisi oculatisſimus Anatomicus illorum ductus diligentisſime perſequatur; facile decipi poterit. Quintum vero neruorum par & ipſum ad baſim cerebri, & à laterali parte exoritur circa medietatem; foramenq; cœcum ingreditur, labyrinthumq; in oſſe temporali ſitũ, qui labyrinthus in aures ipſas deſinit. Sed de hoc labyrintho quo ſe habeat pacto, in tractatu de oſsibus latius explicauimus. huius quinti neruorum paris adminiculo audimus. Sed illius hiſtoriam perſequamur. Cum ad labyrinthi dimidium peruenit, craſsius redditur, & tantum non membranam conſtituit. hic illa eſt cauitas, quam nos diligentisſime deſcripſimus, in qua illa tria oſsicula admirabilia auditui deſeruientia continentur: ex quibus duo Carpus primus inuenit, tertium meum inuentum eſt, vt in libro de oſsibus legere eſt. In acutum proceſſum illius oſsiculi, quod femoris ſimilitudinem refert; neruulus deſinit ab hoc quinto pari deriuatus: à quo item neruulus tortuoſus in hunc labyrinthum inſeritur: exit autem per id foramen temporalis oſsis, quod ad radices ſtyloidis poſitum eſt. hic neruulus verſus anteriorem partem flectitur, & ſerpentis inſtar temporalem muſculum ingreditur. Cauſam huiuſce rei Galenus aſsignat, vt ſcilicet neruus durior euaderet, & magis reſiſteret. hoc eodem loco neruulus alius inuenitur, qui & ipſe tortuoſus incedit. Sextum autem par neruorum ad poſteriora baſis cerebri, retroq; magis conſpicitur varijs ſurculis, radicibusue: & per illud foramen deſcendit, quod inter occipitium, atq; os temporale ſitum eſt: vbi inquam vena iugularis interna ad caluariam aſcẽdit. hæc ſexta neruorum coniugatio vario modo diſtribuitur: ad omnia namq; Thoracis, abdominisq; viſcera ſenſum defert. Poſtea quam igitur dexter neruus ſexti paris à loco, quem ſupra diximus, egreſſus eſt; quoſdam ramulos ad muſculos hyoidis, & ad nonnullos laryngis muſculos mittit: poſtmodum deſcendit inter venam iugularem, atq; arteriã carotida penes aſperam arteriam ad iugulum vſque. in cuius regione neruulus mittitur ſub arteria axillari dextra, qui verſus caput reflectitur, & Tracheæ lateribus adhæret, in laryngisq; cauitatem ſeſe inſinuat, & in glottida (eſt autem glottis formandæ vocis organum) implantatur tandem: atq; hæc eſt dexteri recurrentis, ſeu reuerſiui nerui breuis, fidelisq; deſcriptio. ſub iuguli regione neruulum à ſe emittit, tum ad pleuram, tum ad radices coſtarum: alium rurſus neruulum mittit ad pulmonem dexterũ; quod ſupereſt, deſcendit œſophago affixum vſq; ad ſuperius ventriculi orificium. ſiniſtri autem recurrentis nerui hiſtoria prolixior erit aliquãtulum. Siniſter neruus recurrens, quum primum à ſuo fonte ſcaturit

Marginal notes: Quinti paris neruorum ſitus. — Vſus. — Progreſſus. — Ex tribus oſsiculis auditui ſeruientibus Carpus primum Realdus tertium inuenere. — Sexti paris neruorum ſitus. — Diſtributio. — Dextri nerui recurrentis hiſtoria. — Glottis quid. — Siniſtri nerui recurrentis hiſtoria.

Line numbers: 10, 20, 30

ſcaturit, ramulos promit ad eoſdem muſculos, ad quos dexter; deſcendit quoq; eodem itinere: in ſiniſtriq; iuguli regione ramulos mittit ad pleuram, ad coſtarum radices, & ad pulmonem ſiniſtrum; deinde deſcendit adhuc, donec bronchum maiorem arteriæ aorti pene attingat: quo loco mittit neruum, qui ſub hac arteria reflectitur, & ſurſum denuo vertitur verſus originem ſuam, aſperæ adhærens arteriæ: atq; item ingreditur inter os innominatum, & ſcutalia dicta in parte laryngis interna; & in glottidem ingreditur. Atq; iccirco hi ſunt nerui celebres, quos tanti facit maximus Galen. per 10 quos virtus efformandæ vocis defertur; propterea vocales etiam vocantur. Hunc vſum in viua canis ſectione plane perſpicere vnicuiq; licet. Si quis enim alterū ex his præſcindat, ſemiuocalis redditur; ſin ambo, prorſus obmutuſcere cogitur. Gal.vij.lib. de Vſu Part. cauſam inquirit, quamobrem natura ſiniſtrum recurrentem neruum ad arteriam axillarem ſiniſtram non conuerterit; eumq́; in huiuſce rei æquilibrio inuenio ſibi omnino non ſatisfacere: nā hoc argumento dimiſſo glotochomij organi deſcriptionem aggreditur. Nō eſt tamen vllo pacto à Græcis hominibus Galeno detrahendū, 20 præſertim in hac materia de recurrentibus neruis. Quamuis enim veram cauſam ſupradictæ rei non attigerit; ſua tamen diligentia, & incredibili cupiditate iuuandi poſteris, primus neruos reuerſiuos oſtendit: in qua inuentione, vt Græcis hominibus mos eſt, ſe ſubinde effert. Ab hoc ſiniſtro recurrente alius oritur neruulus, qui ſequitur radices magnæ arteriæ, & per cordis tunicam diſtribuitur; ſed ob ſui exiguitatem ad illius ſubſtantiam minime penetrat: & hęc vera cauſa eſt, cur natura ſiniſtrum reuerſiuum neruum ſub magna arteria reflexerit, non autem ſub axillari; ne ſcilicet neruus iſte adeo tenuis, atque exilis in cordis motibus, qui perennes ſunt; dum animal ſpirat; diſrumperetur. Quod ſupereſt huius recurrētis nerui, 30 deſcendit œſophago adhærens vſque ad ſuperius ventriculi orificiū. Quamprimum autem tum dexter, tum ſiniſter recurrens neruus ad hoc, quod dixi, orificium ventriculi ſuperius peruenit: in multos neruulos quaſi retis in morem diuiduntur, & hoc orificium amplexantur; & hanc ob cauſam tam exacto ſenſu præditum eſt, vt in oris ventriculi doloribus cor ipſum dolere videatur; hinc cardiacus dolor dicitur, quod cardiam Græci veteres os ventriculi appellauerint: quoniam ipſo læſo eadem pene ſymptomata, eadem animi deliquia conſequantur, quæ ad cordis læſionem conſequi conſueuerūt. Dexter itaq; ex hoc loco ad membranam iecur inuoluentem tendit; & hic neruulum parit, alium quoque præter hunc ad bilis veſiculā

deſignatum,

Vſus neruorum reuerſiuorum in viua ſectione canis cernitur.

Gal. in reddenda cauſa cur ſiniſter neruus recurrens non conuertat ad arteriam axillarem ſiniſtram nō ſatisfacit ſibi.

Galenus primus īuenit neruos recurrentes.

Alia diſtributio.

Vera cauſa cur ſiniſter recurrens non reflectať ſub arteria axillari.

Alia diſtributio.

Cur os ventriculi ſit ſenſu adeo exacto.

Cur os ventriculi appellať cardia.

Alia diſtriburio.

designatum, alium inferius ad sinistrum renem, & præterea ad superiorem omenti partem. mittit insuper ramulos ad mesenterium. Eodem pacto à sinistro recurrente mittitur neruus ad lienem, ad inferiorem omenti partem, ad renem sinistrum, & ad vesicam; atque hic est finis neruorum recurrentium in maribus; in fœminis autem præter dicta loca ad vterum quoq; delegantur. Septima neruorum coniugatio versus occiput magis originem habet suam: sed à cerebro & ipsa, non à cerebello, vt Galenus voluit: varijs radicibus, perexiguis referta est; illi proprium foramen dicatum est obliquum in occipite: vbi vero caluariam egressa est, versus anteriora primũ repit; deinde scinditur in neruulos complures ad musculos linguæ, hyoidisq́; & laryngis delatos: quorum maior sub maxilla inferiori discurrit, nec non sub lingua vsq; ad eius extremum, vt illam sensus in vniuersum, motusq́; participem reddat. Quartum vero par, vt diximus, gustandi sensum illi priuatim defert: linguæ enim munus inter reliqua est saporum discretio. Atq; hæ sunt breui descriptæ septem neruorum coniugationes, de quibus tum veteres, tum recentiores meminere. Tamen duo alij neruuli adhuc restant in caluaria, & ipsi describendi, ex quibus alterum olfecit Vessalius noster, alterius (quod sciam) nemo ante me quicquam meminit. Inquit itaq; Vessalius neruum hunc esse quinti paris radicem; forte ne ab aliorum Anatomicorum placitis facile abscedere velle videretur, aut neruorum historiam confundere. Mihi vero octauum par neruorum cerebri videtur esse, quod vnus Vessalius vidit quidem: sed inter quintæ coniugationis radices adnumerauit. Sub basi cerebri versus anteriora incedit; & per proprium foramẽ in sphenoide collocatum transit ad musculum temporalem, latitantemq́;, & Massetera: & à quinto neruorum coniugio illius distat origo. Nonum par neruorum, cuius neq; Vessalius ipse verbum fecit, quodq́; ego primus inueni; est neruorum exilium par ortum ducens à binis illis cerebri processibus, qui nates appellantur penes testes; tenues satis sunt, & exiles, vt dixi: faciem versus accedunt, transeuntq́; apud tertium, & secundum par, atque in tertium palpebræ musculum inseruntur. ramulus tamen huius noni paris ad quintum musculum oculi defertur. Sed si quis rei nouitate commotus, hæc duo paria neruorum non admittat, sed aliorum radices esse contendat, nihil moror. Mihi sat est locum admonuisse, digitoq; fontem ostendisse; ne aliquis in cerebro neruus prætermissus negligentia nostra videatur. Animaduertendum præterea est Galenum velle neruos sensum deferentes ab anteriori cerebri parte exoriri, motiuos vero dictos

Alia distributio.

Septimi paris neruorum situs.
A cerebro non a cerebello oritur septima neruorum coniugatio.
Galeni error.

Duo nerui præter septem paria.

Vessalius excusatur.

Descriptio octaui paris neruorum cerebri.

Noni paris neruorum descriptio.
Nonum par neruorum cerebri.

Galeni error.

10 20 30

dictos à posteriore. Sed pace Galeni dixerim (quem tamen semper maximi feci) sensus dictat, motiuos, durosq; quoq; ab anteriore parte originem ducere, vt secundum, tertiumq; coniugium. Adde neruos omnes, cum à visorijs, & sensum deferentibus discesseris, non modo sensum, sed motum etiam deferre. Sed cum historiam neruorum cerebri, breui, & dilucide absoluerimus; tempus est, vt de spinali medulla pertractemus, quæ elongatum cerebrum videtur esse.

Nerui motiui oriuntur quoque ab anteriore cerebri parte.

Omnes nerui preter opticos deferunt sensum & motum.

10

De Neruis medullæ spinalis post caluariam. Cap. IIII.

CVM Cerebrum hactenus descripserimus, & à cerebro exorta nouem coniugia neruorum quanta potuimus breuitate, ac minori quo fieri potuit, vel nullo potius contradicendi studio, iam illi sunt nobis nunc nerui describendi, qui à spinali medulla post caluariam exoriuntur: sed antea dicamus quid ipsa sit medulla spinalis. hæc nihil aliud est, quàm cerebrũ oblongum illud quidem per vertebras & sacrum os deductum. est autem eadem cũ cerebro substantia, quare nihil mirum est, si quemadmodum cerebrũ ipsum absq; 20 vlla anatomicorum controuersia frigidum est, ita frigida ipsa quoque sit, quidquid dicat Peripateticorum princeps Aristoteles, qui cum frigidissimum esse cerebrum asseueret, calidissimã esse inquit spinalem medullam. quæ sententia ita absurda est, vt tanto philosopho indigna non esse non possit. Sed ad rem redeamus. licet spinalem medullã perpetuo dicamus eadem à summo ad imum nomenclatura vtentes, scito tamen substantiam eius in homine ipso nõ esse quemadmodum in brutis ad extremum vsq; medullarem, sed in homine ad lumborum initium vsq; duntaxat medullam refert. Differt spinalis medulla à cerebro in duobus: nam primo cerebrum diasto- 30 lem & sistolem habet instar cordis vt suo loco explicauimus, at spinalis medulla motu caret: secundo per ossa quæ mouentur deferri medullam hanc conspicaberis: stabilia autem sunt cerebrum ambiẽtia cranei ipsius ossa. duplex igitur est spinalis medullæ principium, ex quibus hoc maius, illud minus existit, maius à cerebro emanat, à cerebello minus. quod à cerebro deducitur vnicum est, quod autẽ à cerebello bifidum, itaq; tum in dextrum, tum in sinistrum diuiditur. sed ad maiorem spinalis medullæ originem reuertamur. ita à basi cerebri proficiscitur, vt ipsa cerebri basis videatur esse. si enim originem illius vt circumscribitur vere consideretur, à neruorum opticorum origine parum distare comperietur. Oritur igitur, vt apertius

Cõtinuatio huius tractatus cum superiore.

Medulla spinalis quid.

Spinalis medulla frigida est.
Aristotelis error.

Substantia medullæ spinalis qualis sit in homine.

Differẽtia cerebri, & spinalis medullæ.

Spinalis medullæ principium duplex.

Principium spinalis medullæ maius.

Ortus spinalis medullæ vnde.

apertius dicamus, ſpinalis medulla ab anteriore cerebri parte. hic enim hic candide lector eius origo ſumenda eſt, non aũt, vt nonnullis placet, cum vertebras ingreditur: quo loco nulla donatur circumſcriptione. Cum itaq; tam excelſo in loco eius origo conſtituenda ſit, ita enim vere exoritur, adnotandum eſt cogi nos fateri, tertium, quartum, quintum, ſextum, ſeptimum atq; octauum neruorum par non à cerebro, ſed à ſpinali medulla exoriri. Dum hæc per foramẽ occipitij egreſſa, vertebrarum foramen primum ingreditur, in hoc primo deſcenſu craſsior eſt aliquantulum, quàm in reliquo itinere. Cum vero ad ſummum thoracem peruenit vſq; ad ſummitatem oſſis ſacri ęquali craſsitie cernitur, licet Galenus & poſt ipſum Veſſalius in hoc mire decipiantur exiſtimantes ſpinalis medullæ ſubſtantiam neruis gignendis abſumi: eſt enim ratio ipſorum voluntaria potius veriſimilisq;, quàm vera, cum ſenſu oppoſitum pateat, quòd ſcilicet in ſacro duntaxat oſſe tenuior exiſtit. Caluariam egrediens medulla ſpinalis tum pia, tum dura matre circundatur, itaq; neruos quos ex ſe promit circundat, cumq; illi per oſſa quæ mouentur tranſeundum eſſet, quod cerebro minime vſu venit, natura aliam membranam tenuem ſuperinduit, ne ab oſsis duritie læderetur. In qua membrana tota errat via Galenus noſter in hoc parum anatomicus, nam hanc, quam tertiam tuniculam libro de oſsibus appellat, ligamentum eſſe exiſtimauit, quo vertebræ vnà connecterentur. quæ ſententia falſa admodum eſt: nam vertebræ proprijs ligamentis nullo ſunt pacto deſtitutę, quemadmodũ in noſtro tractatu de ligamentis fuſius explicauimus. quis enim nõ videt tuniculam hanc tenuem colligandis oſsibus, quæ tantopere mouentur (ſæpe nanq; multũq; mouentur vertebræ ipſæ) idoneam nullo pacto fuiſſe? Spinalis igitur medulla ad extremum vſq; thoracem duntaxat medulloſa eſt, ſed cũ progreditur neruoſa euadit, hoc eſt funiculorum inſtar, cuiuſmodi ipſius neruos cernes. hoc autem ob ipſius diuiſionem factum puta. Ex hac hiſtoria cauſam facile venaberis, quid ſit quamobrem materia per ſpinalem medullam deſcendente læſio maior inferiore parte preſentiatur. In promptu cauſa eſt. quoniam hoc loco neruea eſt ſpinalis medulla, cum in alijs partibus medullam præ ſe ferat. Medulloſi autem vocem huic ſubſtantiæ improprie (ni fallor) adſcribimus, cum illi medullæ qua oſſa ali dicuntur, nihil certe ſimile habeat, ſed cerebri potius ſubſtantię affinis eſſe videatur. præterea falſum illud quoq; eſſe palam proſpicies quod Galenus ſecundo de temperamentis libro ſcriptum reliquit; ſpinalem ſcilicet medullam ea medulla qua oſſa nutriuntur molliorem eſſe. Creauit illam altiſsimus

rerum

Marginal notes:

Error non nullorum.

Spinalis medulla vbi craſsior.

Galeni & Veſſalij error.

Inuolucrum ſpinalis medullæ.

Galeni error.

Spinalis medulla cum progreditur fit neruea.

Cur læſio in inferiore parte ſpinalis med. fit maior.

Galeni error.

Spinalis medullæ vſus.

rerum omnium opifex, humanaéq; fabricæ admirabilis architectus vt ab ea nerui exorirentur, qui tum sensum tum motum ad reliquas corporis partes deferrent, quæ omnia, motum inquam & sensum cerebrum suppeditat. Igitur posteaquam è caluaria exijt hoc neruorum coniugium inter occipitium, primamq́; ceruicis vertebram primum neruorum par adeo clanculum emittit, vt mirabile videatur esse spectatoribus, atque adeo naturæ miracula speculantibus & introspicientibus, quo pacto exeat ne in motibus capitis læderetur. Exit itaq; hoc primum neruorum par (cur enim hoc quod est pulcherrimum non repetemus?) à posteriore capitis parte inter occipitium primamq́; vertebram. quod vt fieret facilius cauitatem quandam paruam obseruato à natura factam tum in occipitio tum in primæ vertebræ parte illa, quam in spinam desinere oportebat. Post exitum hęc neruorum coniugatio in neruulos spargitur ramulosq́; perexiguos, neque id mirum, est enim ipsa quoq; exigua. ad illum musculorum chorum distribuuntur, quos paruulos esse, capitiq; deseruire suo loco diximus. oriebantur autem à prima vertebra atque ad occipitium deferebantur, rursus ab occipitio ad vertebrã secundã. sed ad primum neruorum par redeamus. prius quàm exeat supra spinalem medullam reflectitur, quæ res spectatu pulcherrima est, & iucundissima. At secundum neruorum coniugium seu par, cũ per vertebrarum latera egredi nequeat binis, principijs insignitur. Ex quibus quod maius existit per posteriora emergens fertur hinc atque hinc per latera spinæ secundę uertebræ. vbi egressum est in surculos complures diuiditur, qui sursum reflectuntur & ad capitis cutem, ad aures & ad nonnullos musculos tendit. alterum eius principium, quod est minus, per anteriora egreditur inter primam secundamq́; vertebram à dentis lateribus (scitis autem nomine dentis quid sit audiendum cum de secunda vertebra ceruicis fit mentio). Distributio vero huius est ad quintum musculum laryngæ atq; œsophago communem. Tertium par neruorum spinalis medullæ exit per foramen secundæ & tertiæ uertebræ commune ab earũ lateribus, vt de alijs audistis, deinde in quatuor surculos primo diuiditur, postmodum in alios complures, adeo pulcherrima fiat huius tertij neruorum coniugij distributio tum in nonnullos capitis musculos tum in oblongum illum quadrangularem à carnea membrana profectum, qui labrũ oblique deorsum trahit. distribuitur etiam ad longum illum musculum scapulam sursum trahentem. Et ad cutem colli disseminatur. Quartũ par inter quartã tertiãq; vertebram exire videbis per foramen vtrisq; cõmune. quod de sub-

De primo pari neruorum medullæ spinalis.

Mira naturæ prouidentia.

Primum par neruorũ spinalis medullæ.

De secundo pari neruorum spinalis medullæ.

De tertio pari neruorũ spinalis medullæ.

De quarto pari spinalis medullæ.

sequentibus quoque omnibus intelligendum est, quod memoriæ manda. nolo enim hoc idem de exitu neruorũ per foramen duabus vertebris commune amplius in hoc tractatu repetere. Vbi exiuit secatur in surculosmultos, ex quibus aliqui ascendunt, descẽduntq; alij per posteriorem partem reflectuntur. Hæc summa est magnam esse huius quarti neruorum paris distributionem. neruuli insuper ab hoc mittuntur ad musculos ceruici deseruientes, necnon ad musculum cucularem dictum. Ex anterioribus autem nonnulli in musculos stomacho substratos inseruntur, & vnus ex his tenuis admodum vnitur cum ramo quinti paris, & quintus cum sexto, ex quibus tribus principijs nerui illi constituuntur, qui ad septum transuersum proficiscuntur descendentes iuxta mediastinum, ac supra pericardium. Quinti paris exitus est inter quartam & quintam vertebrã. hoc in multos neruos diuiditur, tum anteriores, tum posteriores. ramus anterior qui magis est cõspicuus vnitur cum ramo quarti paris, & in quibusdam ramulum à subsequentibus suscipit. hic neruus nunc à tribus constructus descendit ad latus œsophagi per anteriora vertebrarum colli, descenditq; semper ad nerueam vsq; septi transuersi partem, in qua parte huius nerui terminus adest. Sed in nonnullis (vt iam supra attigi) exoritur à quarto pari. Sed hoc raro videbis, nam sæpius oritur à quinto. Quum primum autem ad thoracis cauitatem peruenit, natura prudens, ne ob assiduum pulmonũ motum disrumperetur, membranis illum colligauit supra infraq;, & vt dixi trãsit supra pericardiũ. Huic neruo vena se comitem præbet. At inquies cur summus rerum opifex Deus tanta arte hunc neruum muniuit. ego vero respondebo illud ob septi transuersi nobilitatem factum fuisse: est enim musculus rarus ac nobilis, immo vero musculorum omnium humani corporis nobilissimus existimatur. Quod reliquum est huiusce quinti neruorum paris varie distribuitur, ramum namq; vena atque arteria comitante per medium illud mittit foramen, quod in posteriore scapula situm est, ibiq; ad musculos disseminatur è scapula exortus, quiq; humero dicantur. Alius ramus descendit per colli latera, vt ad epomida & ad cucularem musculos distribuatur. Alij rami tendunt ad humerum, alij ad quadratum musculum labra oblique deorsum trahentem, item ad quartum musculum hyoidis. alij rami cauitati scapulæ mandantur, vbi ad musculum in eius cauitate latitantem disseminãtur, & ad secundũ thoracis musculum, nec non ad cutem ibi positum. Et quoniam quinta hæc neruorum coniugatio ad musculos humero deseruientes disseminatur, placuit Vessalio illam inter brachij neruos connumerare. Ego

Margin notes: De quinto pari spinalis medullæ. Diuisio & distributio. — Septum transuersum. — Vessalius excusat.

Ego vero quoniam non transit vnà cum quinque neruis manus, illam inter manus neruos nullo pacto adnumerabo. qui manus nerui quoniam eorum Anatome fidelis & perspicua exoptata admodum est, atq; expetita, quippe quæ scitu digna sit, ego de illis mox priuatim agam capite peculiari, vt omnia faciliora reddantur, & perspicua magis.

Opinio propria.

Cur de neruis manus particulatim agat.

De Neruis manus. Cap. V.

10 MANVS, vt diuino Aristoteli recte videtur, organum est organorum, atq; organum ante organa, quæ eo quo cernitis artificio fabrefacta est, vt liberis minimeq; impeditis organis prædita esset, & vt sensu tactus acerrimo polleret, quinq; neruorũ paria natura ad manum ipsam relegat, tria nimirum ad extremos digitos, duo ad extremam vsque manum. quæ quinque me morata paria neruorum à spinali medulla ortum ducunt egressa per cõmunia foramina vertebrarum colli subsequentiũ & à prima thoracis. vniuntur hæc adeo postquã egressa sunt, vt hoc ab illo neruorum coniugium distinguere dificillimum sit vel illi qui magnos progressus in anatome fecerit, separantur tamen deinde, videnturq; rete quodam constituere, vel 20 quid simile cordulis illis & insulis, quę in Cardinalium galeris Romę cernuntur. Hæc quinq; paria neruorum eodem itinere sub claui- cula incedunt, nec non ad scapulæ processum internum, quo loco sociæ quoq; transeunt vena basilica, & axilaris arteria, propterea ne mireris si Anatomes peritus medicus vulnera hac in parte accepta formidosa esse & timoris plena assistentibus prædicet. Sed de singulis separatim agamus. Primum igitur par neruorum manus quod inter quintam ac sextam vertebram fertur, vbi ventum est ad cauitatem sub alis neruum emittit ad primum thoracis musculum, alium ad secundum scapulæ, ramum quoq; alium ad primum & se- 30 cundum cubiti musculum, à quibus flectitur; transit deinde (si eius progressum persequare) sub primo musculo bicipiti per internam humeri partem, sed post cubiti flexuram venæ communi se socium præbet, atque vnà secum ad extremam manum deducitur, interim varijs in locis ramulos ad cutem ipsam mãdat. Secundi paris transitus per eundem est locum de quo in primi paris itinere verba fecimus, tres neruos ad musculos humero famulantes mittit, ex quibus vnum per illud scapulæ foramen exit, quod sub ala latitat, varie primo distribuitur, deinde recta fertur ad flexuram vsq;, parte humeri anteriore, inter cubitum ac radium præteriens, in flexura vero ramulos mittit ad quartum musculum, quintum ac sextum, à quibus

Manus est organũ organorum.
Manus est organũ ante organa.
Cur tot organa in manu.
Cur tanta arte cõ structa
Cur quinque paria neruorum in manu.
Ortus quinque parium neruorum.
Vbi vniuntur.

Vbi separantur.

Cur vulnera ad scapulæ processum internũ sint lethalia.

De primopari neruorum manus.

Post cubiti flexuram neruus cum vena communi.

De secundo pari.

vniuersi quinq; digiti flectuntur. at vbi radij medium prætergressum est, neruulus emittitur satis apparens, profundus, qui incedit adhærens ligamento illi, quod inter cubitum radiumq; situm est, tandem in musculum quadratum implătatur, qui, vt nostro de musculis tractatu explicauimus, penes brachiale situm manum agit in pronum, quamuis Vessalio nostro secus esse videatur. Maior huiusce nerui truncus cum magis descendit atq; inferiora petit, transit sub ligamento brachialis interno, quo loco ramulos parit musculis pollicis dicatos, & alios ad portionem eorum musculorum quos oblongos esse diximus, & à quinti musculi tendinibus exoriri: alios insuper ramulos mittit ad partem illorum musculorum, qui à postbrachiali exorti, primos articulos digitorum flectunt. hoc itinere peracto in ipsa manus vola in quinq; neruos, quod plurimum est, sed quãdoq; in septem secatur, horum quinq; duo per latera pollicis ad illius extremum vsq; pergunt: interim ad cutim surculi ex illis pullulant; duo alij ad indicem vel potius ad indicis extremitatem vsq; mittuntur, cutim interim propaginibus subeuntes. quintus vero per internam digiti illius partem graditur, qui medius appellatur, sed in quibus septenario numero donatur (donatur enim in nonnullis) sextus per externam regionem medij digiti, septimum per internam auricularis iter habet. Tertium par neruorum qui manui addicti sunt per eundem locum iuxta internum humerum & inferiorem cubitum fertur, deinde supra articulum inter olechranon atq; internum humeri tuberculum, vbi surculos profert, qui per primum musculum à quo fit latus tendo disseminantur, item ad secundum tertiumq; brachialis musculum, deinde progreditur iuxta longitudinem cubiti internam, cuius dimidiũ, & amplius vbi præterijt in duos ramos inæquales finditur; alter nanq; maior est, alter vero minor, & eorundem alter introrsum fertur extrorsum alter. Interior transit sub ligamento brachialis interno ibiq; ramusculos producit ad primum illum musculum, quem ego primus obseruaui latum tendinem dilatantem, deinde ad sextum à quo minimus digitus ab alijs deducitur. surculos item profert alijs musculis dicatos qui digitos extendunt, quos à tendinibus quinti musculi tertium digitorum articulum flectentis oriri suo loco diximus. mittit præterea ramusculos alios ad reliquos musculos primum internodium flectentes, quiq; ossibus postbrachialis adhærent, hoc peracto in tres neruos dissecatur, & nonnunquam in quinque, qui in extremos digitos terminum habent, per latera auricularis, & anularis delati, licet in quibusdam in medio digiti medij sistat. mittit insuper ramusculos ad cutem, atq; ad volam ipsam.

Vessalij error.

In uola manus nũc quinque nerui nunc septem.

De tertio pari.

Musculum à quo latus tendo dilatatur primus inuenit.

10 20 30

ipſam. quamobrem pars interna manus adeo acuto atq; exquiſito ſenſu tactus prædita eſt. minor ramus per exteriora illius tranſit, & ſupra brachiale reflectitur, in tresq; ramos finditur; & nonnunquam in quinq; per ſuperiora poſtbrachialis, & per latera auricularis atq; anularis, nec non per medij dicti digiti medietatem, ad quorum extremum vſq; deferuntur, quemadmodum de internis diximus. In hoc tamen differunt, quòd interni externis multo maiores exiſtunt: fuitq; hoc prudentis naturæ optimum conſilium, quippe quæ non ignorabat externa internis facilius lædi poſſe. atq; hactenus de tertio pari neruorum manus; nunc de quarto. Quartus neruus, ſeu quartum coniugium, omnibus neruis qui in manu cernuntur maius exiſtit, eodem cum alijs exitu atq; itinere, ſed cum ad humeri dimidium plus minus deuentum eſt, ad exteriora illius ac ſuperiora reflectitur, atq; ex hoc loco paruuli neruuli emanant ad binos muſculos cubitum flectentes, deinde ad alios muſculos exteriores, & ad humeri, cubitiq; cutim. deliteſcere quoque comperies inter alios muſculos quartum hunc quem nunc deſcribimus neruum, & per cubitum ac radium tēdere ramulos ad illos etiam muſculos emittentem qui à medio cubito exorti pollici ſuam operā præſtat. Sed cum ad brachiale prouenit illico quaſi truncus in quinq; ramos ſcinditur, ex quibus bini ad pollicem relegantur ad indicem bini, quintus autem ad medij digiti extremum vſq; inſtar aliorum. Ex illis autem quos ad pollicem proficiſci dicebamus ſurculi paruuli exiliunt ad muſculum qui inter pollicem & indicem locum habet; illud etiam præter hactenus dicta obſeruato, magnā eſſe huius quarti nerui ad exteriores cubiti muſculos diſtributionem. At quintus tenuis admodum eſt & cutaneus, cuius ramuli humeri, cubitiq; cutem ſenſu præditā reddunt; mittit quoq; ramos ſub ala. quod reliquum eſt venam baſilicam comitatur, propterea huius nerui idem eſt cum baſilica deductus, è quo ſurculi varie per cutim ipſam diſtribuuntur, & tandē ad extremam manum deſinit. ab hoc eodem neruo quinto ſub iugulo mittuntur nerui ad ſeptimum capitis muſculum, ad primum & quartum hyoidis, ad primum & ſecundum thoracis, ad ſeptimum humeri, nec non ad binos muſculos ceruicem in latus trahentes. atq; hic eſt locus è quo neruuli ad membranam carneam demādantur, deinde ad colli cutem. Itaq; ſe habet neruorum manus diſtributio cuius hiſtoriam breui proſecuti ſumus. ſed anteaquam ab hoc argumento diſcedamus ſcito ſurculos & propagines exiguas neruorum manus eodem pacto in omnibus hominibus non diſtribui, licet in truncis ipſis raro admodum varietas notatu digna reperiatur. ſi enim

Cur interna manus adeo ſentiat.

De quarto pari neruorū manus.

De quinto pari neruorū manus.

enim in hoc per medium musculum tenderet in illo prope latera, nihil est quod in re Anatomica versatos in admirationem trahat, & quoniam in illis qui vulnerantur quandoq; sensus amittitur, licet motus integer maneat, in alijs contra motu amisso sensum permanere complures existimarunt duas neruorum differentias vbiq; reperiri, vel vt apertius dicamus vbi neruos adesse oportuit, duplex adesse neruorum genus, alterum motum afferre, ab altero sensum afferri, sed hæc opinio in illis mea quidem sententia locum habuit, qui veram neruorum distributionem ignorabant, tu vero scito neruos ad cutim desinentes, quoniam cutis motu caret, sensum duntaxat afferre, eos vero qui musculis addicti sunt sensum motumq; illis impartiri. Quocirca si nerui cutis sauciãtur, aut si illos noxia materia lacescit & detinet atq; præoccupat? quid mirum si cutis ibi non sentiet: & quoniam nos dum cutim tangimus cutis nobis duntaxat sensus occurrit. neque enim sunt in superficie musculi, si illi nerui lædentur, qui in musculos inseruntur, illis illæsis qui feruntur ad cutim amittetur quidem motus, sed perstrabit sensus: quod si vtrique noxa illata fuerit, & sensus & motus peribunt. hæc autem noxa intelligitur illata neruo priusquam musculum in loco qui retrahi posit & contrahi, quo facto vniri & coalescere nullo pacto posit. si enim nerui læsio contingat in ea parte quæ iam musculum ingressus erat, vniri potest, neque sensus motus ue amisio perseuerabit, quemadmodum ego sæpenumero expertus sum in multis ægris, qui mihi in dies innumerabili multitudine curandi proponuntur, quod etiam Ludouico Philippino viro docto familiari meo anatomes studioso lubens ostendi.

Cur in vulneratis quandoque sensus, quandoque motus amittatur quandoque vterque.

Læso neruo quando nõ amittatur neque sensus neque motus.

10

20

De Neruis thoracis. Cap. VI.

THORACI nerui multo minores contigere, quàm manui, neq; enim tantos esse necessarium fuit. sunt autem vniuersi paria vndecim, non duodecim vt Vessalio placuit, quem miror nõ animadtisse, cum tamen oculatisimus fuerit, vertebras licet duodecim numero sint, tamen foramina vndecim habere, non plura, totidemq; esse costarum interualla. Oriuntur hi quoq; à spinali medulla; exeũt vero è foraminibus vertebris thoraciq; communibus: neq; tamen ab his vt à neruis manus rete constituitur. & ne longam adeo prolixamq; de neruis thoracis historiam texamus (quo enim pacto possemus prolixitatem effugere, si vnumquemq; sigillatim & seorsum describeremus) de omnibus simul hæc audito. Post eorum egressum è fora-

Cur nerui thoracis sint minores neruis manus.

Nerui thoracis sunt paria vndecim.

Error Vessalij.

Ortus.

Cur de neruis thoracis agat in vniuersum.

Diuisio & distributio.

30

è foraminibus vertebrarum bipartitos cernes, nõ tamen æqualiter. etenim ex his alter maior, alter minor existit, & alterum anteriora versus, alterum versus posteriora reflecti secando facile cernes. anteriores igitur sub costis progrediuntur per partem inferiorem, vbi sinus ille per costarum longitudinem cernitur, de quo in libro de Ossibus proprio capite loquuti sumus. atque hoc comitantur rami venæ sine pari, nec non rami arteriæ magnæ, quæ tria vasa, neruus inquam, vena, atque arteria, per eundem locum transeunt, nimirum sub succingente membrana à vertebris ad sternon vsque, iuxta longitudinem costarum atque earum cartilaginum, tanquam lineæ paralelæ & æquidistantes prope musculos intercostales incedunt: in quos externos inquam, atque internos ramulos mittunt. qui musculi numero sunt sexaginta octo, vt in nostro tractatu de musculis latius explicauimus, præter hanc quam hactenus descripsimus neruorum thoracis distributionem, alij sexto thoracis musculo sensum afferunt in parte eius interna collocato, quiq; anteriora ipsius constringit. A superioribus autem nerui fluunt per primum humeri musculũ, nec non per secundum scapulæ: deinde ramuli alij proficiscuntur ad mammillas & ad mammillarum papillas deducti ex his neruis, qui ordine consequuntur, deinde deorsum magis à neruis qui in media thoracis regione collocãtur pullulant nerui qui ad musculos abdominis obliquos descendentes demittuntur, in quo magna horum fit distributio. à postremis autem thoracis neruis alij deciduntur, quibus gaudet septi trãsuersi pars carnea. Quod restat horum anteriorum neruorũ tum ad cutem thoracis, tum ad partem cutis abdominis distribuuntur. Neruos item mittunt ad musculos œsophago substratos, & ad radices costarum. cum his autem neruis sexta neruorum cerebri coniugatio implicatur. Altera horum thoracis neruorum diuisio ad posteriora ipsius reflectitur, & à superioribus enixi nerui sensum deferunt primis, secundisq; capitis musculis, ad musculos ceruicis ad quintum sextumq; humerum circum agentem, ad primum & quartum scapulæ, ad thoracis tertium, & ad scapulæ cutem, alij proficiscuntur ad musculos dorsales, & ad quartum thoracis ad cutim dorsi distribuitur. illud tamen animaduertendum est, hanc cutaneam neruorum distributionem non esse in omnibus æquata, propterea neq; hic, neque alibi in alijs corporis partibus superficiarijs certo ordine atque examussim describi ab Anatomico quantumuis accurato potest aut debet: nam neq; certũ ordinem, neq; numerum certum obseruare possumus, quoniã nunc in plures ramos, nunc in pauciores sese trunci exerunt atq; explicãt, & nunc

Cutanea distributio neruorum nõ est in omnibus eadem.

& nunc altius, nunc decliuius eorum fit distributio atque iter.

De Neruis lumborum. Cap. VII.

Cur post neruos thoracis agat de neruis lumborũ.

QVONIAM Lumborum regio, vt in libro de Ossibus dicebamus, thoracem immediate sequitur, post historiam de neruis illius, lumborum neruos describere operæpretium duxi. Sunt lumborum nerui thoracis neruis maiores. & quamuis ratione superius adducta, dum de numero neruorum thoracis loqueremur, cum in quinq; vertebris lumborum quatuor duntaxat foramina reperiãtur, quatuor neruorum paria solum, non quinq; esse deberent, sunt tamen coniugia neruorum huius partis quinq; numero, quoniam inter extremas thoracis vertebras & primam lumborum incedit primum neruorum par, quod cum ab vltima costa recedat inter lumborum neruos potius quàm thoracis adnumerandũ est. adde quòd ventri inferiori deseruiunt non thoraci. Hæc itaq; prima coniugatio neruorum, qui lumbis addicti sunt, egreditur per foramen illud commune, quod est inter duodecimam thoracis vertebram, & lumborum primam. tenuis est satis & sub peritoneo progreditur. post egressum finditur in ramos binos, quorum alter altero maior existit. qui maior est ad anteriora quidem fertur, sed prius ramusculos parit in principia septi trãsuersi: quod septum à corporibus vertebrarum lumborum exoriri suo loco diximus. alios insuper ramulos mittit ad principia quinti femoris musculi cognomẽto lumbalis, & alios ramos ad musculos abdominis. qui vero est minor neruus ex hac prima coniugatione ad posteriora reflexus in musculos dorsi terminatur. Secunda coniugatio exit inter primam secundamq; lumborum vertebram, sub peritoneo graditur, & sub quinto femoris musculo, in quem ab hoc quoq; coniugio ramuli immittuntur. assurgit deinde, sub peritoneo tamen, & à summo ossis ilij ramus deciditur, qui abdomen exiliens primis femoris musculis & tibiæ sexto sensum motumq; afferunt. at ramus alius mittitur ad sextum musculũ femoris & ad tibiæ primum, superataq; parte superiore ossis ilij ad femoris cutem. ab hoc eodem secundo pari exoritur neruus tenuissimus, & oblongus, qui vasa seminaria comitatur, & tandem in testiculũ desinit. quem neruulum nonnulli cremastiras appellant, qui mire decipiuntur: neq; enim neruulus hic quem nunc describimus, neq; vasa seminaria cremastires dixeris, sed fibras illas carneas in darto collocatas: illæ fibræ carneæ, carneæ inquã illæ fibræ darti, cremasteres vere sunt, nõ vasa seminaria aut neruulus in testem immissus.

Nerui lumborum maiores neruis thoracis.

Cur sint quinque paria neruorum lumborum licet quatuor tamen sint foramina in vertebris lumborum.

10

De primo pari neruorum lumborũ.

20

De secundo pari neruorum lumborum.

30

Error nonnullorũ

Quid sit cremastires.

Exit tertia neruorũ lumborum coniugatio inter ſecundã tertiamq; vertebram, ſub peritoneo defertur, necnon ſub quinto femoris muſculo. Primus ramus qui ab hoc coniugio deciditur, tranſit ſub os pubis prope ilium os, atque hic bifurcatur (cur enim voce in ſcholis noſtris trita non vtamur?) atque eius pars altera per ſuperiora fertur cute tenui in genu ipſum deſinens, altera comitatur venã ſaphenam nuncupatam, reliquam portionem huius nerui poſt dorſales muſculos cutemq; reflecti videbis. Quarta coniugatio è tertia quartaq; vertebra emergit (eſt autem lumbalium neruorũ maxima) fertur ſub quinto muſculo femoris, & ſub pubis os, comiterq; comitatur venam atque arteriam in ipſum inguen: quo loco neruulos profert qui tum peni, tum ſcroto deſeruiant, ſed cutanei ſunt, neq; profundiora petunt. in hac eadem inguinis regione in ſeptem poſtmodum ramos ſecatur, qui ad omnes anteriores muſculos diſtribuuntur, qui partim tibiæ, partim femori famulantur. Ex his ramis nonnullos ad genu vſque deſcendere obſeruatote. Quinti paris egreſſus eſt inter vertebras quartam ac quintam, deinde in duas partes inſtar aliorum diuiditur. iter maioris nerui eſt ſub peritoneo verſus anteriora tranſiens per foramen ſitum inter os coxendicis pubis, atque ilij, atque hinc neruuli deciduntur ob nonum decimum muſculum femoris, quod in girum mouet. nec non alios ad ſeptimũ & octauum femoris eiuſdem, & alios ad penis muſculos, item ramos alios ad veſicam mittit, & in mulieribus non modo ad veſicam, ſed ad vterum quoq; cui præter ſextum par neruorum cerebri ab hac etiam quinta lumborum coniugatione neruuli obtigere. atq; hactenus de prima parte. Secunda vero reflectitur poſt muſculos dorſales, & ad cutim, quod à quarto quoque coniugio fieri dicebamus. Atque hic ſunt quam breuiſsime deſcripta quinque paria neruorũ lumbalium, à quibus prius quam diſcedo adnota illa poſtea quam exiliere, primum par cum ſecundo connecti, ſecundum cum tertio, tertium quarto, quarto quintum eodem prorſus pacto: quæ implicatio ſimilis eſt brachij neruorum implicationi. Notandum inſuper eſt licet haſce quinq; neruorum coniugationes deſcripſerimus, non inueniri tamen in omnibus hominibus totidem; cum quandoque quatuor duntaxat inueniantur: propterea cum quartũ & quintum par in nonnullis vniantur, ex hiſce duobus vnum duntaxat par reſultat, & efficitur.

De tertio pari neruorum lumborũ.

De quarto pari neruorum lumborum.

De quinto pari neruorũ lumborum.

Quomodo hæc paria neruorum lũborum conectitur.

Lumborum nerui non ſunt ſemper quinque paria.

De Neruis ossis sacri, & Pedis. Cap. VIII.

CVM hi nerui particulatim & accurate describi consueuerint, nos eũdem ordinem sequentes, de his distincte quantũ in nobis erit agere conabimur: qui nerui, pedis etiam nerui non iniuria dici possunt. sciendum itaque hosce exilire inter vltimas lumborum vertebras & ossis sacri summitatem, item à primo, secundo, tertioq; ipsius ossis sacri foramine. at quum primum hæc quatuor neruorum principia exiuere vniuntur, maximum nostri corporis neruum constituentes, qui sub peritoneo ab interna abdominis parte ad externam repit versus clunes, transitq; inter coxẽdicem & coccigem supra quartum musculum illum, à quo femur circumagitur. vbi exijt prope maiorem trochantira nonnullos mittit neruulos ad tres musculos à coxendice exortos tibiam flectentes, alios quoque ad octauum liuidum dictum musculum, qui & ipse oritur à maiori trochantira, deinde recta pergit per posteriora femoris inter quartum, quintumq; tibiæ musculum, pene ad flexuram ipsam genu: quo loco in duos insignes ramos diuiditur, ex quibus alter maior, alter minor cernitur. maior posteriorem, minor anteriorem tibiæ partem occupat: maior rursus sub flexura genu neruulos mittit ad primos musculos extremi pedis. A minori autem trunco neruulum exortum cõspicies, qui in musculum sub poplite latitantem inseritur, & alium in tertium musculum ab exteriori femoris capite exortũ. Sed postquam maior truncus flexuram genu præterijt, in alios neruos subdiuiditur, quorum ramus vnus tendit sub duobus primis musculis pedis, quorum parte carnea prætergressa sub cutem repit, in qua per posteriora tibiæ properat ad extremum vsque pedem. ab altero ramo emanant surculi ad quartum musculum, qui inter posteriores tibiæ musculos maior existit, deinde per posteriora interioraq; tibiæ delatus iter habet sub interno malleolo, tendens sub pedis plantam, neruos ad cutim emittens primo ad primum, secundum, & tertium pedis extremũ musculum, deinde ad omnes illos musculos paruulos in ipsa planta delitescentes; deinde diuiditur adhuc in neruos decem, ex quibus duo per vnumquemq; digitum ad eius extremum vsq; deferuntur, ramusculos interim ad cutim illorum spargentes. Alter vero ramus profundiora penetrat, & permeat inter tibiam fibulamq; ligamento illi adhærens, quod inter tibiam ac fibulam sitũ esse proprio tractatu audistis (quo ligamento posteriores musculi ab anterioribus diuiduntur.) mittit quoque neruulos ad quintum, sextum

Ortus.

Neruus nostri corporis maximus.

Musculus liuidus.

Vsus iamenti inter tibiam & fibulam.

10

20

30

ſextum ſeptimumq́; pedis muſculum. Alter truncus minor ſub fibulæ appendice præterlabitur, ad anteriorem partem delatus, quo loco neruulos profert, qui muſculis tum à tibia, tum à fibula exortis dedicantur: truncus vero deorſum deſcendit per ipſius fibulæ anteriora. Quamobrem hic maximopere animaduertas velim lector candidiſsime, hoc enim ſcitu eſt tam neceſſarium quàm quod maxime, ſi cauterium fieri oporteat, vt ne ad fibulam accedat, ſed ad tibiam duntaxat, neque hoc ſat eſt ſcire quo loco ſit faciendum ſed addito dum fit cauſticum, primum muſculum prætereat cautio eſt; nã ſi magis penetraret hic neruus quàm nuper diximus læderetur, quo læſo grauia ſymptomata conſequi ſolent. vel ſaltem cauterij locus nunquam pene dolore aliquo deſtituitur. Reliqua portio nerui huius deorſum fertur ſub ligamento, parteq́; pedis anteriore tranſit ſub externo malleolo per extremi pedis ſuperiora: & ex hac ſede ſurculi mandantur decimooctauo pedis muſculo. quod ſupereſt in decem neruulos ſeparatur, qui in extremos digitos inſeruntur, & deſinunt. ab hoc eodem trunco neruulus alius cutaneus proficiſcitur, qui ad extremum pedem vſque progreditur. Poſt tria foramina oſsis ſacri, ſequitur quartum, & quintum in quibuſdam, quæ diuerſitas à vario oſsium ſacrum conſtituentium originem ducit: neque enim in omnibus idem eſt, nam in aliquibus quinq; oſsibus conſtat os ſacrum, in alijs ſex, licet nunquam inuenire poſsis os ſacrum ex tribus tantum oſsibus constructum, vt Galenus falſo exiſtimauit ſi hominem deſcripſit, ſed ſimiam non hominem deſcripſit. In cadauere igitur cuius ſacrum os quinque oſsibus cõſtet quatuor aderunt foramina. quod ſenario numero cõſtet quinq; foramina videbis, quæ ſita ſunt inter os & os, vt abunde ſuo loco dictum à nobis eſt. Igitur ex duobus foraminibus ſubſequentibus egrediuntur duo alia neruorũ coniugia, quæ poſt egreſſum ipſa quoq; vniuntur neruum gignentia, qui reflectitur & ad muſculos narium diſtribuitur, necnon ad cutem illarum: in internam quoque abdominis partem mittit neruulos ad muſculos recti inteſtini, & in non nullis non modo ad hos, ſed ad veſicæ quoq; muſculos, immo in nonnullis fœminis ad vterum quoq; atque ad vteri ceruicem, item ad earum veſicæ muſculos. alij quoque ſurculi ad perineum atque ad ſcrotũ deferuntur. E poſteriore vero parte oſsis ſacri per ea foramina neruuli proſiliunt parui admodum breueſq́;, qui ad muſculos dorſales ad nates ad poſterioremq́; cutem delegãtur. Et quoniam Galenus alijq́; Anatomici de neruo quodam loquuntur, quem inconiugatũ vocant, ſecundum ipſorum ſententiam, ſi vera eſt, in extrema ſpinalis

Cauterium in crure vbi faciendum, & quantum profundum.

Os ſacrum non cõſtat in omnibus totidem oſsibus.

Nerui poſterioris partis oſsis ſacri.

Neruus inconiugatus ſecundum Galenum vbi eſſet.

nalis medullæ parte deprehenderetur. Ego vt ingenue fateor hũc celebrem neruum inconiugatum hoc loci nunquam comperire potui, licet accurate secauerim huius vnius gratia sæpenumero, sed in omnibus quos hactenus secui pene innumerabiles, comperi extremam spinalem medullam in surculos complures dextros ac sinistros distribui, qui deinde per quartum femoris musculum disperguntur, & per cutem quæ inter nates & ad anum vsq; procedit. De illis autem neruorũ coniugationibus sub coccige prętereuntibus, quas Galenus somniauit nihil attinet dicere, propterea quod nusquam in homine reperiri possunt, cum non adsint. sed priusquam à neruorum historia discedamus illud adnotes rogo, in quouis humani corporis musculo quamuis minimo suum neruum adesse, quod minimũ est. nam in aliquibus neruos duos, in alijs tres, quatuor, ac nonnunquã quinq; videre poteris, neq; iniuria. si enim neruis carerent, musculi neutiquam essent, quamuis oppositum Vessalio nostro videatur. cuius opinio in hoc imaginaria potius quã vera existit, forte is alioqui indefessus in neruorum distributione, quæ mihi admirabilis esse videtur, cum secando defessus esset scriptum reliquit musculos aliquos absq; neruis reperiri. Quoniam vero nos in nostra historia de fabrica Humani Corporis cerebrum ipsum neruorum originem diximus, vt reuera existit, cor autem arteriarum originem, & venarum iecur, non defuturi existimo qui huic nostræ opinioni aduersentur probantes neruos arterias venasq́; spermaticas seminariasq́; nostri corporis partes neque à cerebro, neque à corde, neque à iecore exoriri posse, sed à semine duntaxat. Sed nos, qui solidam Anatomen profitemur, sensuq; vegeti vti in humanorum corporum dissectione conamur, has futiles & apparentes ratiunculas cum rei veritate nequaquam consentientes, & medico futuro inutiles, tanquam nullius pretij, bona lectorum venia reicimus.

Neruus inconiugatus non datur.

Galeni error. Cõiugationes neruorum sub coccige in brutis non in hominibus.

In omni musculo adsunt nerui vnus vel plures.

Vessalij error.

Vessalius excusatur.

Negligenda futilia quædam argumenta, & argutiolæ medico viro.

10

20

30

REAL-

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER IX.

DE GLANDVLIS.

GLANDVLA nihil aliud est (vt ad eius descriptionem immediate deueniamus) quàm corpus rotundum, oblongumq́;, quod plurimum est rarum, & poris refertum. diuersis in locis varias ob causas positæ fuere adenes, siue glãdulæ. est enim earum multiplex vsus, aliæ venis, & arterijs instar lectuli sternuntur, vt illas detineant, ne ue lædantur. aliæ vt sedes vacuas repleant; non enim datur in natura vacuum; aliæ vt humiditates suscipiant, & contineant; ne ob motum loca exiccarentur; aliæ vt excrementa suscipiãt. atque id genus glandulas, siue adenes in varijs corporis nostri partibus reperias. Primæ in caluaria hoc pacto, vna in cerebro, hoc est inter cerebrum, cerebellumq́;, quam conarion pineale appellãt, de qua in tractatu de cerebro verba fecimus; hæc sphærica est, oblonga tamen: alia in sella sphenoidis extra crassam membranã iacet, in quam peluis, siue infundibulum desinit. Quid autem sit sella cunealis, dictum à nobis est in lib. de Ossibus. & hæc illa est glandula cerebri excrementa suscipiens, quæ postmodum ad nasum, palatumq́; transmittit. In oculi vero orbita quatuor adsunt glandulæ, duæ scilicet singulæ orbitæ, dextræ, sinistræq́;, duæ inquam supra, infra reliquæ. quo loco positæ sunt à natura, vt humiditatem superuacuam ad oculos tendentem susciperent, illosq́; humectarét, atq; irrigarét; ne eorum motu adeo frequenti nimis exiccarentur; itaq; moueri deinceps desinerent. hæ illæ sunt, quæ mœrore, aliaue causa constrictæ lachrimas excutiunt, atq; effundunt. Binas alias glandulas habet pharynx paristhmias dictas cerebri humiditatem suscipientes, partesq́; illas humectantes, qua humectatione maxime indigent, cum continenter laborent nobis nunc loquentibus, nunc edentibus, aut inspirantibus, aut expirantibus. Alias insuper sub radice linguæ comperies, quæ in nobis paruulæ sunt, quarum eadem est cum prædictis vtilitas. duæ aliæ hærent laryngi, asperæq́; arteriæ

Substantia glandosa qualis.

Vsus glandularum multiplex.

In natura non datur vacuum.

Primę in caluaria.

Glandulæ in sella sphenoidis suscipiens excrementa cerebri.

Glandule circa oculos vsus duplex.

Lachrimę vnde fluant.

Paristhimię ĩ pharynge cur positæ sint.

Glandulæ sub lingua.

arteriæ, quæ fœminis sunt, quàm viris craſsiores; hinc laryngis pars prominentior in paucis mulieribus cõſpicua eſt: nam ab harum glã- dularum craſsitie occupatur, & ſub ea latitat. ſub iugulis item, vbi vena caua in axillarem, & iugularem ſecatur, aliæ adſunt, in nobis tenues, craſſæ vero in brutis, quæ lactes dicuntur, & thymus. Rurſus in Thoracis cauitate duæ aliæ conſpiciuntur medio œſophago adnixæ, vt ab eo continenter œſophagus humectaretur. ita enim cibus facilius pertranſit, delabiturq́;. at in abdominis concauo, nõ duę ſed ꝓpemodũ innumerabiles reperiuntur per meſenterium diſperſæ, ob diuiſionem tum venarũ, tum arteriarum. inter quas inſignis quædam eſt ſub ventriculo, tum ob venæ portæ diuiſionem, tum ut ventriculi propunaculum foret, ne is ſpinam contingens læderetur. his nomen eſt pancreas, hoc eſt affuſio. Ad radicem penis, veſicæq́; extremum, hoc eſt ad veſicæ collum binæ adſunt glandulæ craſsiuſculæ, quæ paraſtates, hoc eſt aſsidentes vocantur. hæ ſemen ſuſcipiunt, & continent: ſi quiſquam eſt, cui teſtes tum marium, tum fœminarum inter glandulas connumerare libeat; huic per me adnumeret licet; nam ſubſtantia teſtium à glandularum ſubſtãtia parum differt. Nunc, poſteaquam internarum glãdularum hiſtoriam expediuimus: operæpretium videtur de externis quoque meminiſſe: deq́; illis primum, quæ poſt aures ſitæ ſunt. Sciendum itaq; eſt penes aures, nec nõ ſub maxilla inferiore multas adeſſe glandulas, quæ tum venarum, tum arteriarum diuiſioni, tum quibuſdam cerebri ſuperfluitatibus ſuſcipiendis deſeruiunt: propterea emunctoria cerebri appellantur. hæ ſunt ſatis inſignes, & craſſæ ſatis: in quibus frequenter fit illud genus abſceſſus, quod à loco parotidas Græci vocant. Præterea ſub axilla nõ paucæ adſunt eaſdem ob cauſas genitæ, quas ſupra memorauimus; qui locus cordis emunctorium appellatur. In inguine etiam inter abdomen ſcilicet, & femur multas glandulas obſeruare poteris ijſdem rationibus, atque vſibus fabrefactas; & hanc regionem iecoris emunctorium vocant. Nec deſunt glandulæ in flexura tum cubiti, tum genu, ſed paruæ, ob vaſorum diuiſionem factæ; atq; has glandulas in omnibus paſsim comperies; ſed in quibuſdam præter has in collo, brachijs, cruribusq́;. Sed quoniam hoc raro euenit; harum hiſtoriam prætermittendam duxi. Penis autem extremitas licet glandis nomen obtineat; tamẽ glandulæ ſubſtantiam nequaquam obtinuit. Sed mãmillarum ſubſtantia tota glanduloſa eſt, ac pinguis, præter papillam, quas glandulas natura candidas eſſe voluit, vt ſanguinem rubrum in album lac vertere facillime poſſent. etenim in humano corpore quodcũq; tranſ-

Cur larynx videatẽ prominere magis in viris quã in fœmellis.

Thymus ſiue lactes ſub iugulis.

Glandulæ circa oeſophagum cur.

Cur tot glandulæ per meſenteriũ.

Affuſionis & pancreas maior portio inter ventriculum & ſpinã.

Paraſtates & aſsidentes.

Teſtes mulierum & marium inter adenes poſſunt connumerari.

Cur ſint poſt aures glandulæ.

Parotides vnde fiant.

Emunctorium cordis.

Iecoris emunctorium.

Glans penis minime connumeranda inter glãdulas.

Subſtantia mãmillarum qualis.

Omne quod tranſmutatur in corpore in colorem tranſmutãtis mutatur.

10

20

30

transſmutatur: in colorem transſmutantis transſmutatur. Poſitæ aũt ſunt mammæ glanduloſæ, vt diximus, in anteriore thoracis parte tũ ob venuſtatem, cuius ratio habenda erat, tum vt lac commodius infanti præberetur: & inter cutem, mẽbranamq; carneæ poſitæ ſunt. Atque hæc hactenus de glandulis humani corporis.

Cur mammillæ in thorace.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER X.

DE OCVLIS.

OCVLI in homine magnæ ſunt, atque adeo ingentis nobilitatis, cum inſignis, & dilectæ ab omnibus viſiuæ virtutis organa exiſtant, maximo propterea artificio à Dei optimi maximi maieſtate, ac ſapientia creati ſunt, & in ſede ſatis tuta ſiti, eaq; noſtri corporis eminentiore, vt inſtar boni cuſtodis eſſent, & tanquã ſpeculatores, quos videmus dum ciuitates atq; oppida cuſtodiunt, altiora loca aſcendere, vt longius proſpiciant. Penes cerebrum vero locatos fuiſſe oculos quid mirum? cum à cerebro ortum ducant. Animauertendum itaque eſt naturam binas cauitates in capite, maxillaq; ſuperiore exculpſiſſe, vt tuto in loco collocarentur, multiſq; illas propugnaculis circumſcripſiſſe: ſupra namq; os frontis, ſuperciliaq; collocauit, infra os primum ſuperioris maxillæ, nec non os malæ, hinc nares, & iugale os, præterea palpebras cartilagineas, muſculos ipſas conſtringentes, ciliaq; vt ipſa viſui dirigendo deſeruirent. oculorum forma in homine vere ſphęrica eſt, idq; diligenter obſeruato, nihil enim in homine, cum ab oculo diſceſſeris, vere ſphæricum eſt. At aliorum animalium oculi non ſunt vndiq; orbiculares, ſed vel obliqui, vel depreſſi: neque id mirum eſt, cum hominis figura tanto interuallo à reliquis diſtet animãtibus. Scito præterea neminem ante me hominis oculum deſcripſiſſe, ſed omnes beluinum oculum deſcripſere, magno & turpi errore, in quem ipſe quoq; Veſſalius

Oculi nobiliſſimi.

Oculi organa viſionis.

Cur in loco excelſo ſint ſiti.

Situs.

Quæ & quot ſint oculorum propugnacula.

Cilia viſum dirigunt.

Oculus hominis vere ſphæricus.

Alij Anatomici brutorum oculos deſcripſere.

ſalius incidit, in eius vniuerſa pene formatione cum alijs Anatomicis deceptus. quod verum eſſe facile perſpicies, ſi Galeni, Veſſalij, aliorumq́; Anatomicorum hiſtoriam de oculo cum noſtra contuleris. & profecto non leuiter hi homines accuſandi ſunt, Galenus præſertim, & poſt ipſum Veſſalius, qui tantam rem, tam illuſtrem, tam optatam, tam negligenter ſcribendam putarent, beluinum oculum pro humano diſſecantes. quo loco oculi ſiti fuerint & cuius vſus gratia, viſionis ſcilicet, nemo eſt qui ambigat: quomodo autem viſio fiat, non eſt facile explicatu, & adhuc ſub iudice lis eſt; alijs namq; videtur viſionem fieri per emiſsſionem, alij vero per immiſionem exiſtimarunt: quod argumentum nunc non eſt diſputandi locus. Illud ad præſentem tractationem ſcire ſat eſt, oculos videndi cauſa factos, quæ res ita eſt homini neceſſaria, vt qui illa vel natura, vel caſu, vel ægritudine orbati ſunt, ſe infelices appellitent. Videndi autem facultas à cerebro proficiſcitur à viſiuis ſpiritibus per opticos neruos ad ipſos delata, quos neruos craſſos eſſe, molles, poroſos raraq́; textura eſſe diximus, necnon à membranis tum dura, tum tenui inuolutos, qui ab interiore cerebro ad baſim exoriuntur, & ſphenoides os per ſua ipſorum foramina orbicularia penetrantes, in internā oculorum cauitatem deſinunt, ibiq́; membranam amphibliſtroida nuncupatam conſtituunt. Oculi itaq; ex multis partibus conſtant. Ex quinq; muſculis nimirum, membranis ſex, tribus humoribus, ex neruis, venis, arterijs, glandulis multaq́; pinguedine circumquaq;. Ex muſculis oculo deſeruientibus, quos in noſtro tractatu de muſculis quinq; eſſe diximus, quatuor ita diſpoſiti ſunt, vt in quatuor angulos diſtribui videātur, ſupra, infraq́; à dextris & à ſiniſtris, quorū exortus à ſphenoide, duraq́; matre oblongi ſunt, fibriſq́; rectis cōſtant, & ſubſtantiā ipſorum in finibus explicātes, tendineam membranam conſtituunt, quæ in corneam poſt iridem deſinit, quorum vnuſquiſq; cum ſeorſum & abſq; reliquorum ope ſuum officium facit, oculum trahunt, vel ſurſum, vel deorſum, vel dextrorſum, vel læuorſum: at ſi eodem tempore in agendo coeant, tunc oculum ſiſtunt: cum vero non vnà agunt tempore eodem, ſed ſucceſsiue ab ijſdem, quos diximus muſculis quatuor, oculus in girum vertitur, quam motuum diſpari tempore diuerſitatem in illis quoq; quatuor muſculis obſeruabis, qui brachiali mouendo addicti ſunt. Itaq; ab ijſdem motoribus diuerſo modo ſe habētibus varios edi motus nullo pacto abſurdum eſſe videri debet. Quintus vero oculi muſculus, quem ego primus inueni, oculi dimidium & amplius amplectitur, tranſuerſo ſitu, qui tamen nullo pacto deſpiciendus erat, cum nobi-

lisſimæ

Galenus & veſſalius in oculi fabrica decepti.

Quomodo fiat viſio difficilis eſt quæſtio.

Oculis capti ſunt infelices.

Videndi facultas vnde.

Nerui optici qualis ſit ſubſtantia.

Inuolucrum.

Origo.

Progreſſus.

Inſertio.

Oculi conſtituunt membranam retinam.

Ex quibus conſtet humanus oculus.

De muſculis oculorum.

Quatuor primi muſculi.

Exortus.

Fibræ.

Membranæ tendinoſę quatuor muſculorum inſertio.

Vſus vniuſcuiuſq; ex quatuor.

Vſus quatuor muſculorum ſimul operantium.

Vſus quatuor muſculorum ſucceſsiue agētium.

Cōparat quatuor primos oculorū muſculos quo ad vſum cū quatuor muſculis brachialis.

Idem motor diuerſo modo ſe habēs poteſt motus diuerſos edere.

Quintum muſculū oculi Realdus primus inuenit.

lissimæ actionis gratia sit à diuina prouidentia constitutus: nam, vt inquit Poeta ille,

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus, at huius musculi beneficio cœlũ ac beatas cœlorũ intueamur, opificemq; uniuersi pure sancteq; ueneremur; cuius nutu machina tanti operis cæpta perfectaq; est, cuiusq; bonitate mouetur, seruaturq;: neque solum attolli oculus ab hoc quinto musculo potest, sed etiã sisti, & in girum uerti, & in sua sede immotus contineri, ne huc atq; illuc temere flectatur. Illud præterea meminisse oportet, secundum neruorum coniugium in hos musculos distribui, quos inter, & oculum neruumq; opticum magna pinguedinis portio collocaretur, ne asiduo & perpetuo fere motu oculus exiccaretur, atq; tabesceret. Adsunt etiam binæ glandulæ, quarum altera supra est, infra altera, per quas lachrimas misericordia ducti effundimus, vel callidæ mulierculæ oculos exterendo exprimunt, ut ab amatoribus aurum extorqueant. hę glandulæ ut oculum ipsæ quoq; irrorent factæ fuere. Ex sex oculi membranis prima exterior est, pluribus nominibus insignita: nam adnata, alba, adhærens, & coniunctiua appellatur. hæc tenuis est & candida à pericranio ortum ducens, & in maiorem iridis circulum desinit: est autẽ iris in oculo circulus ille uarijs coloribus refertus. quæ colorum uarietas (quicquid hac de re Aristoteli uideatur) uueæ membranæ, non humoribus (ut ille uoluit) accepta ferenda est: quæ uuea non est in omnibus hominibus concolor. nam in hoc nigrior est, in illo magis albicat, in alio cærulea, aut uaria cernitur. Iridis uero nomen in oculo, à cœlestis iridis similitudine translatum fuit. at quod in oculi centro uides instar puncti pernigrum, pupilla nuncupatur, cuius ope videmus. licet autem pupilla nigra admodũ appareat tamen neq; ipsa, neq; quicquam, quod eidem subsit, atrũ est, sed pellucens atq; perspicuum. Secunda oculi membrana nomine caret; neq; id mirum est, cum hactenus incognita fuerit. hæc à nerueis musculorũ oculi tenuitatibus gignitur, & sub adnata terminatur prope iriden. Membrana tertia ceratois, idest cornea, duraq; dicitur. dura etenim crassaq; existit, cum à dura matre exoriatur. ab hac membrana ceratoide forma oculi constituitur: vnaq; est sui exortus ratione. Arabes autem Anatomici vnica fidelia duos parietes dealbantes partem anteriorem corneam, quod instar cornu pelluceat, posteriorem sclirotica à duritie appellarunt, sed una duntaxat est, non duæ; & à dura membrana ut dicebam proficiscitur.

Vsus quinti musculi oculorum.
Secundum par neruorum in oculorum musculos inseritur.
Pinguedinis vsus in oculi fabrica.
Glandularum in oculi fabrica situs.
Lachrimæ vnde exprimantur.
Glandularum oculo seruitiũ vsus.
De membranis oculorum.
Primæ oculi membranæ nomina.
Coniunctiuæ mẽbranæ descriptio.
Iris in oculo quid sit.
Aristotelis error de Iride oculi.
Vuea nõ est in omnibus concolor.
Iridis oculi ethimologia.
Pupilla quid sit.
Pupilla nõ est atra
De secunda membrana oculi.
Secunda membrana ĩcognita alijs anatomicis.
Origo & insertio.
De mẽbrana tertia.
Ortus.
Ceratois constituit formam oculi.
Arabum error in cornea.
Cornea vnica est.
Cornea qualis sit.

Ceratois anteriore in parte diaphana eſt, perſpicua, & inſtar cornu lucens, & ſubtilis, quo loco iris necnō pupilla ſita eſt, hæc oculum ſiſtit, neruum opticum inueſtit, & oculum: intus concaua eſt. & in ea tres humores, tresq́; aliæ membranæ continentur. Quarta oculi membrana vuea dicitur: dicitur & corion, hoc eſt ſecundina & coriformis: à tenui meninge ortum ducit, primumq́; neruum opticum inueſtit, deinde ſub cornea dilatatur & ad anteriora vſq; porrigitur, verum oculum vniuerſum non ambit quemadmodum corneam facere diximus. poſtea vero quàm ad pupillæ locum peruenit, quam vuea format, atq; effingit, verſus poſteriorem partem reflectitur, & ad iridis principium progreditur, ibiq; duplex efficitur atque à cornea toto illo interuallo, quod diaphanum eſt, abſcedit, licet in alijs partibus non parum illi connectatur. Vueæ nomen ſortita eſt, eo quòd vuæ granum videatur eſſe, cui capulus ademptus fuerit. in hac, vt dicebam, magna colorum varietas ſpectatur. in hominis namq; vuea nigrum colorem cernes, puniceum, ceruleum, rubrum: at in boue, præter hos viridem & cianeum. ex qua colorum varietate defeſsi oculi recreātur: propterea oculos claudimus vt ſpiritus viſiui ad hoſce multiplices colores conuerſi recreentur. Quinta oculi membrana amphibliſtroides, hoc eſt retina dicta, ex ipſamet viſorij nerui ſubſtantia elicitur, ſed ſi proprie magis loqui volumus, retina hæc nō eſt membrana, ſed res mollis, & alba, quā ſi colligas, atq; vnà poſitam ſpectes cerebri ſubſtantiam iudicabis. hæc intro magis quàm vuea iacet, paulo vlterius progreditur. oculi dimidium penes vitreum humorem natura vuea collocauit, vt alimentum ad ipſum deferret. Sexta membrana arachnois græcæ latinæ aranea dicitur, nam aranei telam præ ſe ferre videtur. Oritur & ipſa à tenui meninge: tenuiſsima ſplendensq́; eſt, illis pelliculis ſimillima quæ in cæparum interuallis cernitur. vſus eius eſt vt humores uitreum, & criſtallinum complecteretur. Veſſalius alioqui magnus Anatomicus in hac araneiformi membrana deſcribenda perplexus eſt, & nullo pacto perſpicuus: nam & ipſam temere diuidit, deinde ignorare videtur ab hac vitreum humorem circundari. In eadē membrana ipſe quoq; Galenus dormitauit; nam ab ea partem illam ſeparauit, quæ ante criſtallinum ſita eſt, quam idolum & ſimulacrum viſionis appellat. Ego vero vnicam eſſe aſſero, licet ea parte, quæ ante criſtallinum locatur, paulo craſsior ſit, quàm in reliquis partibus. Atq; hæ ſolæ ſunt ueræ oculi membranæ. quare ne expectetis dum ego de illa loquar membrana inſtar ciliorum, quam Veſſalius ſomniauit: nam lineæ illæ, quæ humorem criſtallinum circunſtant

Corneę membranę vtilitates.
In cornea quid cō tineatur.
De quarta membrana oculi.
Nomina.
Origo.
Progreſſus.
Inſertio.
Quarta membrana non ambit totum oculum.
Vbi quarta membrana ſit duplex.
Cur vuea dicitur quarta membrana.
Colores in vuea varij in homine.
In boue colores vueę plures quā in homine.
Vſus varietatis colorum in vuea.
Cur defeſsis oculis, claudamus.
De quinta mēbrana oculi.
Retinæ origo & ſubſtantia qualis.
Situs.
Situs retinæ ratio redditur.
De ſexta membrana oculi.
Nominis ethimō.
Ortus.
Subſtantia.
Quibus comparāda ſit aranea.
Vſus araneæ.
Veſſalius in aranea membrana obſcurus.
Galeni error in aranea membrana
Idolum viſionis Galeno quid.
Mēbrana aranea vnica eſt,
Membrana inſtar ciliorum de qua Veſſalius non eſt quid diſtinctum a membranis deſcriptis hactenus.

10 20 30

circunſtant, in hac quam paulo ante deſcripſimus aranea collocantur. Humores in oculo tres ſunt, aqueus, criſtallinus & vitreus. Aqueum, qui & albugineus quoq; dicitur, natura anteriore in parte locauit inter membranam vueam, ubi duplex & inuerſa redditur corneamq́; : qui humor paucus admodum eſt, & in eo ſuffuſiones fiunt, quas cataractas recentiores appellant. Hoc quod dicam obſecro lector ne excidat, me certa coniectura deprehendiſſe humorem hunc inſtar excrementi eſſe: nam ego bis hiſce oculis uidi totũ prorſus effuſum eſſe ob vulnera, tamen ſpatio temporis renatum, ita vt eodem oculo cernere deinceps potuerit. Secundus humor oculi criſtalloides criſtallinus ue nuncupatur, eo quòd ita ſplẽdeat, vt lumine, & perſpicuitate criſtallum referat: ſitus quoque eius eſt anteriora verſus, pene in centro oculi, eumq́; humor vitreus poſteriore in parte amplexatur, neque vlla inter ipſos membrana interiacet, ante tamẽ ab aranea obtegitur. Figura criſtallini humoris ſphærica quidem eſt, ſed depreſſa anterius: quà humorem aqueum reſpicit, lentis formam refert. Huius ſubſtantia duriuſcula eſt, quam ſi è ſua ſede dimoueris, & ad ſcriptos caracteres accedat, maiores eſſe videntur, & facilius conſpiciuntur, ſuſpicorq́; hinc ſpecillorum inuentionem originem duxiſſe. vſus criſtallini humoris permaximus eſt, atque extollendus, nam præcipuum eſt, ac pene princeps videndi inſtrumentum, propterea idolum ſimulachrumq́; viſionis nõ iniuria appellatur. Hanc partem libentiſsime contemplantur auditores in theatro, nam oculos atque animum delectat, pulchra res eſt ſcituq́; digna. Tertium hialoida hoc eſt vitreum vocant Anatomici, eo quòd vitrũ fuſum ſpecie ſe præ ſe ferat, poſteriore in parte collocatur: neq; ibi ſolum ſed anterioris quaq; non exiguam portionem, ita vt ex quatuor oculi partibus tres occupet hialoides. partem autem cum dico concauam intelligo. hic humor concauus in medio factus eſt, quoniam ſibi criſtallino cedendum erat, ipſe quoque ſplendidiſsimus eſt, ſpectatuq́; iucundus. hunc vnà cum criſtallino inuoluit aranea membrana, penes quem retina iacet, à qua uitreus humor alitur, at vitreus viciſsim alit criſtallinum, itaq; nil mirum eſt ſi uitreus humor pellucet, cum alimentum immediatum futurum ſit criſtallini prælucentis, & in nutritione gignitur humor ille qui aqueus appellatur. Hi ſunt tres humores in oculo uiſioni opitulantes: nam horũ ope, niſi quid obſtet, medio proportionato exiſtẽte, uiſibiliq́; in interuallo decẽter locato facile, & recte cernimus.

Præter muſculos quinque oculo deſeruientes, præter ſex membranas, tres humores, glandulas binas, neruum opticum, ſecundũ

De humoribus oculi. Aquei humoris ſitus.

Humor aqueus eſt excrementum.

Humor aqueus poteſt renaſci. Cur ſecundus humor oculi dicatur criſtallinus. Situs criſtalloidis

Criſtallini figura.

Subſtantia criſtallini qualis.

Specillorum inuẽtio vnde initium ſumpſerit. Chriſtallini humoris vſus.

De tertio humore oculi nominis ethimologia. Situs humoris vitrei. Cur vitreus humor ſit cõcauus.

Aranea membrana inuoluit humorem criſtallinum & vitreum. Retina alit humorem vitreum humor vitreus alit chriſtallinum.

Epilogus partium oculi, oculoq́ue deſeruientium.

neruorum coniugium, pinguedinemq́; , venæ adſunt, & arteriæ per muſculos pinguedinemq́; diſperſæ, necnon per mẽbranas, in quas multæ ipſarum diſtribuuntur, item per corneam atque vueam.

Peroratio.

Et hæc eſt vera germanaq́; fabricæ humani oculi explicatio. quã ſi cum re ipſa contuleris, tu quoq; huic hiſtoriæ ſubſcribes, quam ego pure ſcripſi abſq; verborum circuitionibus, & ſine fuco. Erroreſq́; Veſſalij in hiſtoria de oculo nullo negocio deprehẽdes: quem mirum eſt in membri adeo nobilis deſcriptione tantopere lapſum eſſe: nam non modo in muſculis & membranis, ſed in humoribus quoque decipitur, & tota errat via, exiſtimans criſtallinum humorem in centro oculi exquiſite ſitum eſſe; item tantum humoris aquei, quantum vitrei reperiri.

Veſalius errat in oculi hiſtoria.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER XI.

DE VISCERIBVS.

De Vuea, Tonſilliſq́; , nec non de tunica veſtiente Naſum, Palatum, os œſophagum, ventriculum, inteſtina & aſperam arteriam. Cap. I.

Cur hic non agit de iecore, corde, & cerebro.

QVANQVAM Iecur, & Cor, & Cerebrum viſcera ſunt, deq́; his in tractatu de Viſceribus agendum videtur; tamen de his hoc loco non agam, quia de his ſeparatim egi, quod ſint inſtar trium fontium, à quibus varij proficiſcuntur riuuli, qui vniuerſam hominis fabricam irrigant; abſque his ceu lapideam, atq; inutilem futuram. Propterea, vt alimẽtum per ſingulas corporis partes flueret; venæ genitæ ſunt, quæ naturalem ſanguinem in hepate, tanquam in proprio fonte elaboratum deferrent, qui ad ſuperiora non ſecus atque ad inferiora labitur. Quamobrem natura vnà cum ſanguine lotij partem deferri voluit, tum vt vehiculũ ſanguinis lotium foret, tum vt ne ſanguis alicubi ſiſteret, & inſtar gelu rigeret. at eius ope

Cor, cerebrum, iecur inſtar trium fontium.

Cur venæ genitæ.

Cur lotium vna cum ſanguine deferatur.

ope sanguis à magnis venis ad mediocres, atque ab his ad minimas vsq; properat. Item à corde vitalis sanguis vnà cum calore ad omnes corporis partes per arterias communicatur. Eodem pacto cerebrum per neruos, spinalemq; medullam sensum, motumque ad vniuersum corpus transmittit: etenim absq; neruorum distributione, neque sentire, neque moueri vllo pacto posses. Dimisso igitur cerebro à superioribus inchoantes consentaneum est, vt de illa tunica dicamus, quæ os ambit, linguamq;, laryngam, & œsephagũ; de gargareone, & paristhmijs; ne quicquam intactum prætermittamus. deinde loquemur de thorace, postremo de abdomine. Sciendum itaq; est tunicam illam, à qua nares intus, palatum, linguaq; circundatur; me iudice: duræ matris portionem esse quæ postquã caluariam exteriorem præcipue egressa est; amplificatur, crassior, & pene carnea redditur: à qua cum vniuersum palatum interne, & os ipsum inuoluatur, ad palati extremitatem duplex euadit; elongataq; aliquantulum partem gignit rotundam, oblongam, crassiusculam, pendulam, varijs nominibus insignitam: etenim vua dicitur, vlula, columella, gargareon. Vsus eius est, vt humiditatem à cerebro præcipitantem detineret: idq; non temere, sed vt detẽta partes illas, quarum motus pene perpetuus est, humectaret. Voci etiã, & pronunciationi non parum confert: vt illorum exemplo eleganter, facileq; discere possumus, qui sæuo gallico morbo diu laborarunt, quibus cũ dira morbi lues columellam exedit, rauci admodum sunt; & crocitare potius, quàm humano more loqui videntur. Tertia est insuper gargareonis vtilitas, ne scilicet puluis, qui iam nobis inuitis quandoque os ingressurus erat, ad asperã arteriam præceps progrederetur. Vtrinq; duæ adsunt glandulæ, quarum altera à dextris est gargareonis, à sinistris altera; paristhmiæ dicuntur, tonsillę, amygdalæ, faucesq;: earum substantia glandulosa est. factæ hæ quoque fuerunt, vt cerebri humiditatem suscipiendo essent, idq; propterea quòd regionem hãc, quam græci pharyngã, latini fauces appellant, humectando essent. his autem finibus continetur pharynx. Basis capitis, palatiq;, nec non corpora anteriora vertebrarum colli; quo loco complura organa cernes laryngã nimirum, os hyoides, eiusq; musculos, linguæ radicem, eiusq; musculos, sextum neruorũ par, iugulares venas internas, carotides arterias, columellã, maxillam inferiorem, eiusq; musculorum portionem, styloidis, processus, & œsophagum. propterea cum glandulæ, quas dixi, tam angusto in loco versentur, paristhmia veteres appellauere. Teguntur autem ab eadem membrana, à qua os, & palatum inuolui diximus: quæ descendens

Arteriarum vtilitas.

Neruorum vsus.

Proponit agenda.

De tunica nares, palatum & linguã circundãte.

Substantia & origo, & deductus.

Substantia vueæ.

Nomina vueæ varia.

Vsus vueę primus.

Secundus.

Raucedo ob morbum gallicũ exesa vuea.

Tertius.

Paristhmiæ, vbi sint, quid sint.

Vsus paristhmiarum.

Pharynx.

Complura organa.

Cur dictæ sint paristhmiæ.

Inuolucrum paristhm.

descendens œsophago occurrit: eiusq; interiorem tunicam constituit: item ventriculi; & intestinorum tunicam internam, & deorsum magis lata post linguam epiglottida ambit, laryngemq;, & asperam arteriam, ad extremos vsq; illius ramos per pulmones delatos. Extrema autem tracheæ regio vestitur à succingente membrana. hac igitur parte satis accurate perpensa, reliquum est, vt de pulmone verba faciamus.

Pleura inuestit extremã tracheam.

De Pulmone. Cap. II.

PVLMO in thorace ipso situs est, cuius cauitatis maiorem partem occupat, corporibus vertebrarum, cordi, asperæq; arteriæ adnexus. Diuisus est pulmo in duas partes dextram nempe, & sinistram, propterea nonnulli sunt, qui binos esse aiunt pulmones. Eius figura extra sphærica est, intro vero caua: itaq; factum oportuit, quòd sibi tum cordi, tũ pericardio cedendũ erat. Præter eam, quam diximus pulmonis diuisionem, in quatuor lobos, pinnasúe, aut fibras, (nihil enim nunc interest, qua ex his voce appelles) pulmo diuiditur, vt agilius moueri posit, & cor ipsum facilius amplexari. Scribit Galenus pulmonem quinque lobis præditum esse, ex quibus tres in dextro latere esse autumat. quod verum esse in brutis quidem animantibus comperies: at in homine nequaquam. Causa diuersitatis illa esse potest, quòd hepar à corde plurimum distat. quamobrem cum vena caua à vertebris distet, strato opus erat, quo fulciretur. Natura igitur prudens lobo vno voluit hominis pulmonem à Brutis superari, quem lobum venæ cauæ in illis substrauit. Concauus autem est, vt Galenus optime dixit, quia cedit venæ cauæ rotunditati: at quoniam in hominibus inter cor, & hepar septũ transuersum duntaxat interiacet, quinto lobo nihil opus fuit. Quare nihil erat, quamobrem Galenus ob hoc tãtopere in veteres Anatomicos inueheretur. Verum ex hoc, vt ex alijs compluribus locis, aperte conuincitur Galenum nunquam in homine anatomen exercuisse. Pulmonis substantia rara est, leuis, porosaq; spongiæ instar, colore rubello, quod genus substantiæ parenchyma, hoc est, affusio à veteribus appellatur. Inuoluitur à membrana pleura, quam describemus, tenui satis, atq; admodum porosa. Per substantiam pulmonis hæc disseminãtur, Arteria aspera, Arteria venalis, Venaq; arterialis. Aspera quidem arteria per colli longitudinem anteriore in parte sub larynga fertur, quæ ex anulis constat, at non perfectis omnino, vt suo loco diximus, ex cartilagine quæ in dextrum, ac sinistrum

Marginal notes: Situs. Annexus. Diuisio. Figura. Cur pulmones intro caui. Cur pulmo diuidatur in lobos. Galeni error. Cur plures lobi sint in brutis quã in homine. Hominis pulmonis lobi sunt quatuor duntaxat. Cur pulmonis lobus sit concauus. Galenus nõ secuit homines. Pulmonis substantia qualis. Inuolucrum. Vasa in pulmonibus. Arteriæ asperæ descriptio.

nistrum diuiditur; deinde pedetentim magis, magisq; diuiditur, atque attenuatur ad pulmonis extremum vsq;. Vsus eius est, vt aerem intro, forasq; ferat: atq; hæc è supernis in inferiora procedit. ex infernis autem pene sursum fertur venalis arteria, quæ ipsa quoque in dextram, sinistramq; partem diuisa est; deinde varijs modis ramificatur, ad asperæ ramos accedens, idemq; facit vena arterialis. hæc vero tria vasa à substantia rara, porosa, leuiq; amplectuntur, itaq; pulmo gignitur: cuius vsus est, vt recte Anatomici scribunt, ob cordis refrigerationem; quod efficit, aerem ad illud frigidum deferens. factus præterea fuit pulmo ad inspirationem, atq; expirationem, & vt voci deseruiat. Atq; hos omnes pulmonis vsus nouerunt, qui ante me scripsere. præter quos ego alium addo maximi momenti, de quo ne per transennam quidem meminere. Est aũt præparatio, & pene generatio vitalium spirituum, qui post modũ in corde magis perficiuntur. Aerem namq; per nares, & os inspiratum suscipit; nam asperæ arteriæ vehiculo per vniuersum pulmonem fertur, pulmo vero aerem illum vnà cum eo sanguine miscet, qui à dextro cordis ventriculo profectus per arterialem venam deducitur. Vena enim hæc arterialis præterquam quòd sanguinem pro sui alimento defert; adeo ampla est, vt alíus vsus gratia deferre possit. Sanguis huiusmodi ob assiduum pulmonum motum agitatur, tenuis redditur, & vnà cum aere miscetur, qui & ipse in hac collisione, refractioneq; præparatur; vt simul mixti sanguis, & aer per arteriæ venalis ramos suscipiantur: tandemq; per ipsius truncum ad sinistrum cordis ventriculum deferantur; deferuntur vero, tã belle mixti, atq; attenuati, vt cordi exiguus præterea labor supersit: post quam exiguam elaborationem, quasi extrema imposita manu vitalibus hisce spiritibus, reliquum est, vt illos ope arteriæ ahorti per omnes corporis partes distribuat. Non vereor quin nouus hic pulmonum vsus, quem nemo Anatomicorum hactenus somniauit, incredulis, atque Aristotelicis paradoxon videri debeat, quos oro, rogoq;, vt pulmonis magnitudinem contemplentur, quæ absq; vitali sanguine permanere non poterat; cum nulla sit tam minima corporis particula, quæ illo destituatur. Quod si vitalis hic sanguis in pulmonibus non gignitur: à qua parte transmitti poterat, præterquam ab ahorti arteria? at ab ahorti arteria ramus nullus, neq; magnus, neque paruulus ad pulmones mittitur. Nam quo pacto per venam, aut per arteriam venalem deferri sanguis vitalis ad pulmonem potest, cum neutra pulset? hæc igitur candide lector, quam dixi, arterialis vena constructa fuit, vt sanguinem eo, quo diximus, pacto

Vsus.

Arteria venalis.

Vena arterialis.

Vsus pulmonis.

Nouus vsus pulmonum generatio scilicet animalium spirituum.

Quomodo generẽtur spiritus animales.

Ex venæ arterialis amplitudine vsus inuestigatur.

Vitales spiritus in corde perfecti p̃ ahortim arteriã ad omnes partes corporis ferũtur.

Corroboratur opinio quòd spiritus vitales in pulmonibus gignãtur.

Arterialis venæ vsus reperitur.

pacto elaboratum intro afferret ad cor ipsum; nō vt à corde eliciat & extra ferat. Ad hæc, quæ diximus, illa etiam accedit ratio, Medicos tunc è pulmonibus manantem sanguinem coniectare, atque adeo certo scire, longo rerum vsu edoctos, non modo quòd cum tussi eliciatur, sed etiam quia floridus est, tenuis, & pulcher, vt de sanguine arteriarum quoque dicere consueuerunt. Quas rationes qui sincero animo considerare voluerit, acquiescet, sat scio, veritatiq; locum dari patietur. At Galenus magnus philosophus, medicorumq; princeps, cum ab Hippocrate discessimus; hunc pulmonis vsum ignorasse verisimile nō videtur. Esto, magnus est philosophus, maximusq; medicus; neq; hæc, aliaq; multa hominem latuisse admirabile est. Verum, est quoddam hominum geuus adeo vecors, & rude, vt neque inuenire ipsi noui quicquam velint, aut possint: propterea quidquid magni nominis medicus scripsit, illi statim subscribunt, neque ab eius dogmatibus, vel tantillum discedunt. Tu vero candide lector doctorum hominum studiose, veritatis autem studiosissime, experire, obsecro, in brutis animantibus, quæ viua vt seces, moneo, atque hortor; experire inquam, an id, quod dixi, cum re ipsa consentiat: nam in illis arteriam venalem illiusmodi sanguinis plenam inuenies, non aere plenam, aut fumis, vt vocant, si Deo placet, capinosis, illi duntaxat pulsus deest. Nam hic à corde proficiscitur; quemadmodum peroptume maximus Galenus probat eo libello, An sanguis in arterijs contineatur contra Erasistratum. Pulmonis tunicam parui neruuli attingunt, vt diximus, qui intus non penetrant; propterea pulmo exiguo sensu præditus est; tamen membrum est maxime vtile, atq; adeo necessariū. sed hæc pulmonis tunica, cum porosa sit, nihil mirū est, si in Pleuritide & peripneumonia sanguinem suscipere valeat.

Quomodo iudicent medici sanguinem ferri è pulmone.

Galeno & Hippocrati licet ob veritatem contra dicere.

Pessimum hominum genus.

Arteria venalis sanguine plena est non aere.

Neruuli pulmonis tunicam attingunt non penetrant.

Cur pulmo parū sentiat.

Cur pulmonis tunica.

10

20

De Pleura, & Mediastino. Cap. III.

In thoracis cauitate præter cor, pericardion, arteriam ahorti dictam, cauam venā, venamq; tum arteriosam, tum sine pari, præter arteriam venosam, venas, arteriasq; axillares, item eas, à quibus aluntur costarum interualla, præter illas, quæ sub sterno discurrunt, ac præter illas iuxta mediastinum deorsum tendentes, præter neruos, œsophagum, arteriam asperam, pulmones, glandulasq;, membranæ quoque adsunt, pleura scilicet succingens appellata, mediastinumq;. Est autem pleura membrana similaris, tenuis, nerueaq;, quicquid in thoracis concauo continetur complexa. hæc vertebrarum

30

Quid in thorace contineatur.

Pleura quid sit.

Vsus & deductus.

vertebrarum corpori admodum hæret, & sub costis labitur; septũ transuersum superne inuestit. Membrana hæc pleura nequaquam simplex est; licet Vessalius simplicem esse scriptum reliquerit, qui in hoc Galenum iniuria accusat, cum ipse, vt parum diligens, non accusari non posit. quòd si adeo diligens in hac re fuisset, vt in alijs plerisq;, comperisset pleuram duplicatam esse. Cum duplicem hãc succingentem membranam dico, ne existimes me dextram illam tantum, & sinistram appellare, sed ubiq; duplicem esse pleuram aio, duas scilicet esse membranas, quarum altera interna est, externa altera, inter quas venæ, arteriæ, neruiq; præterlabuntur: quæ omnia inter costarum interualla ducuntur. atq; hic sæpe fit Pleuritis. Si causam quæris, quare duplicem hanc membranam natura genuerit, ob ossium duritiem opinor, ne interna pleura, quæ adeo sentit, vt nihil supra; ob pulmonis continentem motũ læderetur. Hæc membrana vel potius hæ membranæ, iuxta latera sterni deorsum repit, spinam versus, atq; inter se dextra à sinistra distat: illæq; spinæ affiguntur, vt thoracem in duas cauitates, pulmonemq; duas in partes secarent. neq; id temere factum putes: sed mira naturæ diligentia, vt læsa altera parte, ita ut fit, illæsa saltem altera, immunisq; relinqueretur. hæc vero pleuræ reduplicatio, vt ita dicam, hoc loco mediastinum appellatur; quoniam thoracem mediat; & à summo thorace ad imum ducitur. Inter mediastinum, idest hanc duplicem pleuram thoracem in duo secantem, materia aliqua colligi potest, quæ perforato sterno tuto satis extrahi potest à diligenti chyrurgo, reiq; anatomicæ peritissimo. Præter has membranas costæ periostio quoq; præditæ sunt. in superiore thoracis parte sub iugalis, vbi tum venæ, tum arteriæ, diuiduntur, glandosam partem adesse cõspicies, quam thymum vocãt. Estq; thymus in vitulis, & id genus animalibus esu suauis. Ad medium œsophagum binæ adsunt paruulæ glandulæ, illius humectandi gratia à natura eo loco collocatæ. Quid autem sit œsophagus mox audies.

> Pleura non est simplex. Vessalij error. Galenus non erat reprehẽdendus. Pleura est duplex vbiq;. Venæ arteriæ & nerui feruntur inter pleurã internam & externã. Vbi sępe fiat pleuritis. Cur pleura sit duplex. Interna pleura est sensus exactissimi. Progressus pleurę. Dextra pleura à sinistra distat. Cur pleuræ ope thorax in duas partes diuidatur. De mediastino quid sit. In mediastino materia colligi potest & extrahi. Costæ habent periostion. Thymus glandula vbi. Thymus in vitulis esu suauis. Vsus glandularum ad medium œsophagum.

De œsophago, & ventriculo. Cap. IIII.

OESOPHAGVS, stomachus, gula, uel meri, vt Arabes vocant: est via potus, cibiq;. origo eius est in ima pharyngis cauitate, post laryngem, cui adnectitur; neq; illi solum, sed etiam anteriori corpori vertebrarum colli. Est œsophagus membranea pars, nerueaq; & exanguis, cuius terminus est superius ventriculi orificium. Iter œsophagi est inter vertebrarum corpora, arteriamq; asperam,

> Oesophagi nomina. Quod sit in vniuersum origo & situs. Oesophagi descriptio. Iter œsophagi.

recta, quousq; cordi accedit; nam ibi, vt cordi cederet, vt par erat, dextrorsum tendit: deinde prope transuersum septum ad læuam denuo reuertitur, neq; enim illi per iecur progredi recto itinere licebat. ob iecur itaq;, quod obstat cogitur œsophagus supra spinam, sub vena quidem concaua, at supra ahorti arteriam descendentem præterire; septumq; transuersum penetrat, perforatq; & in superius ventriculi orificium, vt dixi, implantatur. Duabus proprijs tunicis præditus est œsophagus, externa, internaq;. Est autem interna crasior multo, quàm externa. Intetiori fibræ sunt rectæ, quæ manuum vice funguntur in cibi attractione, quem ab ore susceptum ad ventriculum deferant: propterea à summo ad imum feruntur. externa vero gulæ tunica transuersis fibris prædita est: vt cibus, potusq; facilius deorsum trudatur. Est autem œsophagus non modo ventriculo contiguus, sed continuus: quemadmodum ventriculus intestinis, quæ ad podicem desinunt. Ventriculus, qui & venter dicitur à Latinis, à Græcis γαστὴρ, & κοιλία: situs est in abdomine immediate sub transuerso septo; adeo descendit, vt pene ad vmbilicũ perueniat. propterea medio pene corpore inter vtrũq; hypochondrium transuersim collocatur: maior tamen eius pars sinistrum præcordium occupat; licet Galenus secus sentiat; idq; sapienter factum est; quoniam ob iecoris magnitudinem, lienisq; paruitatem, spatium maius in sinistro latere, quàm in dextro relinquebatur. Eius figura cucurbitæ oblongæ, rotundæq; eleganter respondet. Sphæricus etenim est ventriculus, licet oblongus. hac autẽ figura membra tum magis capacia sunt, tum ad perpetiendum minus idonea. Duobus orificijs insignitur, dextro, sinistroq;, seu mauis superiore, atque inferiore. sinistro potum, cibumq; suscipit: dextro vero iter præbet cibo, quem ipse confecerat, & in chylum conuerterat. Bina hæc, quæ nunc describimus, ventriculi orificia, ne cibus vel incoctus elaberetur, vel retrocederet, crasiora facta sunt, fibrisq; orbicularibus, à quibus recte detinetur. natura vero iubente dilatantur, permittuntq; cibos tum ingredi, tum egredi. Illud interim adnotes velim, inferius orificium ventriculi in decliuioti regione sitũ neutiquam esse, quemadmodũ aliqui pinxerunt; sed superiora versus spectat, neq; glandulam illud circumplectentem videbis, licet à Galeno describatur. Tribus tunicis, illisq; nerueis præditus est, quarũ vna aliquantulum carnea est: ex his tunicis duæ propriæ vẽtriculi sunt, alia communis, quæ à peritoneo proficiscitur; estq; fibrarum expers. Primæ obliquæ fibræ contigere, vt cibum, potũq; tam diu contineant, quã diu coquatur. Secunda transuersis fibris constat,

Cur ad læuam reflectatur œsoph.

Terminus œsophagi.

Tunicæ œsophagi.

Fibræ tunicæ interioris quales, & cur.

10

Tunicæ externæ œsophagi quales & earum vsus.

Oesophagus est continuus ventriculo.

Ventriculus est cõtinuus intestinis.

De ventriculo.

Nomina

Situs.

Maior pars ventriculi occupat præcordium sinistrũ.

20

Galeni error.

Cur maior pars ventriculi sit in sinistro hypochõdrio.

Figura ventriculi qualis.

Reddit̃ ratio figuræ ventriculi.

Ventriculi orificia duo.

Vsus vtriusq; orificij.

Cur orificia vẽtr. sint crasiora.

30

Fibræ orificiorum quales & cur.

Error quorundam de situ inferioris orificij.

Situs verus orificij inferioris.

Gal. error de glãd. inferioris orificio.

Tunicæ ventriculi quot & quales.

Vnde oriatur tunica cõmunis ventriculi.

Fibræ primæ tunicæ quales, & cur.

Fibrę secundæ quales & cur.

constat, vt postquam confectus fuit, extra propellatur. Tertia fibris caret, vt dixi, & inuolucri duntaxat vice fungitur. Galenus, & post illum Vessalius rectas fibras internæ vētriculi tunicę inesse crediderunt, vt attrahendi munere fungerentur. Verum œsophagus, quæcunq; deuorantur, ad illum deducit: propterea rectis fibris nō eguit. Non est tamen negandum, quin quatuor illæ naturales virtutes, quæ reliquis membris adesse cōsueuerunt, ventriculo quoq; adsint; attractrix scilicet, retentrix, concoctrix, atq; expultrix. Præterea secunda tunica, quam carnosam aliquo pacto dicebat, nō 10 est tamen in fundo carnea magis, quàm in superiori parte: quidquid Galenus scripserit. Tegitur ventriculus à iecore, lieneq;; & eiusdem particulam omentum contegit. Vsus eius est cibum, potumq; in albam substantiam lacti similem, quam chylum vocant, immutare. Estq; nostri corporis culina, iccirco amplus, capaxq; rerum multarum effectus est, præsertim in heluonibus, voracibusq; hominibus, quorum aliqui consumēdis frugibus nati; quorū Deus venter est, tantum cibi vorāt, tantum potus ingurgitāt, quantum quatuor uiris satis, superq; esset. Præter orificia, tunicasq; hactenus descriptas,, neruos habet ventriculus à sexto pari deductos, ve- 20 nas à porta, arterias à magna vt iam dictum est arteria; neq; id inutiliter. Etenim à neruis sensum, ab arterijs vitalem calorem sortitur; venæ vero tum illi nutrimentum deferunt, tum chylo suscepto illum ad iecur deferunt. Qui vero existimant ventriculum chylo nutriri, decipiuntur: Nulla enim corporis pars præterquam à sanguine alitur; propterea venarum copia exuberat. Quandoq; euomit, sed motus ille violentus est, & contra naturā, tunc autem obliquæ, transuersæq; fibræ vnà, magnoq; conatu propellunt: & rectæ œsophagi opposito motu agunt, quàm natura postulet. Cum enim natura deorsuuu pellere oporteret; in eo nixu deorsum trahunt. 30 atque hæc de ventriculo sat sunt.

> Fibræ tertiæ tunicæ ventr. quales & cur.
> Galeni, & Vessalij error.
> Ventriculus præditus est quatuor virtutibus naturalibus.
> Galeni error.
> Quid tegat vētriculum
> Ventriculi vsus.
> Cur vētriculus sit amplus.
> Nerui ventriculi.
> Ventriculus non nutritur chylo.
> Cur ventriculus abundet venis.

De Intestinis. Cap. V.

CVM Intestina sint ventriculo continua, quemadmodum supra dicebamus; consentaneum est historiæ, quam de humani corporis fabrica scribimus: vt nunc de intestinis loquamur. Intestina igitur à ventriculo exoriuntur; eademq; pene substantia videntur: licet aliquantulum tenuiore. Situs eorum est ab inferiori ventriculi orificio ad anum vsque; abdominisq; maiorem partem occupant. Veteres Anatomici intestina in sex partes distinxere, distinctisq;

> Continuatio.
> Intestinorum ortus.
> Situs.

Diuiſio inteſtinorum ſecundũ veteres anatomicos.
Diuiſio propria

ſingulas nominibus appellauere. Ego vero, ſi poſt tot ſeculorum recepta vocabula noui aliquid in medium proferre fas eſſet, inteſtina duo eſſe dicerem, quorum alterum tenue eſt, craſſum alterum. Sed vt aliorum veſtigia ſequamur: neque enim temere à veterum placitis diſcedendum eſt, ſex eſſe dicemus inteſtina, duodenum inquam, ieiunum, ileon, cœcum, colon, rectumq́;. Duodenum, vt ab hoc incipiamus; nam ventriculum ſubſequitur, ita appellatur, quoniam longitudinem eius duodecim digitorum apicibus metiri poſſumus: Græce dicitur dodecadactylos, dicitur & ianitor, portanarius, pyloros, aphyſis: quæ nomina nonnulli ad inferius orificium ventriculi transferunt. Duodenum poſt ſuum à ventriculo exortum, ſpinam verſus deſcendit, quò poſtquam peruenit, aſſurgit, & gyris initium dat; ibiq́; terminum habet, vnde eſt origo ieiuno inteſtino, quod longum admodum eſt, ſed duodeno tenuius. Ieiunum dicitur, quoniam in cadauerum diſſectione vacuum ſemper reperitur. hoc autem contingit, propterea quòd chylus hac præteriens adhuc fluidus eſt ſatis: deinde ob bilis veſiculę meatum, qui in huius principia deſinit. tranſmittitur autem bilis, ad eum locum naturæ prouidentia, vt vis expultrix ad ſuum munus excremẽtorum eijciendorum excitetur. hiſce itaq́; duabus de cauſis hoc inteſtinum ieiunum antiquiores appellauere. cui ileon ſuccedit ob varias ſpiras ita nuncupatum: etenim ſatis longum exiſtit. ſed illud ſcias velim ilei principium, nec non ieiuni fines nõ ita cuiq́; in Anatome peruios eſſe; nam eadem ſubſtantia, colore eodem conſpiciuntur. Neq; ego alia via diſcrimẽ horum inueſtigo, quàm quòd venæ meſaraicæ in ieiuno ipſo tum maiores, tum frequentiores, quàm in ileo ſpectãtur: cuius ilei fines à coli principijs excipiuntur. Atq; hæc tria inteſtina, quæ hactenus memorauimus, tenuia omnia ſunt. Tria vero alia, quæ cõſequuntur, craſſa ſunt, cœcum inquã, colon, & rectum. Cœcum monoculum quoq; dicitur, & ſaccus: vno nanq; foramine duntaxat donatum eſt, quod foramẽ coli ipſius pars eſſe videtur; cui ſua adeſt appendix longiuſcula, tenuiſq́;, ob quam Veſſalius cœci nomen huic inteſtino impoſitum fuiſſe arbitratur. Mihi vero ſecus videtur, veteres ſcilicet, cœci inteſtini nomine intellexiſſe quicquid à tenuiorum inteſtinorum inſertione ad colon vſq; porrigitur. ſed hoc interuallum in bobus, ſuibus, gliris, ſciuriſq́; adnotatu dignum eſt. à cœco igitur in dextro ilio colon exoriri videbis. deinde ad dextrum renem deorſum flectitur, cui adnectitur; deinde cõuoluitur, ſurſum reuertitur, & ad abdomen ſub vẽtriculo tranſuerſim fertur, non ſupra ventriculum, vt Mundino parum

Duodenum.
Cur duodenum dicatur.
Nomina varia duodeni.
Progreſſus inteſtini duodeni.
Ieiuni inteſtini origo.
Cur ieiunum dicatur.
Cur ieiunum ſemper ferè vacuum videatur.
Cur bilis ad ieiunum transmittatur.
Ileon ſitus.
Cur dicatur ileon.
Quomodo diſtinguantur fines inteſtini ieiuni & principium ilei.
Quæ dicãtur inteſtina tenuia & quæ craſſa.
Cœcum quibus nominibus donatum.
Appendix cœci.
Veſſalij opinio ſuſpectat.
Quid vere intelligendum ſit nomine inteſtini cœci
Obſeruatio pulcherrima.
Colon inteſtinũ.
Iter coli inteſt.
Mundini error.

10 20 30

parum Anatomico visum fuit, qui callide commentus erat, dum excrementa in hoc intestino detinentur, ventriculi coctionem adiuuari. Vbi ad sinistrum latus colon peruenit; versus sinistrum renem descendit, cui item colligatur. Deinde rursus inflectitur, & descendit, & cum ad sinistrum ileon accedit, duos gyros efficit, & in rectum tandem intestinum in summo osse sacro finem habet. Colon hoc, quod diximus, oblongum est satis, crassumq; & cellulis hic, atque illic refertum: quare cum amplum admodum futurum esset, natura illi duo ligamenta parauit instar duarum zonularum, quarũ vna superius est, inferius altera. At extremum intestinum, quod & longaon etiam appellatur, rectum dicitur ob situm ipsius. etenim à summo osse sacro ad extremum vsq; coccygem defertur: atque in ano terminos habet, à quo constituitur. Sunt autem intestina (si naturam illorum in vniuersum scire cupis; postquam historiam didicisti) corpora oblonga, teretia, & concaua, quarum situs is est, quem supra vnicuiq; assignauimus. Eorum substantia neruea est, ventriculi substantiæ non dissimilis. Tunicæ illis binæ existunt, illæ inquam intestinorum propriæ, & peculiares, quibus tertia accedit communis, quam à peritoneo mutuo accipiunt; prior interna obliquis fibris prædita est; vt continendi munus obire possent; secunda transuersis, vt propellerent. rectas autem fibras aut nullas, aut paucas quidem certe in intestinis conspicaberis. Chylus nanq; fluidus in eorum inanitatibus, spatijsq; discurrit, atque pererrat: at fibræ transuersæ manuum instar comprænhendunt. Variæ illis conuolutiones, spiræq; contigere naturæ beneficio non vulgari: vt cibus in illis diutius moraretur; neq; nostris negotijs, si recta sita essent, impedimento forent. Propterea obseruare poteritis animantia omnia, quorum intestina paucis gyris abundant, subinde famescere, & ad cibum capiendum non modo inuitari, sed etiam cogi. Secunda vtilitas est ob chyli distributionem. Tertia, vt feces contineant. Neque neruis destituuntur intestina à sexto pari ad ipsa delatis, neq; venulis, quas vena porta subministrat, quas mesaraicas appellant. arterias itidem habent intestina: quamobrem ipsa quoq; sanguine aluntur, vimq; habent coquendi: si quid à ventriculo incoctum exciderit. propterea natura, quæ nihil frustra condidit, omento intestina ipsa obtexit. Sed priusquam hũc de intestinis sermonem absoluamus; rem admirabilem adnotes volo, lector candidissime, naturã crassa intestina vndiq; in abdomine valli instar collocasse, tenuia vero in medio crassorum, vt ab externis iniurijs facilius tuta euaderent.

Coli distributio.

Cur colo duo obtigerint ligamenta.

Lõgaon & rectũ.

Intestina q̃d sint.

Substantia.

Tunicæ quot & quibus fibris prædite, & cur.

Cur in intestinis aut paucę aut nullæ sint rectæ fibræ.

Cur intestinorum circũuolutiones variæ.

Causa prima.

Cur animalia quędam cito famescant.

Secunda causa.

Tertia causa.

Nerui vnde intestinis.

Venæ.

Arteriæ.

Intestina aluntur sanguine.

Intestina coquendi vim habent.

Cur intestina omẽto tegantur.

Crassa sunt vallũ intestinis tenuibus.

De Mesenterio & Omento. Cap. VI.

Ciceronis error.

Mesenterion quid proprie significet.

Exortus.

Substantia.

Venæ & arteriæ mesaraicæ.

Glandularum vsus in mesenterio.

Cur multæ glandulę sub ventriculo.

Gland. sub ventriculo nomina varia.

Mesenterij vsus.

Mesenterij diuisio in partes tres.

MESENTERIVM, siue Mesaræon (qua voce vsus est Cicero lib. secundo de Natura Deorum, licet perperam mesenterij naturam intellexerit, non enim medium intestinum significat mesenterium; sed membrũ est, quod inter intestina medium collocatur) exortum ducit à spina: neq; si introspicias, aliud quicquã est, quàm peritoneum ipsum duplex. inter hãc igitur peritonei reduplicationem, quam hoc loco mesenterium appellamus, venæ adsunt, arteriæq; mesaraicæ, adsunt & nerui, & glandulæ complures hic appositæ ob magnam horum vasorum diuisionem, quibus robori sunt,& tutamento. sub ventriculo præsertim harum glandularum nõ aspernanda copia visitur, non modo ob vasorum diuisionem, sed etiam ne ventriculus spinæ contactu læderetur. hæ glandulæ pancreos, siue pancreas, & callicreas, & affusio, & lactes quoq; appellantur. Vsus mesenterij est, vt intestina contineat, ne vel temere implicita euaderent, vel deorsum delaberentur. Videtur in tres partes diuisum hoc, quod dixi, mesenterium, quorum pars colon detinet, quod transuersum fertur, atq; hæc omenti pene portio existit; alia continet intestina tenuia, tertia vero crassa. Sed si cui libeat mesenterium vnum dicere, vel in duas partes secare, ego nihil moror.

De omento.
Nomina.
Situs.

Hipp. error.

Exortus.

Diuisio.

Figura.

Omenti descriptio.

Vsus.

Omentum Latinis, Græcis Epiploon, Arabibus Zirbus in anteriori parte omnium intestinorum, nec non supra lienem quoq; situm est; licet secus scripserit magnus Hippocrates hoc à vẽtriculi fundo iuxta eius longitudinem exortum, & à colo insuper intestino, in duas scinditur partes, superiorem nimirum, & inferiorem; quæ vniuntur, & sacculi, vel marsupij potius figuram præ se ferunt. vt rem in pauca conferam: omentum nihil aliud est, quàm peritoneum, in quod tum venæ, tum arteriæ, tum nerui, tum adeps disperguntur; intestinorum tutamenti gratia factum est; estq; non exiguo coctioni conficiendæ adiumento.

De Liene. Cap. VII.

Situs lienis.

Figura.

Cur concauus.

Linea in liene.

SPLEN, seu mauis lien, membrum est in sinistro hypochondrio sub costis septo adhærens transuerso, cuius innata figura, oblonga est, instar plantæ pedis supra: gibba est aliquantulum, at quà interiorem partem spectat, concauam speciem refert. idq; non temere, sed vt ventriculo cederet. ibi linea adest, in quam eius vasa inseri videbis, propterea nonnullis eminentijs ibidem prædita est.

Color lienis subliuidus est; eius substantia poris, & inanitatibus referta spongiæ in morem, vt humori melancholico crasso, terreoq; ad illam transmisso suscipiendo esset. In lienis substantia, quam dixi, tum venas, tum arterias, illasq; perspicuas nullo negotio deprehendere poteris; licet Galenus oppositum senserit in hoc mire deceptus, ita vt nullus excusationi locus relinquatur. hæ autem venæ, quas in liene conspicaberis, à vena porta deriuantur, cuius sunt rami, arteriæ item ab ahorti sub septo transuerso. Circundatur lien à tenui peritonei membrana, in quam neruulus inseritur à sexta neruorum coniugatione deductus. lienis vtilitas est, vt melancholicus sanguis ab illa attraheretur, cum præsertim eodem alendus esset. In qua nutritione (est autem hoc obseruatu pulcherrimum) acidus quidam humor seiungitur, & per venæ portæ ramum ad ventriculū delatus famem dormientem excitat, quæ vtilitas nullo pacto spernenda est.

Color. Substantia. Vsus. In lienæ videntur arteriæ & venæ contra Galenū. Venæ lienis vnde Inuolucrum lienis vnde. Neruus lienis vnde. Vsus lienis. Succi acidi lienis vtilitas.

De Vesicula bilis. Cap. VIII.

VARIIS nominibus, vt pleraq; alia nostri corporis referta est hæc bilis vesicula; nam aliqui ita appellant: alijs Græca vox magis arridet, cystis fellis, alij rudiore voce dicunt, bursam choleræ citrinæ. hanc naturæ industria sub iecore parte dextera, eaq; concaua collocauit. Figura huius vesiculæ, si quæris, oblonga est; substantia vero membranea; venas à porta sortita est, arterias vero ab ea mutuatur, quæ ad iecur tendit, neruos demum à sexto pari. Hæc bilem suscipit, continet, atq; expellit; & hic est eius vsus. quæ bilis à vesicula expulsa ad intestina propellitur: vt virtutem eorum irritaret, atq; ad fæces excernendas excitaret, compelleretq;. propterea natura nunquam satis laudata meatum vnum duntaxat, (seu porum, seu ductum dicas, nihil interest) prudenter effecit, qui bilem flauam ad intestina, & ieiuni summitatem deferat. Equidem ingenue fateor, me nunquā meatum vidisse, qui ad ventriculi fundum, vel cauitatem à bilis vesica feratur: licet non semel, sed sæpius diligenter intuitus fuerim, non negauerim tamen cum huiusce bilis flauæ magna adest copia, eam ad ventriculum regurgitare cōsueuisse. Sed hoc præter naturam euenit, non secundum naturam. Si enim hic meatus à cysti fellis ad ventriculi capacitatem daretur; in causa esset, vt is quicquid continebat, dictum, ac factum propelleret. itaq; nulla prorsus coctio in ventriculo confici posset. Immediate sub iecore sita fuit hæc vesicula; vt bilem susciperet, quæ per vniuersum corpus delata plurimum obesse poterat, prodesse nihil: cum

Nomina. Situs. Figura. Substantia. Venæ vesicæ bilis vnde. Arteriæ. Nerui. Vsus vesicæ bilis. Meatus vesicæ bilis ad intestina & summitatem ieiuni. A bilis vesica non deferē meatus ad fundum ventriculi vt fama est. Cum bilis regurgitat ad ventriculum prēter naturam est. Probatur non debere dari hunc meatum cysti fellis ad ventriculum. Cur vesica bilis sub iecore sita sit

cum præsertim ignea virtute prædita sit. Igitur à iecore ad bilis vesicam meatus perducitur, qui ab eo ad hanc bilem deriuat. scito tamen inter venæ cauæ, portæq; ramos, ramulos complures dari, qui licet per iecinoris substantiam dispergantur, omnes tamen in dictum meatum desinunt, qui cum bilem suscepit, illam ad propriá vesiculam defert. Est autem bilis, vt omnes norunt, tenue sanguinis excrementum; vt atra bilis crassum eius recrementum existit.

Ramuli complures bilem suscipiétes & ad eius vesicam deferentes.

Quid sit bilis.

De Renibus. Cap. IX.

Renes duo.

Connexus renũ.

Cur ren dexter sit superior sinistro.

Galenus nimis diligens.

Est imbecillitas intellectus repugnare sensui.

Galeni ratio cur dexter ren sinistrum superet in brutis locum habere potest.

In homine ren sinister est superior dextro.

Cur sinister ren superet dextrũ.

Renes duo numero sunt, dexter scilicet, & sinister: quorum vterque, tum dorso, tum nothis costis annectitur. Illud scitu pulcherrimum est, Galenum diu, multumq; laborasse causam anxie quærentem, cur renem dextrum natura superiorem sinistro collocauerit; ita vt dexter ren altius, quàm sinister sit situs. sed profecto nimis accurate, ne dicam inutiliter, hoc inuestigauit Galenus noster; cum sensu contrarium prorsus facillime cuiuis constare posit. Est autem intellectus imbecillitas teste Aristotele sensui ita palam repugnare; adeo vt verisimiles Galeni rationes inspecta hominis Anatome falsæ appareant, statimq; corruant. Tamen si bruta seces, hæc non temere Galenum scripsisse comperies: in quibus sinister à dextero rene superatur: in homine vero oppositum omnino cernitur. Cur autem in hominibus secus contingat: vt sinister sit dextro superior, potius ob hepar, quam ob lienem euenit. Etenim hepar in nobis permagnum est, lien paruus: at in brutis deorsum vergit. Quare cum renes iecore, lieneq; inferiores admodum existant; consentaneum est, vt illis optimo iure de habitatione accommodent. Integuntur renes peritoneo, eoq; crasso satis: non deest tamen præter peritonei velamen propria renibus tunica, ad quam paruus neruulus, à sexto neruorum coniugio peruenit. Renum figura faseoli vulgo dicti speciem imitatur. spinam versus gibbi, caui quà viscera spectant. at substantia eorum dura, densaq; est, cordi substantiæ similis; color subruber. In renes venæ, & arterię emulgentes inseruntur, perq; eorum corpus disperguntur. Creati fuerunt renes, vt serosum sanguinem attraherent; itaq; iecur expurgarent. Tu vero caue existimes serosum duntaxat sanguinem à renibus trahi; nam cum hoc vnà boni quoq; sanguinis portio aduehitur, qua ipsi aluntur. In renibus lotium à sanguine segregatur, quod deinde in aliam cauitatem emittitur: quæ cauitas instar cribri nullo pacto effiìcta est, vt aliqui falso putarunt; & ab hac cauitate, quam dicimus,

Inuolucrum renũ.

Neruulus propriæ tunicę renum vnde.

Renum figura.

Substantia.

Color.

Venæ & arteriæ emulgentes.

Vsus.

Renes præter serosum, bonum sanguinem trahunt.

Renes aluntur bono sanguine.

Opinio falsa de cribro in renib.

dicimus, vreteres, hoc est vrinaria vasa nascuntur. Vasa inquam concaua, alba, crassaq́;, arteriarum instar, neruea admodum, à renibus ad vesicam vsq; progredientia. progressus autem huiusmodi est. sub peritoneo etenim lumbis adhærentes discurrunt: & vrinã ad vesicam deferunt. insertio vreterum sub vesica est collum versus, in quorum vasorum finibus natura duas membranas affabre apposuit illis similes, quas in follibus quotidie intuemur. earum membranarum structuræ vsus est, vt, posteaquam vrinam ingredientem vesica benigne suscepit; hæ membranæ claudantur; ne denuo retro-
10 cedens elaberetur, magno mortalium incommodo, magno sanitatis detrimento; cum lotium post sanguinis distributionem inutile pondus corpori existat. Non desunt, qui harum membranarum ignoratione ausi sint asseuerare, vrinam per resudationem in vesica colligi. at isti, si vesicas, quibus loco pilæ ludunt subinde pueri in triuijs; diligenter introspiciant; aerem in illis vesicis reclusum harũ quoq; membranarum beneficio contineri, obseruare facile poterunt; neq; mirum illis amplius videbitur, si earundem ope vrina suscipitur ab vreteribus in vesica, & detinetur, ne superius reuertatur. Huiusmodi membranulas in mesaraicarum quoque extremitatibus
20 eadem industria conspicaberis, vt superius proprio capite explicauimus. Cum emulgentibus dictis venis in corpus renum ingrediendum esset; noluit natura solers, atq; in humana fabrica sapiens supra quàm dici posset, membranas in harum ingressu statim apponere; ne sanguis nimium præceps flueret, atque elaberetur, vt sæpe fit, renibus præter naturam affectis: hoc ne fieret curauit renum substãtiam in collium, seu monticulorum figurã augeri. hæc enim sanguini occurrenti obijciuntur, obstantq́; quo minus sanguis, serumq́; ad membranã deferantur; ex qua fiunt vreteres. Quare cum exire prohibeatur, prius per ramos tum sanguis, tum serum per renum
30 ipsarum substantiam distribuitur. At renes, posteaquã sanguinem ob sui alimẽtum ad sese attraxere, ipsoq́; saturati sint; serum purum iam redditum ad vrinarios meatus transmittunt, qui illum in vesicã postmodum deferunt. hæ igitur partes, quas prominentiores dixi: in corpore ipso renum continentur ea vtilitate, quam paulo ante breui, quoad eius fieri potuit, expressimus.

Vreterum vasorũ ortus. Vreterum vasorũ descriptio. Progressus vreterum. Insertio vreterũ. Membranæ duę in finibus vreterũ. Vsus membranarum vreterum. Vrina non colligitur in vesica per resudationem. Membranarũ quę sunt in extremitatibus mesaraicarum vsus. Renibus affectis sanguis quãdoq; præceps ruit. Renum substantia cur mõticulorũ figura. Renum opus.

De Vesica. Cap. X.

VESICA in imo abdomine, quod sumen appellant, sub osse pubis sita est, cui diligenter est cõnexa: Vesicę posteriore parte, tum

Vesicæ situs & cõnexio. Tutamentum vesicæ.

te, tum rectum intestinum, tum sacrum os illi maximo est tutamento; itaq; optime custoditur. Eius figura rotunda quidem est, sed oblonga, intus autem concaua satis. hæc in ceruicem, meatumq; vrinarium desinit. substantia vesicæ neruosa existit, crassa satis, tribus fibrarum generibus donata, vt Galenus optime adnotauit: rectis inquam, transuersis, atq; obliquis, idq; vt tum attraheret, tum cõtineret, tum expelleret. Tunicam vnam peculiarem adepta est, quæ extenditur, cõtrahiturq;: alteram à peritoneo ascititiã mutuo sumit, qua integitur. E vesicæ fundo in fœtibus vas exoritur, quod vrachos nominatur; quoniam huius ductu vrina extra fertur, dum in matris aluo delitescimus. exit autem vrachos per vmbilicum, vt in tractatu de fœtu latius explicabo; & postquam in lucem proditi sumus, huic muneri amplius non deseruit, sed cum vmbilico connexus vesicam sustinet, quæ, vt antea dicebamus, in collum, & vrinarium meatum terminatur. Est autem Vesicæ collum, seu ceruix eius oblonga pars semidigiti spatio, vt nunc loquuntur, angustaq; & pene carnea, cui duæ adstãt glandulæ parastatæ, hoc est asisitentes propterea dictæ, crassæ, & albæ, quæ per vasa chirsoide appellata semen suscipiunt, quod deinde in meatum ad extremũ penem desinentem in coeundi voluptate dimittunt, à quo tandem foras pellitur, atque eiaculatur: etenim meatus hic tum lotio, tum semini communis est. In eodem collo inter binas dictas glandulas partem quandam eminentiorem, oblongamq; videre est. quà semen exit nullum est foramen patens, & perspicuum, sed foraminula plura spongiæ instar, neq; ipsa primo intuitu conspicua: apparent aũt cum primum glandulas comprimis. Tunc enim illis expresisis semen emergit, quod delitescebat. in eiusdem ceruicis finibus musculus adest constringens, ne nobis inuitis, atq; aliud agentibus vrina exeat, atq; absq; interpellatore elabatur. Vesica, vt reliquæ pene omnes partes nostri corporis, venas, atq; arterias nacta est, à quibus alimentum, vitamq; suscipiat: neruos autem duorum generum tum à sexto neruorum pari, tum à medulla spinali. Vesicæ vtilitas, ne vos multis morer, est vrinam ab vreteribus aduectam primo suscipere: deinde aliquandiu detinere: postremo expellere. quamobrem nihil mirum est, si fontis imaginem præ se fert. in fœminis matrici adhæret, & parastatis glandulis caret.

Figura vesicę. Ceruix vesicæ. Substantia vesicæ. Fibræ & earum vsus. Tunicę. Vrachos. Vrachi nullus vsus in lucem editis. Ceruicis vesicæ descriptio. Glandulæ parastatæ. Vsus parastatum. Meatus cõmunis lotio & semini. Semen qui exeat. Musculi in finibus colli vesicæ vsus. In vesica venæ & arteriæ & cur. Nerui duorum generum ad vesicam. Vesicæ vsus. Cur vesica fontis imaginem referat. Vesica in fœminis vbi.

De Peritoneo. Cap. XI.

QVEMADMODVM vniuersa Thoracis cauitas vnà cum internis membris omnibus, quæ thorax cõtinet, à succingente membrana

Pleura quæ ambiat in thorace.

brana, quæ pleura dicitur, optime circundatur: ita in abdominis cauitate membra, vasaq; in eo contenta, à tenui, nerueaq; membrana, quam Græci peritoneum dicunt, siphae Arabes, magna naturæ prouidẽtia obuoluuntur. iccirco hanc Græci peritoneum dixere, quod scilicet vasa, visceraq; omnia subiecta prætendat, & circumplectatur. Peritonei figura subsphærica est: spinæ, quo loco se ipsa crasśior existit, belle admodum, validæq; connexa est. est aũt prope spinam crasśius peritoneum, quoniam inde multas in partes diuidendum erat. itaq; iam supra memorauimus quo pacto mesenterium, atq; omentum parturiat, iecur inuestiat, neq; iecur solum, sed lienem quoq;, transuersum septum, ventriculũ, intestina, renes, vreteres, vesicam, atque vterum in fœminis, vt suo loco explicabimus: venas quoq; arterias, neruos, glandulas. Peritoneum, cuius historiam nunc præ manibus habemus; quamq; breui absoluemus absq; verborum lenocinio, vt cõsueuimus; sub transuersos abdominis musculos venit, ibiq; cum eorum tendinibus valide connectitur. Animaduerte autem hoc, quod mox dicam; est enim scitu pulcherrimum; atq; à nemine hactenus animaduersum: peritoneum à dimidio abdomine sursum versus anatomen cõspicientibus simplicem esse membranã, dispicientibus autem ab vmbilico infra membranam hanc duplicari: cuius reduplicationis vsus est, primũ ob arterias vmbilicales nuncupatas, ob vas, quod vracos dicitur; ob venas, arteriasq; sub rectos epigastrij musculos ascendẽtes (quæ vasa inter hanc peritonei reduplicationem continentur, quam ego primus omnium obseruaui) nec non ob vesicam, deinde hæc eadẽ peritonei duplicitas, vt ita dicam, in causa est, vt intestina validius, tutiusq; contineantur. Peritoneum interna parte lene est, extra asperum, neq; id iniuria; sed vt dictis musculis, atque eorum tendinibus fortius adhæresceret. multis quidem in locis perforatum peritoneum cernes: sed tamen tot locis foramina eius spectabis, quot illi bonus Vessalius aśsignauit, vel somniauit potius. atque hactenus de peritoneo. nunc reliqua persequamur.

Peritoneum quid ambiat. Substantia. Nomina. Figura. Adnexio. Cur peritoneum est crasśius prope spinam. Peritonei vtilitas attingitur. Noua obseruatio de peritonei simplicitate & reduplicatione. Cur peritoneum reduplicetur. Cur peritoneum intus lene sit, extra asperum. Vessalli error.

De Abdomine. Cap. XII.

IN abdomine (est autem abdomen regio illa, quæ inter costas, & os pubis sita est, quodq; Græci epigastrion, Arabes mirach vocant) præter membra illa nutritioni deseruientia, iecur inquam, splenem, ventriculum, intestina, renes, vesicam, omentum, mesenterium, pancreas, venas, arterias, nec non peritoneum. adsunt

Abdomen qui sit & eius nomina. Quę in abdomine continentur.

quoque membra alia generationi opem ferentia, quorum ope species æternas fieri autumant naturæ arcanorum indagatores. Quam obrem, posteaquam ea, qua potuimus, breuitate, & perspicuitate historiam de nutritioni deseruientibus membris absoluimus; reliquum est, vt de illis, quæ plantando homini necessaria sunt, nunc verba faciamus. ex quibus nonnulla vtrique sexui communia, non nulla propria sunt; communia cum dico, vasa seminaria, & testes intelligo, propria vero in mare penem, in fœmina vterum.

Ope membr. gener. species æternæ philosophis.

Ex memb. generationis quæ sint cõmunia & quæ propria.

De vasis seminarijs, testibus, eorumq; membranis. Cap. XIII.

10

DVPLEX igitur genus est eorum vasorum, quæ seminaria appellantur, quorum alterum materiam ad testiculos defert, ex qua semen elaboratur: alterum vero, quod iam elaboratum est in testibus semen, ab ipsis suscipit, & ad penis radicem defert. propterea hæc vasa deferentia, illa præparantia vno anatomicorum ore appellantur. Præparantia quatuor sunt tam in mari, quàm in fœmella, licet in hominibus longiora sunt, in mulieribus breuiora. Deferentia vero duo; neque in hoc interest, an de mare, vel fœmina loquaris: totidem namq; in vtroq; conspiciuntur. Præparantia itaq; generationis materiam vasa sunt venæ duæ seminales dictæ, duæ item arteriæ eadem voce nuncupatæ. Venæ, vt in tractatu de venis. fusius diximus, in exortu suo variæ sunt: nam dextra à vena caua sub emulgenti pullulat: at sinistra ab ipsamet emulgente deducitur. Anatomici, posteaquam harum venarum diuersitatem conspicati sunt, sinistram seminalem ab emulgente originem trahere censuerunt: quòd necesse esset salsum humorem ad testes deferri, cuius titillatione se in coitu tantopere aiunt commoueri. Ego vero sententiam hanc falsam esse prorsus opinor; nam multos noui, quibus, vt ab hernia intestinali, quæ enteroceles græce dicitur, sani euaderent, testis sinister ablatus fuerat; qui tamen dum mulieribus coirent, eadem voluptate, qua antea, se perfrui solere, mihi de industria diligenter interrogãti, sanctæ iurabant. alia igitur huius diuersitatis causa quærenda est; cũ prima nullo pacto satisfaciat; & dicta instantia allata statim corruat. Ego causam, quam verisimam puto, in medium adducam; vos eritis iudices. Cum hæ seminales venæ exiles admodum sint, & paruæ: atque in sinistro latere magna arteria prope venam cauam sit sita, quæ arteria magna nunquam nõ viuis nobis mouetur; periculum ingens, atq; adeo euidens imminebat,

Vasa seminaria duplicia & vsus eorum.

Nomina.

Præparantia vasa sem. quatuor.

Deferentia vasa seminaria quatuor.

20

Præparantium vasorũ descriptio.

Venæ seminales vnde oriantur.

Anatomicorũ opinio cur vena sinistra seminalis oritur ab emulgente.

Anatomicorũ opinio confutatur.

30

Causa uera cur vena sem. sinistra oriatur ab emulgente.

nebat, ne hæc tenuis uena in ijs perēnibus motibus disrumperetur. Natura igitur prudens, vt hoc incommodum euitaret, sinistram seminalem venam ab emulgente, non à venæ cauæ trunco decidi voluit: ne in descensu supra magnam arteriam iaceret. At duæ arteriæ, quas seminales diximus, à magnæ arteriæ trunco sub emulgentibus scaturiunt. Hæc vasa dum descendunt, primo aliquantulum distant; postmodum ita implicantur, vt vena arteriam, arteria venam ingrediatur; fitq; præclara illa, & admirabilis, ac aspectu iucundissima, à Græcis hominibus vocata anastomosis: quod genus Anastomoseos, si in corporum dissectionibus te accuratum præstabis, in alijs quoq; partibus comperies, in brachijs præsertim, & cruribus. propterea quandoq; euenit, vt vena vna duntaxat sauciata nō modo naturalis sanguis vniuersus, sed vna vitalis quoq; effluat, ita vt vulneratus intereat. horum vasorum plexus vitium capreolis cōferri non inepte potest. qui plexus summo studio, arteq; mira effectus est; vt scilicet materia illa, atq; ille seminis apparatus, qui primo ruber erat, sensim alterari, parariq; inciperet, & albesieri. qua elaboratione inchoata, non dubium est, quin magna pars laboris testibus imminuatur, quorum hic vniuersus labor futurus erat, ni horum vasorum complexus, hæc venarum, atque arteriarum anastomosis suppetias attulisset. Iccirco hæc implicatio deorsum vsq; ad testes descendit: perforatoq; epididymo ad ipsam testium substantiam penetrant. Ab hisce duobus vasis aliud vas oritur, quod deferens chyrsoides, & variciforme nuncupatur, crassum, anfractuosumq;: supra testem inuertitur: deinde sensim assurgit eodem itinere, quo deorsum deflectebatur; ita vt reuertantur, vnde exierant præparantia vasa, perq; idem foramen ingreditur, quod in tendinibus musculorum abdominis descendentium, ascendentium, & obliquorum supra os pubis situm est: quo loco pubis os cauitatem habet superficiariam, vt cederet horum vasorum rotunditati. Vbi in abdominis capacitatem peruenit, deorsum fertur prope os pubis, & sub vesica, vbi magis, ac magis amplificatur; & iuxta fines suos multum implicatur, & contorquetur, donec in glandulas parastatas eandem implantetur, quæ ad penis radicem, & vesicæ fines collocantur. in quibus gyris, & obuolutionibus, plexisq; implicitis, & glandulis tantum seminis continentur, quo tres, quatuorúe fœtus feri facile possent, præsertim in fœcundioribus. propterea nihil mirum nobis videri debet, quod Aristoteles tanquam admirādum proponit; taurum, cui quanquam testes executi fuerant, genuisse tamen. Atq; hæc sunt in homine generationi dicata vasa; nam in mulieri-

Arteriarum seminalium ortus.

Anastomosis venarum & arteriarū in pluribus partibus corporis.

In uulneribus cur quandoque sanguis vniuersus exeat.

Plexus vasorum seminaliū, & cur.

Anastomosis vasorum seminalium quousque progrediatur.

Deferentis variciformis vasis descriptio.

Foraminis in tendinibus musculorum abdominis vtilitas.

Glandulæ parastatæ vbi sint sitæ.

Cur tot gyri & glandulæ.

Quod Aristoteles tanquam mirandum proponit non est mirandū.

Vasa gen. in mulieribus abdomẽ non prętereunt. Mulieres in vteri cauitatem semen fundunt.

mulieribus ipsis neque abdomen prætereunt, neque in parastatas desinunt, neque ad vesicam perueniunt, sed ad matricis duntaxat cauitatem, in quam semen transfundunt.

De Testibus. Cap. XIIII.

Testes cur; didymi dicti. Locus testium. Testium figura. Substantia. Testium in fœmina situs. Substantia & figura. Vsus testiũ in mare & fœmina. Testes in mare habent plures tunicas. Anatomici certãt de membranis testium. Administratio testium.

TESTES vocant Latini, quos Græci didymos vocant. didymos autem vocant, eo quod duo sint. locus testium in homine scrotum est ipsum, quod oscheum dicitur. qui situs ita notus cuiq; est, vt nulla descriptione indigeat: illis præcipue, quibus cum magnis, & fœcundis testibus res præclare, & fœliciter agitur. eorum figura orbicularis est, at non exquisite, sed oblonga ouorum instar. Substantia rara, laxa, alba, mollisq; in maribus: sed in fœminis intus in abdomine occluduntur, neque ita crasſi sunt, neque adeo rotundi, & molles, quemadmodum in uiris. Testes in utroq; sexu seminis generationis gratia conditi sunt; nam absq; his neque semen gigni, neque generatio perfici posset; membranis pluribus in homine obducuntur, de quibus magna lis, magna controuersia, ne dicam cõfusio apud Anatomicos reperitur: cuius in causa fuisse arbitror dissecandi uel imperitiam, uel negligentiam, uel utrumq;; dum alteram ab altera uel parum perite, uel oscitanter seiungebant. nos autem conabimur dilucide satis hæc distinguere. Igitur membranarum in testibus alias communes, peculiares alias appellamus. Dum scrotum hominis dissecandum ob oculos habes pro testium anatome conspicienda, primo occurrit tibi cuticula, deinde cutis, quæ in hac parte est tenuiſsima, rugosaq;, deinde membrana carnea, inter quam, & cutem nulla adest pinguedo, ut facilius extendi, & contrahi, elongari, & corrugari posset. Proprię testium membranæ tres numero sunt, quamuis Vessalius duas solum agnoscat: quarum prima (de tribus externis nunc loquor) oritur à neruea tenuitate musculorum obliquorum descendentium, quam ego erithroidem appello, fibris carneis intertexta, quę testis musculum conficiunt. Secunda Dartos dicitur, quæ nihil aliud est, quàm peritonei ipsius substantia, candida, uasisq; adhærens, & affixa. Ab hisce membranis, quarum partem proprias membranas, partem communes dicimus; & uasa seminaria, & testes inuoluuntur. Tertia, & postrema testis substantiam immediate integit, alba colore, structura crassa, quam ego epididyma appello, quicquid alij sentiant: nam aliqui epididyma uocant plexum illum uasorum, qui supra testiculum cernitur. Testes fœminarum una duntaxat membrana

Membranæ testiũ propriæ tres. Vessalij error. Prima membrana testium propria. Ortus. Erithrois. Secunda membrana Dartos. Tertia membrana. Epididymos. Error nõnullorũ. Testes fœminarũ.

epididyma à nobis dicta circundatur, & à peritoneo: neq; illis pluribus opus erat, membranis, cum in abdito, tutoq; loco, in naturæ inquam penetralibus contineantur. Quo loco ob innatam mulierum frigiditatem positi sunt; at uiris extra prominere uoluit; ne assidua coeundi cupiditate torquerentur, quod & uitæ breuitatem inducere, & à negotijs peragendis non abducere non potuisset.

Cur fœminarum testes pauciores habeāt membranas.

Cur testes in fœminis intro collocentur.

De Pene. Cap. XV.

10 Ne existimetis deesse nomen peni: penè etenim sunt innumerabilia, cum plura sint in vnaquaque lingua tritissima: & in dies ioci gratia efformentur parasitis, & otiosis hominibus, ac in venerem pronis, ab amatoribus, à mœchis, à procis, à lenonibus, à meretriculis, à lasciuis poetis, à scurris: nos autem, qui nominibus tātum studemus, quantum nos in rerum ipsarum notionem deducūt: pauca duntaxat enumerabimus. Penis itaque dicitur, caulon, mētula, virga, virile membrum. Eius figura non modo vel eunuchis ipsis, & lippis notissima est; situs item notissimus: substantia vero perpaucis admodum cognita est; quamuis cognitione digna, & nō 20 vulgaris existat speculationis. Nam in homine penis substātia neq; ossea est, vt in lupo, cane, & vulpe mare: quæ si ossea in nobis foret, & instar baculi rigidi semper promineret; multis negotijs gerendis impedimento non esse non poterat. Neq; cartilaginea est, neque ex ligamenti constat substantia, neque musculosa, neq; neruea, neque vena, neque arteria, neque membrana, licet ex ijs, quę enumerauimus, nonnulla ad penis ipsius structuram cōcurrant. at nulla ex ijs seorsum sumpta conficiendo peni accomodabatur; neq; enim id pręstare potuissent, cuius gratia illum natura parens genuerat: neque enim lotij vnius emittendi, sed seminis quoque in vterū 30 sobolis gratia eiaculandi natura penem effinxit. Cum igitur natura humani generis sollicita indiuidua quotidie peritura animaduerteret, miserta est; & ut per speciem, ac propagationem immortalis homo euaderet, sedulo curauit. hominisq; penem ex substātia quadam efformauit, quæ & erigi, & flaccescere, & rigida fieri, & vieta posset. spongiosa itaque merito est, rara, porosaq;, penè lienis substantiæ similis, quam tamen crassis induit ligamentis, quæ vna cum rara, quam diximus, penis substantia ab inferiore parte ossis pubis, non à superiore (vt male in hoc Galenus) ortum ducit suum. Hæc quæ diximus, ligamenta ex inferiore pubis osse exorta sunt, & quidem in ano origine carnea; deinde superiora versus tēdit: in medio vero

Nomina penis.

Nominibus student medici ratione rerum.

Penis figura.

Situs.

Substantia penis in homine qualis.

Cur penis non sit osseus in homine.

Cur non sit cartilaneus.

Cur non constet substantia ligamenti musculi, nerui, venæ, arteriæ membranæ seorsum.

Vsus penis.

Suastantia penis cur talis.

Ortus penis.

Galeni error.

Ligamẽtorum penis implicatio.

vero ossis pubis plus minus dextrum principium cũ sinistro vnitur, coitq;. Deinde deorsum versus inflectuntur, & ad Glandis fines implantantur, quæ glans reliquis penis partibus minus dura existit. Dextrum ligamentum cum sinistro iuxta penis longitudinem vniuntur. At penis substantia, quippe quæ rara compage, porisq; multis constabat, erectioni in coeundo necessariç parum apta futura erat, & vno ligamentorum auxilio tantundem fere opis assequebatur. Natura prouida arterias duas per hæc, quæ diximus, corpora diffudit, quæ à radice penis ad extremam vsq; glandem recta feruntur. sed infinitos (vt ita dicam) ramulos huc, illuc dispergi iussit. cum vero noui hominis gignendi libido incessit, magnam spirituum vim per arterias illas, quas diximus, capillaresq; arteriolas diffundit, & ad penem detrudit, quorum auxilio substantia illa paulo ante rugosa, & flaccescens attollitur, erigitur, indurescit, riget. fulciunt autem illam, quæ antea diximus ligamenta, quæ crassa sunt duobus nominibus, tum ob hoc, tum ne spiritus cito nimis euolarent absumpti. Has autem arterias penis, atque hoc earum munus nemo hactenus, quod sciam, ante me cognouit, vt in tractatu de arterijs latius diximus; per quas alimentum quoque defertur: cum in pene nulla adsit vena, nullus neruus, vt Vessalius in hoc deceptus perperam existimauit. Præter quæ hactenus memorauimus ad penis fabricam à natura excogitata, quatuor quoque musculi adsunt: vt in nostro libello de Musculis latius habetis. adest insuper communis ille meatus, tum semini, tum lotio, qui sub hisce duobus corporibus positus est; neq; aliud est quicquam, si recte perpendas, quàm vesicæ substantia ad penis fines elongata. hæc autem omnia integuntur cuticula, cute, carnea membrana, nulla præsente pinguedine: vt in scroto dicebamus. quam hic motus gratia deesse opinor: & vt ne in tantam molem penis ipse excresceret, qua vterus expauesceret; licet hunc rerum omnium capacissimum meretrices prædicent. Pars extrema penis præputium dicitur; estq; pellis illa, qua glans integitur, quæ in coitu ipso nunc sursum, nunc deorsum fertur infinita propemodum mulierum voluptate, & tentigine. hæc in hebræorum circuncisione aufertur: propterea vetus verbum est Iudæus apella. Quæ res magnam voluptatis partem hebræis mulieribus adimit; dum venus, oscula amantum quinta parte sui nectaris imbuit.

Glans penis qualis.

Cur arteriæ in pene.

Quomodo fiat erectio penis.

Vtilitas ligamentorum.

Arteriarum penis vtilitas omnibus alijs ignota.

Vessalij error.

Musculi penis quatuor.

Meatus communis lotio & semini in pene ex quibus constet.

Penis tegumenta.

In pene nõ est pinguedo, & cur.

Præputium.

Cur Iudæus dicatur apella.

10 20 30

De Vtero, siue de Matrice. Cap. XVI.

Vteri nomina diuersa.

Situs.

SIVE mitram dicas, siue hysteram, matricemúe, vterum, aut vuluã, nihil refert. Situs eius est in abdomine inter vesicã, rectumq; intesti-

intestinum. en qui superbis homuncio, terra, & cinis inter excrementa natus. Sed ad Anatomen reuertamur; nimis enim profecto miseri sumus, si rem ad viuum consideremus; neque nos philautia cœcos efficiat. Vterus anteriore parte ab osse pubis, posteriore ab osse sacro, à lateribus ab ossibus ilium tanquam firmissimis, ac tutissimis vallis circundatur, ex quibus sacro ossi, & pubi connectitur. Figura vteri tum rotunda, tum oblonga est, supra deprimitur magis, quàm infra. Illud potissimum pro comperto habeas, vteri muliebris figuram à bouillo, caprino, & ouillo non parum differre: quicquid Galenus in hoc parum Anatomicus in lib. de fœt. formatione, nec non de dissectione vteri scriptũ reliquerit. Crassam vteri substantiam, carneam, & nerueam quoq; natura mixtam esse voluit: vt, dum fœtum continet, facilius extendi, & dilatari posset. Tribus generibus fibrarum intertextis constat matrix; vt Galenus optime docuit; rectis inquam, obliquis, & trãsuersis, vt semen pro fœtu effingendo attraheret, cõtineret, statoq; tempore expelleret. Interna vteri cauitas vna duntaxat est, præterea nulla, atq; illa parua satis, in qua tamen, licet vna sit, & exigua: iuxta immissi seminis quantitatem non modo fœtus vnus formari potest, sed gemini, tres, vel plures fœtus; vt in multis Europæ vrbibus non semel contigit: qui deinde nõ cellulis, sed proprijs membranis à sese mutuo distinguuntur, quemadmodum tunc apertius explicabo, cum de fœtu ex professo scribere aggrediar: quam partem nostrorum librorum vobis tam gratã fore certe opinor, quàm quod gratissimum. Interim moneo, ne vllam Mundino fidem adhibeatis, quem parum Anatomicum vos quoque iudicabitis, si; vt reliqua nunc illius errata missa faciam; quod de vteri Anatome scripsit cum rei natura conferetis. Inquiens in humano vtero septem cellulas adesse, thalamos etiam, & atria dicere potuisset: tantundem enim esset. Rei veritas hæc est mulieris vterum unica cauitate præditum esse, quæ intus satis lenis cõspicitur, quamuis nonnulla foramina adsint, quæ nihil aliud sunt quàm venarum, & arteriarum capita, quæ veteres Anatomici acetabula nuncuparunt; quoniam concauæ partes sunt, quibus semen adhæret, tuncq; arteriæ arterias, venas venæ gignunt. Cauitas vteri in foramen satis angustum tandem dehiscit, quod os matricis appellatur; quod si extra spectes, tinchæ piscis, vel canini oris nuper in lucem editi imaginem tuis oculis offeret. hoc autem foramen in matricis collum spectat: per quod foramen vteri semen ingreditur: dum nimia delectatione dilatatur. aperitur autem eo tempore, quo mulier semen emittit. colli, vel ceruicis nomine in utero non cor-

Apostrophe. Vteri tutamenta. Vteri connexio. Figura. Vteri muliebris figura ab vtero brutorũ differt. Galeni error. Substantia vteri qualis. Cur neruea. Vteri fibræ. Cauitas vteri vnica. Quomodo possint in vnica vteri cauitate plures fœtus generari. Plures fœtus distinguuntur mẽbranis non cellulis. Mundinus parum anatomicus. Fabula est ĩ humano vtero adesse septem cellulas. Cauitas humani vteri vnica est & qualis. Foramina in cauitate vteri quid sint. Acetabulorum vteri vsus. Os matricis. Figura oris matricis. Os matricis quando dilatetur & aperiatur. Ceruix vteri qd

pus illud, quod supra descripsimus; sed partem illam intelligimus, in quam mentula, tanquam in uaginam immittitur, cuius longitudo est, quantum undecim digiti apicibus metiri possumus; rugosa est, & membranosa, non cartilaginea, ut Herophilo placuit; suntq; rugæ illius circulares, ut in coeundo uirile membrum amplexaretur, atque exugeret: quibus rugis attritio fit, ex qua miram uoluptatem Amantes in coeundo percipiunt. In ceruicis uteri finibus uuluam uersus nonnullæ carunculæ prominent, à quibus uoluptas, ac delectatio in coeundo nō parum augetur. sub hisce uuluæ labellis duæ adsunt à lateribus latæ membranæ Nymphæ à ueteribus dictæ, quarū utilitas est, ut à puluere, frigore, & aere uterum tueantur. sub nymphis in nonnullis uirginibus (non omnibus) alia membrana cernitur hymen à ueteribus appellata, quæ cum adest, raro autem adest, obstat quominus penis in uterū immitatur, nam crassa est ualde; supra uesicam uersus foramine donatur, per quod menses fluunt. Vterus humanus, hunc enim describimus, eiusq; ceruix, præter tunicam sibi propriam, peculiaremq;, à peritoneo inuoluitur, ut supra attigimus. Vasis quoque seminarijs prædita est matrix, quemadmodum in uiris diximus. hoc uno differt, quòd in mulieribus breuiora sunt. Testibus quoq; non destituitur, qui superiori in parte nō nihil depresi uidentur, apud quos sitæ sunt duæ latæ particulæ membraneæ, nonnullis carneis fibris donatæ, quas membranas Vessalius musculum uocauit. in harum summitate à testibus, hoc est præparantibus uasis deferentia proficiscuntur, quæ in fœmellis non minus anfractuosa sunt, quàm in uiris ipsis: & in matris cauum terminantur. hæc supra, hoc est prope eorum corpus, partes binas prominentes instar uituli cornium nuper erumpentiū profert, quæ forte illa sunt ab Antiquis dicta matricis cornua: verā enim cornuum ueruecis speciem in uaccæ, capræ, canis, ouis, suis, & id genus animalium utero uidebis, nam in his mire incuruantur, & concaua sunt, & in his fœtus gignuntur. At mulieris uterus longe ab his distat; ut tu quoque, nisi conferre pigeat, facile experiri poteris. sed ad uteri humani historiam reuertamur. Auxilio uasorū seminalium, illiusq; membranæ, quam Vessalius pro musculo describit; sacro osi uterus appenditur; in fine uero una cum ceruice ossibus pubis, & coxendici. A matricis lateribus (mirum audies) bini processus constituuntur, quæ duo oblonga ligamenta uidētur esse, nerua, cauaq; ligamenti etiam munere fungi creduntur; at ad summum os pubis minime perueniunt, ut Vessalius existimauit, sed per ea foramina transeunt, quæ in neruosis tenuitatibus musculorū obliquorum

Longitudo ceruicis vteri.
Rugæ in collo matricis.
Rugarum ceruicis vteri vsus.
Caruncularum in finibus ceruicis vteri vsus.
Nympharum situs & vsus.
Hymen in virginibus nonnullis.
Vnde menses fluant.
Vteri tunicæ.
Vasa seminaria mulierum in quo distat à viris.
Testes.
Vessalius latas particulas membraneas vteri appellat musculum.
Vasa deferentia.
Cornua vteri vere cornua in brutis videntur, secus in homine.
Vteri connexio.
Processus vteri bini.
Vsus.
Vessalij error.
Iter processuum vteri.

10
20
30

obliquorum descendentium, ascendentium, & transuersorum sita sunt, quemadmodum in uiris, per quæ uasis seminarijs aditus patet. etenim fœminis hi tẽdines perforati cernuntur: quamuis Vessalius id inficietur. Processus igitur hi ab utero exorti prope id foramen, quod os matricis uocatur, extra abdomẽ exeunt; supra pubem ascẽdunt; desinunt autem in particulam quandã excelsam in uuluæ apice circumuolutam supra id foramen, unde lotium exit. & hæc lector candidissime illa, illa præcipue sedes est delectationis mulierũ, dum uenerem exercent; quam non modo si mentula confricabis, sed uel minimo digito attrectabis: ocyus aura semen hac, atque illac præ uoluptate uel illis inuitis profluet. Hanc eandem uteri partem dum Venerem appetunt mulieres, & tanquam æstro percitæ virum appetunt ad libidinem concitatæ: si attinges, duriusculam & oblongam redditã esse comperies; adeo ut nescio quam uirilis mentulæ speciem præ se ferat. Hos igitur processus, atque eorundem usum cũ nemo hactenus animaduerterit; si nomina rebus à me inuentis imponere licet, amor Veneris, uel dulcedo appelletur. Nõ dici posset quãtopere admirer tot præclaros Anatomicos, tam pulchram rem, tanta arte effectam, tantæ utilitatis gratia ne olfecerint quidem. Vos autem, qui in has meas lucubrationes Anatomicas legendas incideritis, scitote absq; procesibus, quos ego uobis paulo antea fideliter descripsi; neque mulierem aliquam in Veneris amplexibus delectationem percepturam fuisse, nullos fœtus cõcepturam; non enim absq; mutua maris, & fœminæ uoluptate cõcipi posse crediderim. sed de his satis. A uenis, arterijsq; seminalibus, (quemadmodum suo loco diximus) tum uenæ, tum arteriæ ad matricis corpus tendentes deciduntur; non ut per has menstruus sanguis expurgetur, vt communis est sentẽtia; sed ut laudabili sanguine tum illa, tum conceptus fœtus ali commode posit. Non enim hæ sunt uenæ, quarum ope menses fluant mulieribus; sed illæ à uenæ cauæ diuisione exortæ, quæ in uteri ceruicem ad ipsius latera inferuntur; ut eo loco latius habetis. Vtero duo neruorum genera donata sunt, à sexto scilicet pari, & à spinali medulla. Vulua extra membranosa est, pinguedine referta, non musculosa, ut aliqui opinantur; propterea motu voluntario destituitur. Longitudo, quam supra ceruicis foramen uidetis: à natura partus ergo prudentissime confecta est: ut pariendi tempore dilatari posset, & infans in lucem facilius prodiret. Illud historiæ de utero addendum est, ad eius ceruicis extremitates uesicæ ceruicem desinere, ubi foraminulum adest immediate sub pubis osse. caue enim existimes, ut idiotæ, &

Tendines perforati.
Processuum vteri epilogus.
Sedes delectationis in mulieribus.
Quo pacto cogere poteris mulierẽ semen emittere.
Quæ pars in mulieribus venerẽ petẽtibus duriuscula appareat.
Pars in muliere specie penis.
Processuum vteri vsum nemo ante me animaduertit.
Non concipitur abque mutua voluptate.
Arteriæ, & venæ vteri vnde.
Mestruus sanguis non expurgatur per venas vteri.
Menses per quas venas fluant.
Nerui vteri.
Vuluæ descriptio.
Vulua non est musculosa nõ mouetur voluntarie.
Longitudo.
Vsus vteri.
Vnde exeat lotiũ in muliere.

mulierculæ ipsæ mingentes opinantur, per vteri ceruicem lotium exire. In fœminis ad vesicæ collum non adsunt illæ glandulæ parastatæ, veluti in maribus; quòd vesicæ collum in fœminis, tum breuius, tum latius est, quàm in hominibus.

Lotium non exit per ceruicē vteri. Cur ad vesicæ collum non adsint glandulæ parastatæ.

De Vmbilico. Caput &c. XVI.

VMBILICVS, qui & vetula à quibusdam nominatur ratione rugarum quas præ se fert, in medio corpore situs est, vt recte sentit Gal. ipse, & ante ipsum Aristoteles; quanquã Vessalius friuolis quibusdam rationibus delusus contra videatur sentire. Hic iure optimo mediam corporis partem occupat, quòd dum in vtero matris latitamus, per eundem nutrimur, per eundemq́; excrementa reddimus. Nihil autem est aliud vmbilicus, nisi receptaculum horum quatuor vasorum, vnius venæ scilicet vmbilicalis dictæ (quæ à matrice ortum sumens per vmbilicum sursum partem quandam iecoris diuisam ingreditur, terminaturq́; in venam portæ) & duæ arteriæ vmbilicales itidem appellatæ (quæ deorsum per fœtus abdomen tendentes, in duplicatione peritonei iuxta vesicam deferuntur, desinuntq́; in diuisione magnæ arteriæ) præter hæc quartum adest vas vrachos dictum, quòd à fundo vesicæ initium sumens, vrinam ex fœtu trahit. ea vero inter amneon membranam, & alantoida reseruatur. Sed hæc vasa infante postmodum in lucem edito eo quo diximus munere priuantur: fiunt tamen instar funiculi cuiusdam, ne penitus inutilia corpori existant.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA

LIBER XII.

DE FORMATIONE FOETVS, AC DE SITV INFANTIS IN VTERO.

POSTQVAM de organis generationis tam maris, quam fœminæ tractatum absoluimus, necessarium videtur ad fœtus humani tractationem deuenire. Qua in re illud primum admonendus est prudens, piusq; lector, hominis generatione, fœtus inquam, formatione nihil admirabilius excogitari posse, nihil quod æque naturæ miraculum videatur esse, nihil quod humanum genus diuinæ prouidentiæ, sapientiæq; amore magis inflammet. ea enim arte effictus est, atque efformatus hominis fœtus, vt illam admirari magis, quàm laudare, laudare magis, quàm exacte introspicere omnia posis. nam licet omnibus in rebus Dei potentia, cuius maiestati nihil obstat, nihil est difficile, elucere posit; in hoc tamen mihi illustrior videtur. Hoc igitur argumentum difficile satis nos, quantum in nobis erit, faciliori modo, breuioriq; (ni fallor) tractabimus, quàm hactenus audieritis: idq; rationibus euidẽtibus, & perspicuis, quantum res ipsa ardua patietur, nostriq; ingenij vires imbecillæ; & illarum quæstionum, quæ ad rei cognitionem minime spectare videbuntur, exactam disputationem prudens omittam. quæstiones vero, quas non disputaturus, sed sensus auxilio explicaturus sum, illæ sunt. Vtrum semen viri habeat tantum rationem efficientis, an vero etiam materiæ. & vtrum mulier concurrat ad generationem fœtus. & vtrum mulier habeat semen; an in coeundo semen emittat. & vtrum fiant omnia membra simul. et vtrum omnia reperiantur distincta in ipso semine. et vtrum cor sit primum, quod generetur; cum sit vltimum, quod moriatur. Et vtrum fœtus nutriatur sanguine menstruo. & an detur superfœtatio. & multæ aliæ id genus quæstiones, quas breuitatis causa omitto. De hominis generatione verba facturus, cur non de brutis loquor, cum ab illis

Continuatio.

Vtilitas historiæ de formatione fœtus & nobilitas.

Difficile est scribere de formatione fœtus.

Quæstiones aliquot quæ studiose prætermittuntur.

De formatione humani fœtus tractandum.

illis dedita opera natura nos distinxerit. Quamobrem non possum illos satis admirari, qui cum de hominis in vtero matris formatione omnia pene ignorarent; & quæ in brutis imperfecte obseruabant, ad hominem maximo errore transtulerãt, de brutorum generatione scribere nõ erubuerint, præsertim de generatione piscium, quos ego in aquis natare, & quo lubet vagari permitto. Illud profecto adnotatu dignum est, testes in mulieribus genitos esse, vt gignerẽt semen. equidem testari ingenue possum me quandoq; in fœminarũ testium dissectione semen inuenisse album, crassumq́;, quodq́; bene concoctum spectatores omnes vno ore faterentur: immo vero quale in viris ipsis nondum inueni. In coitu igitur, quo tempore vir semen eiaculatur, idem quoque à muliere fieri necessarium est: alioqui os vteri, quod angustum esse diximus, nullo pacto aperiretur. at aperiri os vteri necesse est, vt semen ad eius concauum permeet, penetretq́;. quæ si tunc bene affecta est, semenq́; vtriusq; bene concoctum, in vtero ipso vniuntur, & fit conceptio: quicquid de hac re dicat Philosophus, qui ex vno semine animal vnum probat generari. Illud vere scito, si viri seminis moles maior existit, virtusq́; maior, marem fœtum concipi, ac gigni. sin fœminæ semen quantitate, ac virtute superet, fœminam euadere. nam vt maius lumen minus obscurat, ita præsenti maiori virtute minor cesset, necesse est. Præterea cum hoc in philosophia receptum sit, omne simile suum simile appetere: quid mirum, si cum mas marem gignere appetat, fœmina fœminam, cum alterius semen alteri nunc præstat, maris exempli gratia, nunc mas gignatur, non fœmina; quod si fœminæ, fœminam non marem? Quod si posteritatis causa, ita vt fit, marem fœmina cupiat, voluntatis hic est appetitus, non naturæ. at in quibus natura dominatur, voluntate non immutantur. Igitur postquam semini ab vtero obuiam itum est, & is in suam ipsius cauitatem illud suscepit, & detinuit (neq; enim quoties viri semen vteri fundum petit, retinetur; sed quandoque excidit, vel quia male coctum est, vel quia loci muliebres nimis humidi, lubriciq́; sunt, vt in meretricibus, quæ paucis non sunt contentæ, quarum ager die, noctuq́; marium imbribus irrigatur) tunc naturæ sagacis, & prouidæ motu statim os vteri arctatur, ne semen, quod tanta voluptate susceperat: aliqua exeat, atq; elabatur. Circa hoc conceptum semen membrana generatur, quæ allantois appellatur, vniuersum semen inuoluens, matricisq́; cauitati adhærens. Ne autem semen corrumpatur, dictum ac factum à venis matricis, quas à venis seminarijs proficisci suo loco diximus venæ oriuntur, quæ coeuntes venam

Marginal notes:

Quæ videntur in formatione fœtus belluini non sine errore ad hominẽ trasferunt̃.

Vsus testiũ in mulieribus.

In testibus mulierum semen albũ crassum.

In coitu mulier semen emittit.

Quando fiat conceptio.

Aristotelis error.

Quando mares gignantur & quando fœminæ.

Cur quandoque mas gignat̃ quãdoque fœmina.

Vbi natura dominat̃ volũtate res illa non immutatur.

Cur semen viri nõ detineat̃, semper in vtero fœminæ.

Cur meretrices non concipiant, vel raro.

Cum mulier concepit cur os vteri claudatur.

Membrana allantois quomodo generatur, & eius vsus.

A venis matricis oriuntur venæ in fœtu.

Venæ matricis à venis seminarijs oriuntur.

10 20 30

nam producunt. quæ dictã tunicã tenuem, mollemq; adhuc, quippe quæ paulo ante genita fuerat, perforat. Itaque ad medium vsq; semen allantoide obuolutum penetrans globum efficit, qui globus ipsum est iecur. Deinde gignitur vena porta, quæ, vt dixi in tractatu de venis, continua est huic venæ vmbilicali: (vmbilicalis nãq; dicitur ea vena, quam ad semen penetrare perforata allantoide, heparq; gignere dicebamus, eo quod per vmbilicum ingreditur, atq; ad hepar ascendit) post venæ portæ ortum oritur caua vena: idque vt vniuersum semen nutriri possit. Item ab arterijs vteri, quas à seminalibus ortum ducere proprio tractatu docuimus, arteriæ generantur, quæ in duas arterias umbilicales quoq; dictas euadunt; quæ non ascendunt, ut uena vmbilicalis; sed descendunt potius os pubis uersus: diuisioq; illarum est supra ilia. deinde fit magna arteria, & immediate cor, & arteriæ ascendentes: adeo ut arteriæ gignantur, priusquam cor ipsum generetur. Arteriarum autem generatio nõ fuit superuacua, sed seminis viuificãdi gratia. Viuimus enim prius uita plantæ, deinde brutorum vita in vtero matris. hoc peracto cerebrum generatur, ut nerui ab eo profecti sensum primo, deinde motũ ad vniuersum fœtum deferre possint. Interim enim alia fiunt membra, quæ delineata primo, deinde aucta, & robustiora redditа mouentur. sileant hic obsecro Aristotelici, una cum principe peripateticorum Aristotele, qui (in hoc mire deceptus) cor primo gigni voluit, & si Deo placet, sanguinis fontem esse, & sensuum omnium; qui nisi obstinate Aristotelem tueri volent, quiescent ueritate iubente: desinentq; tam falsa proferre, & mordicus tueri: fatebunturq; non cor, sed iecur primo gigni. Cerebrum item corde nobilius esse, non fateri non poterunt; quippe quod ex ipso semine fiat, non ab vtero: ut de corde audistis. Non equidem negauerim in ijs animalibus, quæ in ouis nascuntur, primum quod oritur esse cor ipsum. At in homine iecur, priusquam cor generatur; quemadmodum mihi nõ semel, sed sæpius intueri, & animaduertere contigit. Inter ossa si quæras quid primo generetur, vertebras respondebo. Spinam scilicet, ut Aristoteles eleganter scripsit, & vere. Hanc veritatem corona illustrium virorum, & præeccelentium magna cum uoluptate uidit in Romano theatro: cum Hieronymus Pontanus summus Philosophus embrionem mẽstruum mihi publice dissecandum tradidisset, ob communem Romanæ Academiæ vtilitatem: reliquorum autem membrorum quod primo fiat, quod posterius, nondum mihi licuit obseruare: cum abortuum non ea sit copia, quæ in tanta re necessaria esset. Genita allantoide, venis, arterijsq;

Vena vmbilicali perforat allãtoidem.

Iecoris generatio.

Vena porta continua est venæ vmbilicali.

Quę vena vmbilicalis dicatur.

Ortus venæ cauę, & vsus.

Arterię vteri vnde oriantur.

Arteriarum vmbilicalium ortus & progressus.

Arteriæ generantur ante cor.

Cur arteriæ generentur.

Fœtus viuit prius vita plantæ, deinde vita animalis.

Cerebrum quando generetur, & cur.

Cor primo gigni falsum est contra Aristotelem.

Cor non est fons sanguinis & sensuum.

Iecur gignitur prius corde.

Cerebrum nobilius esse corde probatur.

Cor est primum quod oritur in animalibus quæ nascuntur in ouis.

In homine nascitur iecur priusquam cor.

Spina dorsi inter ossa primo generatur.

Aristoteles laudatur.

Hieronymus Pontanus.

De alijs partibus quid primo fiat obseruare nõ potuit.

arterijsq́; per vmbilicum tendentibus; quæ ſuo in exortu plurimæ ſunt, vt fulcirentur, natura affuſionem quandam genuit, quæ orbicularis fit placentæ in modum. facta autem fuit, vt uaſa, quæ diximus, vnita detineret: hæc à Galeno, qui humanam non deſcripſit, membrana chorion, hoc eſt ſecundina appellatur. Sed hæc in nobis minime eſt membrana, ſed craſſa quædam materia excremētorum inſtar. vſus eius eſt, quem paulo ante dicebamus. hæc licet allantoidi ſuperpoſita ſit, tamen fœtum vniuerſum minime circuit, matrici admodum cohæret. itaque nihil mirum eſt, ſi in partu magna fit ſanguinis effuſio; venæ etenim, arteriæq́; diſrumpuntur. Anteriore in parte ſita fuit, vt propugnaculi vicem gereret, quod nos ab externis iniurijs tueretur. hæc in brutis, ut boue, capra, equa, & id genus animantibus membrana quidem eſt, internam regionem omnem ambiens, in illisq́; quibuſdam eminentijs prædita eſt, quæ à veteribus acetabula appellātur. In canibus hæc, quā dicimus, ſecundina eſt inſtar faſciæ, quemadmodum illam Veſſalius pinxit, qui caninam pro humana pinxit; licet in ea non catellum, ſed infantulum pinxerit; ſed ſecundina in homine eſt, quemadmodum ego ſupra explicaui. Allantois vero in nobis membrana inſignis, & magna vniuerſum fœtum inuoluens, ante ſcilicet, retro, infra, ſupraq́;, ſed in animalibus, quæ paulo ante dicebamus, facta eſt in morem farciminis, quod uox græca ſonat allantois; neque in illis fœtum undiq́; ambit, ſed illi ſubſternitur, neque illud temere, ſed ut urinam ſuſcipiat. Præter hæc, quæ hactenus memorauimus; tertia eſt in humano fœtu conſideranda membrana, qua neque bruta ipſa deſtituuntur. hoc unum intereſt, in illis craſſa eſt, quemadmodum ait Galenus. in nobis autem tenuiſsima eſt. dicitur agmios, uel ammios; ab hac quoq; uniuerſus inuoluitur fœtus, & in ea immediate fœtus ſitus eſt; & ſudor à fœtu emanās, atq; eius excremētum continetur, in quo ſudore innatat, atq; ab eo fulcitur: ita enim minus moleſtus eſt puer matri. Ne mireris autem à fœtu alia excrementa non decidi præter urinam, & ſudorem: nam ratio in promptu eſt, quòd ſcilicet fœtus ex ſolo ſanguine alitur, eoq́; laudabili, non menſtruo, & teterrimo, ut uulgus hominum putat. Sudor, vt diximus, penes fœtum ſeruatur hac in mēbrana, quæ ammios dicitur; urina uero ipſa, alterum ſcilicet fœtus excrementum ſeruatur inter ammion, & allantoidaq́. hoc autem non temere, ſed ſumma cū prudentia effecit Deus Omnipotens, ne lotium attingeret fœtum, qui cum tenellus ſit, ſupra quam dici poſsit: à lotio ſalſo, atq; acri facile exeſus fuiſſet. Natura itaq; Dei miniſtra in fundo ueſicę porū,

seu

Affuſio orbicularis inſtar plancētæ.
Vſus.
Galenus nō deſcripſit humanū fœtum.
Galeni error.
Placētæ huius ſubſtantia qualis.
Placentę ſitus.
Non circuit vniuerſum fœtum.
Cur in partu magnū ſequitur ſanguinis profluuium.
Ratio ſitus placentæ redditur.
Hæc placenta in brutis qualis ſit.
Acetabula quæ dicantur veteribus anat.
Secundina canis inſtar faſcię.
Veſſalius aſtutus qui ſecundinam canis cum pinxiſſet non catulum ſed infantulum in ea pinxerit.
Allantois membrana in homine qualis.
Allātois qualis ſit in brutis.
Allantois quid ſignificet.
Tertia membrana agmios qualis & eius vſus in humano fœtu.
Sudoris detēti ab agmio vſus.
Cur pręter vrinā & ſudorem non ſint alia excrementa fœtus.
Fœtus nutritur ſanguine laudabili, non mēſtruo.
Error vulgi.
Vrina infantis vbi ſeruetur.
Cur vrina non attingat fœtum.

seu meatum genuit, qui vracos nominatur, qui à vesicæ fundo ad vmbilicum sursum fertur; exit vero ea in parte, per quam vena, arteriaq; vmbilicalis ingreditur, ipsiq; adhærescit. hic uracos ammion membranam perforat, itaque fœtus urinam in allantoidem defert. Hic quærere aliquis posset, neque id iniuria, quo pacto tanta excrementorum uis tam diu non putrescens detineatur. Cui respondere facile possum, id caloris naturalis conseruantis uirtuti acceptum ferendum. Neque hæc tam diuturna excrementorum fœtus conseruatio inutilem prorsus naturæ existimes, imo uero & dum in utero fœtus alitur, ita ab vtero gerentibus facilius sustinetur. Dum uero partus instat tempus, has duas membranas ammion, & allantoida disrumpunt, & exeunt, secumq; una fœtus. propterea obstetrices duo, quæ diximus, excrementa aquæ nomine passim vocant. cum aquam exeuntem uident, partum mox in lucem proditurum astantibus prædicunt: qui si tunc exit, partus ipsius exitus est facilior, feliciorq;. Nam parum excrementorum humiditate partes lubricæ redduntur. quòd si remorãtur, magna cum difficultate, ægreq; parituram puerperam certo scito. Scire omnes cupiunt, quæ sit pariendi dolorum causa potissima: quibus breui satisfaciam, dolere vehementissime parientes ob angustiam oris matricis, quam tunc adeo dilatari necesse est, vt fœtui absq; difficultate exitus pateat. & quoniam ex mulieribus nonnullas inuenias, quibus os uteri durius est, & nerueum magis, hinc dolores parturientium nõ sunt ijdem; sed aliquæ statim, & pene sine dolore pariunt; aliæ diutius in doloribus, & cruciatibus, illisq; uehementissimis versantur, priusquam pariant: ita ut inueterata sit inter mulierculas, & vetulas opinio, in ipso partu nullum esse os, quod suo stet loco mulieris parturientis; sed omnia dimoueri, atque è sua sede exire. licet rei ueritas hæc sit: os coccygis duntaxat in partu pati. propterea obserua mulieres, quæ peperere: de regione coccygis sæpe, multumq; conqueri. sed iam ad fœtum ipsum redeamus. Fœtus in matris vtero alimentũ per vmbilicum suscipit, venæ vmbilicalis ope: fabulæq; sunt, quas magnus Hippocrates, qui omnia scire non potuit solus: de pueri nutrimento in aluo matris dixit: quòd scilicet per os exugat. & profecto tanti viri errorem tam crassum nequeo satis mirari; nam inter os fœtus, matricisq; substantiam multum interest. sed fac nullum inter hæc spatium dari; age, os fœtus vteri corpus attingat: quo pacto succum, qui vel in matris ventriculo est, aut in intestinis, exugere posset optime Hippocrates? Quamobrem haud dubie scias candide lector, fœtum nihil prorsus per os assumere. quòd si assumeret

Vracos quid, vbi & cur.

Cur sudor & vrina pueri tot mensibus detenta nõ putrescant.

Vtilitas sudoris & vrinæ dum in vtero sumus.

Vtilitas sudoris & vrinæ in partu.

Quid appellẽt obstetrices aquę.

Si cum excrementis exeat fœtus partus est facilis & cur.

Cur tanti sint dolores parturientium.

Cur aliæ magis, aliæ minus dolẽt in partu.

Ossa omnia mulieris in partu è sede moueri falsum est.

Coccyx in partu patitur.

Quomodo fœtus nutriatur.

Hippocratis error maximus refellitur.

meret, suo ipsius sudore hausto obrutus non interire nõ posset: sed per venam vmbilicalem duntaxat nutriri, nutriri inquam bono sanguine, atque adeo perfecto, qui per vasa seminaria defertur: quod iccirco factum fuit, vt materiam vnà cũ sanguine continenter deorsum ferrent, tanquam auxiliares copias, si quandoque sanguis deesset. Quod si perfecti seminis numeros omnes non explet, nihilosecius materia est, quã natura eo mittit, vt in semen tandem conuertatur. Vana quidem est, falsaq; eorum sentẽtia, qui fœtum sanguine mẽstruo nutriri aiunt. nam quod illi pro huius rei probatione in medium afferunt; dum fœtus in vtero est, stato tempore menses non fluere, nihil est; nam ego complures noui, quibus vtero gerentibus singulis mensibus menses profluebant; quod ob magnam sanguinis copiam in illis mulieribus euenire certum est. Quibus vero tanta sanguinis copia non adest; ijs, dum grauidæ sunt, neque adsunt menstruæ purgationes, quia non gignitur, quod superuacaneum sit naturæ inutile, & ab vtero eiciendum. sed vniuersus ad fœtum ipsum naturæ miraculo destribuitur. Nihil enim aliud esse existimato menstruum sanguinem, qui diuersis rationibus diuersas habet appellationes, quàm sanguinem superuacuum, qui herbas, atq; arbores non cogit arescere: quemadmodum scripsit Aristoteles. Hippocratis vero sententiam, quòd infans ore sugat: hinc ortam puto: quòd is materiam illam, quæ in fœtus intestinis conspicitur; fæces, cibiq; excrementa crediderit, quemadmodum in adultis. sed deceptus est bonus Hipp. non enim cibi, sed sanguinis excrementum illud est, quod in fœtus intestinis continetur. propterea non male olet materia illa, quemadmodum fęces nostræ. Quòd si cibi excrementa forent; emitterentur, veluti lotium emittitur. Itaque vndiq; conspurcati essemus magno naturæ errore, magno infantis detrimento, quod absurdum esset. Natura igitur sapiens noluit nos, dum in vtero matris versamur; neque oculis vti, neq; auribus, neque instrumento odoratus, neque gustus, neque ore, neque pulmonibus, neque ventriculo, neque intestinis, neque ano, neq; pene, neque manibus, pedibusue. quo enim tendas in illis materni vteri tenebris? quod attrectes? quis penis vsus? quis ani? quis intestinorum, aut ventriculi? quid ore trahere nisi mortem posset? quid gustet? quid olfaciat? quibus harmonijs aures detineat, & mulceat? quorsum oculos flectat, & recreet? imo vero quod magis miraberis; neque cordis vsu tunc eget infans; nam vitalis spiritus, seu maius spiritualis sanguis per arterias matris vmbilicales ad foetum fertur; quibus arterijs medij, quarumque auxilio respiramus, si illa respiratio

Infans in vtero alitur per venã vmbilicalem sanguine perfecto.

Cur sanguis è quo alitur infans in vtero per vasa seminaria deferatur.

Sanguine menstruo non ali fœtum probatur.

Aliquibus vtero gerentibus fluit menstruus sanguis.

Quibus prægnantibus menses nõ fluunt cur nõ fluant.

Menstruus sanguis quid sit.

Mensibus non arescunt arbores.

Causa erroris Hippocratis quòd infans ore sugat cibum in vtero vnde manauit.

Cur quod in itestinis infantis, qui in vtero est cõtinetur non male oleat.

Quibus membris dum in vtero sumus non sit opus vti.

Infans in vtero non indiget vsu cordis

In vtero per arterias respiramus.

ſpiratio dici meretur: adeo vt fœtui nihil ſit elaborandum, neque in ſanguinis, neque vitalium ſpirituum generatione. hæc namq; à matre iam elaborata ad omnes fœtus partes deferuntur. hæ arteriæ vmbilicales, & uena item umbilicalis à matrice ad vmbilicum vſq; longo nimirum ductu à peritoneo inuoluuntur ibi craſſo ſatis; quæ uaſa contorquentur, & quoſdam nodos efficiunt; quibus uiſis nodis (non enim ijdem numero ſunt in omnibus quæ peperere) prędicũt obſtetrices, quæ medicæ ipſæ quoq;, ſi Deo placet, uideri uolunt: tot fœtus ab eo utero prodituros, quot ipſi ſunt nodi; licet totidem plus minus in extremo fœtu, quot in puerpero conſpiciantur. Hæc autem uaſa creata ſunt non temere, ſed vt ſanguis ad fœtum deductus cunctaretur, & ceſſaret quodammodo in ipſo curſu: ut hac cunctatione ad ipſum perueniret. Vaſa hæc, quæ diximus, à membranis tecta ad ceruicem tendũt, & circa ipſam flectuntur deorſum tendentes, atque in umbilicum infiguntur. Qui vaſorum nexus per ſiniſtram ſcapulam aſcendens per dextram deſcendit; idq;, vt in exitu membranas cum ſecundina ſecum vnà traherent, quod ſuperſtitioſæ mulierculæ laqueum eſſe dicunt, atque in lucem editis male ominantur; quaſi illi, ſi ſuperſtites ſint: non poſsint tandem nõ ſuſpendi. Sed ſi diligentius hæc naturæ arcana ſcrutarentur in illis præſertim, qui non ſunt agrippæ, ſed capite anteſignano prodeunt; idem in omnibus obſeruarent: cum tamen pauci ſuſpendantur, non omnes. Illud præterea adnotandum eſt, quamuis unica adſit in utero cauitas, tamẽ plures fœtus in illo concipi poſſe, ſi apta adſit tot conceptibus materia. quæ cõceptus mareria, ſemen inquam eſt; dum uero fœtus delineantur, niſi ſuis ſinguli membranis diſtinguãtur, ſimul cohærent: monſtraq; hominũ ſeſe attingentium fiunt. De fœtus formatione ſatis multa hactenus dicta ſunt: Nunc de ſitu eius in vtero dicamus. quã partem libentius, vt opinor, lector candidus percurret, quòd alij non rem ipſam, ſed quod veriſimile cuiq; uiſum eſt; ita ſcriptũ reliquerunt; omnes tamen à rei ueritate tam aberrarunt, quàm qui maxime. Ego uero nõ ſemel, ſed ſæpius nõ modo mortuos fœtus, ſed uiuos etiã è matris utero hiſce manibus extraxi. quod dum efficerem, ſitum eius in vtero diligenter obſeruaui, quem à quibuſdã Anatomicorũ picturis adeo diuerſum eſſe facile perſpexi, vt non potuerim eorũ temeritatem non valde mirari, qui quod falſum eſt, cuius oppoſitum ſenſu deprehendi poteſt, poſteris ſcriptũ relinquere non erubuerint. Tres igitur fœtus in utero ſitus obſeruaſſe fateor, & profiteor, præterea nullos. quorum prior eſt caput deorſum verſum, hicq; eſt ſitus omnium frequentiſsimus.

Arteriæ & venæ vmbilicales deſcribuntur.

Obſtetricum prædictu tot fore partus quot nodi cernuntur in vaſis arteriæ venæque vmbilicalis.

Vſus venæ & arteriæ vmbilicalis.

Vaſorum nexus in vmbilico nexus progreſſus & vtilitas.

Non eſt laqueus qui prædicat ſuſpendendos quẽ putant obſtetrices.

Quomodo poſſint gigni plures fœtus in vtero licet vna tantum ſit eius cauitas.

Quomodo fiant mõſtra plurium infantium ſe attingentium.

De ſitu infantis in vtero.

Situm infantis in vtero quem imaginabantur, non quem viderant deſcripſere anatomici alij.

Temerarium eſt ſcribere, cuius oppſitum ſenſu deprænhendi poſſit.

Tres ſitus ſoli dãtur infantis in vtero.

Primus ſitus.

Secundus situs.
Tertius situs.
Qui primo situ sunt in vtero quomodo exeãt vterum.
Qui secundo situ in vtero continebantur agrippæ.
Qui tertio situ sunt in matrice quomodo in lucem ferantur.
Non potest infans in vtero à capite ad pedes delabi; vel contra.

Secundus capite sursum elato, quo situ raro vidẽtur infantes in vtero. Tertius transuersim iacet, atq; hic est secundo rarior. Propterea priore situ infantes capite præeunte in lucem prodeunt. Secundi pedibus, qui & Agrippæ vocãtur. Tertij natibus, facie omnes coccygem matris versus respiciunt. Iam enim explosa illorũ sententia est, homines prius quàm vterũ exeant, simiarũ instar seu funambulorum, & mimorũ à capite ad pedes, vel è contra dilabi, & procumbere, vel è cõuerso. Id enim loci angustia minime patitur, quæ tanta est, vt vix nostri sit capax, cũ excrementis, membranisq́; siue capite elato, siue deorsum labẽte, vel transuersim siti simus. Quocunq; aũt situ ex hoc triplici toties enumerato nos vterus exceperit: in globũ atq; orbem excipimur; sphæricusq́; est omnis situs infantis in vtero: sphæricus inquã in oblongum vergens, & vt priuatim res magis innotescat, dexterum brachiũ nobis tunc flectitur; manus autem extrema vnà cũ digitis extenditur; qui digiti sub aure dextera, superq́; ceruice positi sunt; sinistrũ vero brachium tantũ non extenditur, supraq; sinistrã mammã, nec non supra faciem (caput nanq; in vtero ita flectitur; vt mentum ad thoracem perueniat:) sinistrum itaq; brachium medio cubito dextero fulcitur digitis semiextensis, pollice deorsum: crura tanta arte sursum feruntur, & incuruantur, quasi in arcũ; vt dictu, visuq́; res pulcherrima, & admirabilis existat. femur, tibia, pesq́; extremus dexter nobis eo tẽpore flectũtur, adeo vt à femore abdomẽ attingatur, à genu vmbilicus, deinde tibia deorsum flectitur, calceq́; sinistras nates attingit, extremũ eleuans pedem, pudendaq; occultãs, adeo vt pollice dimidium, tibiã ipsemet tangat, sinistrũ crus ipsum quoq; semiflectitur. femur vẽtrem imũ tangit; tibia supra abdomen, thoracemq́; vertitur, & sub extremum brachiũ. pes aũt extremus sursum voluitur dextrũ olecranum attingẽs, sinistriq́; brachij metacarpium. dorsum deinde in anteriora fertur, adeo ut ex his omnibus globus sphæricus oblongus euadat. atq; hic est verus, & legitimus situs humani fœtus in vtero, quem ego Iacobo Antonio Bono Ferrariensi Medico præcellenti, qui simplicia medicamẽta in Romana Academia publice ꝓfitetur, estq́; rei Anatomicæ, reliquarumq́; bonarũ artium, & scientiarum tã studiosus, quàm qui maxime: cum eum vnice diligã primum lubens ostendi: Qui rei pulchritudine allectus, & detentus obstupuit, summiq́; opificis sapientiam inenarrabilem summis laudibus extollebat. Quis enim fœtus humani generationẽ, nutritionem, situmq́; cõtemplatus non obstupescat? Quis Dei infinitã bonitatem satis laudet? Equidem de his silere satius est, quàm pauca dicere.

Qnocunq; situ sit infans in vtero sphæricus in oblongum vergens situs est.
Particularis decriptio singularum partium infanti quo situ sint in vtero, & vera.

Iacobus Bonus medicus Ferrariensis.

Fœtus humani generationis nutritionis & situs cõsideratio nos ad deum laudandũ inuitat.

10 20 30

REALDI

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER XIII.

DE TEGENTIBVS FABRICAM HVMANI CORPORIS.

De Cuticula, Cute, Pinguedine, Membrana carnosa, Pilis, & Periostio. Cap. I.

CORPVS nostrum, in quo tantum industriæ natura merito collocauit, vndiq; tectum esse decuit, ne ab aere ambiente alterari, ab exter nisq; rebus lædi tam facile posset. propterea natura prudens hæc tegumẽta genuit, extrinsecusq; in vniuersi superficie obduxit, primo cuticulam, quam epidermida vocant Græci, quæ cutem supereminet, & ambit. hæc nobis communis est cum cæteris animãtibus; tenuissima est earum pellicularum instar, quas inter cæparum septa videmus, facile aboletur, facile etiam restituitur, estq; omnis prorsus sensus expers. Huic epidermidi vera cutis subest, derma à Græcis dicta, quæ & ipsa vniuersum corpus inuestit; quædam tamen loca excipio, vbi perforatur, vt in auribus, oculis, naribus, ore, pene, ano, vulua, extremis digitis, vbi vngues affixi sunt: his addere poteris vmbilicum in fœtu. Præter hæc cutis foramina, vel lippis nota, & perspicua vbiq; poris refertissima est, & instar cribri foraminulenta, per quæ sensui occulta foramina sudor exit. Sed hæc in nonnullis latiora sunt, in alijs angustiora: hinc alijs sudor nullo negotio profluit: alijs ægre excitatur. Cutis substãtia nõ est vbiq; eadem: nam hic crassior existit, ibi minus crassa, illic tenuior. Crassior cutis in capite conspicua est: licet Aristot. oppositum scripserit, cutem, inquam, capitis omnium tenuissimã esse. Subtilis admodum est cutis in facie, pene, scroto, vola, atq; internis digitis, seu digitorum interuallis; quamuis illa ob exercitia frequentia crassescere consueuerit. reliquas corporis partes si accurate contemplaberis, parum interesse iudicabis: cuius substantia neruea est: nerueum autem, seu neruosum cum dico, rem ex neruis confla-

Epidermis & cuticula.

Deperditur & renascitur facile.

Sensus expers.

Derma vera cutis.

Substantia varia.

Aristotelis error.

Vbi tenuior sit cutis.

Substantia neruea.

conflatam minime intelligo, ſed ex ſubſtantia alba, ſenſu prædita, ex neruorum filamentis, venis, & arterijs conflata. quare cũ neruis non careat; optimo ſenſu præditam eſſe quid vetuit? quamuis contrarium ſenſerit philoſophus, qui ſenſum in carne falſo poſuit. Cutis alicubi pertinax eſt, alibi laxa, in facie namq;, in auribus, in vola, in planta pedis pertinacem eſſe excoriando experieris. Quoniã in hiſce locis cutim mobilem eſſe oportuit. Sub cute pinguedinẽ, ſeu adipem cernes; nihil enim nunc refert; quæ colore alba eſt, itaque nota vnicuique, vt neque deſcriptione, neque alia egeat explicatione. Vſus pinguedinis eſt, vt calorem natiuum non ſecus ac veſtis detineat; neq; hoc ſolum præſtat, ſed propugnaculi vice fungitur; cibi etiam vice in extremis inedijs fungitur; & in maribus, quemadmodum in fœminis reperitur, quicquid Gal.lib.de Temperam.ſcripſerit in maribus ſcilicet nullam, aut exiguam quidem certe adeſſe pinguedinem. Gignitur autem ex ſanguine craſſo è venis exudante, eiuſq; copia ingens in frigidis temperaturis cernitnr, cõtra exigua in calidis, cum à pene, ſcrotoq; diſceſſeris, in reliquis noſtri corporis partibus inueniri pinguedo poteſt. Quòd ſi motũ vſumq; eorum, quæ pinguedine carent, conſideraueris, facile rationem diuerſitatis inuenies. Subſtantia pinguedinis nõ eſt homogenea vbiq;: nam in vola, & ſub pedis planta, pene carnea eſt, ac dura. huiuſmodi vero ob motum ipſum effecta eſt. nõ eſt tamẽ ſenſus organum, vt Auicenna ſcriptũ reliquit. Pinguedini ſubeſt membrana carnea dicta, quæ ipſa quoque vniuerſum corpus ambit: & quartum illius inuolucrum exiſtit, à ſummo capite ad extremum vſque pedem velaminis inſtar. Carnea vero, ſeu carnoſa dicitur eò quòd in collo carnoſa euadit, atque adeo carnoſa, muſculoſa. Adde veteres Anatomicos huic membranæ carnoſæ nomen impoſuiſſe; quoniam infantibus carnea eſt, multiſq; fibris referta; quæ deinde euaneſcunt tractu temporis. Illud velim non oſcitanter animaduertatis, carneam membranam ſub ala minime muſculoſam dari: licet Galeno primo de Anat. adminiſt. muſculoſam ibi eſſe hanc mẽbranam exiſtimauerit. Ex quo loco, vt reliquos nunc miſſos faciã, aperte colligi poteſt Galenum ſimias, brutaq;, nõ homines ſecuiſſe. Adhæret carnea membrana muſculis ipſis, & inter ipſam, cutemq; venæ ambulant ſuperficiariæ, è quibus ſanguis mittitur; & arterijs carent. Tempora excipio, frontem, caput, penem, ſcrotum, & digitos, quibus locis exiguæ numero inueniuntur arteriæ inter cutim, & membranam carneam.

Quid per neruenm ſit intelligẽdum.

Cutis ſentit contra Ariſtotelem.

Vbi ſit pertinax.

Adeps ſub cute.

Vtilitates pinguedinis.

Galeni error.

Generatio pinguedinis.

In ſcroto & pene.

Vbi dura reperiatur adeps.

Error Auicennæ.

Quartum innolucrum.

Quare dicatur carnoſa.

Galeni error.

Colligitur Galenum non ſecuiſſe homines.

De

De Pilis. Cap. II.

PILI quanquam ſuperuacuæ partes neſcio quo pacto videntur eſſe: tamen quoniam corporis noſtri veluti tegumẽtum exiſtũt: De his quoque ſermo à nobis habẽdus eſt. Nam prӕterquã quòd corpus tegunt, vt diximus; eidem propugnaculi vice deſeruiunt. Addunt aliqui tertiũ vſum pilorũ,vt vapores illi fuliginoſi,qui in tertia alimenti coctione eleuantur, dum in ſubſtantiã membrorũ trã-ſit, in pilorum nutrimentum conſumerentur; quam ſententiã neq; laudo, neq; vitupero. facti etiam ſunt pili ad ornatum. ortus eorum hic eſt. è cute emergunt, eam totam perforantes. in radice craſsiorem pilum, quàm in reliquis partibus deprehendes; pinguediniq; illi affiguntur, quam inter cutem, membranamq́; carneã ſitam eſſe diximus, præterquam in ſcroto. propterea pili alimẽtum à pinguedine trahunt: itaq; augeſcunt. eorum ſubſtantia ſicca eſt, vt videtis in varijs noſtri corporis partibus: vix euim agreſtem hominem inuenias, qui piloſus vndiq; conſpiciatur, vt in brutis cernimus. Ego tamen hiſpanum quendam vidi pilis refertiſsimum in omni corporis parte, præterquã in facie, & manuum parte. Vidi etiam veſtalem adeo piloſam. ſunt qui ſcribant neq; in planta pedis, neque in manus vola, pilos oriri poſſe. Cauſam in latum tendinem reijciunt cum nullo pacto ſit cauſa; ſed depiles hæ partes factæ ſunt tum ob vſum, tum ob motum. Quod autem hæc pilorum carentia (vt ita dicamus) in latum tendinem reijci nequaquam debeat, inſtantiam in promptu habeo plantæ, volæq́; leporis, quæ depilis non eſt, ſed pilis referta; licet lati tendinis expers non ſit. quas partes in lepore natura ſagax pilis muniuit leuitatis gratia, quæ res in animali adeo timido ob fugam neceſſaria erat. Sed iam de pilis ſatis.

Pili pro ſecundo tegumento.

Vnde oriantur.

Ex qua trahant alimentum.

Hiſpanũ piloſum.

Veſtalẽ piloſam.

Quare vola & plãta careant pilis aliorum ſententia reprobatur.

De Perioſtio. Cap. III.

PERIOSTION membrana eſt neruea, tenuiſq́;, quæ oſſa ambit, illiſq́; valde, atque adeo valide adhæreſcit, multo ſenſu prædita. propterea multi decepti ſunt huius membranæ ignoratione oſſa ſentire exiſtimantes. hanc in interna caluaria ne quærito; nam ibi nulla eſt, quamuis ſub pericranio inueniatur; neque dentes perioſtio inueſtiuntur. Quid enim dẽtibus opus erat perioſtio? neq; illud in articulationibus oſsium ſpectabis; quod ſi adeſſet, miros dolores excitaret in illorum motu.

Subſtantia.

Perioſtium in interna caluariæ non reperiri.

Dentes vacant perioſtio.

Cur in articulis non inueniatur.

REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA LIBER XIIII.

DE VIVA SECTIONE.

Viua Sectio.

DVm Anatomes cognitioni studiose incumbimus velis (vt aiunt) & equis: nonnulla quandoque occurrunt, quæ nos in ipso cursu remorantur, quorum actionem scire nullo pacto possumus, nisi uiua sectione vtamur, non hominis quidem, vt veteres usi sunt, quod nefas, atque impium Christiano medico non videri non posset: sed brutorum, cum præsertim animaduertere liceat, ob viuam humani corporis anatomen, qua prisci medici vtebantur; adeo male audisse, vt non modo uiuos homines secare, sed ne hominis quidem cadauer liceret. Atque hanc vnam ob causam Galenum adductum puto, ut ab humani corporis Anatome abstineret. Sed bone Galene si tibi crudele nimis videbatur viuum hominẽ secare; si animus horrescebat, si reformidabas, vel si tibi neque vel mortuum hominem secare per Principum edicta, aut inueteratam consuetudinem nõ licebat; quo pacto licebat tibi simias secanti ueteribus contradicere, quos humana corpora secuisse, tu ipse testis es locupletissimus? Profecto hodie cum ob communem viuorum vtilitatem concedant Pontifices, Reges, atque Imperatores, ut in publicis Academijs quotannis Anatomici reorum cadaueribus secandis Anatomen profiteantur, facile est controuersias istas diiudicare. Multis in locis veteres reprehendis; cũm tute maiore his dignus sis reprehẽsione. Nam & si simia simile quid habeat homini; simia tamen est, non homo; neque eius compago hominis fabricæ omni ex parte respondet; partesq́; nonnullas in homine conspicies, de quibus ueteres Anatomici loquebantur, quibus simia caret. sed ad rẽ redeamus. Cum uiuos homines secare Christiana Religione prohibeamur, si neque simiæ, neque vrsi, aut leonis copia suppetat, cuius fabrica humanæ proxime accedit, quorum etiam viuorũ sectio, quòd feræ sint, licet mansuefactæ, cum irritantur difficillima esset, de viui canis sectione loquamur. Canem igitur deligito, seu

Cur viua vtamur sectione.

Galenus cur non secuit homines.

Non debebat Galenus ãtiquis cõtradicere.

Ex simiæ sectione perfectæ humani corporis anatome acquiri non potest contra Galeni ordinem.

Non licet homines viuos secare.

Cur in iuuene ca-

seu marem illum, seu fœminam mauis, iuuenem: catelli namq;, dū secantur, vociferantur magis, quàm senes. oblonga etiam sit ceruice. Canem propono viuum secandum potius, quàm suem, quòd pro reuersiuorum neruorum usu dignoscendo sues minus accommodi sunt, tum ob pinguedinem exuberantem, tum ob eorum ingratum nimis auribus clamorem, & grunitum, quod ego Cremonę expertus sum, ut præcellenti medicorum collegio in hoc quoq; satisfacerem præsertim Bonhomini Ofredo, Hieronymo Macagno, Petro Manaæ, Ioanni Baptistæ Picenardo, Ioanni Francisco Borgio, Ioanni Baptistæ Bonetto: cum enim totius Anatomes historiā ex humanis cadaueribus accurate me dissecante conspexissent: efflagitarunt, vt uiui canis Anatomen pro vocis organo præcipuo illis in iuuene sue ostendere ne grauarer. Quod lubens feci, neque sine frustrati sumus, sed nimis obstrepebat. Dimisso itaq; sue, canis iuuenculus in promptu sit longo (vt diximus) collo. (est enim canis animal, quod latratu vocem effingit, atq; efformat) Tabella adsit necesse est supra, infraq; foraminibus eo ordine distincta, vt ijs uinculis suscipiēdis sat sint; quibus quatuor canis crura uincias: ita tamen, vt explicata sint, & distincta. Caput item eo modo deligandum est: vt canis quidem uociferari posit: at non mordeat: In cuius viua sectione, priusquam ad eam accedas, illud primo animaduertendum est, in quo vox consistat, quod admirabile est; deinde pulmonis motum contemplaberis. Deinde quo pacto pulmo cor amplectatur; deinde cur fiat, ut altera thoracis parte læsa illæsa altera perstet. Vnde mediastini vtilitas elucet. Præterea diaphragmatis motum contemplari potes, quod inspirando dilatatur, & expirando constringitur: quòd cum fit, sursum agitur, cū vero dilatatur, deorsum fertur. Ad hæc pulcherrima visu illud quoq; accedit, motus scilicet cordis quemadmodum amplificetur, atq; arctetur: item qualis sit motus arteriarum in uiua Anatome, si lubuerit, conspicaberis: nunquid idem sit, uel oppositus motui cordis. Comperies enim dum cor dilatatur, constringi arterias; & rursus in cordis cōstrictione dilatari. Verum animaduertas, dum cor sursum trahitur, & tumefieri uidetur; tunc constringitur. cum vero se exerit, quasi relaxatus deorsum vergit: atque eo tempore dicitur cor quiescere. estq; tunc cordis systole, propterea quòd facilius suscipit, minoreq; labore. at cum transmittit, maiori opus est robore. Neque hoc floccifacias: etenim non paucos reperias, qui eo tempore cor dilatari certo opinantur, quo uere constringitur. Illud insuper adnotare debes omnem pulsus differentiam detecto corde

k conspi-

ne tractanda viua sectio.

Quare non in sue tractanda viua sectio.

Canis potius quā aliud animal in viua sectione capi debet.

Quomodo constitui debeat canis pro sectione viua.

Quę consideranda in viua sectione.

Diaphragmatis motus contemplatio.

Viuæ sectionis summa vtilitas. Motus arteriarum ex viua anatome.

Cordis constrictio, & dilatatio quō fiat.

Cordis systole.

In detecto corde, pulsus differentias dignosci.

conspici posse: ita vt ex hac viui canis sectione plus vna diecula discas, quàm multis mensibus ex pulsu arteriarum: neque tantum tribus integris mensibus uoluptatis, atq; pulsuum cognitionis capies ex lib. Gal. de Puls. quantum vna horula ex inspectione cordis mouentis canis. Præterea videre licet, quo pacto cor, non modo vt omnes norunt, dilatatur, atque cõstringitur; sed cerebrum quoq; quod paucis notum est. In cordis sectione quum primum pericardium aperis: humorem aqueum in pericardio detentum diligenter inspicere ne asperneris. si canem fœmellam pregnantem secabis, abdomen reserato, vteroq; accurate, quoad eius fieri poterit, secto, fœtum inuolutum eximito; & quo pacto chorion membrana vtero annexa sit, non oscitanter considerato; & quo pacto venæ, arteriæq; disrumpantur. Item secundinam in canibus instar fasciæ fœtum circundare, ut Vessalius pinxit, dum ipsum humanum fœtum pingentem expectabamus, non canis, ut in nostro tractatu de fœtu apertius explicauimus. Allantoide postmodum abrupta, lotium diffluit, disrupta amnio, sudorem manantem cernes. situmq; canis in vtero pulcherrimum obseruabis. anterioribus enim pedibus ceu manibus crucem referentibus iacent catelli. ac si omnipotenti Deo supplices pro eorum creatione, atque in lucem exitu preces effunderent. Illud insuper nunquam credidisses, quod videns obstupesces: morientem matrem catulorũ, quos Anatomicus ab eius vtero abstraxit: maiorem curam gerere, quàm suimet. Nam si coram ipsa filium lædis, latrat, vociferatur; sin illum ori illius admoues, silet, atque magna pietate lambit. Quòd si aliud, non catellus ori eius, quam secas, matris accedat, rabie percita mordet. quem naturæ amorem, atque adeo parentum in liberos incredibilem charitatem in publicis theatris maxima spectatorum admiratione sæpius ostendi, Patauij præsertim, cum adesset Illustrissimus ac Reuerendissimus Rainutius Farnesius, tunc Venetiarum prior, nunc Cardinalis S. Angeli nuncupatus, quem honoris, & obseruantiæ gratia nomino. Aderat item Bernardus Saluiatus Romæ prior, nunc Episcopus * & Aluisius Ardinghellus Episcopus Forosempronienfis. aderat Felix Acrambonus, Ioannes Baptista Vrsinus nunc Archiepiscopus, Eques Vgolinus Fanensis, Bernardinus Thilesius omnes tunc iuuenes magnæ eruditionis, & expectationis, qui expectationem, quam de se Patauina Academia conceperat, longo interuallo superarunt. Hi omnes, item alij multi summa cum voluptate huic viuæ canis sectioni interfuerũt. & illud insigne exéplum de ingenti amore vel brutorum in filios se nunquam oblituros asseue-

Cerebri motus cũ cordis motu coincidit.

Vteri viuentis canis sectio.

Alantois membrana lotium continetur.

Amnios membrana sudorem cõtinet.

Mira sectæ canis morituræ in fœtum beneuolentia.

10

20

30

asseuerabant. neque has duntaxat discendi voluptates, quas hacte-
nus memoraui: ex uiua canis sectione pcipies, sed cognosces, quàm
in hoc longa errauerit uia Peripateticorum princeps Arist. cum au-
sus est dicere tres ventres inesse cordi, in quorum dextro sanguis
adsit calidissimus in sinistro frigidissimus, in medio mediocris. Tu
vero dextro cordis ventriculo inciso, si digitum immiseris, calor te-
pidus tibi occurret. at in sinistro tantus, vt ferre uix possis. Illud in
super, quod sæpe in disquitionem venit, quo pacto vere se habeat
experieris, an in arteria venali aer, & uapor ille, quem capinosum
10 quasi fumidum dicunt, vel sanguis contineatur. Caue autem pu-
tes Anatomicũ tot, tantaq; spectatoribus ex vnius uiui canis sectio-
ne ostendere posse; sed plures adsint necesse est: nam animã prius
efflasset canis, quàm hoc vel illud obseruare potuisses. Postquam
igitur canem, vt diximus, tabellæ affixeris: nouacula, cuius acies
pulchre abradat, colli cutem recta aperi, à larynge initio sumpto,
& pene ad summum vsque thoracem peuenito. deinde profundiori
sectione musculos, qui asperæ arteriæ imminent, parumper secato,
deinde dimisso rasorio cultro, vel digitis potius ab aspera arteria
musculos seiungito, idq; ita dextere, ne reuersiuos neruos, qui ibi
20 in conspectum venturi sunt, vllo pacto lædas. hi reuersiui, seu re-
currentes, seu vocales nerui sursum reuertuntur asperæ arteriæ ad-
hærentes: atque in laryngam immittuntur. recurrentem neruum
ita facile agnosces, tum quia albicat, tum quia instar fili videtur es-
se. hunc eleuato, nam si illum digitis compresseris, dictum, ac factũ
misero cani uox imminuitur. si manum detrahas, ita vt animalibus
spiritibus aditus pateat, vox denuo reuertetur. sin dextrum neruum
abscindas, prorsus amittitur. Nunc de sinistro reuersiuo neruo
dicamus. Administratio eodem modo fiat, quo in dextero dictum
est, si neruum uinculo excipias & coarctes, statim mutus efficietur:
30 si dissoluas, semilatrabit, ob dexteri nerui abscisionẽ, sin transuer-
sum dissecaueris, mutus in æternum fiet. superuiuere tamẽ posset, si
dimitteretur cum tanto vulnere, nisi alia afflictio afflicto adderetur.
Profecto pulchrum est spectatu, consideratuq; pulcherrimum, quo
pacto duo neruuli adeo paruuli tam bellam edant actionem, qualis
est vocis ipsius efformatio. nemoq; est, qui non obstupescat. hanc
rem non poterat non satis mirari doctus, atque insignis philosophus
Hieronymus Pontanus, & Eccellentissimus pontificius medicus
Paulus Manilius, nec nõ Excellens Ioannes Valuerdius Anatomicę
Artis admodum studiosus, meiq; amantissimus: Cum præsertim
Aristotelem scirent sentire vocem à corde proficisci. Quod si quis

Aristotelis error de cordis ventriculis.

Improbatr ridicula de capinoso vapore sententia.

Plures canes cõparentur in viua sectione oportet.

Quomodo thorax aperiri debeat in viua sectione.

Recurrentes nerui quo pacto inueniantur, & tractentur.

Quomodo vox aufertur & minuitur.

Vocem non à corde, vt Aristoteli visum est proficisci.

obstinate Aristotelis sententiam tueri velit, inquiens arterijs carotidibus deligatis vocem amitti: is sciat, nisi vna neruum recurrentem uincias, quod sæpe usu uenit, id nullo pacto factum iri. Verisimileq; est eos, qui Aristoteli imposuerunt de vocis origine, quod à corde oriebatur ea coniectura, neruum reuersiuum vna cum carotide arteria vinculis excepisse: & hanc præcipue fuisse erroris causam. cum veritas hæc sit, neruis, quos diximus, sectis vocem omnino tolli, compresśis non tolli quidem, sed animal semiuocale reddi. Postquam iam mutus canis prostat; septi transuersi motum tibi licebit contemplari, si abdomine à summo ad imum secto, contractisq; tum intestinis, tum ventriculo, & deorsum detrusis, & si opus fuerit sectione facta, iuxta costarum inferiorum deductum. Deinde pulmonis motum contemplaberis thorace anterius reserato, & ex altero latere costarum cartilaginibus cultro excisis: nam hic non est nouaculæ locus tutus. Caue autem, dum id ages, ne pulmones, aut cor vsquã offendas: nam tanta sanguinis copia exiliret, ut uidere amplius, quod cupiebas, nullo pacto posses. abscissis, quæ diximus, thoracem manu dilatato, & binas spongias frigidiuscula aqua prius madidas, deinde expressas in illum immitto, tu alteram, alterã vero minister, qui tibi opitulatur: cartilaginibusq; quas abscidisti, admoueto, vt sanguinem à venis, & arterijs intercostalibus manantem, neque cunctantem desinant, & remorentur, comprimantúe; itaq; compressas tandiu detinito, vt pulmonũ motum spectare, ac speculari posśis: quo facto pericardium aperi, & aquam in viuente adhuc animante intueberis; licet non desint qui affirmare audeant in cadaueribus duntaxat animalium aquam in pericardio contineri. Si post tot infelicis canis cruciatus, vel felicis potius, qui ob rerum pulcherrimarum agnitionem spectaculum de se præbuit, superuixerit; omnes vel plurimas saltem pulsuum differentias obseruare poteris: cor illius conspicatus reliquas differentias in alio cane conspicaturus, qui an catellus sit, vel plurium mensium, tunc nihil interest. Nam iam vocis originem in alio cane tuis oculis intuitus fueras, & latrantem primo magno eiulatu, deinde voce imminuta, postremo amissa ob eam, quam diximus, causam consideraueras. Thorace igitur huius secundi canis primum aperto per rectam lineam in cartilaginem: sed illum cõfestim aperi, atq; vnà pericardion: deinde abdomine quoque aperto magnæ arteriæ manum admoueto: diligenterq;, quoad eius fieri poterit, considera an illa dilatetur, dum cõstringitur cor: vel opposito modo se res habeat; ibiq; differentias omnes pulsuum sub oculos intueberis in

Aristotelis erroris causa.

Septi tranuersi motus cõtemplatio.

Pulmonis motus contemplatio.

Cautio à pulmone.

Aqueus humor in pericardio, & viuentis, & mortui inesse.

Pulsus contemplatio.

rem præsentem deductus magnos, longos, latos, veloces, latos celeres, frequentes, paruos, neq; hos modo, sed veloces quidem tardosúe, aut frequentes, sed interpollatos, item frequentissimos, minimos, tardissimos, vndosos, & formiculares. aliud præterea spectaculum iucundum, quod ad cognitionem attinet, de se præbere miser canis poterit. nam si arteriam asperam inter anulum, & anulum secueris, & arundinem immiseris, si eam ori admoueris, & buccis infles, pulmones illico attolluntur, & cor ipsum amplexabuntur, & paulo post pulsus immutabitur se ipso maior factus; quo uiso sat scio obstupesces. Quòd si tertium canem uiuum secare in animum induxeris: thoracem eo quo diximus pacto aperire poteris, motúq; pulmonum denuo diligentius cõsiderare: deinde dextro cordis vẽtriculo adaperto in illum digitũ immittito, vt certior fias, nunquid sanguis ille calidissimus existat; statimq; sinistro cordis vẽtriculo secto, animaduertere tuo periculo poteris, tantũ caloris ibi adesse, ut manus illum ferre nullo pacto possit; tantum abest, ut iuxta Aristotelis sententiã, frigidissimus existat. Rursus in quarto alio cane arteriam venalem reserabis, sed procul à corde, vt certo discas sanguisne, an aer in illa contineatur. Quòd si es indefessus lector optime, & sciẽdi cupiditate flagras: quintus adhuc adsit in promptu canis; vt rem admirabilem, neq; omnibus obuiam contẽpleris: thoracem cultro, vt diximus ocyus aperi, corq; apprehendito: minister vero tuus diligens, atq; expertus mira celeritate acu crassa, & contorta, quã manibus gerebat, in qua contortum filum immissum est, quatuor cordis vasa arcte colliget; deinde cor abscindat; eodemq; tempore vincula abscindantur, quibus crura quatuor iuncta erãt, & in pedes proijciatur. Canem absq; corde vociferari audies, progredi videbis; qua re nihil magis admirabile cõspicari poteris. & hac re visa desinas adeo obstinate in omnia Aristotelis verba iurare; qui licet magnus Philosophus fuerit; scire tamen omnia solus nullo pacto potuit. In sexto præterea cane aliud, ne pigeat, cernito: cranio namq; excoriato eius partem frãgere celerrime poteris, membranisq; duris incisis cerebri motum contemplari: quod cerebrum ita mouetur, ut ipsum cor moueri omnes fatentur, motu scilicet dilatationis, & constrictionis. neque aliter fieri poterat ob animalium spirituum generationem, quam cerebro acceptam ferunt omnes pene tum philosophi, tum medici.

Quomodo cor à pulmonibus amplectatur, & ex pulmonibus pulsus augeatur.

Vtriusque ventriculi cordis sanguinis experientia aduersus Aristotelis sententiam.

Probationum sanguinis, an aer in arteria venali cõtineatur.

Quomodo abscindi possit cor à cane & adhuc illi uita parumper supersit.

Mirum non esse Aristotelem cuncta non nouisse.

Cerebri motus cõtemplatio.

REALDI

REALDI COLVMBI CREMONENSIS
DE RE ANATOMICA
LIBER XV.

DE IIS QVAE RARO IN ANATOME REPERIVNTVR.

PROFECTO miseret me vicem superioris ætatis medicorũ qui in friuolis, & dialecticis quęstionibus die noctuq; tempus conterentes, de his rebus absq; quarum exquisita cognitione ne nosce quidem morbos ipsos vllo pacto possumus, nihil docebant, discebantúe, vel adeo confuse, & indistincte, & infide, vt ignorare satius fuisset, quàm perperã scire. & vt de materia medicinali nunc nihil dicam, quam omnem ad pharmacopolas reiiciebant, Anatomicæ rei vel prorsus ignari erant, vel quod tonsoribus quoque notissimum erat, id tantum sciebant. Itaque cum Anatomicam dissectionem publice profitebantur, situm quærebãt intestinorum, ventriculi, iecoris, lienis, vesicæ, renum, cordis, pulmonisq́;, deinde caluaria disrupta, cerebrum ibi contineri videbant, reliqua oscitãter sane, & suis cum arabibus cæcutientes. quòd si quicquam illis occurrebat præter hæc, aut quod cum Mundini, aut Auicẽnæ scriptis non conueniret, id omne tanquam monstrum naturæ in illius indiuidui fabrica ostentabant, adeo vt complura monstrosa in singulis cadaueribus esse existimarẽt. Ego uero licet ab ineunte ætate innumera corpora dissecuerim, & ab hinc quindecim annos, & amplius complura cadauera Patauij, Pisis, Romæq́; in corona frequentis Academiæ, tamen hæc duntaxat rara uisu, & à cæteris discrepantia obseruare potui, quæ reticere nullo pacto possum, vt hoc exẽplo obseruare alia quoq; poßint posthac diligẽtiores Anatomici. prius vero quàm de rebus raris historiam exordiar: hoc vnũ te excellens Iacobe Bone admonitum volo, nullum genus hominũ mihi dissecandum defuisse, nisi mutum hominem ab ortu, quamuis quandoq; anno vno quatuordecim cadauera mihi dissecare cõtigerit. Hinc igitur de rebus in Anatome hominis raris, & animanuertẽdis à capite incipiã. Capitis suturas uario modo se habere comperi

Medici superioris ætatis quales.

Satius est ignorare quàm scire per peram.

Cognitionem simpl. med. non debent medici in pharmacopolas reicere.

Anatome quomodo olim tractaretur.

Ridiculum, monstrum esse quod cũ Mundini scriptis non conuenit.

Anatomen publice xv. annos pro fessus.

Iacobus Bonus.

Dissecuit, omne genus hominum pręter mutum ab ortu.

In capitis suturis

peri; nam in quibuſdam nullo pacto erant cõſpicuæ. alijs ſutura recta deerat, huic erant oſſa triangula, illi quadrangula, alij ſagittæ ſpecie, alijsq; id genus figuris ſuturæ circundatis. eam tamen figuram, quæ X Græcam litteram imitetur, de qua Hippocrates, & Galenus meminerunt: fateor me nunquam vidiſſe: licet lynceis pene oculis ſæpenumero inquiſiuerim. Magnam quoq; in dentibus diuerſitatem obſeruaui, tum quo ad numerum dentium, tum quo ad dentium radicum numerum. in nonnullis præterea dentes maxillis ad eo nixos obſeruaui, ut diuelli nullo modo poſſent, niſi maxillæ oſsis fruſtum inſigne unà abſtraheretur. De maxilla inferiore hoc in ſummi Pont. penu uidere eſt, caput Gigantis (maximũ enim eſt omnium capitũ quæ hactenus viderim) in quo maxilla inferior capiti adeo connata, & coniuncta eſt; vt omni motu prorſus careat 10 atque in viuente non carere non potuerit. Primam quin etiam vertebram occipitio ita adhærentem hiſce oculis vidi, vt moueri neutiquam poſſet. Vertebrarum numerus in quibuſdam immutatus cernebatur. Nam quod attinet ad vertebras colli, hæ in omnibus pene ſeptem ſunt, ego vero nunc ſex, nunc octo ceruicis vertebras comperi; vertebras thoracis tum vndecim, tum tredecim. Vertebras lumborum interdum ſex, interdum quatuor. os ſacrum nonnunquam ex quinque, alias ex ſex oſsibus conſtare vidi. Coſtas item viginti duas, viginti quinq;, & viginti ſex. Quandoque duas ex his, tresúe admodum connexas; at in alijs in notatu dignum tu- 20 morem excreuiſſe. ſternum ex duobus oſsibus, & ex tribus, & ex quatuor. os Ileon vnitum ſacro oſſe deprehendi. Femur proceſſus quoſdam ad palmi longitudinem, acutosq;. itidem in tibia, ſed non tam proceros. uidi femur cum tibia, molaq; vniri; femur tibiã in incredibilem tumorem excreuiſſe; ſex in manu digitos: extremus 30 etenim pollicis articulus in duos diuidebatur. ſed quamuis hæc, quæ hactenus memoraui, memoranda videantur eſſe, & admiranda; admirabilius tamen erit, quod mox audies. Excellens medicus Ioãnes Bertonius ab auricula mihi amiciſsimus ſceleton mihi dedit, quẽ ego domi ad ſtudioſorum utilitatem diligẽter adſeruo, in quo oſſa omnia, ideſt omnes totius corporis articuli à capite ad extremos vſq; pedis digitos uniti cõſpiciuntur. huic quatuor dentes deſunt, bini ſupra, totidem infra ex illorum regione, qua uia cibus, & potus intromittebatur. Romæ in Xenodochio diui Iacobi incurabilium diu vitam traxit; uiuens autem, quem ſenem uidit, & inuiſit ſæpe Ioannes Auricula, nihil aliud mouebat, quàm oculos, linguã, penem, abdomen, thoracem; nam cartilagines quidem coſtis articulatæ

quid rarum viderit.

Galeni & Hipp. error.

In dentibus quid rarum.

In maxilla inferiore quid rarum. Caput gigantis.

Maxilla inferior capiti connata.

De vertebra prima occipitio adhærente.

De vertebrarum numero.

Vertebræ colli.

Vertebræ thoracis.

Vertebræ lumborum.

Coſtæ.

Sternon.

Ileon.

Femoris proceſſus.

Tibiæ proceſſus.

Femur, tibia & mola vnita.

Sex digiti in manu.

Pollicis extremus articulus bifidus.

Ioannis Bertonij ſceleton admirabile viſu deſcribitur.

ticulatæ erant, ſed nondum coaluerant, reliquæ corporis partes omnis motus expertes relinquebantur. Alios ſecui, quibus brachia ab ortu deerant; alios quibus deerant crura. Præterea corpus integrum intuitus ſum, cui dimidium alterius cohærebat. Auriculas inſtar brutorum in hominibus, cœcos iam inde ab incunabulis, & ſimilia. ſed quod maiore admiratione me affecit; fuit inſpectio Lazari uitri voracis vulgo dicti, quem patritij omnes Veneti, imo Veneti omnes, omnes Ferrarienſes de facie nouerant. hic nullo prorſus guſtu, dum uiueret, præditus erat; nullam in edendo voluptatem, nihil iniucundum perſentiebat. inſipida, amara, dulcia, pinguia, ſalſa, acria, non diſtinguebat; vitrum, ſaxa, lapides, ligna, uiua animalia, carbones, piſces è viuario extractos adhuc ſalientes vorabat. Vorabat lutum, lineos, laneosq́; pannos, fœnum, ſtipulam, &, vt breui omnia complectar, quidquid homines, quidquid animantia vorant, quidquid illi edendum ſeu deglutiendum potius offerebatis, mercede propoſita, dictum, ac factum ingurgitabat. Teſtis eſt inter reliquos Martinus Aromatarius Patauij ad Angeli inſigne, cui ſacculum carbone refertum, & ſaccum inſuper deuorauit. quo uiſo perſoluit, quod pollicitus fuerat comminatus ne ad pharmacopolium amplius accederet: ueritus ne ſe cum taberna, & uaſis eſitaret. Cum igitur hoc naturæ monſtrum mihi diſſecandū eſſet Patauij, cœpi huiuſce rei diligenter, quoad eius fieri potuit, cauſam venari, quā me tandem Deo duce ex particulari illius ſtructura aſſecutum eſſe confido. Nam quarta neruorum coniugatio, quæ guſtus gratia in alijs hominibus à natura producta eſt, in hoc Lazaro uitri vorace neq; ad palatum, neque ad linguam reptabat, ſed ad occipitium reflectebatur. ſed de hoc Lazaro ſatis, ſuperq́;. In muſculis vero equidem uarietatem percepi, at non multam. Erant aliqui, quibus in facie muſculus abundabat, alijs in thorace, alijs in extrema manu. Vidi & nonnullos, quibus aliqui muſculi deficiebant, vt in nonnullis furibus illuſtribus, in quibus diſſecandis oculatiſsimus fui. obſeruaui in his deeſſe muſculum illum, à quo latus tendo in vola proficiſcitur, quo lato tendine nō carebant. ſed non à dicto, verum à brachialis ligamento exoriebatur. In cruribus item, pedibusq́; aliquam diuerſitatem inueni, ſed hæc mea ſententia non multi facienda erant. In venis autem miram nactus ſum ſæpenumero varietatem, in internis inquam, atque externis. Nam in eodem latere duas internas iugulares venas deprehendi, duas, tres, quatuorq́;, & plures eodem latere, emulgētes binas item eodem latere ſeminarias venas, Vreteres quatuor, venas in abdomine, & cru-

Monſtra.

Lazarus vitri uorax guſtu carens.

Quarta neruorum coniugatio in Lazaro vitri vorace ad palatum & linguam non tendebat.

In muſculis quam differentiam inuenerit.

In furibus illuſtribus quid rarum obſeruauerit.

Crura. Pedes.

Venæ.

Vreteres.

10 20 30

& cruribus varicosas maximæ molis. Vidi etiam renem vnum dun taxat, eumq; maximum. Animaduerti intestinorum tenuium mutuum ingressum, spatio ampliore, quàm sit digiti longitudo, præsertim in nonnullis, quos dolor iliacus enecauerat. Iecur quandoque mihi se obtulit inspiciendum peritonæo adnexum, adnexam item vidi peritonæo lienem. Adde lienes adeo grandes, vt viginti librarum pondus vnusquisque ex his longe excederet, quos cartilago exterius obuoluebat. Quę res cum ab Antonio Mirandulano, quem nostri temporis philosophorum principem appellare merito possumus, & ab excellētissimo Iustiniano Finetto, & Francisco Sansonio diligenter spectaretur: non poterant satis mirari nouitatem tantæ molis primum, deinde illius partis extrinsecæ cartilagineæ. Conspicatus sum omentum peritonæo, nec non abdominis musculis adnexum; Præterea omenti selibram extra vmbilicum: & in scroto omenti libram, & amplius. Pulmonem in pluribus pleurę connexum, nunc in altero latere, nunc in vtroque, atque hæc pulmonum in nonnullis cum pleura connexio in causa plerunque est, vt medici decipiantur penetrantia Thoracis vulnera nequaquam agnoscentes, quippe qui hoc Chirurgorum axioma putent, omne Thoracis vulnus penetrans extra spirare; at in illis, quibus hæc pulmonum connexio cum membrana succingente cōtingit: possunt vulnere Thoracem perforante laborare, neque tamen respirare vulnus cernitur. Quid? quòd tum in pulmonibus, tum in iecore ipso steatomata comperi, nec non atheromata. Vidi & in pulmonibus ossa non parua, vt superiore anno in Francisco Capello, quem Paulus IIII. Pont. Max. è Verona Romam accersiuit, vt Sancti spiritus hospitalis commendator, seu præceptor esset. cuius sectioni tu Iacobe bone interfuisti. In Thorace magnam aquæ copiā vidi. Vidi in corde vlcera, & Tumores duros præter naturā, præsertim in sinistro cordis ventriculo. Vidi in nonnullis septum, quo cordis ventriculi distinguuntur, cartilagineum. Alios in quibus sinister ventriculus cordis deesse videbatur, tam exiguæ molis erat. Discipulum item in Romana Academia mortuum secui (aderat excellens medicus Alexander Traianus Petronius à ciuitate castellana acris iudicij vir) huic misero iuueni pericardium deerat, itaque subinde in syncopim incidebat, subinde mortuo similis conspiciebatur, quo genere morbi exanimatus est. Inueni quoque partē Thoracis pulmone destitui, hoc est minimam pulmonis portionem ad esse: quod vero reliquum erat cauitatis, ab aqueo humore occupabatur. Dissecui non semel, qui ob fortem Apoplexiam obierant, in

Renes.
Iecur.
Liens.
Cartilago circa lienem.
Antonius Mirādulanus.
Iustinianus finettus.
Franciscus Sansonius.
Omentum.
Pulmo.
Omne vulnus thoracis penetrans extra spirare falsum est.
In pulmonibus steatomata & atheromata.
In Francisco Capello os in pulmone.
Paulus iiij. pon. max.
Iacobus Bonus.
Thorax.
Cor.
Septum cordis.
Ventriculus sinister.
AlexāderTraianus Petronius.
Rarus admodū casus.
Pericardium.
In thorace pulmonis portio minima.
Sectio apoplectic.

quorum cerebro magnam aquæ copiam reperi: perspicuam quidem, sed glutinosam. Monstrum mihi oblatum est Patauij dissecandum. erat infans semestris mas, vt alij mares sunt, cui alius imperfectus infantulus anteriore parte incumbebat, cruribus, brachijs, dorso, abdominis parte, pene, medioq; collo. videbatur autem caput huius imperfecti puelli in Thoracem perfectioris intrusum. Hoc monstrum vixit aliquandiu. Quamobrem inter studiosos viros lis orta est, & quæstio, vtrũ cor vnicum illi adesset, vel duplex. idem de Iecore, cerebroq; quæsitum est, & de alijs internis membris. Marcus Antonius Ianua illustris philosophus vnicam in illo subiecto animam esse opinabatur. Nam si quis imperfectam illam appendicem, & pondus inutile attigisset; ille, quem integrum mẽbrorũ omnium diximus, statim persentiscere animaduertebatur. Non deerant tamen, quibus oppositum videretur. hoc itaque mõstrum, vbi diem suam obijt, ego rei nouitate allectus libẽter secui. quæ autem obseruaui, hæc fermè sunt. In imperfecto, quem dixi, nonnulla intestina aderant, ex quorum vnius portione tum vesica, tum anus construebantur. nullum ibi aderat iecur, neque cor, neque cerebrum; sed ren permagnus, quem ego hepatis penè munere fungi sum opinatus. nam ab extremo iecore perfecti infantis crassa vena, duraq; instar arteriæ deducebatur ad renem illum insignem; atque inde venæ aliæ cõplures passim distribuebãtur. at ab arteria dextra axillari perfecti puelli arteria ortũ ducebat, quę postmodum per vniuersam partem monstri imperfectioris deducebatur. Item à neruis dextri brachij exibant, qui per reliquum corpus imperfecti homunculi disseminabantur. atque hactenus de monstro Patauino. Nunc de membrana hymene quid obseruauerim, dicam tibi: licet vulgus hominũ putet nullam esse virginem, quæ hymena non habeat. Ter duntaxat illam iuueni, bis in duabus paruulis puellis, semel in natu maiore, quam cum dissecarem: intererat Excellentissimus Antonius Fracanzanus Vicentinus, & Paulus Crassus Patauinus, & vnà cum his Ioannes Caius Anglus. Est hymen membrana quædam sub nimphis ante ceruicem vteri vnico foramine prædita superiore parte, vt menses effluere possent. atque hæc illa est eadem membrana, quæ ingressum penis quamuis membrosi hominis prohibet.

Lapides autem innumerabiles penè hisce manibus extraxi inuentos in renibus colore vario, in pulmonibus, in iecore, in vena portæ, vt tu tuis oculis vidisti Iacobe Bone in Venerabili Egnatio Generali congregationis IESV. vidi etiam lapillos in vreteris, in vesica,

Monstrum pataui j dissectum maris semestris cui alius anteriore in parte incumbebat.

Marcus Antonius Ianua.

Quid in monstri sectione inuenit.

Membrana Hymen.

Ant. Fracanzanus Paulus crassus Ioannes caius.

Quid sit hymen.

Lapides in renib.
Lapides in pulmonibus.
Lapides in iecore.
Egnatius generalis cõgregationis Ie

vesica, in intestino colo, in venis hæmorrhoidalibus, atque in vmbilico: In bilis quoque vesicula, quod tamen exciderat, varij coloris, variæq; figuræ lapillos; & in nonnullis complures inueni, vidi abscessum. De abscessibus autem quid attinet dicere? Inter reliquos sæpe simillima materia refertissimum abscessum in omento, & peritonæo cuiusdam mulieris extraxi: quæ ob harum partium abscessum in hydropem inciderat. & mirum mihi visum fuit, cum eiusdē iecur, & lien, neque in colore, neque in substantia præter naturam affecta esse viderentur, in illius tamen abdomine aquæ incredibilē copiam adfuisse. hanc hydropicam, dum ego Romæ dissecarem: intererat excellens Cosmus Iacomellus, nunc Romæ Archiatros. Innotuit mihi ex Anatome abscessus cor vndique circumplectens & cor illius iam fermè putrescens. quam rem excellens medicus Marcus Appogius ab Oximo magna admiratione intuebatur. Prę terea iecur, quod toties scirrhosum deprehendi, lienem quoque non modo scirrho laborantem, sed extra cartilagine obductum, quod summa cum voluptate vidit excellentissimus Stephanus Cerasius. Multa alia minoris momenti, rara tamen obseruaui, quę, ne tractatus hic nimis excrescat, missa faciam. Non possum tamen abstinere, quin tibi explicem breui quoad eius fieri potest, quid in tribus Cardinalibus Romæ, quid Patauij in Hermaphrodito deprehenderim, quam historiam postquam absoluero finem faciam. In Cardinali Gambara Brixiano tumorem prædurum, & ad oui magnitudinem in sinistro cordis ventriculo Romæ vidi, vbi illum in affinium gratiam dissecarem. In Cardinali Cibo vena, quæ à liene ad os ventriculi tendit, insignis erat magnitudinis; quæ quumprimum ob anastomosim, vel fracturam reserata est: illico ventriculus sanguine repletus fuit, & nō modo ventriculus, sed intestina omnia, licet, dum adhuc viueret, in morbo ipso libras aliquot tum per vomitum reiecisset, tum per secessum deiecisset. Quam sectionem dum ego summa diligentia peragerē ob subiecti dignitatem, & ob morbi raritatem: aderat excellētissimus Antonius Musa Brasauolus Ferrariensis, quem honoris gratia nomino. In Cardinali Campegio intestina omnia ad hypochondria redacta erant. propterea cauitas inferior abdominis intestinis destituta erat, & spina detecta. Quamobrem medico licebat abdomen Cardinalis attrectanti magnæ arteriæ motum persentire; & vnà cum illa durities persentiebatur. Illa vero durities nihil aliud erat, quàm vertebrarū corpora. cuius rei nouitatem non poterat satis mirari eccellēs Augustinus Riccus Lucēsis. sed profecto mi Bone, vel optime potius

Iacobe,

Su habebat lapides inuena portę
Lapides in ureteris.
Vesica.
Vmbilico.
Venis hæmorh.
Vesica bilis.
De abscessibus.
Hydropicus cui iecur, & lien in colore & substātia non erant pręter naturam.
Cosmus Iacomellus.
Abscessus ī corde.
Marcus appogius.
Iecur scirrhosum.
Lien scirrhosa cartilagine obducta.
Stephan⁹ cerasius.
In Cardinali Gābara tumor durus oui magnitudine in sinistro ventriculo cordis.
In Cardinali Cibo cur ventriculus & intestina sanguine refertissima.
Antonius musa Brasauolus.
In Cardinali Campegio intestina ad hipochondria redacta.
Augustin. Riccus.

Iacobe, inter tot admirabilia, & rara, quæ in humani corporis fabrica diuersis temporibus obseruaui; nihil admirabilius, nihil rarius censeo, quàm quod de neutra natura diligenter inuestigaui. Proposito enim mihi Androgyno, seu hermaphrodito, subiecto in quam eodem mare, & fœmina. superioribus et enim annis fœminam mihi videre contigit, quæ præter vuluam, membro quoque virili prædita erat, quod tamen non erat admodum crassum. Quãobrem in eius anatome generationis vasa accurate admodum peruestigaui. vasa seminaria, testesq; considerans, nunquid vlla inter hæc communio, & consensus adesset: Tandem hoc comperi, vasa quidem præparantia, ab aliarum fœminarum præparantibus vasis non differre; sed deferentia differre: nam bipartita erant, & ex binis quaterna natura genuerat, ex quibus duo, quæ etiam maiora erant, ad matricis concauum destinabantur, reliqua duo ad penis radicem, qui glandularum parastatum expers erat. Hoc tam admirabile uisu, & speculatu erat quàm quod maxime: quo pacto natura prudens, sagaxq; locum satis tutum selegerat, per quod uasa hæc ad penem deferri possent: & quemadmodum meatum, qui in ipso est pene, perforarent: qui meatus in alijs tum semini, tum lotio cõmunis existit. hic vero urinæ nihil quicquàm opis afferebat; nam instar aliarum mulierum urina exibat. vterus autem, nec non vteri ceruix à cæterarum fœminarum matrice, colloq; nihil distabat: sed in testibus discrimen erat; nã testes in hac crassiores erant, quàm in reliquis mulieribus: sed quoad situm ipsorum nullum discrimen depræhendi. Peni scrotum contiguum non erat, imo vero scroto prorsus carebat: & duobus musculis præditus erat huius fœminæ penis, non quatuor, vt in maribus perfectis. Præterea penis huius hermaphroditi tenui pelle integebatur, nullum aderat præputiũ, sed duo spongiosa corpora, per quæ duæ arteriæ ferebantur, ab illis ortæ, quæ ad vesicã tendebant. Atq; hæc sint satis de Hermaphrodito, quẽ mortuum secui. Duos deinde Hermaphroditos viuentes consideraui, in quibus alter mas, fœmina altera erat (dicuntur autem à superabundanti vel mares, vel fœmine, vt vel plantandis hominibus, vel homini suscipiendo sunt aptiores, vel aptiores creduntur) Fœmina erat æthiopica mulier earum, quas cingaras appellant Longobardi. hæc neque agere, neque pati cõmode poterat; nam vterque sexus imperfectus illi cõtigerat suo magno malo; penis namque minimi digiti longitudinem, crassitiemq; non excedebat; uuluę autem foramen adeo angustum erat, vt minimi digiti apicẽ vix intrommitteret. optabat misera, vt hunc illi penem ferro

Fœmina androgyna secta quid rarum.

Hermaphroditus quomodo dicatur mas aut fœmina.

Cingara hermaphrodita uiuente quid rarum.

ferro euellerem, quippe qui sibi impedimento esse diceret, dum cum viro coire exoptabat. optabat etiam, ut vuluæ foramen illi amplificarem, vt viro ferendo idonea esset. Ego vero, qui horum vasorum discrimen intueri sæpius cupiebam; verbis detinui. Non.n. sum ausus aggreddi illius cupiditati satisfacere; quoniam id absque vitæ discrimine fieri non posse existimabam. Hermaphroditus vir, quem viuum summa diligentia inspexi, hoc modo habebat. penis aderat cum scroto, testibusq;, sub quibus in petineo seu tauro, quo loco (inter anum scilicet, & testes) fit sectio pro extrahendo vesicæ lapide: foramen quidem perstabat in vuluæ morem, sed non penetrabat. atque hi sunt quos vidi, hermaphroditi. Sed priusquã finem huic tractatui imponam: libet recensere, quid monstrosum in muliere animaduerterim. Fœmina erat, cuius vulua ab aliarum fœminarum vuluis nihil peculiare, & diuersum habebat; & matricis colli portio prominebat, vel matricis collo simile. matrix autẽ nulla aderat in abdomine, neque vasa seminaria, neque testes. & quoties cum viro coibat (coibat autem sæpe) mirandum in modum conquerebatur.

Vir hermaphroditus quomodo haberet.

Vulua rara.

FINIS.

Venetijs in vico Sanctæ Marinæ, ex Typographia Nicolai Beuilacquæ Tridentini, Anno Christi. MDLIX.

Errata in textu sic corrigito.

Pagina. 14. linea. 4. ὀβελίαια. scribe ὀβελιαῖα.
19 lin. 21. ὀβελιαίαν, scr. ὀβελιαῖαν.
30 lin. 14. quintum scr. quartum.
37 lin. 17. optios. scr. opticos.
39 lin. 8. famulantur. scr. famulatur.
ead. lin. 11. cauias. scr. cauitas.
44 lin. 7. scultalem. scr. scutalem.
57 lin. 38. vertebra. scr. coniugatio.
58 lin. 19. illorum. scr. iliorum.
64 lin. 23. & 24. σῆθος, scr. ςῆθος.
81 lin. 21. crassassima. scr. crassissima.
83 lin. 26. ipmsu. scr. ipsum.
85 lin. 1. prima non paruus. dictio prima abũdat.
ead. lin. 6. nam exterius crassius est, latius ac depressum magis. scr. nam interius crassius est; exterius autem latius, ac depressum magis.
ead. lin. 33. quintus. scr. octauus.
104 lin. 31. συνδεμος scr. σύνδεσμος.
110 lin. 7. reicimus. scr. reijcimus & vbicũque scriptum inueneris reicio per simplex i. scr. per duplex ij.
112 lin. 4. manui scr. manus.
ead. lin. 24. præferat. scr. præseferat.
126 lin. 2. quemadmodum voluit. scr. quemadmodum voluit Gal.
138 lin. 19. a spinis extremarum dictio extremarum superest.
140 lin. 3. vitalia. scr. naturalia.
154 lin. 9. pedem. scr. pedis.
156 lin. 31. summa manu. scr. summam manũ.
167 lin. 22. axilla. scr. axillari.
170 lin. 20 lirion. scr. linon.
173 lin. 26. ad vteri dictio ad superest.
179 in inscriptione de Iecore, & venis lib. 6. scr. de corde, & arterijs lib. 7.
183 lin. 1. cranei. scr. cranij. & vbicunque scriptum inueneris craneum per e. scr. per i.
184 lin. 30. conformi. sc. retiformi.
187 lin. 11. ile. scr. ileique.
200 lin. 2. hic, dictio hic superest.
202 lin. 8. & 33. cucularem scr. cucullarem.
205 lin. 19. præstat. scr. præstant.
206 lin. 12. impartiri. scr. impertiri.
209 lin. 20. decimum. scr. decimumque.
210 lin. 16. trochantira. scr. trochantire.
217 lin. 6. beatas cœlorum mentes intuemur. scr. beatas cœlorum mentes intueamur.
218 lin. 24. paulo vlterius progreditur. oculi dimidium penes vitreũ humorem natura uuea collocauit scr. & paulo vlterius progreditur ad oculum dimidium. Penes vitreum humorem natura uueam collocauit.
ead. lin. 26. Græce latinæ. scr. Græce latinę.
219 lin. 26. se præseferat. Dictio se superest.
233 lin. 31. sint. scr. sunt.
235 lin. 3. siphae. scr. siphac.
ead. lin. 7. validæque. scr. valideq;.
236 lin. 34. sanctę. scr. sanctè.
237 lin. 34. eandem. scr. tandem.
ead. lin. 36. continentur. scr. continetur.
239 lin. 1. circumdatur. scr. circundantur.
240 lin. 3. minus. scr. magis.
ead. lin. 4. vniuntur. scr. vnitur.
244 lin. 6. caput, &c. illud, &c. superest.
250 lin. 40. medij. scr. medijs.
211 lin. 25. mareria. scr. materia.
262 lin. 15. nosce. scr. noscere.
ead. lin. 39. animanuertendis. scr. animaduertendis.

Errata in postillis sic corrigito.

Pagina. 11. postilla. 7. Hippocratis. scr. Hippocrates.
14 post 3. ὀβαλαία. scr. ὀβελιαῖα.
16 post 9. fungosæ. scr. fungosa.
23 post 14. tertius. scr. tertij.
ead. post. ult. quartus. scr. quarti.
25 post 9. capiti. scr. capitis.
49 post 6. sic. scr. sit.
50 post vltima committur. scr. committitur.
53 post 1. articulatur. scr. articulantur.
62 post 5. Florentia. scr. Florentiæ.
ead. post vlt. comparanttur. scr. comparantur.
74 post 6. Κάσπος, scr. Καρπός.
ead. post 8. quatuos. scr. quatuor.
85 post 1. prima. scr. rima.
ead. post 9. quintus. scr. octauus.
97 post 1. sesaminis. scr. sesaminorum.
ead. post 2. reposita. scr. repositu.
102 post 12. humeris. scr. humeri.
124 post 3. anatomem. scr. anatomen.
145 post vlt. in lapide. scr. lapidem.
165 post. vlt. hæmorridales. scr. hæmorroidales.
168 post 5. iecoratia. scr. iecoraria.
170 post 6. lirion. scr. linon.
209 post 4. conectitur. scr. connectantur.
210 post 4. vsus iamenti iner. scr. vsus ligamenti inter.
213 post 8. paristhimiæ. scr. paristhmiæ.
ead. post 5. glandulæ in sella sphenoidis sucipiens. scr. glandula in sella sphenoidis suscipiens.
228 post 7. suspectat. scr. suspecta.
233 post 4. lienæ. scr. liene.
239 post 12. suastantia. scr. substantia.
243 post 8. abq;. scr. absq;.
244 post vlt. collunt. scr. collum.
247 post 1. vmbilicali. scr. vmbilicalis.
251 post 10. oppsitum. scr. oppositum.
252 post 4. continebantur. scr. contineantur.
ead. post 8. decriptio singularum partium infanti. scr. descriptio singularum partium infantis.
257 post 4. constiui. scr. constitui.
264 post 3. vitti. scr. vitri.

Cætera, si qua sunt, lector non omnino oscitans per se ipse facile animaduertet, qualia sunt commata, & cola nonnulla, vel literarum inuersiones.

NOs Frater Felix Perettus de Montealto, Doct. Theol. ex Ordi. Min. Conuent. in Conuentu magnæ domus Venet. Regens, & Hæreticæ prauitatis Inquiſitor. Quia vidimus, & legimus opus quoddam Latino compilatum ſermone, de medica diſciplina tractans, cui titulus, Anathomia Do. Realdi Columbi Cremonenſis; & errorem in eo nec vllum deprendimus contra Fidem Catholicam, bonos mores, aut principes; Ideo *admittimus, &c. In quorum fidem, &c. Venet. Ex magna Domo Fratr. Min. Die xxiiij. Ianuarij.* M D LIX.

Idem Frater Felix, qui ſupra, Regens, & Inquiſitor, manu propria.



VIN CENT

IOANNIS PHILIPPI INGRASSIAE SICVLI RACHALBVTENSIS, DE TVMORIBVS PRAETER NATVRAM TOMVS PRIMVS. IN QVO GENERATIM TVMO=rum omnium Præternaturalium species: præsertimq; earum nomina & definitio=nes, atq; etiam causæ, multaq; generalia declarantur. Græciq;, & Latini, & Arabes, quatenùs ad hæc ipsa pertinet, enucleantur. Occasione sum=pta ab Auicennæ uerbis, Arabum Medicorum Principis, Tertia Fen Quarti Libri, Tractatu Primo. Cuius interim uni=uersum Primum Caput in hoc Tomo elucidatur. Reliqua in sex alijs Tomis declarabuntur: quos Elenchus pagina duodeci=ma demonstrabit.




AVTHORIS INSIGNIA.

NE quiuis alius impunè uel hic, uel usquam locorum hos septem de tumoribus præter naturam tomos, uel imprimat, uel impressos, uenales afferat: Iulij Tertij Pontificis Maximi, ac Cesareæ Maiestatis Caroli Quinti Priuilegijs cautum est per decenium, ut omnia perdat uolumina, & præ=terea .300. aureos soluat, pro quolibet uolumine. quorum duæ partes Apostolicæ Cameræ, uel Regio Fisco, Tertia Authori, Quartaq; accusatori debetur.




GALENVS
ANNO ÆTATIS 42





Omnia tuta manent: æqua perlibro bilance:
Distribuo cunctis quæ sibi conueniunt.

Iustitiam quæris? Me quæras, Desero nunquam
Deserit hæc non me: semper inesse puta.

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE DOMI-
NO. D. PETRO TOLETO, MARCHIONI VILLAE FRAN
cæ, Neapolitaniq; Regni iustissimo, nec non dignissimo Proregi, Atq;
inuictissimo Cæsareæ, & Catholicæ Maiestatis Locumte-
nenti, Ioannes Philippus Ingrassias, Siculus.
Rachalbutensis Salutem.

QVOT *Hominum tyrannica pernicies, acerbaq; (familiaris tamen ac stipẽdio conuocata) lues multis abhinc annis exorta nostram ad ætatem usq; peruenerit (Excellẽtissime Principum omnium Coryphæe, ac uerè Monarcha) ob nimiam, quam addicti, inconsultiq; Medici, & præsertim Chirurgi, Barbaris, corruptisq;, ac mirum in modum deprauatis caudicibus fidem adhibuerunt: Cùm regredi mortuis iustitiam ab Excellentia tua, contra Medicos petituris permissum non sit: Ex ijs tamen, quæ dicenda, hoc in libro proponentur, promptissimè liquebit. In primis enim etiamsi plures hodie priscam, & perpetuò uenerandam Hippocratis, Galeniq;, blattis iam, tineisq; derosam*
10 *Medicinam suscitantes, atq; è tenebris in lucem reuocantes doctissimi, & utrumq; idioma callentes Medici omnibus neruis propalare conantur: Haudquaq; nihilominùs durissimæ ceruicis, & refractariæ Mineruæ homines desunt, Quos non modò Aesculapius, sed ne Musarum quidem pater, unà cum Pegasidibus ab incurabili stultitiæ morbo, callosoq; iam animi scirrho curare unq; potuerint, Tyrannico tamen aspectu, ac perfricta medius fidiùs fronte, usq; adeò non Auicennam modò Barbarorum non iniuria Principem, sed Razem quoq; maximum expertorem ab ipsis nuncupatum, diuinumq;, & Euangelistam (prout nonnulli uo-*

cant) Mesuem, Quodq; peius est, Dinulum, Gentilem, Forliuiensem, Matthæum à Gradibus, Atq; (ut summatim deniq; perstrinxerimus) cunctos Barbarorum, tametsi ineptissimos interpretes, tanq; orthodoxos, omnisq; uel q̃minimi erroris penitùs expertes ad usq; sydera, summis encomijs extollunt: ut repertis iam, uel (rectiùs dixerim) post tot, tantasq; ærumnas, inuentis quidem saluberrimis, concoctuq; facillimis frugibus, malint nihilominùs adhùc in insalubriũ, durissimorũq;, & coctioni rebellium glãdium usu, porcorum instar, grunniendo consenescere. Adeò ut pluribus morbis (quorum non dico substantiam, speciesq;, ac symptomata, & sedem affectam, sed in primis nomen ipsum ignorant) aduersissima, & prorsùs insaluberrima indies, ad lethum usq;, medicamenta tùm interiùs, tùm exteriùs admoueant. Publiceq; interim in scholis horum nonnulli discipulos erudientes, uel (si exquisitiùs loqui tentauerimus) illos, more suo, rudere docentes, mali corui mala quoq; (ut in prouerbio dicitur) oua passim producere enitantur. Garrientes interim, dicentesq; in nullis Auicennam ab Hippocratis, Galeniq; methodis, simplicibus'ue, aut compositis medicamentis, quemadmodum neq; in Anatomicis administrationibus uarium extitisse. Quanuis intereà magis & à uero, & à Medicinæ fundatoribus uarium ipsimet suis ineptissimis expositionibus, uel (ut rectiùs dixerim) confusionibus reddant. Quod si alicubi diuersum esse sorte quadam offenderimus, Non sine ualidissima ratione factum id esse opinantur. Placuit enim Principi, & quidem seriò contradicere. Absit ergo (aiunt) ab auribus nostris quempiam illi uel minimũ errorem impingere. Sed quis est (cristam deinde tollentes inquiunt) qui Principis nostri erratum uel per somnium indigitare queat? Multi enim audacter, osceq; loquentes Arabum expertissimam academiam uituperant, ac tanq; innumeris erroribus saburratam abhorrent: Velimus tamen ut unam, uel duas saltem nobis interdùm falsitates, in tam ueridico Medicorum Principe indigitarent. Sic enim illis, suoq; Galeno palmam exhiberemus: Omissisq; Arabum, et horum intempretum liminibus, Græcorum uestigia sequeremur. Atqui (syncrusio risu adiungunt) idipsum nobis mirum in modum, oppidoq; displicet: Quoniã hi Principem Medicorum Auicennam, Razem, Serapionem, Mesuem, aliosq; Arabes nauscant: Demptis tamen Barbaris, nesciunt suo cum nugiuendo Galeno, siue (ut malunt) Galieno simplex clysterium ordinare. Sicq; corridentes, uel potiùs corrudentes, alto celeusmate sibi ipsis inuicem applaudunt, Galenum suis cum asseclis quotidie floccipendentes, atq; tetrico demùm uultu concludunt, Quid nobis cum nugigerulo, fabulatoreq; Galeno? Quod medicamentum ægrotis eo docente præcipiemus? Nihil enim præter Mesuæ antidota passim usurpantes Medicos practicos aspeximus. Intantùm igitur eius uiri, cæterorumq; Arabum compositiones extollunt: ut si quispiam Galeni, Pauli'ue, Oribasij, uel Celsi, aut cuiusuis antiquioris tùm Græci, tùm Latini quapiam uti medicaminis compositione malit, hunc tanq; delirum, & à recto declinantem uehementer increpent. Etiam si ex illorum fortassis imitatione salutem, ex Barbarorum uerò sequela interitum succedere manifestissimè cõspiceret. Quinimmò (si exquisitiùs & abiecta larua perlibrarimus) quanq; ab Auicenna uocato, cæterisq; antiquioribus Arabibus ipsemet Mesuas, & reliqui omnes Barbarolatini, quos uulgò practicos uocant, à Galeno Medicorum primo, post Hippocratem, spirarcho, alijsq; Græcis (pluribus interim, quod peius est, interpositis mendis, & periculosissimis uitæ humanæ deprauationibus) transcripserunt. Hi tamen Barbaro tanq; (ut aiunt Euangelistæ primam componendi

nendi gloriam temerè præbent. Innumeraq́; deinceps usq;adeò nefanda connectunt: ut in memoriam ea reuocans, erodi uiscera uel inuitus sentiam. Vtinam uerò & hos, quos inse= qui gloriantur, Barbaros intelligerent. In quamplurimis.n.aliud nil, q̃; Galeni exactissimas leges illi uoluerunt, à quo transcripsisse credebant. Hi tamen interpretis nomine gloriati ua riasq; interim sibi chimæras depingentes, innumera passim nec uera, nec Authoris menti con= formia phantasmata, absq; ullo dicendi scopo, ebriorum, & in tenebris palpantium ritu, aceruant. Perindè ut ijs perpensis, quæ declaranda hic sunt, compertissimum fiet; plu= riesq; Chirurgorum (ut existimant) proton Dinutium, cui tantùm temeriter tribuunt, ad lapidem offendere inuenimus. Sic enim diminutiuè Dinutium, Dinellum'ue, aut Dinulum nũ cupasse nobis placuit: Quoniam iuuenculus adhùc, & qui unico duntaxat anno Medicinæ incubuerat, Neq; dum doctoris insignia meritus, nisi postq̃; alios deinde quatuor annos stu duerit (prout ipsemet [a] confessus est) quùm totam tertiam (de tumoribus uidelicet) Fen, tra ctatum'ue, & magnam quoq; quartæ partem exponere conatus est. Vt hinc facilè uel cæci conspiciant morionum Chirurgiculorum fatuitates, qui talem uirum, taliaq́; scribentem per= fricta fronte usq;adeò extollunt, ut Galeni, & Hippocratis quoq; nedùm aliorum priscorũ authoritati præponant. Ex altero autem latere q̃;plurimos adeò Galeni, Pauliq́;, ac cæte= rorum omnium Græcorum, nedùm Hippocratis, monumenta extollentes offendimus: ut non minùs, q̃; euangelica dicta ab omnipotentissimo, sapientissimoq́; Redemptore nostro, ip= saq; (ut breuiter dixerim) summa ueritate prolata reputent. Quinimmò potiùs in Euangelicis monumentis, q̃; in Græcorum, præsertimq; Galeni dogmatibus quidpiam ueritati dissonum reperiri, suis insanis auribus percipere sustulerint. Cùm tamen addictos esse non semel Ga lenus [b] reprobarit. Vt qui tametsi Hippocrati deditissimus esset, Hippocraticum tamen se di ci minimè sufferebat. Hominesq; adeò ad hallucinandum promptos, atq; natura pro cliues de= terminauit. [c] Vt quiuis ab errore liber, immunisq́; sit: diuinus potiùs, q̃; humanus reputan= dus omninò fuerit. NOS autem qui ad nullius uerba, Galeni quoq; instar (si murem li= cet elephanto conferre) iurati sumus: & si maxima ex parte Galenum, ipsiusq́; interpre= tatione Hippocratem sectamur. Quippe idipsum nonnisi quia horum dogmata tùm rationi conformiora, tùm à contradictionibus, calumnijsq; remotiora existunt. Perindè atq; Aristo telis quoq; monumenta cum Alexandro Auerrhoes [d] extitisse (abiectis reliquorum omnium decretis) comprobauit. Ex quo non temerè quemadmodum Aristoteles philosophorum, post Platonem, Spirarchus: Ita etiam Galenus medicorum non iniuria, post Hippocratem, Co= ryphæus, nominandi ueniunt. Veritate nihilominùs (pro cuius defensione, propria quoq;, ips sius met Philosophi [e] testimonio, impugnare licet (uel Hippocrati, uel Galeno manifestiùs refragante, In ijs quidem, quæ per semetipsa intantùm liquent, ut ab omnibus etiam Medi= cinæ candidatis, deducto quouis animum obtenebrante liuore, iudicari facillimè queant: Non Arabes modò, uerùm illos quoq; primos Medicinæ parentes tametsi rarissimè cõtinget) reue lata fronte, præsentiq; animo postergabimus. In ijs inq;, quæ per semetipsa liquent. In arduis n. abstrusisq; sententijs, nostræ potiùs ignorãtiæ, intellectusq́; caligini, & imbecillitati attri= buemus, q̃; tantos condemnare uiros, Pandeleti more, audeamus. IMPOSITO igitur nostris humeris, licet indignis, ab Excellentia tua utriusq; medicinæ, hoc in publico Neapolitano Stu= dio, tùm Theoricæ, tùm Practicæ (ut uocant) partis onere: Hortanteq́; deinceps, & ue=

a 4ª. 4ª. in fi ne expõnis suæ.

b Vt colligitur li bello de libris proprijs cap. 2. cõtra Martialiũ, & uide libello de facultatũ na= turaliũ substãtia circa medium.

c Vt p°. lib. Ia= trapologiæ no= stræ uersus fi= nẽ, pluribus au= thoritatibus ostẽ sum est.

d 2. cœli. cõ. p°. et. 12. meta. 18.

e p¹. Ethicorum 17°.

luti calcaribus irritante tuo Medicorum omnium huiusce temporis coryphæo; MARINO SPINELLO, *Rarissimo inq; Naturæ miraculo. Cui quidem non temerè Excellentia tua, uniuersáq; huius Regni nobilitas longè magis, q; Aesculapio, innumeris, admirandisq; experimentis commota confidit. Quò ueritas in omnibus ferè, quæcunq; ad Medicum spectant, pro imbecillimis nostris uiribus, nostræq; scientiolæ mensura, elucescat. (Omissa interim cuiuslibet uel Græci, uel Latini, aut Barbari affectione, liuoreq;) & ineptissimis inde, ignauissimisq; morionibus respondeamus, & innumeras insimul miserculis ingenijs errandi occasiones, & cum quotidiano mortalium periculo præsumptiones deleamus: Auicennæ priùs, quem Barbari suum ueluti Principem non temerè uenerantur (Maior enim inter Arabum monumenta in huius operibus doctrina reperitur) caliginem elucidare, Barbaróq; sub cortice dulcissimos interdùm nucleos emedullare, nec non plurimos errores detegere decreuimus, tametsi non ingenij semper, doctrinæ ue defectu: Sed magna ex parte traducentium è Græco in Arabicum, aut ex Arabico rursùs in Latinum fortassis corruptione, ac uitio contingerent. E quibus quidem rudis, indigestæq; interpretum molis fatuitates euestigiò per semetipsas elucescent. Atq; in ijs præsertim, quæ Chirurgi multis abhinc annis uelut sui muneris propria, ob multorum Physicorum imperfectionem, rapta possessione usurparunt. In ijs inq; præ cæteris insudasse certum est, primitusq; commentaria propalare, tùm quia plures longè in ijs, tertia scilicet, quarta, & quæ uerè Chirurgorum, ut uidebimus, aliasq; [f] prædiximus, est quinta Fen uocata, & errores, & obscuritates passim obseruantur: tùm quia tumorum, uulnerumq;, & ulcerum, nec non fracturarum, & deniq; luxationum elucidationes Excellentiæ tuæ perfectum Chirurgum (cui iam dimissa penitùs horum curatio fuit) exoptanti gratiores fore nobis retulerunt. Vbi quidem perfectissimos iam uocatos Physicos,* DEI *Optimi Maximi munere, gratia ue obtinuit. Quanq; suis interim laudibus defraudare Neapolim uiderer, Nisi plures me Hercle tam doctrina, q; experientia celeberrimos eam obtinuisse confiterer. Ab horum itaq; commentariorum lucubrationibus exordiendum omninò duximus. A tumoribus præter naturam, præ cæteris assumpto initio. Quorum elucidatio maximum (ut spero) morborum numerum, cumulum ue tam simplicium, q; compositorum amplectetur. Quoniam ex triplici (ut uidebimus [g]) morborum genere tumor ipse præter naturam compositus est. Eoq; promptiùs ad huiuscemodi tractationem conuertar, quia tertiam hanc quarti libri Fen tractatum ue magnum de præter naturam tumoribus tractantem stipendio conducti Chirurgi, Neapolitano in studio, publicè quotannis interpretari consueuerunt. Vt ex nostris ijs laboribus chirurgicam partem decenter, & exquisitè profiteri cupientibus ueluti Ianua quædam reseretur. Vnde totius quidem domus illuminatio resultat. Mox uerò deindè, si & Excellentiæ tuæ priùs, & posteà legentibus nonnihil gratitudinis præseferre cognouerimus, obtenta Summi Redemptoris gratia, reliqua in lucem ædere accingemur. Hippocratem intereà, Galenúq; insimul, nec non Paulum, & Aetium, cæterosq; non Græcos modò, sed Romanos etiam, quin & Arabes Barbaros ue plurimos, ubi difficultas occurret, enarrantes: Siq; nonnihil suspectum interciderit, alacri fronte, præsentiq; animo, pro ueritatis amore, pernotantes. Quod si malè ad nos horum quispiam conuersus sit: uel fortè sibimet ipsi alicubi aduersus extitisse apparuerit, uel alteri fortassis authori, siue sua sponte, siue præter intentionem contradixisse inuenietur:*

[f] lib. 2. Iatrapologiæ. cap. 5.

[g] Infra fol. 18. lin. 8. & 71. 33. 72. 40. 75. 85.

nietur: Traductiones corrigere pro uiribus enitemur, contradictiones uerò siquidem sedari poterunt, conciliabimus: sin autem nequeunt, potiore semper, ac rationi conformiore selecta, reliquam condemnabimus. Sed ne præternaturalium quidem tantummodò tumorum cognitio simpliciter disquiretur: At propè omnium morborum, quatenùs uidelicet aliquo modo tumoribus adnecti solent. Quibus porrò cognitis, ad curationem quoq; accingemur. Adeò ut cuncta comprehendens liber hic, TVMORIS quoq; naturam præseferat.

VERVM enimuerò ni sibi potentissimũ defensorem, Tutanum'ue impetrarit, ab innumeris Philippomastigibus usq;adeò nõ leui quidẽ rabie mordebitur: ut longè plura stigmata recepturus sit, q̃ literulas offeret. Nanq; si Iatrapologiæ tribus abhinc annis in lucem æditæ illu-
10 strissimum dominum Ioannem à Vigintimilijs Heroem proculdubio non satis à nobis laudatum, ueluti patronũ, fautoremq́; inuocauimus: Vbi aduersùm triuiales quósdam chirurgiculos, rudesq́; duodecim numero mediculos disputabamus: Quid in hac multò maiori prouincia nostris humeris ultra uires imposita quæsimus agendum? Cùm & Arabum Principem, & innumeros ferè famosissimos eius interpretes: Quin & Serapionem aliquandò, & Razem, Hali Abbatem, Albucasim, Mesuem, ac demùm cunctos ex Barbarica secta Medicos, tam priscos, q̃ recentiores, in q̃pluribus turpiter defecisse contendamus? Immò & nõ nunq̃ Celsum, ac Plinium maximæ notæ uiros, aliosq́; interdùm uel Latinos, uel etiã Græcos obelisco pernotare certum sit. Adeò ut nec ipsi, quem anteà Medicorum, excepto Hippocrate, Coryphæum nominauimus, Galeno parcentes, dicamq́; uel inuitus neq; nostro philo-
20 sophantium Medicorum protoplasto Hippocrati, ubi fortassis occurret, indulgentes, nedùm Paulo, Aetioq́;, aut Oribasio, uel Philotheo, seu demùm cuiuis eiusdem idiomatis, & sectæ alumno: Veritatem præponere, quibuslibet horùm inuitis enitendum perpetuò decretum sit. Idipsum uerò tametsi maximum (ut uidetur) pondus idcircò facillimè, atq; alacriter portare, quodq́; uestigamus assequi speramus, quoniam omni semoto liuore, animiq́; affectu singula disquirimus: nil aliud præter ueritatem exoptantes. Quam ob rem DEI Optimi Maximi, nostriq́; dulcissimi Redemptoris IESV CHRISTI adiutricem manum firmissimo corde speramus, illiusq́; gratiæ in omnibus maximè confidimus. At nostrum propositum exequamur. uidelicet ut communem scribentium consuetudinem q̃libentissimè sectantes, ualentissimi cuiuspiam, inuictissimiq́; Herois nomen contra susurrones, inuidosq́; nasutu-
30 los, ab operis initio, tanq̃ perpetuum Tutanum inuocemus. Quò igitur hi famosissimi celeberrimiq́; doctores, & maximæ olim in toto ferè orbe authoritatis illis rudibus, ignauisq́; mediculis, aduersùm quos Iatrapologia loquebatur, longè præstantiores, & excellẽtiores sunt: Eò & multò potentiore Monarcha, fautoreq́; Principe indigemus. Quiquidem ut constantissimus æqui distributor uirtutibus, doctrinæq́;, & ueritati astipulans, fauensq́;, & uitijs, & ignorantiæ, falsitatiq́; perpetim Herculeis uiribus aduersetur. In hoc autem ipso genere, Teduntaxat unicum uerè Principum exemplar inueniri Phœbo clarius est: Vniuersoq́; ferè orbi adeò pernotum, ut à me lucidius fieri non queat. Inquit uerò Peripateticorum spirarchus:[b] Excellentissima uirtutum uidetur esse legitima iustitia, atq; (ut Euripides asserit) neq; Hesperus, neq; Lucifer ita mirabilis. Et prouerbio dicere consueuimus {Iustitia in sese uirtutes
40 continet omnes} Atq; perfecta maximè uirtus est: quia perfectæ uirtutis est usus. Idq́; est ex eo, quia non ad se solum (ad quem, prout aliàs[i] inquit, nec iniustitia esse queat: cum ne-

mo

b 6'. Ethic. 3°.

i Ibidẽ cap. 10.

mo ſibi ipſi nocere uelit) ſed ad alium etiam is, qui ipſam quidem habet, uti uirtute poteſt. Complures enim in proprijs uti poſſunt: ſed in his quæ ſunt ad alium, nequeunt. Et propterea Biantis Prienæi ſententia benè ſeſe habere uidetur { Magiſtratus uirum oſtendit. } Ad alium enim eſt, & in ſocietate iam ipſe magiſtratus conſiſtit. Quæ autem maior (quilibet quæſo reſpondeat) hoc in Regno inuenta eſt unq̃; ea, quæ hodie in Rhamnuſio TOLETO Iuſtitia, omnigenáq; uirtus, ac prudentia reperitur? Vt non temerè TOLETVM quaſi tollens auferens'ue letum, hoc eſt ipſam mortem, & quicquid letum, hoc eſt (Priſciano erudiente) deletum iam erat extollens. Cùm omnis ferè uirtus, ante tuum aduentum, deleta fuerit: Neapoliſq; (ut cuiq; compertum eſt) non aliud, q̃; lucus exulibus, ac prædonibus uelut i pernicioſis quibuſdam feris undiq; refertus fuerit. Quid uerò aliud mortis cauſa magis 10 eſt tùm animæ, tùm corporis, q̃; Iuſtitiæ abſentia? Contrà uerò quid uitæ magis & animæ, & corporis, & cuiuſuis reipublicæ præſtantior cauſa eſt, q̃; ipſa (cuius pater, & filius es) Iuſtitia? Cuius quidem ui cunctas, quæ deletæ iam erant, uirtutes in lucem reuocaſti. Haud enim Aegyptiorum quidem rex Bocchyris, uel Manium (ut Poetæ, ob iuſtitiæ excellentiã, fingunt) iudices Rhadamanthus, Aeacus'ue, aut Cretenſis Minos ita ex æquo partiebant, quin interdùm aliqua foret ſtrangulatio. Siquidem præteritis temporibus Satyrici carmen uerum eſſe hoc in Regno, præſertimq; in urbe Neapoli compertum erat { Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas. } Nunc uerò, ubi ſcilicet regere Biante Prienenſi iudicando præſtantior excellentia tua incepit, cuiq; quod ſuum eſt diſtribuitur. Vt nullus modò interſit, qui uel ad teipſum, quia minùs attentè alicuius cauſam intellexeris, uel ad alium dignè prouocare queat Macheta. Quemadmodum Philippo Lacedemoniorum regi Machetæ ius negligentiùs audienti contigit. Vltra quam, perindè ac Numæ Pompilio religione præponeris: Ita & 20 Ariſtidem incorruptione mirabiliter excellis. Qua de re mirum non eſt, ſi DIVVS CAROLVS CAESAR Imperatorum coryphæus non minùs tibi, q̃; ſibimetipſi confidat: Ampliſſimam deniq; poteſtatem, ſumma liberalitate præbens: Quam (ut opinor) aliorum nulli unq̃; præbuerit. At quis eſſet diuino potius, q̃; humano ſpiritu afflatus CAESAR: Qui alium, q̃; è Regia proculdubiò ſtirpe natum PETRVM TOLETVM eligeret? Petrus enim es ſuper quàm certè petram DEVS Optimus Maximus iuſtè regendi, gubernandíq;, ac ipſius (ut uno uerbo dixerim) ſanctiſſimæ Iuſtitiæ unicũ noſtro æuo exẽplar ædificare uoluit. Exẽplar inq̃: Etenim poſtq̃; tu Prorex, Cæſariſq; locũ tenẽs annis ab hinc 30 uiginti Neapolim appuliſti, In reliquis Maximi Caroli prouincijs, ac Regnis tuã cæteri Gubernatores Iuſtitiã æmulari paulatim exorſi ſunt. Miſſa nihilominùs interim ſacimus infinita ferè hoc in Regno, præſertimq; Neapoli, ac per te renouatis iã Puteolis bona tuo munere confecta. Quot inq̃; caſtra, Muros, Aggeres, ſacra Templa & Hoſpitia, ordine tuo condita: Itemq; Aquæductus, Fontes, plurimáq; ædificia. Vt ſtratum quoq; nuper utrinq; uarijs ædificijs ornatum, quia primam te præcipiente originem ſumpſit, TOLETI nomine TOLETANVM, communiſſima omnium uoce, uel TOLETVM, nuncupetur. Sed quid de iam extinctis per te pluribus Neapoli aſſiduam ferè peſtem inducentibus paludibus, uiarumq; multarum refectione, ac ſtratorum continuo apparatu dixerim? Cùm ne minimam quidem partem in Italia Traianus Imperator (uel Galeno teſte) refecerit. Vt qui obſcuriſ- 40 ſimæ ſpeluncæ inſtar, perforatum à Cocceio (prout nonnulli uolunt) Architecto Pauſilypi

montem

montem (nonnulli crittam uocant) aliquatenùs uel dilatare, uel quopiam ſpiraculo illumi-nare non aduertit. Quem tamen ALFONSVS PRIMVS Neapolitanorum Rex qua-dantenùs ampliare aggreſſus, dirutis interim anguſtis tam ingreſſus, q; egreſſus extremis oris, ab obſcuriſſimis tamen liberare tenebris, & hinc & inde pertranſeuntium ſiue homi num, ſiue equorum, aut curruum confuſione haud potuit. Tu uerò demùm uſq; adeò, non dila taſti modò, ſed altè confoſſum exquiſitè colluſtraſti. Vt abſq; luminaribus totum percurrere nullibì quidem offenſus unuſquiſq; ualeat. Sed quis eſt, qui cuncta quidem, quæ per te hoc in Regno, nedùm alijs in locis, bona humanum genus lucratum ſit, non dico in parua Epiſtola, quam nunc intendimus, ſed ne in maximo quidem uolumine comprehendere poſſet? Satius er go fuerit, induſtriusq; ab illis abſtinere, q; ineptiſſimis noſtris definitionibus rem lucidiſſi-mam perturbare. Ad id nihilominùs reuertendum omninò duximus, unde ſermo progreſſus eſt. Quoniam ſcilicet non ſecùs ac perlongam Pauſilypi ſpeluncam uſq; adeò perluſtraſti: ut abſq; facium, uel cuiuſuis luminarium præſidio, tutus quilibet per eam incedere queat: Ita Neapolim ueluti quandam anteà ſpeluncam, uenenatis quidem pluribus feris completam, in-tantùm ad uiuum uſq; confodiens, reſecăſq; expurgaſti, tùm Iuſtitia, tùm omnigena deinceps uirtute, publiciſq; ſtudijs, rediuiuis iam opera tua redditis, colluſtraſti. Vt non interdiù modò, ſed noctù quoq; tutiſſimi per urbē probi uiri ſpatiētur. Quibus de cauſis rurſùm TOLETVM Exemplar, hoc eſt tollens letū, mortem'ue diceris, quia immortalis iam ob admirāda geſta tua redditus es. Te igitur DIVI CAESARIS Locumtenentem uelut candidiſſimum priùs, iuſtitiaq; met ipſa iuſtiorem: Dein data pro nobis (quemadmodum ſperamus) ſententia, in tam ardua quidem, aduerſus tot, tantoſq; uiros lite, haud leui iurgio. Vt inuictiſſimum acer-rimumq;, huiuſce (licet tanto Heroe indigni) opuſculi Tutanum elegimus. Electoq; ipſum inſcribimus, & penitùs ac toto pectore deuouemus. Tibiq; munuſculum id, q̄uis minimum, tuo interim nomine ſouendum dedicamus: Haud ignari quidem tui duntaxat nominis ui roboratum, comburentiſſimo igni, nedùm mordacibus obtrectatorum lin-guis obſtaturum. Vale igitur & obnoxium, deditiſſimumq; ſeruū tuum Philippum, perindè atq; conſueuiſti, ab inuidis & ini-quis aduerſantibus, tuo potentiſſimo, iuſtiſſimoq; brachio defendas. Iterumq; ac perpetuò Vale.

Datum Neapoli. ſexto Idus Aprilis M. D. LII.



Inuidus, aut stultus, si mastix dicier horres:
Desine, qui nasum Rhinocerotis habes.
Arte homines uiuunt: cuncti ratione ligantur.
Si ars, ratio desunt, Gerrule quid loqueris?
Quid prodest naso statim suspendere adunco
Quæ nondum nosti, sed neq; nosse uales?
Ergo adsit ratio, uel quod mordere tyranni
Audes ritu, saltem indigitare uelis.

IOANNES BENEDICTVS CHARERIVS LOCRENSIS AD LECTOREM IN TOTVM OPVS QVASI ARGVMENTVM.

Quicquid docta cohors Argiuum, Arabúq; caterua,
Et Latij rectè scripsere in Apollinis arte,
Doctorum hìc Princeps, Diuinus mente Philippus
Perstringit: Soluit nodos: Velata reuelat:
Illos, dum possunt, concordi fœdere nectit:
Cum nequeunt, Veri non ulli parcit amore.
Cumq; tumor libro titulus sit, cuncta uidebis
Morborum signa, & causas, ac nomina, curas,
Anatomen quoq; nec multis, Adeóq; disertè,
Addere ne possis quicquam, seu carpere iustè.
Cedant ergo, Cous, paritérq; Galenus, & omnes:
Nanq; opus exactè nunc tractans omnia, fulget.
Non igitur nummis parcendum, docta Iuuentus:
Fœnus erit precio: uenales ponite uestes:
Grammaticus, Logicus, Physicus, Diuinus & ipse
Accipiant: nam dic quem non sine fine iuuabit?
Heros quisq; simul, uitam cui cura tuendi:
Dira uenena liber nosse, & curare docebit.

DE TVM. PRAET. NAT. TOMI SEPTEM. QVORVM

PRIMVS est, in quo declaratur primum caput tertiæ Fen quarti Auicennæ. Id quod idcircò fecimus, ut non Græcos modò, sed Arabes etiam, pro uario studentium ap petitu, enarremus. Etenim quandoq; stultus olitor ue ualdè opportuna locutus est. Itemq; ut nulli nos addictos esse propalemus. Haud.n. Auicennæ literam, Triuialium interpretum ritu exponere tentabimus. Distinguetur autem id primum caput in quatuordecim textus, siue dixisse mauis, sectiones: Ita & illis respondentia commenta. In quorum primo generatim repetitis ijs, quæ in primo libro Princeps de apostematibus, tumoribus ue præter naturam prædixerat: Quæstionem de causa continẽte adiunximus. ut eam inuenire in singulis tumoribus queamus. In secũdo uberrimè in memoriam rursùs reuocatis, et qdẽ specialius his, quæ in primo libro dicta iã à Principe fuerant: tumores oẽs percurrimus, singulorũ materias disq̃rẽtes, atq; unà Galeni libellũ cui titulus inest, de tumoribus præter naturã, exponentes: ad calidum uel non calidũ singulos reduximus. In tertio cõmento humores oẽs, tã naturales, q̃ nõnaturales, eorũq; gñones oñdemus. In ultimo aũt, q̃ numero quartusdecimus est, doloris causas (præter cõtextus interpretationẽ) iuxta Galeni sententiã uestigabimus, atq; unà plures dubitationes ad dolorẽ pertinẽtes enodabimus. In reliq̃s uerò hũc præcedẽtibus cõmẽtis, plurima et qdẽ opportuna, quæ ad textus declarationẽ pertinẽt, elucidabimus. Atq; hæc in primo Tomo.

SECVNDVS Tomus erit, ĩ quo secũdũ Auic. caput, ad calcẽ usq; primi Tractat9 enucleabim9. Vbi de tumorib9 præter nãz apostematibus ue calidis unà cũ Prĩcipe pertractatur.

TERTIVS Tomus erit, in quo totum secundum Auicennæ tractatum, de tumoribus. s. apostematibus ue frigidis, & tertiũ quoq; de lepra, quæ à Græcis elephantiasis dicitur, loquentem exponemus: Morem intereà nostrũ in hoc, & alijs obseruantes. Vt uidelicet non Auicennãm (quemadmodum nonnulli rudes opinantur) interpretari puerulis intẽdamus: sed omnes insimul, quos uidisse licuit, Græcos, Latinosq;, et Arabes in examen reduxerimus. Veritatem perpetuò ueluti primum scopum intendentes.

QVARTVS Tomus erit, in quo reliquos oẽs tumores tã extrinsecos uel à Principe, atq; ipso etiã Galeno omissos, q̃ intrinsecos, suis cũ notis, atq; etiã curatione percurremus. Febrẽ intereà plurimosq; alios morbos, q̃ tumoribus adiungi consueuerũt, non definientes modò, sed exquisitè suis cũ symptomatibus curantes. Quo itidem in loco de uenenis etiã, uenenatorumq; animaliũ demorsu pertractabimus. quatenùs uidelicet tumorũ quoq; causæ fieri solẽt.

QVINTVS Tomus erit, in quo de uulneribus, ulceribusq; loquentes, ut quæ maxima ex parte à tumoribus minimè absoluũtur, quartã intereà libri etiã quarti Fen elucidabimus.

SEXTVS Tomus erit, in quo luxationes, & fracturas, earumq; curationes (ut in quibus tumores fiunt) ostendemus. Interim quintam Fen quarti libri exponentes. Vbi & fascias quoq;, ligaturasq; & instrumenta declarabimus.

SEPTIMVS Demùm Tomus erit, in quo tam pro tumorũ, q̃ pro uulnerũ, & ulcerũ curatione, uerã chirurgiam docebimus: Anatomicas interim necessarias administrationes et usus non exteriorum tantummodò, sed interiorum quoq; omnium breui compendio declarãtes.

QVIBVS Tandem expeditis, ad Artis Medicæ, nec non Aphorismorum tandiù tritas, ultraq; nonum annum pressas lucubrationes, ut in lucẽ ædantur, accingemur. Si tamen Deo Optimo Maximo placuerit.

PHILIPPVS INGRASSIAS SVIS DISCIPVLIS SALVTEM SEMPITERNAM.

EFFLAGITASTIS Filij charissimi, quotidianis ferè conuicijs, ut Primum Tomum nostrarum lucubrationum, de Tumoribus præter naturam (quem non ob aliud, nisi ob uestram omnium utilitatē imprimendum curauimus) ad umbilicum reduxerimus. Cùm tertium iam annum aggrediamur, à die, quo typographis, ut in lucem ædatur, præbuimus. Verùm haud nostra tantummodò culpa res intantùm delata est, sed Impressorum quoq;. Primo enim calcographo uerba nobis, pro imprimendis chartis, indies reddente, ac semper tanq̃; exquisitissimo decoctore nobis procrastinante, maxima cum difficultate ad trigesimum secundum, supra centesimum folium peruenimus. Adeò ut imprimendi typi ferè consumpti fuerint. Id quod ex sequentibus, scilicet centesimi trigesimitertij, characteribus facillimè iudicari potest. Illo enim officinæ impressoriæ domino ad decoctionis extremum reducto (cuius nomen, honestatis causa, omittimus) ad aliū oportuit cōfugere, ac nouos deindè typos effingere. Qua de re longum tempus intercessit. Fuit autem hic (ut scitis) Matthæus Cancer: uir certè, ob raram uirtutem, omni laude, ac honore dignus: pariterq́; eius officinæ gubernator Thomas Riccionus, solertissimus quidem typographus, ac uir me hercle usq; adeò industrius, ingenioq́; pollens, ut non typos ordinare modò, sed quodcunq; uoluerit opus manibus perficere aptissimus sit. Nihilominùs tamen multis deinde causis impediti nos, tam scilicet publicis lectionibus, q̃; ægrotantium uagitibus, anatomicisq́; suo tempore administrationibus: aliàs autem æstiuo calore, atq; nonnullis interdùm familiaribus negotijs occupati, uix folium singulo mense imprimendum porrigere potuimus (Hanc enim ob causam Neapoli potiùs, q̃; alibi ædendum curauimus) Quoniam uerò ab expletis ordinarijs lectionibus (quibus impræsentiarum, pro aphorismorum interpretatione, occupamur) mense, ut speramus, Iunij in Patriam nauigare certum est: Ne uestra expectatio tandiù, ad odiosam usq; famē differatur: Accipite interim PRIMI TOMI saltē dimidiū, adeò quidē, ob prædictas causas, intermissionibus impressum, correctumq́;, ac reuisum, ut à uarijs appareat typographis, quinimmò et à uarijs authoribus, cum diuerso quoq; dicendi stylo compositus. Quò possitis inter hæc plurima, quæ à me publicè legente audiueritis, exquisitiùs, atq; adamussim contemplari, Pariterq́; iudicare, an huius primi residuum, cæteriq́; sex Tomi publicandi ueniant. Quanuis enim Ego in Cathedra residens, uiuaq́; uoce uos docens, sæpenumerò uestrùm plurimos, præsertim ingeniosiores, & doctrina prouectiores iuuenes, alacri uultu admirari, & (uelut ab ore meo pendentes) magnoperè huiuscemodi lucubrationes commendare aduerterim: Noscens tamen multùm interesse, scripta in recessu, per longū otium perlibrare, ac omni semoto Præceptoris amore, uel quouis alio affectu, peregrina mēte, ac proprijs ex locis singula perpēdere: q̃; sic ueluti per transennā quē uis Doctorē alto throno residentē opera sua confidētibus iā discipulis, acutiori ex industria, rhetorū instar, tetricro etiā uultu persuadere. Plurima.n. sunt q̃ prima statim frōte perpulchra, et exactissima uidētur: Quæ nihilominùs deinde scripta, præcipueq́; impressa nullius esse mo

menti inueniuntur. Quam ob rem nunc ex scriptis, nec amplius ex uiua mea uoce desumptis, ac per multum otium, peregrina mente, atq; demorsis unguibus extusum uestrum expecto iuditium. Quò cætera quidem (si ut spero successerit) alacrius in lucem ædere accingar. Verùm id uos admonere intereà minimè grauabor. Quoniam & si de aliquo tumore loquentes plurima in nostris publicis lectionibus aliquãdo dixerimus, quùm scilicet de tumoribus præter naturam extraordinariè tractaremus, quæ in præsenti uolumine desiderabitis: In sequentibus tamẽ, locis uidelicet proprijs, inuenietis. Vbi enim opportuniùs enucleãda fore uisum est: eousq; reseruauimus. Quæ tamen à nostro è Sicilia reditu, ut sedulò uobis morem geram, absq; (si DEO Optimo Maximo placuerit:) interruptione in lucem ædenda fore, uestræ utilitatis, non gloriæ causa curabimus. Paucula interim scholia, & indicem solertissimi, nõ minùs q; ingeniosissimi nostri discipuli, Ioannis Benedicti Chareryj Locrẽsis industria collectum superadiunxisse libitum est, quo promptiùs cuncta præter laborem inuenire queatis. Valete igitur, & Philippum intereàloci uestrum ab inuidis susurronibus, delirisq; & ineptissimis Sycophantis, uel Grammaticen desiderantibus, omni semoto liuore, uel affectu, ueritatem duntaxat præserentes, Non armis quidem, uel contumelys, at ipsa doctrina, uiuisq; rationibus defendere enitamini. Datum Neapoli Quinto Idus Martij. 1552.

SCHOLIVM PRIMVM.

FOl.13. lin.14. {ubi res non postulat (ut Galeni uerbis utar) commorantes.} Verba Galeni contra ineptos interpretes, hæc sunt {χρονίζουσι δὲ οὐκ ἀναγκαίως} quod est {comorantur autem præter necessitatem} uel ut in prima æditione Cruserius uerterat {ubi res non postulat} tũc enim rectiùs interpretatus est Galeni uerba Cruserius, q; in secunda æditione: ubi ad semet Galenum potiùs, q; ad interpretes referre uerba hæc intelligit, dicẽdo. {Morari uero in ijs non est necesse, de quibus semel hic statui dicere. etc.} In eodem folio.[a] Cùm ponantur loca multa, Interpretis munus ostendentia, cum illis considera etiam, quia idem innuisse apparet Galenus. 2[i]. prognost. com. 30. in fine.

2[m].

Fol.19. & sequentibus, Græcorum ἀπόστασις, & ἀπόστημα declaratur. Pro quibus nominibus notandum est, quoniam eiusdem originis nomina sunt, separationem. s. quandam, & diuisionem unius ab altero præseferentia, παρὰ τὸ ἀφιστάναι, quod est, abscedere, segregariq;. Vnde & eadẽ ratione, apud Latinos, Abscessus dicitur à uerbo {abscedo} Sic ea Græca nomina à uerbo {ἀφίστημι} deriuãtur: quod uerbũ illis idẽ, quod nobis {abscedo} siue {segregor} præsefert. Quam ob rem in idem uenit, si apud Græcos interdùm legitur {ἀφιστάμενος} .q.d. {abscedens} quemadmodùm Sorani uerba legimus à Galeno relata. 6. de cõp. med. secundùm loca.[b] {τὰ ἀφιστάμενα οὖλα} hoc est {abscedentes gingiuas} Cornarius autem Latinè traduxit {ad disperatas per abscessum gingiuas} quò rem clariùs ostenderet. Idem quoq; significabit {ἀφεστηκός} ab eodem pariter uerbo ueniens. perindè ac ibidem, post pauca Galenus ipse ait. {οὖλα ἀφεστηκότα} que uerba idem Cornarius uertit {gingiuarum abscessus} Arabes idipsum {dubellet} nomine demonstrant.

[a] In prin°. marginis. litera A.

[b] cap. 2.

3[m].

Fol.

Fol.23.lin.5. Quùm Galeni uerba de iniqua intemperie referuntur. Sic habetur. { Qui uerò circa costas abscessus colligūtur.etc. } Græcè autē { αἱ δὲ κατὰ τὰς πλευρὰς ἀποστάσεις } quoniam igitur { πλευρὰ } non costam modò, sed latus etiam significare potest: propterea non necessariò costarum, ac per hoc ossium abscessus, eo ex loco nos colligere possumus. Verùm quia numero plurali, statimq; de thorace meminit, cùm lateris significatum generalissimum sit, aptius uidetur speciatim de costis intelligendum. Quod uerò ibidem post pauca subditur, de ossium phlegmone, pernotandum: Quùm { aliquid simile inflammationi } interpretes traducunt: Græcè in sexto methodi [c] legitur { ἀνάλογον τι φλεγμονῇ } hoc est { proportionale aliquid inflammationi } Quinto autem de composit.med.secundùm loca [d] dicitur τῇ φλεγμονῇ παραπλήσιον } quod est { inflammationi proximùm, seu uicinum } Haud uerò ineptè conuerterunt { simile } cùm & idem significare nomina hæc possint, Græci nihilominùs sermonis uim adnotasse libuit.

c cap. 5.

d cap. 4.

4m.

Fol.29.in principio. Aristotelis uerba, iuxta Theodori Gazæ traductionem retulimus, minimè interim illius defectus curantes. Cùm tunc temporis extra propositum fuerint. Ne autē aliquis, ob Gazæ traductionem, Græcè.s. Aristotelem uidens, ambigat: Aduertendum nunc est, Græcè apud Aristotelem haberi { φυμάτων, καὶ δοθιηνῶν } Theodorus autem interpretatus est { panis, & papulis } { φύματα } ergo { panos } { δοθιῆνας } uerò Latinè { papulas } conuertit. Nos autem & Hippocratis, & Galeni, atq; etiam Celsi phymata longo sermone declarauimus, dùm sextum & trigesimum tumorem elucidaremus, [e] quod nonnulli uel ex Celso Latinè tuberculum nominare consueuerunt. Differre autem à phymate panum, penès Celsum (qui φύγεθλον à phymate diuersum panum appellat) atq; ipsum quoq; Plinium, sub pani uoce tam Celsi phymata, q̄; phygethlon comprehendentem enucleauimus. Quam ob rem neq; Celsi, neq; Plinij consuetudinē seruans Theodorus, sed ne alterius quidem ullius Romani authoris, defecisse hoc in loco apparet. Græcorum autem φύγεθλον, & Latinorum panos, in declaratione tumoris trigesimi octaui uberrimè declarauimus. [f] Turpiùs uerò longè aberrat: cùm dothienē Latinè papulas interpretatus est. Plura.n.de dothienibus, Latinè quidē furūculis uerè nominandis, in declaratione tumoris trigesimiquinti prædiximus. [g] Vbi Marcellum quoq; Virgilium increpuimus, strumas interdum non modò ex Plinio, sed ex sua nonnunq̄; sententia, pro dothienibus exponentem: Simulq; à Barbaris { demenul } à quibusdam uerò carbunculum nominari ostendimus. Ex quo & carbunculi nominis æquiuocationem enodare necessum fuit. Papulas autem in declaratione tumoris uigesimi quinti, apud Celsum, eiusq; sectatores, Græcorum Lichenas: [h] apud Plinium uerò, Græcorum exanthemata calida significare demōstrauimus. His ergo exquisitè perpensis, quæ prænotatis in locis uberrimè à nobis præscripta sunt, quàm aberret hoc in loco Theodorus, uel idiotis compertum esse potest. Nos autem (ut diximus) rem obiter pertranseuntes, hæc ibi [k] uestigare non curauimus.

Cōtra Gazæ traductionem.

e A folio. 217. usq; ad foliū. 222.

f folio. 223. in fine, usq; ad foliū. 228.

g A fol. 209. in fine ad foliū usq; 217.

h fo 137.

i fol. 138. et. 139

k fol. 29. ī prin.

5m.

Fol.30.4a. { Nisi herpetem, atq; anthracem intellexisse contenderis. } Alio quopiam tumore, præter phlegmonen, & erysipelas posse cor affici Galenus dicens, frigidos uidetur insinuasse. Dictum uerò est ibi nisi contenderis Galenum, per alium à phlegmone, & erysipelate tumorem, intellexisse, uel herpetem, uel anthracem, præsertim quia Græcè habetur { πιὰ

ror} ut uertendum potiùs ſit {aut alio quopiam huiuſmodi,ſeu tali tumore} quam ob rem ui-
detur calidum,inflammatumq́; tumorem intellexiſſe. Reſtat ergo uel herpetem, uel anthracē
audire. Verùm quia herpes ex bili quidem tenuiſſima fieri ſolet,ſanguineq́; penitùs deſtituta:
In corde autem continuò ſanguis feruet,remotiſſimum uidetur ibi herpetem gigni poſſe, Mul
toq́; minùs anthracē,cùm puſtulas huiuſmodi tumor uel ab initio ſtatim apportet. quas in cor
de fieri adeò rariſſimum uidetur, ut impoſſibile potiùs reputandum ſit: etiamſi tumoris
utriusq́; principium intellexerimus. Quod autem faciliùs, ac frequentiùs, uulnerato ſcilicet
corde,contingere ſolet,uel phlegmone eſt ſimpliciter,uel eryſipelacea, uel (& hoc rariùs)
eryſipelas inflammatum: Rariſſimè autem eryſipelas ſimpliciter dictū. Quicunq; uerò ex
ijs tumor audiatur, Incipiens ſtatim animal pernecabit:neq; ad apoſtema abſceſſum'ue deue-
nire poteſt. 6m.

Ibidē.13.Razis locus corrigitur,tribusq́; rationibus ea correctio probatur. Quibus addere po
tes quartam. quoniam.ſ. ab initio ſtatim exorſus eſt {Aegritudines cordis,quas curari poſſi
bile eſt.etc.} Deinceps uerò in oppoſitum ſubdit {Apoſtema uerò, diſruptio, aut corruptio
complexionis confirmata non ſunt poſſibiles} poſſibili enim opponitur impoſſibile, ſiue non
poſſibile: Haud uerò {non facile} Comprobaturq́; idipſum deniq; ab Arabum Principe,di-
cente cōfirmatam caliditatem non recipere curam,non confirmatam uerò difficilem eſſe ad cu
rationem. Auerrhoes autem & ſi prima fronte uidetur penitùs negare,ſubdens tamen {ex-
cepto ꝙ non ſit cum apoſtemate,aut non ultimetur} in Galeni opinionem uenit: Quòd.ſ.uel
non adueniat apoſtema (largè Arabum more capiamus) aut ſi quandoq; aduenit, non ulti-
matur. Priùs enim interficiet. 7m.

Fol.42.25. {Sed hæc minùs mala eſt:q̄; anguſtia} ſic uerba Galeni tunc retulimus,prout, in
Linacri traductione legimus. Vtpote quam interpretationem non præcedentibus modò,ſed ip
ſis quoq;,ac magis,conſequentibus congruentiorem iudicauimus. Quoniam uerò Fuchſius ali
ter eū paſſum interpretatus eſt: Vt ſcilicet oppoſitum,potiùs ex Galeno collegerit: dicēs {Mi
nùs uerò hac ipſa (ſcilicet amplitudine) mala eſt anguſtia.} Ex quo non peiorem eſſe angu
ſtiam,ſed minùs malā habetur. Hāc ob cauſam hoc in ſcholio rem exquiſitiùs cōtemplabimur
Etenim alteri,quam nos inſecuti ſumus, traductioni,Copi quoq; interpretatio reſpondet: ubi
ſic apud eum legitur {Sed in hoc ab anguſtia uincitur} in hoc.ſ.uitio,quod iam iam nomina-
uerat,uincitur amplitudo præternaturalis ab anguſtia etiam præternaturali. Ex quo angu-
ſtiam uitioſiorem eſſe amplitudine patet. Cui quidem ſententiæ adhùc Arabū Princeps aſſi-
pulatur: qùm de pupillæ conſtrictione loquēs,[l] ſic ait. {Si eſt naturalis,eſt laudabilis, & ſi eſt "
accidentalis,eſt deterior,q̄; dilatatio.} Idipſum uerò quod dicitur ſic intellectum uidetur alia "
ex parte Galeni met ſententiæ in præcedentibus aduerſari. Cùm omnem amplitudinem, ſua
met ratione, quatenùs uidelicet amplitudo eſt, uitioſam eſſe dixerit (ob ſpirituum.ſ.diffuſio-
nem) anguſtiam uerò,ſi natiua ſit,laudabilem,uiſuiq́; potiùs commodam: Sin autem præter-
naturam aduenerit: ſui quidem ratione adhùc uitioſam non eſſe uoluerit. niſi affectuum, quos
inſequitur, cauſa. Præterea ſtatim ſubdit amplitudinis cauſam eſſe tenſionem: anguſtiæ ue-
rò laxationem. tentionis autem cauſa ſiccitas eſt: quemadmodum laxitatis humiditas. Quò igi
tur humiditas faciliùs, quàm ſiccitas curatur, prout ibidem Galenus inſinuauerat, Eò &
minùs uitioſa dici debet anguſtia ex Rhagoidis humiditate proueniens, quàm ex ſiccitate
genita

l 3a.fen. 3'. tr. 4o.c.15.ī prino.

genita dilatatio. Atq; hæc ipsa fortassis duntaxat considerauit Fuchsius. Minimè interim aduertens ex siccitate etiam aduenire posse angustiam: perindè ac rursùs ex humiditate (uel Galeno ibidem erudiente) amplitudinem, tuncq; longè uitiosiorem, difficiliorisq; curationis esse angustiã amplitudine. Quã ob rem neutra potest sententia simpliciter proferri. Nisi cõparationis canonẽ à Galeno [m] præpositum obseruarimus. Vt. s. in cæteris paritas cõseruetur. præsertimq; ĩ effectiuis causis, quod magis ad propositũ pertinet. Duplex. n. alterutrius affectus causa esse potest. hoc est siccitas, et humiditas, q̃q; diuersis quidẽ modis. Est. n. humiditas, ut similaris partis, idest ipsius substantiæ rhagoidis, causa (ob laxitatem) constrictionis, angustiæ'ue pupillæ. Eadem uerò humiditas, ut instrumentalis (siue ab humoribus ascendentibus, descentibus'ue, & aquosæ humiditati admistis, indeq; rhagoidẽ utris instar inflati extendentibus, siue ab aliquo præter naturam tumore calido, aut frigido aduenerit) amplitudinis causa erit. Pariterq; siccitas, ut similaris quidem, ut pote eiusdem uueæ tunicæ morbus, dilatationem, ut autem instrumentalis, quoniam scilicet aquei uocati humoris defectus sit, angustiam potiùs gignet. Quotiès igitur uel angustiam amplitudine, uel hanc illa peiorem, aut minùs malam esse proferre uolumus: tunc eiusdẽ causæ respectu idipsum decernendum est. sicq; semper deteriorem esse angustiam inueniemus. Etenim si amplitudinem ex humiditate genitam consideremus, siue humores intùs cum aqueo inclusi fuerint, siue tumorem præter naturam producentes, eorum dissolutionem difficilem non esse Galenus ibidẽ adiũxit. Quæ tamen humiditas in uueæ substantia inspersa, usq; adeò ut eam relaxans pupillam augustam reddat, nõ sic facilè discuti poterit. Exemplum ex cuiusuis partis alterius paralysi, resolutione'ue desumi potest. Quam ob rem eiusdẽ causæ respectu, angustia peior est, q̃; latitudo. Sin uerò amplitudinem ex rhagoidem extendente siccitate obortam perlibrarimus: tametsi hæc difficulter humectari potest: longè tamen difficilioris curationis erit angustia, quæ ob siccitatem, hoc est, aquei humoris diminutionem, defectum'ue genita sit (prout ibidem ex Galeno etiam didicimus) q̃q; aliquandò curatam in puerulo uidit Galenus, incredibile tamen, & uulgò fieri non solitum. Seruata igitur causarum paritate, semper deteriorem esse angustiã (si modò præter naturam aduenerit) q̃; amplitudinem proferemus. Fuchsius uerò tametsi rationem assignet, quomodo angustia minùs mala est, Eam ex humiditate ortam ad latitudinem ex siccitate factam comparando: In alijs tamen posteà defecit. Græcus uerò contextus ambiguus adeò est, ut hanc interpretibus æquiuocatianem induxerit. Sic enim habet { Μικρότερον δὲ ἐστὶ τῆς στενότητος κακὸν } Quæ uerba dupliciter quidem exponi possunt: Primò quidem: ut Genitiuus { στενότητος } à comparatiuo { μικρότερον } regatur, sic uidelicet interpretando { Minùs uerò malum est id, scilicet amplitudo, q̃; angustia } sicq; nos cum Linacro, & Copo intelleximus. Aliter autem exponere pro Fuchsio possumus, ut s. genitiuus { στενότητος } possessiuè potiùs capiatur, Neutrum uerò { κακὸν } substantiuè sumatur. ut idẽ significet, quod { κακία } id est malitia. Vt sic uidelicet interpretetur { Minor autem est angustiæ malitia } q̃; s. amplitudinis malitia sit. Atq; in hanc sententiam Fuchsii traductio uenit. Cum sic legit { Minùs uerò hac ipsa mala est angustia } facitq; pro eo: Quoniam angustia secundùm se spiritus uniens dispergente illos amplitudine melior est. Nobis autem, ob prædictas rationes, alteram potiùs insequi sententiam uisum est. Qua de re sic legimus { Sed hæc (scilicet amplitudo) minùs mala est, q̃; angustia. }

Cõtra Fuchsium.

m 2°. de tẽperamẽtis cap. 2 & 2'. Aphor. com. 18. et. 20. et. sæpè.

Ibidem lin.40ª. cum.41ª { seu frigefactionem in neruis.etc. } continentem stuporis causam posuit Galenus eam, quæ facultatis transitum impedit: ueluti constrictio est, siue compressio, uel obstructio, aut demùm ipsa frigefactio, pro qua tamen frigefactione aduertendum, q̃ exquisitè perpendentes frigefactionem, media, quam effecit, densatione, impediti transitus causa hæc est. Quam ob rem frigefactio continens, coniunctá'ue stuporis causa non est, sed quæ absq; medio lædit, ipsa uidelicet densitas, quemadmodum & obstructio, frigiditas autem, nõ secùs ac obstruens humor, symptoma cõtinentis causæ, morbi'ue alia causa est. Cuius morbi ratione, continens dici aliàs potest.

9ᵐ.

Fol. 43.21. Quandoq; duas, quandóq; tres posuit Galenus sputi facilis, aut difficilis causas. differenter tamen, prout in locis ibi notatis apparet. Quibus addere potes alium locum. s. libro de const. art. med. cap: 15: uersus finem. Vbi duas etiam posuit, aliter tamen: materiæ. s. crassitiem, tenuitatem'ue, & membranæ densitatem, aut raritatem. Dolorem intereà, uirtutisq; robur omittens. Sic enim Galeni morem sæpè fuisse obseruauimus, ut quæ sibi promptiùs occurrerẽt, protulerit. Tu uerò interim cuncta eius loca perpendas, & ex uno alteri suppleas.

10ᵐ.

Fol. 45 27. Causa conseruans ponitur semper nouam regenerans alterationem, tametsi conseruatiua dicitur. Idcircò & libro de salubri, an ad Gymnasticã pertineat,[n] conseruatiua medicinæ pars inter correctiuas ponitur, & si pauxillum, & occultum est, quod corrigit. Idq; rursùs ibidẽ repetitur,[o] atq; alibi non semel[p].

n cap. 30.

o cap. 40.
p ut 3ʹ art. med. 3º. et ĩ prinº. primi de tuenda ualet. & sæpè.

11ᵐ.

Fol. 48. 4. ponitur ibi, & in præcedentibus, & sequentibus fiens quidam morbus: cuius nulla pars facta, designari potest, qui propriè pathos, non morbus dicendus est, & potiùs fiens morbus, q̃ morbus fiens. Eundem eligere potes ex pº. de locis affectis.[q] Quùm ait { quippè nonnunq̃ à causa quapiam oritur pathos (licet interpres uertat affectus) Sed ita oritur, ut separata causa, haudquaq̃ permanentem habeat dispositionem. etc. }

q cap. 2 propè medium.

12ᵐ.

Ibidem lin. 23. { Nisi malis. etc. } Placuit. n. mihi nonnunq̃ huiusmodi consideratio: priùs q̃ plura Galeni loca perlibrarim. ut. s. { ἔτι γινόμενον } quasi dicat. { adhùc fiens. } præposita dictione { ἔτι } Latinè { adhùc } illud significet, quod aliquid factum ostendere queat, saltem medicè: quod. s. actiones lædere ualeat: præter id, quod in generatione adhùc est. Quasi factũ esse intellexerimus, adhùc autem fientẽ deinceps: Vt putrida febris quælibet est. Postposita uerò dictione { ἔτι } sic dicendo { γινόμενον ἔτι } hoc est { fiens adhùc } non factum aliquid, sed statim fientem præseferat. qui talis adhùc est (. s. in generatione adhùc) nil factũ ostendere ualẽs. Videbaturq; huiuscemodi speculatio tribus ex locis ibi notatis roborari. Verumtamen, à Galeno differentiam hanc minimè obseruari, uel in eodem (ut ibi notauimus) Aphorismo cognouimus. aliumq; locum addamus, hoc est. 13. methodi.[r] Vbi de phlegmone loquens fiente, quæ. s. partem habet factam, partem uerò futuram, postposita dictione { ἔτι } sic ait { γιγνομένης δ' ἔτι τῆς φλεγμονῆς } quod Linacer interpretatus est { phlegmones uerò, quæ in generatione adhùc est. } dein uerò eam duntaxat partem intellexisse uolens Galenus, quæ futura est, non facta, præposita ea dictione ait { τὸ δ' ἔτι γιγνόμενον } quod Linacer

r cap. 2.

nacer nulla etiam in Latinis dictionibus obseruata proprietate, ait. { Quod in generatione adhùc est } Distinctionis tamen gratia nos uti possemus. Quemadmodum infrà [s] fientem morbum (qui. s. nunc primum generatur) à morbo fiente (qui uidelicet factus iam est morbus, ueruntamen adhùc increscit, ac pro aliqua parte fit) clarioris doctrinæ gratia, distinximus. Quo etiam pacto fientem hominem (priùs q; oriatur) ab homine fiente (ut qui natus est iam, ad annum tamẽ usq; uigesimumquintum augetur) secernere possumus. Hic.n. homo iam est: adhùc nihilominùs fit, perficiturq;, dùm incrementum suscipit. Veruntamen anteà [t] ex industria utrunq;, fientem hominem appellauimus, ut confundi posse nomina significaremus.

[s] fol. 51. lin. 18.

[t] fol. 49.

13^m.

10 Fol. 51. 27. { excepto numero. etc. } Dubitare quispiam posset de morbo in numero. Videtur enim ꝙ sextus digitus causa sit morbi in numero, & quidem continens. Posito enim, & ablato sexto digito: ponitur, & aufertur morbus in numero. Quo etiam modo uidetur de lapide in uesicæ concauo retento: quoniã scilicet posito, uel ablato lapide, ponitur iam, aufertur' ue morbus. Verùm sic non est. Etenim sextus digitus, ipseq; lapis, uel pterygion, aut quiuis morbus in numero positus à Galeno est, nõ per aliud medium functiones impediunt. Sextus ergo digitus est, qui functiones impedit, numerusq; similiter diminutus absq; medio lædit. Sic lapis in uesicæ cauitate. Qui autem obstructione media lædit, non morbus in numero, nec eius causa, sed morbi in uia, meatu' ue causa dicetur. Quòd si remoto, aut posito sexto digito, ponitur morbus. Idipsum non secùs est, ac si diceremus, posita febre, ponitur morbus in intemperie calida. Remota febre, remouetur morbus. etc.

14^m.

Ibidem 39. Magnitudinis causa humoris copia esse potest. quæ quidem, si præternaturalem quempiam tumorem inducat, ut puta phlegmonen, scirrhũ, erysipelas, aut aliquem huiusmodi tumorem. Continentis causæ nomen merebitur. Sin uerò humores illi non amplius humoris, aut diuisæ à membro substantiæ formam repræsentent, sed in membri substantiam penitùs, nutritionis ui permutati fuerint: Continens causa dici non poterunt. quemadmodum neq; hi, ex quibus factus est sextus digitus. Ni antecedentes fuisse dixeris, tam magnitudinis, q; sexti digiti, ut uiscidi humores lapidis, qui in renibus, aut uesica genitus est. Sic de superexcrescente in ulceribus carne, ex sanguine ad ulcus profluente dicendum est, encanthideq;, &

30 eo, qui totus maximè increuit. quẽadmodum fuisse Nichomachum Galenus [u] refert. Priapismi autem causa continens, flatuosus inq; spiritus est.

[u] lib de morb. differẽtijs c. 9.

15^m.

Fol. 52. 18. Figura perse operationes lædere potest: Ideoq; morbus erit. Exemplũ huius est, si uerbi gratia cuipiam usq; adeò crura obliqua, & recurua, ac per hoc malè figurata sint: ut genua sibi inuicem occurrentia, ad cursum, uelocemq; motum sese impediant. Huiusce autem curuitatis causa esse potest, interdùm siccitas, & quidem coniuncta, ut qùm contractionis nerui causa est. qua posita, aucta, diminuta, & ablata: idem secundum proportionem in contractione contingit. Humiditas uerò interdùm & curua reddit crura, seu blesos, aut uaros pueru-

40 los. qua paulatim assiccata, in rectitudinem quoq; peruenire crura increscentibus pueris sæpissimè uidimus. Haudquaq; uerò semper hæc coniunctæ rationem obtinet. Cùm aliquos ui derimus, quibus exiccata crura iam sint, in rectum nihilominùs uergere nequiuerunt. Ita

&

& asperitatis causa nõ semper cõiuncta est. Quãuis.n.sic dici mereatur siccitas,linguæ asperitatem febrientibus tantam inducens,ut locutionem offendat. Nihilominùs tamen quæ ab erodentibus sua acrimonia humoribus aduenit asperitas ut cõtinentes causas huiuscemodi humores nõ habet. Vt pote quibus remotis,erosarum partium asperitas, inæqualitasq; remanserit.

16m.

Fol.53.20.Plenitudo,multitudo'ue,Græcè πλῆθος,causa continens nonnunq; est. Verùm sub silentio prætereundum non est,plenitudinem aliqñ ut morbũ,aliqñ uerò ut morbi causam cõtinentis definitionẽ lucrari. Vt.n.obstructionis, uel nimiæ dilatationis alicuius uasis causa est,non morbus,at morbi causa,& quidẽ continens dicenda uenit. Vt autẽ uires aggrauans, cùm non intemperiei,neq; solutionis,neq; alicuius ex instrumẽtalibus naturis ratione id agat: 10 Nisi ut multitudo est:hac ratione morbi naturam participabit, tuncq; ad morborum genus, quod in numero sit,reddducendus uidetur.

17m. Nota id contra Brasauolum,& Fuchsium.

Ibidem circa finem: & consequenter in folio.54.declaratur distinctio Galeni,libro positam de morborum differentijs.[x] Vbi non subdiuisionem posuit, at aliam nouam & generaliorẽ distinctionem, qua possimus intelligere quot modis aliqua superabundent: Aut.n.ex toto genere præter naturam sunt,aut nõ.Quorũ tamen aliqua sunt morbi, aliqua uerò causæ. Eundem distinguendi modũ ex alijs Galeni met locis declarare in studijs publicè consueuimus: Sic.n.& secundo de febrium differentijs[y] intelligendum fore,cuiuis promptissimum est.Cũ de biliosis febribus, & quidem continuis loquens: ut exquisitiùs eam cognouerimus, quæ in 20 medio primi,& tertij diei,quandam aliam accessionem facit: hoc est, in secundo die, quam uulgò duplicem nos tertianam appellamus: generalem quandam distinctionem adiunxit: quæ omnes febres quotidiè inuadentes, uel (ut eius sermone utar) in die intermedia facientes accessionem,comprehenderet.Idq; non ob aliud,nisi quò possimus biliosam exactiùs cognoscere.haud quia pituitosas febres,quotidie quidem conformiter affligentes, ad biliosas reducere uoluerit.Id enim falsissimum est.Quam ob rem sic ait {Earum quæ in die intermedia faciũt „ accessionem continuæ,nonnullæ quidem in quotidianarum figura progrediuntur. etc.} Atq; „ idipsum alacriter Galenus egit,quò cunctas febrium species recenseat. quemadmodum paulò priùs insinuauerat. Eodem rursùs distinctionis modo usum esse Galenum patet.2° de diebus decretorys.[z] Vbi morborum acutorum diuisiones multas declarans,eos tandem ostendit, 30 qui ad quadragesimũ usq; protenduntur.Vt autem et horũ acutorũ natura exquisitiùs pateat (cùm non omnes,qui ad quadragesimum extenduntur,morbi acuti sint) generalem distinctionem eorum,qui ad quadragesimum peruenire solent,adiunxit, quò uidelicet distinguere nouerimus,qui nam ex ijs acuti sint,qui uerò diuturni. Quam ob rem subdit {Duplex autem horum quoq; natura est} intellige horum.s.morborum,qui ad quadragesimum diem protendi consueuerunt,non horum scilicet acutorum:Tunc enim ueritati, & sibi metipsi repugnaret,acutos etiam intelligens,qui ad quadragesimum,& cum febre quidem intermittente protelantur. Cùm, (si febrem habent acuti) hanc necessariò continuam fore aliàs, tùm Hippocratis,tùm Galeni quoq; sententia,demonstrarimus. Eorum igitur, qui ad quadragesimum usq; diem producuntur,duplex natura est {uel enim accessionum remissiones in exactam integritatem finiunt,uel continua febris semper perdurat. Atq; hos(scilicet quorum fe „ 40

bris

[x] cap.8.

[y] cap.2.

[z] cap.12. post principium.

» bris continua est) de acutorum natura esse apparet: alij uerò (qui scilicet in exactam inte»
» gritatem desinunt) manifestè diuturni sunt } sic enim uertenda Galeni uerba sunt: & non
quemadmodum Andernacus { Atq; huiusmodi de acutorum natura intelligenda sunt. } Ete»
nim in neutro genere participium { intelligenda } interpretatus, quibusdam errandi ansam
præbuit. Vt utrūq; diuisionis membrum ad acutorum naturam reducerent, tam scilicet mor»
bos quorum febris continua est, q̃; eos, qui ad integram quietem finientes, ad quadragesimum
protenduntur. Quanuis enim Græcè in neutro genere dictio { τὰ τοιαῦτα } id est, { hæc ip»
sa } ponatur: quam uertit Interpres { huiusmodi. } Idipsum tamen aduenit, quoniam apud eos
{ morbi } in neutro genere proferuntur { τὰ νοσήματα } secùs uerò Latinis exponendū ue»
nit. At hæc obiter. Ad propositum ergo reuertamur: & Galeni quoq; morem alibi seruatū
ostendamus. Nam tertio artis medicè [z] Galenus de morbosa intemperie locuturus, uniuersa»
lem distinctionem præposuit, quæ futurā intemperiem includeret: sub qua sanum actu corpus,
medicinæq; salubrem partem rursùs assumeret. Exemplum uerò huius rei tale nos declarare
consueuimus. Verbi gratia quispiam medicus ægrotanti dicat { piscibus uescendi ueniam præ
beo. } dein uerò statim subdat. { sunt autem pisces quidam saxatiles, quidam autem in alto pe
lago degentes. Ego uerò saxatiles tibi pisces permitto. } Piscium distinctionem præpositam
hoc loco agnoscimus, non quidem ut eorum, quibus uesci ægrotans queat, subdiuisio sit, ue»
runtamen generalis quædam diuisio præposita est, quò eam eligamus speciem, quam ægro»
tanti concessuri sumus. AT quispiam dicere posset: Si lapis in uesica morbus, & causa es»
se potest, diuersis quidem rationibus. ut à nobis declaratum est. [a] in cōcauo enim morbus in nu
mero: in meatu autē urinario, causa morbi in uia: Quòd si perforatus sit, causa & morbus, di
uersis tamen respectibus, dicitur. Si inq; et morbus, & causa esse potest, dicā libro de mor»
borum differentijs [b] lapidem in uesica non ut causam, sed ut morbum capi, pro Fuchsio, ac
Brasauolo. Respondendum uerò est, quòd si ut morbum capimus, causa caret continente.
Verùm quandò nos causam obstructionis, morbi'ue in meatu lapidem ponimus: non in conca»
uo, sed in uia retētum lapidem consideramus. Id quod satis superq; pro nobis est. Galenus ue»
rò magis ut obstructionis causam, q̃; ut morbū in numero, in eo loco accepisse uidetur. Vbi ger
men in naribus obortū obstructionis causam protulit. In primis enim (ut ait) obstructio mor»
bus est. quoniā et ipsa primò functiones lædit. Sic & anteà [c] quoq; uberiùs, ac rursùs de mor
borū causis loquēs, [d] obstructionē ipsam, ueluti et cōstipationem in cauitate, aut meatu morbū,
crassos uerò uiscidosq; humores nō morbū, sed morbi causam esse ait. QVAMOBREM
uehementer non admirari nequeo ridiculam senioris iam facti Fuchsii sententiam. ut qui tam
acriter, & conuicijs scatens, quibuslibet continētem morbi causam ponentibus refragatur: ut
demū obstructione sibi præposita, ne terga uertere, aut herbā dare cogeretur: humores mea»
tui impactos morbū esse, quæ dicitur obstructio, non huius causam ait, in nuper æditis cōmeta
rijs super libris de morbis, & symptomatis, eorumq; causis, [e] pluribus quidē in locis impactos
humores, siue multos, siue crassos, aut glutinosos, morbum esse, non causam determinauit. Cau
sam uerò esse eosdem, sed antecedentem: priùs scilicet q̃; impacti sint, hoc est, dum fluunt. Qua
de re uitiosum quoq; succum membranæ costas succingenti adhærentem, nō causam phlegmo
nes: seu pleuritidis, at ipsam pleuritim, siue ipsum morbum esse uoluit. & morbum quidē esse
nemo (ut subdit) nisi insanus negauerit. quod nimirū illi morbi definitio optimè quadret. etc.

Cōtra Andernacū.

[z] tex. 33. cum. 34.

Optimū exēplum.

Obiectio.

[a] fol. 54.

[b] cap. 8.

Responsio.

[c] cap. 5. 7.

[d] etiā cap. 7.

Cōtra Fuchsium de causa continēte

[e] Vide p°. de diff. mor. super c. 7. uersus finē & iterū de morborū causis cap. 2. uersus finē. et primo de sympt. causis ca. 2. post medium.

e cap. 10.

Ex eo autẽ in hãc uerè demẽtiã uenit. quoniã Galenus Methodi undecimo [e] obstructionis (inquit) ipsius quod iã occupauit, curãdũ: quod uerò futurũ est, propulsandũ. Quoniã igitur Galenus obstructionẽ factã curandã esse ait: Curatio autem ipsi morbo competit, nõ causæ: cui potiùs præseruatio necessaria est: Eáq; rursùs factæ obstructionis curatio aliter non fit, q̃ eorũ, siue crassorum, siue multorum, aut lentorum quoq; humorum ablatione. Idcircò non causa humores illi erũt, uerùm ipsamet (ut impacti sunt) obstructio. Multaq; Fuchsius ad huiusmodi apertissimam insaniam comprobandam aggregat. Quæ quidem referre, aut impugnare ad nauseam usq; stomachor: A medicorum nanq; catalogo reyciendos eos fore duco: qui quidem primo statim obtútu nouas huiusmodi falsitates non conspexerint. Verùm enimuerò quoniam non desunt duræ ceruicis, crassiorisq; mineruæ sycophantæ: qui sola Fuchsii authoritate moti. Præsertim quia multa hic bonus uir ex aliorum furtis uolumina quotannis in lucẽ ædens: uir multarũ se esse lectionũ cãdidatis præsefert. Hãc ob causam paucissimis, quoad fieri possibile fuerit, rẽ hãc perstringemus. Omittẽtes interim quæ Galenus. 2°. aphorismorũ. [f] propter deliros addidit, num curatio, an præseruatio dicenda sit, quæ causas aufert. Etenim q̃a depẽdens causa suum esse, & ueluti adhùc in generatione tam obstructo, q̃; huiusmodi multa obtinuerunt: Idcircò ad causæ ablationem, euestigiò morbum auferri necessum est. Id quod abolentis, qui iam nunc defluunt, obstructionem facturis humoribus, minimè contingit: sed à futuro duntaxat præseruatio. Itaq; nõ temerè huius præcautio: facti autem uera curatio dici potest. q̃;q̃; aliquid ibi etiam præseruationis includitur. At ipsum noui phantasmatis authorem suismet ex uerbis (à Galeno licet exscriptis) exquisitè perpensis conuincamus. Dum ait {Si sola citra aliũ morbum in ijs (scilicet iecoris cauo, atq; intestinis) fuerit obstructio: Vnicus etiã erit morbus.} siste pedem hic, & unà cũ Fuchsio non huiusmodi meatuũ cauitatum'ue paruitatem, aut ablationem esse morbum dicas, neq; humores, aut fæces, uel quoduis aliud impactum, esse causas, at humores ipsos impactos, lapidem'ue, aut quodcũq; illud fuerit, ipsam esse obstructionem, morbumq; determines. Mox uerò deindè sequere. {At si phlegmone quoq; intestinum infestetur, atq; ob id internum ipsius occludatur spatium, excrementorũq; descensus prohibeatur: duo utiq; morbi erunt: nempè phlegmone, et obstructio. Sæpè enim ex morbo morbus nascitur: ut ex calculo uesicæ, qui per se morbus in numero existit, alius nascitur morbus, nempe obstructio.} Perpende igitur quæso phlegmonen, siue quemcunq; alium tumorem, quomodo ipsum obstructio sequitur, nisi huius causa tumor sit? Vbi enim morbus morbum sequitur, proculdubiò qui sequitur, symptomatis: quem uerò hic sequitur, causæ rationẽ ille habet. Cui tamẽ (ut patet) continentis definitio congruit. Nec fluens phlegmone est. Sed non secùs obstructionem, meatus'ue paruitatem, aut omnimodam angustationem facit, q̃; lentus ipse, crassus'ue, aut multus humor. Cur ergo impactus humor ipsamet obstructio, morbusq; est: Phlegmone autem internum spatium occludens, siue germẽn, aut quicunq; alius tumor sit, causa obstructionis, non ipsamet obstructio dicitur? Quòd si pariter & hunc tumorẽ ipsammet obstructionẽ esse posueris: tunc duo morbi non erunt, nec morbus morbũ ut symptoma, aliaq; ratione morbus suam causam sequitur. Sed unus idemq; morbus esset. Nisi duos hoc pacto morbos contempleris, ipsam uidelicet obstructionem, quæ aliud non est, q̃; tumor ille (ut sic dixerim) meatui impactus. quam obstructionem, quem'ue morbum intemperies consequatur. Sicq; obstructio non sequens, at præcedens morbus esset. Sin uerò tumoris intemperiem

f com. 22.

riem contempleris: hæc obstructionis causa non est. quemadmodum neq; eiusdem tumoris solutio. Non alium ergo morbum obstructio sequitur, nisi tumorem, ratione qua tumor est. Igitur tumor causa obstructionis est. Sed enimuerò quod risu magis dignum est, sedulò contemplandum uenit: Etenim ex Fuchsii opinione obstructionem aliud non esse, q̃; tumorẽ meatui ĩterpositũ, seq̃tur. Tumor uerò hic, siue phlegmone sit, siue quiuis alius, nõ nisi humor ille impactus est (ut de pleuritide ait) Ergo nõ aliũ ibi morbum cõsiderabimus, q̃; humorem illum impactum. Noua hercle morborũ speculatio aureis characteribus, et in durissimo quidẽ marmore, aut (rectiùs dixerim) perfectissimo quouis metallo, nedũ intellectu insculpẽda est. Apertiùs autem id eius exemplo patet, quum de lapide in uesica loquitur, dicens perse morbum esse 10 in numero, alium tamen ex eo morbum nasci, nempè obstructionem. Quomodo enim ex lapide obstructio nascitur, nisi ut ex causa? Sic enim morbus morbi causa est. Igitur si causa est, & ei continentis definitio congruit, cui dubium, qui mente sanus sit, lapidem in collo uesicæ, aut principio meatus positum, obstructionis continentem causam esse? At rem exquisitiùs perlibra. Quomodo ex lapide ut morbo in numero potest obstructio fieri, nisi ut continente causa? Etenim si lapidem in uesicæ concauo consideres, tunc in numero morbus est, obstructionis uerò antecedens causa, quia nondùm obstruit. Si autem hoc modo lapidem intelligis, ut posteà morbus in meatu fiat: quùm scilicet inde ad meatum peruenerit. Duo me hercle morbi insimul non erunt, quorum alter alterum sequatur, uel ille huius causa sit. quod quidem Galenus intendit. Quando enim in numero est, obstructio non est: cumq; obstructio fit, in nume- 20 ro non ampliùs est. Quod si eundem in ceruice uesicæ positum, & præcipuè (ut nos in quæstione diximus [g]) perforatum supposuerimus: tametsi diuersis quidem rationibus, idem in numero morbus sit, circularis musculi contractionem impediens, aliaq; ratione obstructionis causa, ac magis si perforatus non sit, Idem tamen lapis duplex insimul morbus non est, sed morbus, & causa, Morbus quidem in numero: causa uerò, obstructionis respectu. Sicq; uerus Galeni sermo erit, ex morbo morbum oriri, ut primus uidelicet morbus secũdi causa sit. Quemadmodum febris calidos præter naturam tumores insequens, alter morbus est: qui nihilominùs respectu eius, quem sequitur tumoris, symptomatis rationem habet, ille autem, quem febris ipsa seq̃tur, causæ. Præsertim quoniã læsarũ à febre functionũ tumor ille proxima, et absq; medio coniuncta causa non est. Quicquid autem alteriùs medij ratione offendit, non mor- 30 bi, sed causæ rationem obtinere compertissimũ est. Cùm ille morbus uerè sit, qui absq; ullo medio functionibus officit. At cur in adeò manifesta insania immoramur? Ad alia ergo properemus. Etenim intereà quorundam sententiam negligimus, omnis morbi causam continentem admittentium. Quoniam scilicet non intemperiem, malam'ue compositionem, aut continui solutionem morbos, at morborum causas ponũt. Etenim licet exquisitissimè, ac Philosophorũ more loquendo, sanitas, non caliditas, aut figura. uel situs, uel numerus, magnitudo'ue, at in his quædam proportio, Aegritudo autem disproportio sit: quemadmodum uberrimè aliàs ex Auerrhoe,[h] atq; ipso etiam Turisano[i] demonstrauimus. Galeni tamen, cæterorumq; medicorum (ut medici sunt) more loquentibus, febris essentiã in genere caloris præter naturam esse 40 occurret: Itaq; in alijs proferendum decernimus.

g fol.44.39.

h 2'.de aĩa cõm. 143. et.7'.physicorũ.17.

i 2. artis med. cõm.4.=p'.15° 3'.p°.& .24.

18^m.

Fol.69.lin.17. Residuum febris (oblata scilicet putredine) symptoma non esse determinatur.

natur. Aut ergo remanens intemperies tanta est adhùc, ut lædere queat: Tuncq; febris ea-
dem est putredinalis, quatenùs scilicet à putredine generationē susceperit. Aut minor est,
q; ut manifestè (morborum instar) offendat: Tunc neutralitas dici poterit. Aut penitùs nul-
lam læsionem, uel deniq; occultam inducit, etiam si aliquatenùs sentiatur. tuncq; sub sanitatis
latitudine comprehendetur.

19^m.

Ibidem lin.25. Eorum sententia reprobatur, qui ablatis putridis humoribus, remanentem febrē
diariam esse uolunt. Sequeretur enim cuiuslibet febris putridæ finem in diariam permu-
tari. Quòd autem non à putridis uaporibus, uerùm ab acribus, uitiosisq; sine putredine tamē
exhalationibus, uaporibusq;, in constrictionibus ephemeram fieri Galenus dixerit. Cuius Ga-
leni uerba primo de differentijs febrium[k] perpendenti liquere potest. Etenim si uapores fuli-
gines'ue putres essent, febris proculdubiò putrida gigneretur. Illi enim non nisi à putridis hu-
moribus eleuarentur. Haudquaq; uerò interim ualet: quoniam ibi Galenus de putrescentibus
cibis meminerit: unde uitiosorum succorum generatio resultat. Putridi enim cibi tametsi ui-
tiosos maxima ex parte succos generant, non tamen intereà putridos. Quoniam in omnibus
qui huiusmodi cibis utuntur, necessariò febris, distributo cibo, superueniret. Immò si ualidis-
simus cuiuspiam uentriculus fuerit, optimumq; iecur, etiam si putridus cibus sit, usq; adeò
coctione, ac uitiosarum, & putridarum partium segregatione corrigi potest, ut bonos inde su-
scipiat humores: tantum abest ut necessariò putridos aceruet. Exemplum ex canibus non fœ-
tidas modò, putresq; nostras fæces: at carnes quoq; uermibus interdùm scatentes, ad satie-
tatem usq; comedentibus desumi potest: Multisq; pariter auibus: in quibus tamen nullam in-
de conspicimus læsionem contigisse. At hæc obiter, & ueluti per transennam pro his, quæ in
primo commento dicta sunt, satis superq; sint. Ad secundum pertranseamus

k cap.3.et.5.

20^m.

FOl.72.35. Notandum ibi est, cum dicitur intemperiem consequi tumo-
rem in apostemate: ipsum uerò tumorem, magnitudinemq; primitùs
apostmati congruere. Haud enim ex hoc intelligas uelim, q primò
fiat tumor, deinde intemperies, sed q tumoris, apostematis'ue tripli-
ci ex morborum genere compositi ratio primitùs in magnitudinis tu-
more consistit. Sæpenumerò, prior intemperies autē præsertim calida
succos attrahens, tumoris causa est: nonnunq; uerò continui solutio reliquis antecellit.

21^m.

Fol.75.29. Duæ assignantur ad Auicennæ obiectionem responsiones. Prima est. Simul stare
dicens, semper in apostemate figuram, ac magnitudinē uitiari. ueluti Princeps ait: et nōnunq;
non usq; adeò uitiari, ut sensu dignosci queat, Secunda responsio est quoniam. s. Auicennæ
dictum magna ex parte (aliorum medicinalium theorematum more) uerum esse affirma-
bimus. Exquisitiùs autem considerantes nunc, utranq; responsionem suspectā habemus. Pri-
mam quidem, quia iuxta Principis (quem saluare uolumus) mentem esse non potest. ut qui
non ex symptomatibus, at ex morbis, ac per hoc manifestis, & functioni lædentibus compo-
sitionem declarare intendebat. Figura autem, dimensioq; sensum effugiens morbus nō est. Se-
cundam quoq; suspectam quadantenùs habemus: quoniam Auicennæ sermo uniuersalis est.
Quanq; defendi potest ex eo quod à Galeno:[l] didicimus, maxima. s. ex parte, intelligendum:
& si

l Aphor.58. in fine commēti.

& si perpetuũ quodam ex figura dictionis ostendatur. Ne ergo ad quartam responsionem peruenire cogamur. Errasse.s.Principem, de figura inq̃; uniuersaliter determinantem: Quod magis pium est eligemus: Tertio scilicet dicentes, figuræ nomine: formationem intelligendam hoc loco esse. sub qua superficies aspera, & lenis, uia, meatus'ue, & receptaculum, propriaq; figura comprehenditur. Ex his enim, quæ prædicta iam à nobis sunt,[m] aliquã formationis speciẽ necessariò in apostematibus deprauari iam liquet. Nec uiolẽta huiusmodi interpretatio est. Cũ sæpè nostro etiam æuo Interpretes pro formatione figuram, & pro figura formam traducant. Tu uerò eam, tibi ex huiusmodi responsionibus eligito, quæ tuis auribus magis arridet.

m supra fol.18. in principio.

22[m].

10 Fol.85.34. { Intelligo autem hic.etc.} Aduerte quoniam Galenus de tumoribus præter naturam loquens,[n] ait. Idem in anthracis generatione aduenire, siue ab initio atrabilariùs fuerit sanguis, siue ob assationem posteà genitus. Est autem qui anthracem gignit succus in eum permigrans, q proculdubiò uerè, ac propriè atra bilis (quæ.s.præternaturalis est) dicitur. Vel ergo ab initio, ante.s.hunc feruorẽ, exquisitè atra bilis non erat: Verùm crassior tantùm sanguis, melancholicus'ue fuerat, qui tamen posteà superassatus in atram exquisitè bilim conuertitur. Vel si melancholicus crassiorq; anteà non fuerit, usq; adeò tamen adustus est, ut in eandem atram bilim uergat. dum uerò in hoc feruore iam est, & exactè adhùc in atram bilim conuersus non fuerit, sed in eius confinio sit: anthracis causa Galeno docente[o]) fiet. Etenim postq̃; exquisita, perfectaq; iam atra bilis est: cinis remanet omni feruore (q̃;q̃; non omni 20 penitùs calore) destitutus. Quamobrem cancri potiùs causa fuerit. Quòd si aliàs huiusmodi atra bilis genita iã sit, tametsi per se ad talẽ feruorẽ reuerti nequeat. Sanguini tamẽ, biliq;, admista rursùs feruere, anthracisq; causa fieri poterit. Quòd aũt nonnihil quoq; amaræ bilis in hoc tumore admisceri solitũ sit. Cuius ratione feruor exarcebatur, Ex Paulo etiam elici potest, qui erysipelaceas inflammationes nonnunq̃; excitari protulit.[p] Quoniam uerò densior substantia est, q̃; bilis pura, & exquisita, uel sanguini etiam admista: Idcircò uehementiores, q̃; ab erysipelaceis inflammationibus fiant, febres excitari Galenus[q] edocuit. Verùm enimuerò in eiusdem Galeni monumentis repugnantia quædam inuenitur. Etenim exquisitè completam esse atrã bilim, quæ anthracis causa est, libro de febrium differẽtijs secundo, inficias iuit. Verùm potiùs in confinio.etc. Oppositum uerò, Primo eiusdem prædixisse apparet.[s] Vbi, iu30 xta Leoniceni traductionem, de carbunculis, anthracibus'ue loquens, ait { fiunt autem ex sanguine quidem satis calido, & ad atræ bilis naturam, propter adustionem, conuerso. } Si ergo conuersus est ad atræ bilis naturam: quomodo conuersum non esse in libro secundo protulit? Quanq̃; promptissima responsio est: sic dicẽdo. Conuersum esse ad atræ bilis naturã: quia iã atræ bilis naturam participat. Cum quo interim stat exquisitè, atq; adamussim conuersum nõ esse. Notandus tamen Græcus contextus est. Nam dicit libro primo[t] { Μελανχολικώτερον } ubi Leonicenus uertit { atræ bilis naturam } quæ quidem Græca dictio melancholicum magis redditum esse sanguinem significat, non atram euasisse bilim. Quemadmodum & in secundo libro:[u] ubi Græcè dicitur { μελανχολικός χυμός. } id est { melancholicus humor } idem interpres { atræ bilis humorem } interpretatur. Quæ quidem uerba pernotasse, futile non erit. 40 Cũ plures inde obiectiones insurgere queant, de quibus tamen alibi fusiùs decernendum reseruauimus.

n cap.7. ĩ fine.

o 2. de differentijs feb. cap.9.

p lib.4. cap.25. post principia.

q 14. meth. c.10.

r cap.9.

s cap.3. in fine.

Rñsio p[a].

2[a].

t cap.3.

u cap.9.

23[m].

Fol.91.26. { Diminutum quoq; calorem dixisse, absurdum non est } Aduerte ꝙ à Galeno id insinuatum alibi[x] legimus. Cùm ait. { In sanguine generãdo quicquid abundè crassum, at ter„ reum ex ciborum natura, in nutrimento fertur, neq; commodè à naturali calore alteratur, id „ Lien ad se trahit. etc. }

x 2°. de potentijs naturalibus. cap. 9. post medium.

24[m].

Fol.94.28. Erysipelas, Tumor quidem ordine propositus quartusdecimus ad examen succedit. Quoniam uerò nonnulli nominis etymologiam disquirunt: Hanc ob rem quod in studijs publicè dicere consueuimus; obiter hic annotemus. Aliquando enim ἐρυσιπέλας, diximus, quasi ἐρύσιμῳ πέλας, per syncopen: ablata syllaba { μῷ } fit { ἐρυσιπέλας } hoc est, erysimo uicinum, quasi dicat, simile { πέλας } enim significat idem, quod { propè } Adeò ut tumorem præseferat, qui quidem instar erysimi cutim comburat, & quandam illi mordicationẽ inducat. Erysimi enim semen (Galenus[y] ait) sicut gustu nasturtio apparet simile: ita facultate igneum est, excalfactorium. etc. Irionem Latini appellant. Sic ergo me declarantem non semel audiuistis. Quemadmodum & secundò nonnunq; dicere consueuimus { ἐρυσιπέλας } quasi dicat { ἐρυσιβηπέλας } per syncopen quoq;. Est autem { ἐρυσίβη } idem, quod Latinè ærugo, seu rubigo. Vt affectũ æruginis instar erodentem, præsertim quotiès exulceratum est, præseferat. Atq; iterùm tertiò diximus { ἐρυθροπέλας } sic enim à quibusdam aliquandò scriptum Græcè legimus. quoniam scilicet propè ad rubrum accedit. Flauus enim color exqsitè ruber nõ est, sed illi proximus. Demũ ex Etymologico magno { ἐρυσιπέλας } quoniã ad uicina trahitur, dictum esse propalauimus. à uerbo { ἐρύω } quod significat { traho } & { πέλας } quod (uti prædiximus) significat { propè } παρὰ τὸ ἐρύεσθαι ἐπὶ τὸ πέλας. ὅ ἐστιν ἕλκεσθαι. καὶ ἐπιρρεῖν τοῖς πλησίον ἐπινεμόμενον. } quod est, Latinè { Dici„ tur erysipelas (Felicianus Latinè uicinitrabam nominauit,[z] Nos autẽ passiuè potiùs, ex Ety mologico diceremus, uicinitractum. s. nuncupantes) ab eo quod est, trahi ad uicinum, proxi„ mum'ue: quod ẽ, ulcerari, trahiq;, ac defluere: uicinas partes depascẽs. } Trabitur. n. aduicina, „ cùm extenditur, ac proximis partibus distribuitur, cuiusmodi naturæ esse hunc affectũ, cuiuis compertum esse autumo. Tuum uerò fuerit, quamlibet harum nominis originem eligere. Modò idipsum prænotaueris. Quoniam scilicet omnes quatuor à futuro uerbi { ἐρύω } uidelicet { ἐρύσω } primam originem sumpserunt. Vnde & erysimon, erysibe, idest ærugo, & erythron, hoc est, rubrum quoq; orta nomina sunt. Verùm hæc ad Grammaticos, quæ nisi à quibusdam impulsus, ac magnoperè astrictus fuerim: sub silentio præterijssem. Aliud nihilominùs interim non oblitus, quod maioris momenti est. Quoniam Galenus libro cui titulus κατ' ἰητρεῖον[a] incensum esse, atq; inflãmatum semper erysipelas ait: cũ tumore aũt nõ semper. Id quod eiusmet dogmati apertissimè refragatur, in tumorum catalogo semper huiusmodi affectum connumerantis. Nisi aliquandò manifestum non esse tumorem intellexerimus. ubi quùm ex tenuiori, ac pura bili genitus, exquisitissimus affectus est. Quanq; semper aliquem inesse tumorem determinatum à nobis est. Quùm nullum esse apostema, tumorem'ue ostendimus,[b] quin proueniat læsio in dimensione. hoc est, in ipsa corporis mole, ac (ut dicere consueuerunt) corporeitate, interioriq; magnitudine. Satis'q; fore dictum est,[c] ꝙ in penitioribus partibus tumor, moles'ue præternaturam existat.

y 6. simpliciũ. 141.

z Lib. 3. de his quæ in medicatrina fiunt. com. 31. ante mediũ.

Cõtradictio

a lib. 3. cõ. 31. ante medium.

Solutio.

b fol. 76. lin 4. 5.

c fol. 28. lin. 5.

25[m].

Fol.103. Tres herpetis species, iuxta Galeni mētē, supposuimus: quas infrà [d] ex ipsiusmet uerbis uberrimè oñdemus. Quoniā uerò sic DEO Opt. Max. placuit: Vt huius primi Tomi dimidiū dūtaxat publicaremus: & cōmētū illud à pluribus ex nostris auditoribus desideratū: q.s. uiua uoce à nobis intellexerūt: Idcircò eorū, quæ de huiusmodi speciebus dicēda ibi sunt, sūmā hìc obiter tetigisse uisum est. In primis ergo nota herpetē hūc à Scribonio Largo [e] Latinè zonā appellari. Sic.n. expressè ait {Ad Zonā, quā Græci ἕρπητα dicunt. etc.} idēq; Marcellus innuit. [f] ac Plinio ascriptus liber [g] qui nō modò zonā, sed circinū quoq; nūcupat. Qui nihilominùs seorsùm ab igne sacro de circino, zona'ue determinauit: quē sacrū ignē ad Græcorū herpetē potiùs, q̄ ad erysipelas reducēdū fore, uberrimè quoq; infrà demōstrabimus. Cuius ignis sacri speciē quādā cōsiderabimus: nō ab hoc tantū authore scriptā, Sed in ipso etiā legitimo, ac germano Plinij libro inuētā, [h] quæ hominē mediū ambiēs, cingensq́;, ipsum enecare cōsueuit: Zosterq; nominatur. Eandē uerò spēm, & Zonā, et circinū esse opinamur: & ob id qa mediū cingere hominē soleat, et zonā, & circinū appellari. De quo tn̄ alibi fusiùs. Quod uerò Manardus priùs, ac deindè Tagaultius, atq; alij Manardum æmulati dixerunt, apud Hippocratē s. herpetis nomine interdùm intelligendos esse morbillos, reprobatum iam à nobis est. [i] Tres uerò herpetis esse species, adeò me herclè apertè à Galeno prædictū, libro ad Glauconem secundo [k] est, ut cæcis, ac morionibus liquere debeat. Modò Galeni contextum ex Græco emendatū legerint. Etenim Leoniceni traductio erroris, confusionisq; ansam pluribus hucusq; dedit. Vt duas esse herpetis species crediderint. Satius autem fuerit Galeni uerba priùs ut ab ipso scripta sunt, contemplari. Sic.n. ait {μόνης δ' ἀποκριθείσης, καὶ κατά τι μόριον ἱσταμένης, ἕρπης ὀνομάζεται. εἰ μὲν δὴ παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη, πᾶν ἑλκεῖ μέχρι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ καλεῖ τούτους Ἱπποκράτης ἕρπητας ἐσθιομένους. εἰ δὲ λεπτοτέρα εἴη, τὸ ἐπιπολῆς μόνον ὥσπερ ἐπικαίει, καὶ τοῦτο τὸ εἶδος ἀπηνέγκατο τὴν τοῦ γένους προσηγορίαν ἁπλῶς τε καὶ χωρὶς προσθήκης ἕρπης ὀνομασθέν. τῶν γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν, τὸ μὲν ἤδη προειρημένον, ἐσθιόμενος ἕρπης ὀνομάζεται: θάτερον δὲ τὸ λοιπὸν, κεγχρίας, ὅτι καὶ τούτῳ συμβέβηκε φλυκταίνας μικρὰς καὶ πολλὰς ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐπεγείρειν κέγχροις ἐοικυίας. γίνεται δ' ὁ τοιοῦτος ἕρπης ὑπὸ χολῆς μὲν καὶ αὐτὸς, ἧττον δριμείας καὶ θερμῆς, ἢ οἱ πρόσθεν} quod ē Latinè ad uerbū interpretantibus {sola uerò excreta, & in aliquo membro firmata (.s. bili) herpes nominatur. Siquidē crassa secūdū substātiā sit, totā exulcerat cutē usq; ad subiectā carnem. Vocatq; hos Hippocrates herpetes exedētes. Si uerò tenuior fuerit, quod in superficie dūtaxat ē, quasi deurit. Hæcq; species generis nomenclaturā sortita est. Cùm simpliciter, et sine additione, herpes nominetur. Nā ex duabus alijs speciebus, quæ quidē prædicta iā est, herpes esthiomenos exedens'ue nominatur: Altera uerò, quæ reliqua est, miliaris. Quoniā huic bullæ paruæ, ac multæ per superficialē cutem milijs similes excitantur. Fit autem huiusmodi herpes ex bile qdē et ipse, at minùs acri, et calida, q̄ priores.} Hæc Galenus ait. Vbi cū scripsit {Sola. etc.} cōmuniter loquebatur. Dein uerò species adiunxit: dicēs {Siquidem crassa. etc.} Quarum prima spēs est, quā Hippoc. exedētē uocat. 2am. uerò noīe gn̄is nūcupari ait. Duas ergo spēs hucusq; Gal. apertissimè retulerat. Quas considerans Leonicenus, ita Græcum textum peruertens, subdit {Nam ex duabus speciebus, quæ quidem nuper dictæ sunt: altera herpes exedens nominatur: altera uerò miliaris. Quoniam in hoc affectu pustulæ paruæ, ac multæ per summam cutem similes milys excitentur.} In qua Leoniceni uersione, duas esse her-

d cōm. 8.
e cap. 247. et uide cap. 206.
f cap. 20
g lib. 3. c. 33. et 34.
h lib. 26. c. 11. circa finem.
i fol. 195.
k cap. 9o.

petis species patet. Quarum prima esthiomenos herpes, altera uerò & nomine generis, & aliàs speciali nomine, miliaris nuncupetur. Sic enim intellexisse Leonicenum teneo, saltem eo tempore quo librum Galeni ad Glauconem traduxit: De qua herpetis specie secunda statim Galenus addit { Fit autem herpes huiuscemodi ex bile quidem & ipse, sed minùs calida & acri, q̃; sit prior. } Verùm enimuerò quantùm à uero aberret, Galeni met ipsius Græca uerba præseferunt, quæ sic fideliùs, atq; ad uerbum translata resonant { Nam ex alijs duabus speciebus } intellige alijs ab ea, quæ nomine generis herpes simpliciter nuncupabatur. quòd si duæ præter illã aliæ sunt: cur dubium fuerit tres esse? At Galeni uerba prosequamur { quæ quidem nuper dicta est, herpes exedens, siue corrodens, siue esthiomenos uocatur } Aduertas quæso quoniam ex duabus alijs, ab ea scilicet quæ generis nomine dicta est, unius tantùm anteà meminerat, scilicet exedentis. Ideoq; ait { quæ nuper dicta est. etc. } De altera autem specie (ex duabus. s. præter eã quæ nomine generis dicitur) nil adhùc dixerat. Quam ob rem euestigiò subiunxit { Altera uerò quæ reliqua est, Miliaris dicitur. Quoniam etc. } Considera igitur uerbum illud à Leoniceno dimissum { quæ reliqua est } sicut anteà dimiserat { alijs } & quod singulari numero legendum fuerat { quæ nuper dicta est } ipse numero legit plurali { quæ nuper dictæ sunt } contrà uerò infrà ubi legendũ numero plurali fuerat: Ipse singulariter intellexit dicens { q̃; sit prior } Tu autem sic legas { Fit autem herpes huiusmodi (scilicet miliaris) ex bile quidem & ipse, sed minùs calida, & acri, q̃; sint priores } ob pituitæ scilicet admistionem. Necessarium uerò fuit hæc uerba subiunxisse, quò scire queamus, an ex bile miliaris etiam fiat. quoniam de hac anteà non meminerat. sed de alijs duabus, speciebus. Hãc autem speciem denuò subiunxit: rationem assignare uolens, cur prædictarũ altera generis nomen retinuerit. subdit enim: Quasi dicere uolẽs: Cùm tres species sint, duæ uerò nomen obtinuerunt. ut altera ab Hippocrate exedens diceretur, altera uerò ab alijs medicis post Hiprocratis ætatem, miliaris nominata sit. Remansit absq; nomine tertia. Qua de re simpliciter generis nomine, dicta herpes est. Verum de his loco proprio Deinceps[k] uberiùs loquemur. Vbi tres etiam ex libro de tumoribus præter naturam[l] eligemus. Etenim primò dicens { cùm biliosus fluor decubuerit, qui exactus quidem est, cutem ulcerat. etc. } de quo posteà subdit, herpetem hunc esse affirmans. De eo quidem, qui generis nomine simpliciter sic nominatur, intellexisse nec dedecet, neq; à Galeni sententia digreditur. Quã obrem quùm posteà dicit { Cùm autem rursùs acer ipse alter quidem minùs talis. etc. } reliquas duas species describere, exedentem uidelicet, atq; miliarem, determinari potest. Nec præcedentis, ut generis, diuisionem esse dicendum. Ni tunc temporis incognitam Galeno speciem, quæ innominata est, Idcircò & omissam pronuntiasse (quod magis impium est) malueris. Sic & Paulum[m] glossare possumus. Aetius[n] uerò iuxta Montani traductionem duas potiùs uidetur intellexisse. Secundùm uerò Cornarij uersionem[o] tres apertissimè declarantur. Nobis autem (ut aliàs diximus) datum hucusq; non est, nisi octo primos Aetij Græci libros, proprio Idiomate legisse. Princeps Arabum[p] non tres modò species distinctè ostendit: sed duplicem exedentem sub formicæ corrosiuæ nomine declarat, formicam interim ambulatiuam solam eam nuncupans, quæ nomine generis herpes simpliciter ad Glauconem secundo[q] dicitur. Quanquàm turpissimo deinceps errore huiuscemodi formicas, herpetes'ue cum formicis, acrochordonisq; Græcorum confundat. Razes etiam

k cõm. 8.
l cap. 10.
m lib. 4. c. 20. in principio.
n lib. 14. c. 61.
o cap 60.
p Infra tex. 8.
q cap. 6. et. 7.

r Galeni

[r] Galeni uerba ad Glauconem referens, eo modo legit, quo nos ex Græco emendauimus, tres interim ſpecies uel ex Galeni ſententia ponens. Pariterq; Haliabbas. [s] Adeò ut mirandum proculdubiò ſatis, plusq; ſatis ſit de Tagaultio, Fuchſioq;, & Acakia duas duntaxat ſpecies noſcentibus. At ne in methodo quidem medendi[t] tres quoq; ſpecies eſſe, adamuſſim ſingula perpendentem latebit. Etenim herpetem Romanæ mulieris deſcribens, & qui duntaxat cuticulã erodat, ulceretq;: Generis nomine uocatum herpetem intellexiſſe præſefert, qui cuticulam tantũ ueluti deurit. etc. Altera enim ſpecies, quæ. ſ. exedens nuncupatur, totam cutim ad ſubiectam uſq; carnem (excluſiuè tamen ut dicitur) exedere, ſecundo ad Glauconem poſita eſt. Quocircà quæ libro methodi quartodecimo[u] ſcribuntur, de ſimpliciter dicto herpete intelligenda ueniunt. Meminit autem poſteà de miliari. Nulli uerò dubium eſt exedentem quoq; ſpeciem inueniri. Tres ergo neceſſariò ſpecies inde colligemus. At de his obiter intantùm hoc in ſcholio dictum iam ſit.

r 13. Cõt. cap. 10. tribus in locis litera Q.
s 8. Theoricæ cap. 10.
t 14. Methodi cap. 17.
u cap. 17.

26^m.

Fol. 114. 5. Aetium Galeni ſententiã exſcripſiſſe diximus: quatenùs uidelicet duplex œdematis modus eſt, ſecundusq; dicendus potiùs ſymptoma eſt. Quanuis Aetius primum, quem ſcilicet morbum poſuimus, flatuoſum continere ſpiritum, & uelut à uaporoſo humore prognatum poſuerit. Cuius porrò ſententiam ueram eſſe oſtendemus, cùm defluentem priùs pituitã, in uapores deinde conuerſam, per ipſius carnis, atq; cutis etiam poros diſperſam, imaginati fuerimus. Non ſecùs, ac de ſanguine in phlegmones generatione Galenus[x] dicebat. quoniam uidelicet ex refertis uaſis, halitus ſpecie reſudans in ipſam carnem ſpargitur.

x 14. Methodi ca. 2°. uerſus medium.

27^m.

Fol. 115. lin. 11. {Tuũ uerò eſt. etc.} Quoniã ex multis propoſitis à Galeno tumoribus[y] ut œdemate, cãcro, anthrace, carbunculo'ue, gangræna, atq; alijs ſequentibus, ſigillatim cæteros definit, eorũq; materiã, cauſam'ue expreſſit: Inflationẽ uero, Græcè dictã ἐμφύσημα, Latinisq; characteribus emphyſema, non ampliùs nominauit, neq; (ſicut in alijs fecit) definiuit: Hanc ob cauſam tunc nobis omiſiſſe in catalogo eorũ tumorum, qui à Galeno definiti ſunt, placuit. Reducendum tamen aliquo modo ad quẽpiã ex frigidis tumoribus à Galeno definitis: Quoniam uerò exquiſitiùs poſteà ſingula perpẽdentes, eum in ſequentibus multorum aliorum tumorum meminiſſe inuenimus, ſoloq; tumoris nomine contentum abſq; ulla definitione, atq; ulla cauſæ mentione, pertranſiuiſſe, quemadmodum formicarũ, acrochordonum, pſydracũ et epinyctidũ, quos tumores non ſecùs, ac emphyſema, tanq; oĩbus notos relinquẽs, definire nõ curauit. Idcircò in melius noſtram ſententiã permutantes, huius declarationẽ neutiquam hoc loco poſtergandam fore, decreuimus: Quam ob rem duos, & ſexaginta numero tumores proferre in catalogo poſſumus, eorũ ſcilicet qui à Galeno in libro de tumoribus præter naturam aliquo modo tacti ſunt: Verùm hæc q; minimi momenti ſunt: Quod autem neceſſarium omninò eſt, perpetim conſiderandum occurrit. uidelicet Tumoris nomen, definitio, cauſæq;, & temperamentum, quæ præ cæteris hoc in loco ueſtiganda, propoſuimus.

y lib. de tumoribus præter naturam. cap. 6. poſt mediũ et cap. 7.

28^m.

Fol. 116. lin. 36. {ſicq; in foueam excauari nequit} Dictum ibi à nobis eſt ex, uaporibus per poros diſperſis alteram œdematis ſpeciem conſtitui: E quibus deinde adauctis, partemq; lacerantibus, altera quoq; emphyſematis ſpecies fiat. Hinc eſt, quòd ex œdemate nonnunq; emphyſema fieri, contingit. Vti uidemus in cadaueribus, in quibus priùs fit œdema (ut ſe=

y cap.3.

cundi ad Glauconem.)[y] Deinde auctis ſpirituoſis uaporibus, adeò intumeſcit corpus, ut totum inſtar tympani reſonet, & non amplius foueam, præmentibus digitis efficiat. Sic ergo differunt aliquando hi tumores ſecundùm magis, & minus.

29[m].

Fol.121.19. {Centaurea ſemetipſum curaſſe Chironē.etc.} Inde fortaſſis hercle nomen impoſitum eſt, ut centaurea, & centaurium diceretur: quia Chironem Centaurum curauerit. Quēadmodum & chironion eandem nonnulli hærbam, ob curatum Chironem appellarunt.

30[m].

Fol.130.25. Lichen equorum declaratur: in eorū.ſ. genibus, ac ſuper ungulas. Marcellus autem Romanus medicus,[z] Lichenem quoq; Aſini ad medicinæ uſum capit. dicens {capilli, & barbæ naſcentur etiam glabro, ſi lichenē Aſini, ideſt collectionem duram, quæ eſt circa crura eius comburas, & teras, & puluerem illum ex oleo uetere imponas. Hoc ita ualidum eſt, ut ſi mulieri inde maxillam unxeris, barbas ei naſci, ſcias. Hippomanes uerò, quod à Plinio deſcribi poſuimus, ab Ariſtotele[a] priùs dictum legimus. Sic ſcribente {Cùm equa peperit, ſtatim ſecundas deuorat, atq; etiam quod pulli naſcētis fronti adhæret, Hippomanes dictum, magnitudine minùs carica parua, ſpecie latiuſculum, orbiculatum, nigrum, hoc ſi quis prærupto odorē moueat, equa excitatur, furitq;, agnito eo odore. Quapropter id à ueneficis petitur, & percipitur mulierculis.} Virgilium autem idem innuiſſe diximus. cū ait. {Quæritur & naſcētis equi. etc.} At hoc nomine expreſſo, aliud Virgilius intellexit. Cùm aliàs inquit.[b] {Hinc demùm (Hippomanes uero quod nomine dicunt Paſtores.) Lentum deſtillat ab inguine uirus.} Quo etiam ad ueneficia mulieres uti ſubdit {Hippomanes, quod ſæpè malæ legēre nouercæ: Miſcueruntq; herbas, & non innoxia uerba.} Nec minùs autem ab Ariſtotele id præſcriptum legimus. Cùm de equarū libidine, ac furore loquens, ait.[c] {Tùm aliquid emittunt, quod Hippomanes appellatur, eodem, quo illud, quod naſcitur (ſcilicet in fronte pulli) nomine. Sed hoc præcipuè ad amoris ueneficia petitur.} Duplex ergo Hippomanes Ariſtoteles docuit. Rurſusq; ſtatim ſubdit {Equæ tempore coitus humorem emittunt ſuis genitalibus, ſimilem genituræ, ſed multò tenuiorem, q̄; mares: quem Hippomanes nonnulli appellant, non quod pullis naſcentibus (ſcilicet in eorum fronte) adhæret.} Quanq̄; non deſunt, qui herbam, Aliíq; fruticem huius nominis eſſe autument. quoniam equis deguſtata furorem inducit. Dicitur enim ab {ἵππος} Græcè quod eſt {equus} & {μανία} quæ furibundam inſaniam ſignificat. Qua quidem ratione tam Hippomanes pulli naſcentis fronti adhærēs, q̄; alterū genituræ ſimile, à genitalibus libidinoſæ, furentiſq; Equæ reſudans coitus tempore, atq; emanans, nominatum utrunq; à uetuſtiſſimis Græcis eſt. Quoniam ſcilicet maniam, furibundam'ue, ac temerariam, uel amoris ſæpenumerò inſaniam, epotum inducit. Quòd ſi uel herba, uel frutex, uel quodcūq; aliud ab equis exeſum, epotum'ue illos in inſaniā perducat, Hippomanes quoq; dici poteſt, q̄tum ad nominis uim pertinet. Quanq̄; uetuſtiſſimi non id intendunt, ſed quod ab equis originem habens, edentes, bibentes'ue maniacos, inſanoſq; reddat, non uera tantùm dementia, q̄tùm ex amore. quos ita ob amorem inſanientes Paulus,[d] Græcè appellat ἔρωντας. Auic. uerò Arabicè[e] Iliſci, ſeu Albaſach.

z lib. de medicamentis. c. 6. poſt medium.

a 6. de Hiſt[a]. aīaliū. c. 22. in fine.

b 3°. Georgicorū uerſu. 280.

c 6. de Hiſt[a]. aīaliū. c. 18. poſt principia.

d lib. 3°. c. 17.

e p[a]. 3[i]. tr 4. c. 22. & 23.

31[m].

Fol.159.7. {uel inuito Galeno} Galenus enim glandem non tumefieri ait.[f] Contra quē plura

f 6. de loc. aff. cap. 6 p[i]. de Hiſtoria aīaliū. 13. & 2[i]. p° uerſus finem.

ra ibi diximus. Quæ non solum ipsi aduersantur Galeno: sed Aristoteli. à quo hanc sententiã transcripsisse Galenum opinor. Quanq; & aliter quoq; deficit Aristoteles, ut qui cartilagineam esse penis substantiam in homine credidit. 32[m].

Fol. 170.36. Plurima ex Dioscoride Plinium exscripsisse diximus. Plinio Dioscoridem uetustiorem esse supponẽtes, cum Chronicarum Authore. qui Dioscoridem sub Vespasiano Flauio, decimo Romanorum Imperatore, ac Titi patre florente: Pliniũ uerò sub Traiano quartodecimo Romanorum Imperare scripsit. Verùm si benè considerarimus. Plinius quoq; sub Vespasiano floruit: Cui libros naturalis Historiæ dedicauit. quemadmodum in eiusdem Epistola ad Vespasianum nuncupatoria liquet. Quam ob rem contemporaneos fuisse apparet. Id quod Hermolaus [e] etiam comprobat: præsertim quia tam Plinius, [f] q; Dioscorides, [g] Licanium Bassum cognouerit, & quidem ambo prouecti, & iam commentantes. Quinimmò Hermolaus aliquandò posteriorem, licet non multò, Dioscoridem suspicatur. Nos autem & si contemporaneos fuisse compertum habemus, prius tamen Dioscoridem sua commentaria in lucem ædidisse reputamus. Vt qui Licanium Bassum cognouerit, eius tamen ut uiuentis mentionem fecit. Plinius uerò se naturalis Historiæ libros condente, mortuum esse Licanium carbunculo testatus est. [h] Impossibile igitur non est à Dioscoride Plinium aliqua transcripsisse: Quem nihilominus nominasse dedignatus fuerit. Quòd si nec Dioscoridem Plinius: neq; hũc ille nouerit: Ab eodem tamen ambobus priore aliquo Græcorum scriptornm, utrunq; plurima sumpsisse uerosimile est. Qua de causa in plurimis conueniant. Atq; idipsum pro eo, quod impræsentiarum intendimus, satis, superq; nobis est. 33[m].

[e] In Glossematibus in Plinium super libro. 26. cap. p[o].
[f] lib. 26. c. po.
[g] lib. p[o]. in præfatione.
[h] Vt lib. 29. in fine in glossematibus Plinij.

Fol. 172.10. & 11. {asef.} & {asaf} significant desudationem unde dicitur {asaphati} siue {sahafati} ex Razis locis comprobatum est, ac deinde Serapionis, dicentis {& deriuatur hoc nomen proprium sahafati ex accidente proprietatis sequentis eam, quod est, quia accidũt cum ea quædã foramina parua tenuia ualde. Ex quibus foraminibus resudat aqua. etc.} Vbi uerbum {resudat} considera. Vnde nominis ratio capitur. Cùm, ut diximus {asaphati} siue {sahaphati} ab {asef} siue {asaf} sudorem significantibus deducta nomina sint. Quam ob rem & idem quoq; Razes alibi [i] de hoc eodem affectu loquens, quem Græci {ὑδρῶα} idest, sudamina uocant, ait {Ideo Græci appellant {asaf} cum nomine deriuato à sudore. etc.}

[i] 25. Cont. ca. 23. circa prin[a].

34[m].

Fol. 183.7. {ut formica, & claui. etc.} Auicennæ locus correctus quoq; supra fol. 32. ubi lin. 27. 30. 52. formicas, pro Arabum consuetudine, diximus, quas Græci herpetas uocant. Hìc uerò formicam, non Arabum, sed Græcorum intelligimus. μυρμηκίαν illi nuncupant. Sic enim & ipse met Princeps non semel Græcorum more tam hoc nomen, q; alia usurpat. Quanq; aliàs Arabes insequens, Lectoribus non paruam errandi ansam præbuerit.

35[m].

Fol. 193.28. {Hippocrates ecthymata nuncupasse uisus est} dico {uisus est} quia nõ patet hoc expresse nec à Galeno declaratum alicubi offendimus. Sed ita Manardus, eiusq; deinceps exscriptores Tagaultius, & Fuchsius, acceperunt. Sed enimuerò inde colligi potest: quoniam à crassioribus fieri humoribus ecthymata Galenus ait: Cuiusmodi exanthemata Paulus describit. Tenuiores enim uel per halitum discuterẽtur, uel in amplum latum'ue, herpetis, erysipelatis'ue instar, extenderentur. 36[m].

Fol.194. prima { eius methodum minimè postergassent } . s. Hippocrates, Galenus, cæteriq; Græci, & Latini Authores ueteres. Quòd si fortassè Hippocrates, & Galenus uel omiserint, uel (si dixisse mauis) scripserint, sed tamen hodie uolumina, in quibus scripta hæc sint, minimè reperiantur: Oribasius tamen, Paulusq;, & Aetius nequaq; præterijssent. At hi exanthematum curationem scribentes, longè diuersum ab ijs, quos nunc uestigamus, affectum intellexerunt. Vt tùm ex affectus descriptione, tùm ex remediorum natura patere cuiuis potest. 37[m].

Ibidem.5. { uti Celsus Latinè conuertit, pustulæ, ulcerosæ ab Hippocrate. etc. } Aduerte q̃a nõ dicimus nos Celsum uertere { pustulæ ulcerosæ } Sed ad Celsi uersionem refertur duntaxat dictio { pustulæ } quæ dictio, sicut & { efflorescentiæ } refertur ad Græcum nomen 10 { ἐξανθήσεις } & quoniã dicitur ab Hippocrate in aphorismo { ἑλκώδεις } Ideo statim subdimus { ulcerosæ } Celsus uerò Hippocratis [i] aphorismum (ut sui moris est) referens libro secundo, [k] { pustulæ } tantùm, absq; hac dictione { ulcerosæ } ait: sic dicens { Vere tamen maximè quæcunq; humoris motu nouantur, in metu esse consueuerunt. Ergo tum lippitudinis, pu" stulæ, profusio sanguinis, abscessus corporis. etc. } Volumine autem quinto, [l] ubi pustulas, " quæ maximè uernis temporibus oriuntur, declarat: exanthemata ostendit, proprijsq; inditijs describit, subdens { ubi hæ ruptæ sunt, infrà quasi exulcerata caro apparet: ἑλκώδεις Græ " cè nominatur. etc. } Adeò ut ad Hippocratis aphorismum accedere uideatur, pustulas ulcerosas definiens. Quanq; in quibusdam nuper impressis Celsi codicibus, loco dictionis { ἑλκώδεις } legatur { φλυκταῖναι } sed non ita nostris, & Hippocratis auribus huiuscemodi con- 20 textus: ueluti alter arridet. Inficias tamen minimè imus, & hoc etiam secundo modo legi posse, ac ueritatem in Celsi dicto inueniri. 38[m].

i 3[l]. Aphor. 20.
k cap. p[o]. post principia.
l ca.28. sec.14
Celsi locus.

Ibidem.23. { Multæ coniecturæ persuadent. } Quarum prima est: Quoniam ferè omnes huiuscemodi exanthematibus usq; adeò affliguntur: ut nullus quidem, nisi acerba morte correptus sit, intactus euaserit. Secunda est quoniam infantibus præcipuè, tenerisq; puerulis adueniunt. Tertia quoniam si deest in tenera ætate, in sequẽtibus tamen, uel in ipsa demùm decrepitate, aduenire consueuit: quasi necessariũ quoddam sit humanæ uitæ accidens. q̃q; aliquo modo ad primam hæc redduci queat. Quarta coniectura est: quoniam cuicunq; semel contigerit, rarissimè secundò, aut tertiò reuertitur. Quinta est, quia si una quidem uice uariolas passus homo fuerit: alia rursùs morbillis, maxima ex parte, uexabitur, & contrà. Demumq; 30 rossalia tentabitur. Sexta est, quoniam uariolis priùs, dein morbillis, ac tertiò demũ rossalia, ut plurimùm affligi consueuerimus. Vt minor in secundo, minimaq; in tertio affectu malignitas remanserit. Septima tandem fuerit, quoniam post uariolas, morbillosq;, & rossaliam, salubrior homo uiuit: eoq; magis, quò perfectiùs horum occasione perpurgatus fuerit. Plura tamen loco deinceps proprio demonstrabimus. 39[m].

Fol.197.7. { Exceptis Adamo, et Eua protoplastis. etc. } Inuidi q̃dam susurrones mihi legenti occurrerunt, CHRISTVM Gloriosissimum nostrum Redemptorem obijcientes. quoniam homo fuit, ueruntamen uirili ex semine conceptus non est, nullamq; materni sanguinis infectionem recepit. Qui tamen responsione penitùs indigni sunt. Cùm de hominibus loquamur, & peccato, & cuiuis morbo subiectis, secùs uerò est de CHRISTO uerissimo 40 DEO, et Homine: Vt qui non ex uirili semine, sed Spiritu Sancto cõceptus est. Purissimoq;,

&

& immaculatissimo sanguine genitus. Quinimmò & Beatissima eius mater, ac sanctissimi Apostoli, & reliqui omnes à DEO Optimo Maximo electi extra nostri libri, tumorisq; omnis considerationem existunt. Quemadmodũ & alij quoq; repellendi, qui à mundi prima origine menstrualem infectionem extitisse, nobis aliquandò admittentibus[m] obijciunt ante primorum Parentum, Adæ.s.atq; Euæ originale peccatum, non fuisse in medium adducentes. Vt quod nos largè ac Medicorum more, & secundùm quendam loquendi modum pronunciare solemus, ad sophisticas reddducere quæstiones enitãtur. Satis enim, superq; nobis est, ante Aesculapium hanc infectionem extitisse. Quam ob rem ab Hippocrate, cæterisq; uetustioribus medicis, q̃tum ad hoc attinet, cognoscẽdum fuerat. Sed omissis blaterantibus sycophãtis, alia perpendamus.

[m] Vt fol. 204. 35.

40m.

Fol. 200. 202. 203. tangitur, pro responsione ad secundum argumentum Fernelij. ꝙ ex menstruo quidem sanguine embrionis generatio fit. Pro quo notandum est: eos, qui oppositum sentiunt, inde fortassis persuaderi: quoniam satis absurdum sibi uidebatur naturã, pro embrionis generatione, peiorem sanguinem transmittere. uidetur ergo ad uterũ, pro huiusmodi opere complendo, perfectiorem descendere. At minimè interim aduertunt quodlibet membrum sibi priùs, q̃; alijs intendere: quemadmodũ ex Galeno[n] aliàs ostendimus. Cùm uerò insitas à natura facultates habeat, quibus se ipsum regat, attractiua utitur semper, quod perfectius, dulciusq; est attrahendo: Expultrice autem quod molestius, grauiusq; fuerit, à se reijciendo. Hepar ergo, & cætera mulieris membra omnia cùm perfectiorem, et magis elaboratum sanguinem, pro sui nutritione, attraxerint: quod crudius, minusq; purũ est ad uterũ singulo mense deijciunt. Vnde foràs expurgari queat. Quòd si semen ibi, formatrice sua, generatriceq; uirtute operãs hic inuenerit, ab eodẽ retinetur, coquiturq;, & exquisitissimè elaboratur: præsertim quod ex hoc minùs impurum est. Rursusq; ex eo, quod concoctum est, perfectiusq;, ac magis depuratum attrahens: deterius ad circũstãtes uenas, ueluti ad promptuarium quoddam (uti Galenus[o] ait) transmittit. Vnde nõ ad mammas modò regurgitat, eas tumefaciẽs, in colostrum aliqua ex parte mutatum: sed ad pedes quoq; descendit. qua de causa tumefieri, œdematoso quidem tumore, grauidarũ crura consueuerunt. Quanuis ergo embrio, & ab initio sperma ipsum in utero conceptum, quod exquisitius, perfectiusq; est, ad se trahat: Non potest tamen à remotis, & à toto matris corpore attrahere: nisi quod propinquũ est, & illùc ab uniuerso corpore, tanq̃; superfluum, & aliorum membrorum nutritioni ineptum, depulsum fuerit. Aliter .n. concipiens utero mulier crassissimo, imperfectissimoq; & uitioso sanguine uix nutrita (cùm perfectior ad embrionem traheretur) ad nonum mensem usq;, Viua perdurare non posset. Etenim sic ualida membrorum natura non est: ut eum sanguinem, spermatis instar, elaborare queat. In quo uis tanta est, ut non coquere modò, aut nutrire, sed generare etiã ualeat. Verùm plura de his aliàs, & quidem uberrimè locuti sumus.

[n] 5. Aph. 39. et 3. de potẽtijs naturalibus. c. 13.

[o] 14. de usu partium cap. 8.

41m.

Fol. 202. 28: { Hæreditarios podagricos uidemus. etc. } Immò accidit aliquando patrẽ in senectute aliquem pati morbum, quem posteà filius, ad eandem perueniens ætatem, patiatur. Cùm tamen (quod mirabile dictu est) genitus hic filius sit à patre, priùs q̃; talem morbum passus ipsemet pater fuerit, ut potè adhùc iuuene, ac robustissimo existente, ut ex hoc quidem ostendatur, non in ipso tantùm filio reseruatam diutiùs, abditamq; huiusmodi uitiosam qualitatem

extitisse,

extitisse, uerùm etiam in patre. Quiquidem in tempore, quo iam hunc filium generauit, huius modi abditam qualitatem reseruabat. Quam deinde ad senectutem perueniens publicauit. Ita quoq; in filio obseruatum esse diximus. Sic etiam de caluitiei, & barbæ, multorumq; aliorũ symptomatum similitudine indies conspeximus, qua filij ad patrem referuntur: Aristotelesq; iam aliquando [p] idipsum tetigit. 42[m].

p p° de generatione animalium cap. 18. in principio.

Fol. 213. lin. 12. & 13. & 16. & 28. Pustulæ nomine cũ interprete Linacro sæpè usi sumus, ubi Græcè habetur {φλυκταίνα} atq; ita priùs, in declaratione tumoris decimi, admisimus. quanq; pustulæ nomen genericum apud Celsum [q] est, multas sub se species includens. Etenim quia Celsus quoq; met de carbunculo speciatim aliquandò loquens, [r] pustulæ nomen speciatim usurpauit. Ita & nos ipsum æmulati, bullæ, ampullæ'ue loco, pustulas (ubi præsertim 10 non ex proposito loquimur) admisimus. 43[m].

q libro 5. cap. 28. sec. 14.

r Ibidẽ cap. 28. in principio.

Ibidem ponuntur responsiones ad primum, & secundum argumenta facta contra Celsum.

Obiectio.

In quibus tamen responsionibus ambigere quispiam posset: quoniam uidentur sibi inuicẽ repugnare. Etenim si de sæuiori, malignáq;, ac adeò uenenosa, ut partem affectam sensus expertem, gangrænæ instar, nedùm indoloriam reddat, anthracis specie locutum esse Celsum existimarimus: ut primi responsio insinuat: Quomodo sine febre esse potest? Quòd si à febre immunis est: quia s. in principio adhùc tumor sit: Quomodo igitur doloris, quin sensus quoq; interdùm expertem particulam reddidisse ualuit.? Ni ad sui extremum, summumq; peruenisse tumorem intellexerimus? Absurdum uerò nimis apparet horum signorum alterũ in fine, alterum uerò in principio capi. Cùm simul ambo, ad eiusdem affectus significationẽ, 20 relata ab ipso Celso sint.

Rñsio.

Cui quidem obiectioni respondendum est, sic proculdubiò esse. uidelicet primum symptoma ipsius morbi potiùs finem insequi, quo tempore carbunculi effigiẽ exquisitiùs repræsentat. Priùs enim q̃; in nigredinẽ peruenerit, adustumq;, & crustosum ulcus effectum sit, carbonem præseferens, Phlegmone potiùs, q̃; carbo nuncupandus huiusmodi tumor uenit. At quod nam absurdum est ei, qui cuncta sigillatim inditia, symptomatáq; narrare intendit, si quæ in principio adueniunt, ijs, quæ in medio, aut fine morbi contingere consueuerint, connumeret? Id quod apud Galenum quoq;, Paulum, Auicennam, cæterosq; tam Græcos, q̃; Arabes, atq; ipsos etiam Latinos obseruari sæpissimè potest. Vltra quod ne penitùs quidem impossibile, aut indecens esse arbitramur, anthracem, uel completum, ultimoq; cõbustum, in aliqua extremarum partium à corde remotissimarum obortum, absq; febre nihilo= 30 minùs ab initio ad finem usq; perseuerãtẽ aliqñ inueniri posse. Præsertimq; in siccissimo, purissimoq;, & ad putridam febrem ineptissimo corpore, & in hyeme, atq; aere siccissimo, uel tẽperato, aut à uentis, & præcipuè Aquilonijs expurgato. Quemadmodũ sæpè phlegmonas usq; adeò uehemẽtes uidimus: ut ad Gangrænam perduxerint. absq; febre nihilominùs perdurasse. Sic & herysipelata, & herpetes. Quinimmò (quod dictu mirabilius est) & leues, paucasq; interim numero uariolas eodem modo, præter, ullam febrem, factas aliquãdò uidimus. Cui & ratio quadantenùs astipulatur. Cùm totus ille, non multus interim, uenenosus, malignusq;, & atrabilarius humor ad extremum, uilemq; locum, et à uisceribus, præsertimq; à corde remotissimum expellatur. Cuius occasione si febris affuerit, uel comminueretur: uel 40 prorsùs cessaret. Quoniam ergo Medicorum Theoremata magna ex parte perpetim intelligenda fore Galenus etiam ipse confessus est: [s] etiam si ex figura dictionis perpetuum quid ostendatur.

s 6[l]. Aph. cõm. 58.

ostendatur. Idcircò (ni uelis impiè Celsum, atq; Plinium condemnare) Hos authores sibi inuicē congruentes reddere possumus. Quam ob rē neq; Celsus sine febre huiuscemodi affectum gigni simpliciter protulit: ut qui rarissimum, & pauco etiam tempore perdurans acceperit: Verùm disiunctiuè loquens, ait { nonnunq; horror, aut febris oritur, aut utrunq;. etc. } Sed uberiùs loco deinceps proprio, tam hæc, q̃; reliqua multa contemplabimur.

44[m].

Fol.220. Tuberculum dupliciter capi, apud ipsum quoq; Celsum dicitur. nec (ut aliqui uolunt) speciatim, pro speciali Græcorum phymate. Quòd si apud eundē quoq; Celsum adeò speciale nomen id { tuberculum } caperetur, ut idem penitùs suo cum phymate esset: Haud 10 tamen propterea cum Hippocratis, uel Galeni phymate confundi posset. ut cum illis dicamus, Hippocratis, Galeniq; phyma, Celsi tuberculū esse. Quoniā (prout ibi fusiùs oñdimus) idem non est Celsi phyma cū Hippocratis, aut Galeni phymate. Tu igitur perpēde. Sed ne obstat quidem, quia secundo libro,[t] Hippocratis aphorismum[u] Latinè referens, ait { et plura alia tubercula } ubi quidem Hippocrates Græcè scripserat { καὶ τὰ ἄλλα φύματα } ut hinc Latinè tuberculum, propriè dictū phyma præseferat. Etenim cōmuniter, generatimq; sumptū esse tuberculi nomen, ueluti & apud Hippocratem, phyma, ex ijs, quæ uberrimè à nobis declarata iam sunt, liquet. quo nomine strumas etiam, acrochordonas, glandulasq; dignatus ipse Celsus sit. Hermanus autē Cruserius primo de morbis uulgaribus:[x] Vbi Græcè Hippocrates habet { ἐπάρματα } Latinè dicere possumus eleuationes, ipse uertit { tubercula } 20 tuberculi nomen (ut patet) generatim usurpans.

t cap. p[o]. uersus finem.

u Aphor. 26. libri tertij.

x Cōmentario p[o]. cōm. 10.

45[m].

Fol.222. De Bubone sermo fit: multaq; de hoc nomine dicta sunt. Breuiter tamē impræsentiarum annotemus, quoniam si nomen id { βουβὼν } prius de inguine, sede scilicet, dein uerò de omni phlegmone in glandulis quibuscunq; captum sit: Quemadmodum nonnulli dupliciter tantū bubonem capientes, declarant. Verisimillimū est prius etiam de inguinum inflammatione dici, q̃; de aliarum partium adenosarum affectu. Qua de re tripliciter capi bubonis nomen supposuimus. Primò pro inguine. s. particula: Secundò pro eiusdem affectu. Tertiò pro reliquarum glandosarum partium inflammatione.

46[m].

30 Fol.224. in principio Galeni φύγεθλον definitur. quod quidem caliditate simul, ac generationis celeritate ab alijs phymatibus, tuberculis'ue, in ipso etiam adenosarum partium loco genitis differt. Quam ob rem deductum esse nomen dicere possumus fortasse, παρὰ τὸ φυγὴν, καὶ ἐθέλειν: quasi dicat: ab eo quod est, fugam, exiliumq;, uelle, arripereq;. Vt dicamus, φύγεθλον, idest, φυγὴν ἐθέλων hoc est, fugam, exilium'ue cupiēs. quasi humor ille non uti à natura tantùm pulsus, eiectusq; in adenas percurrat, uerùm sua sponte q̃; libentissimè accelerans, tanq̃; ad sibi paratū locum defluat, usq; adeò. s. celerrimè concurrens, ut ocyssimè tumor generetur. Quanuis & hoc ipso celeriùs ad suppurationem perueniat propriè dictum Galeni phyma. ut quod ex sanguine syncero fiat: quemadmodum phygethlo bilis admiscetur, eius suppurationem retardans.

47[m].

40 Fol.239.37. { nonnulli uolunt } Hermolaus Barbarus[y] ita declarat. Quo etiam modo Calepinus. Qui licet de ramice loquētes Celsum minimè nominent: Quoniam tamē anteà de hernia

y In glossematibus ī Pliniū dictione { Enterocela. } litera. E.

z lib.7° c. 18. nia sermocinati, eam ex Celso[z] in tres species distinxerant. Idcircò de ramice deinceps adiungentes, pro Celsi consuetudine, supposuisse uidentur. Cùm hæc neq; apud Plinium, neq; alium ex ueteribus Romanis, quos uidisse permissum est, colligere potuerint. Motos autē ad huiusmodi opinionem hos, & alios idem pronuntiantes, suspicor: quoniam uidentes ipsi Celsum, ramicis nomenclatura, cirsocelam comprehendisse:[a] ac postmodùm capite sequenti[b] de sarcocela determinasse (quanq; ramicis nomine hanc minimè significauit) demumq; de bubonocela statim scripsisse:[c] quam & ipse ramicis speciem supposuit, inguinis ramicem nuncupans: sarcocelam sub ramicis etiam nomine comprehendi posse, iudicarunt. Quoniam uerò sarcocela cum porocela plurimum conuenire, uidetur: adeò ut Paulus[d] de utroq; affectu, in eodem capite determinarit, distinctionis interim inditia subiungens: hanc fortassis ob causam, & porocelam ad ramicem reduxerunt. Nos autem (ut ibi quoq; notauimus) solam ex Celso cirsocelam, ac suo modo definitam bubonocelam (quæ uaricis etiam species est) comprehensam esse ramicis uoce, obseruauimus. Sed hæc Grammaticis omittantur.

a Ibidē cap. 22.
b cap. 23.
c cap. 24.
d lib. 6 c. 63.

¶ Hæc sunt, Scholares, ac tanq; filij dilectissimi, paucula quædam scholia, uobis (ut spero) non inutilia. Quæ quidem non tanq; publicanda scholia scripta priùs fuerant, sed obiter, ac ut contingebat, in mei libri margine inter imprimendum annotata. Cunq; à quibusdam ex nostris familiaribus discipulis uiderentur, instanter etiam petita fuerunt. Quamobrem currenti ferè calamo transcripsimus, ac Typographo pro uestro rursùs commodo præbuimus. Valete igitur, et me, uti soletis, peramate. Ac necessarium Indicem ab his accipite: Unde quæ in libro scripta sunt, promptissimè inuenire uobis integrum fore, compertum est.

AD LECTOREM

Prius q̄; ad libri examen perueneris, corrige mendas Typographorum incuria contingentes. utpote quæ inter legendum sæpè rei sententiam perturbare possent. Quamobrem ex industria statim ab initio pernotasse decreuimus. Vbi primus numerus folium: secundus uerò lineam ostendit. Vbi uerò unus tantum numerus positus est, prænotati folij lineam indigitat.

Hæc ergo sunt.

¶ Folio. 25. linea. 30 deest dictio {nōnunq̄;} legendū ergo est {ab Hippocrate nūnq̄; designatæ} Et. 39 {adsciscens}. i. adiungens}. 27. 18. {audiuimus, comprobatur.} deest ergo {cōprobatur}. 30. 16. {non confirmata} Ibidē in margine litera, e, {23. ante & post {litera, k, {dictorum} 57. 7. {differentijs} lege {causis} 62. circa medium marginis {Ad p^{m}. 2^{m}. & . 4^{m}.} Pauloq́; post {Ad. 3^{m}. & . 5^{m}.}. 64. post mediū marg. {Ad p^{m}. 2^{m}. & . 4^{m}.} . 65. 26. {promiserūt: ut ita} . 68. post principia marg. {Exēplum. 3^{m}.} dein {. 2^{m}.} deinde {p^{m}.} sic. n. ab Auic. disponūtur. 68. in Marg. h. male habetur. {fo. 47. lin. 3.} lege ergo {fo. 35. litera. n.}. 74. 27. post uerbū {comprehendit} integrā lineā typographus omisit. sic. n. subdere op3 {Haud. n. compositus dici pōt, quia cum intemperie humor existit. Cùm nō morbus at causa humor hic sit} Adeo ut etc. . 74. 40. {uideatur} . 85. 10. {minulentum quidē ulcus intellexerit.}. 31. {feruenti} . 86. i. {confirmatur}. 89. 33. {fermentationemq́;}. 92. in marg. post principium {tres responsiones} . 93. 33. {χωρὶς τῦ ζεῖν}. 103. 27. {quod apostema} absq; accentu . 109. f. {q̄nto de cōpo.}. 37. {ad ἐκχύμωσιν ergo} per . κ. 112. 16. {expositione, significans} 113. 29. {utero gerentibus}. 115. 14. {nonnunq̄;}. 117. 39. {Qua in re}. 121. 31. {tam Celsus}. 124. 19. {affectus} . 21. {colliquationeue corporis} . 31. {consueuerint}. 38. {adhùc}. 130. 31. {præreptus} . 132. 29. & . 30. {Polybi}. 148. 4. {elephanticum}. 28. {comparare . 173. 12. {ulcuscula}. 41. {albaud} bis absq; aspiratione legendum. 175. lit. x. {in declaratione}. 178. 6. & 11. {ecZesmata} . 179. 21. {dici posset} ubi legitur {dicere possemus} . 21. deest dictio {sedéq;} legendum ergo {symptomate sedéq; nomen} . 180 14. {plures} . 182. 4. {nesciens} . 186. 24. {uehementiores} . 190. 25. {exanthemata}. 26. {. Galenus} . 191. 35. {mordensq́;} ubi legitur {moderansq́;} . 194. 16. deest {affectum} lege ergo {congenitum affectum, quem} . 30. {diuersos quoq;} . 195. 37. {sepissimè} . 197. 38. superfluit. {quia} lege igitur {Enimuero non penitùs} . 199. 18. {in oppositum} . 202. 9. {ad cauum} . 203. 18. {generatione} . 212. 37. {ut rectius dixerimus}. 213. 13. {crusta} . 217. in principio {cuius quidem} deest ergo dictio {cuius} . 219. 9. {duritie} . 236. 39. {occurrens demonstratur} . 238. 39. {ἐρυθροειδὴς}. 239. 3. {ἐλυτροειδὲς}. 8. {ἴδιος}. 11 {ἐρυθροειδὴς δὲ}. 241. 28. {cirsocelam} lege {hydrocelam}. 245. 29. {quouis modo} absq; accentu. 246. infine marginis. litera {i} ponitur cū loco Razis. quæ tamen poni debet {fo. 247. 3. ubi est, i, super dictione {lepra.} 258. 29. {uaca} lege {uocatam} . 264 30. {ineptissimisq́;}. 267. 38. {apPareat}. 370. 34. {Arabibus}. 274. 9. {μεταξὺ} . 276. 1. {interpretatus est}. 9. {phlegmonenue} . 277. 34. {antiadas} . 284. 16. {uarijs} . 296. 7. {Quarum} . 300. 18. {tamen.}

¶ In Scholijs fol. 10. li . 11. {aliorum} . 12. 26. {apostemati} . 28. {in magnitudinis}: 29. superflua est dictio {autem} legendnm nāq; {intemperies. præsertim etc.} . 14. 2. {ac terreum} 25. {ad uicina.}

Plura præter hæc errata sunt, præsertimq́; in orthographia quæ tamen omissise uoluimus cúm unusquisq; facillimè aduertat. & interlegendum corrigere posset.

IANCOLA ZIZVS POLISTENENSIS OBnoxius Discipulus Excell. Philippi Ingrassiæ huius ætatis Medicorũ Principis. ad eiusdem Opus Hymnum.

Icarus (fama est) cupiens uolatu
Tangeret stellas, rapidiq; solis
Regna, cum ceræ caluere, in undas
Corruit audax.

Corruit Phaeton, populante flamma
Corpus, aurati male qui petitos
Rexerat currus genitoris, atq;
Excidit ausis.

Parua uerò horrens pelagi pericla
Cymba, adit ripas, minus apta uento:
Nanq; si uelis penetraret altum,
Mersa periret.

Hæc timens, laudes caueo referre
Hoc libri uersu modico, uel ore:
Exigunt magna moduletur alter
Flaccus auena.

Nam docens quicquid Medici Latini
Arte dixerunt, Arabesq;, Græci,
Lucidis, paucis tenet iste uerbis
Dogmata cuncta.

Tu senex ergo, Iuuenisq; libro
Et stude, & grates meritas habendo
Semper (ut debes) sapiente summo
Disce Philippo.

Nestoris uiuat Pylij (Deusq;
Faxit) hic annos, meliora condat
Posteris: fama celebrisq;, toto
Fulgeat orbe.

INDEX OMNIUM QVAE IN HAC LIBRI PARte continentur: In quo primus numerꝰ folium, secundus lineam denotat.

B

Colis

Dedo=

Causæ

Causæ Chironium

Encauma

Febris duæ

qui


Pannocchia

Pauli alia

πνευμάτωσις

Strumæ

FINIS.




REGISTRVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA. α ß. a b c

Omnes sunt Terniones præter α quaternionem.

NEAPOLI
Excudebat Matthæus Cancer.
Septimo Idus Aprilis.
1552.



INQVIT medicorũ lucerna, fulgẽtissimũq; sidus, GALENVS [a] librũ opus'ue quodpiã enarrãtis interesse, dũtaxat, quæ obscuritatẽ habẽt dictiões elucidare. Quãq; uulgares (quos passim inspicimus) ĩterpretes minimè id obseruãt: uerũ quoq; et ea quæ dicũtur, ĩ libris (in quos cõmẽtaria parãt) astruũt, et demõstrãt. Vtinã uerò id tantũ agerẽt: uenia nãq; digni, perutilia tãgẽtes, essent: Cũ Galenus ipse, ob eũ quoq; morẽ, et his quos nõ probauit, cõsentire cogeretur: Maximaq; ex parte ad ea, quæ q̃dẽ explicatiõe ĩdigẽt, sentẽtiã suã prodere, et afferre, demõstrationesq; (uti uidere nõ semel cuiq; fas est) adiũxerit. Verũ et illi (quod tædiosum superpõdiũ ẽ)
10 suis ĩ enarratiõibus, sophisticas (quæ discẽtes ipsos ad finẽ artis nullo pacto iuuare posſũt) su perseminãt quæstiões. [b] Cõtrà tamẽ Galenus ipse cũctorũ dux, atq; lucidũ exẽplar agebat: Sẽper enim quæ cõmodissima sũt, proseq moliebatur. CONSIDERANTES igitur quæ à nugace Dinulo, diuisoreq; potiùs (hoc ĩ libro) q̃; interprete, multoq; minus Speculatore gẽtili, (si tamẽ ipsus est, fulginatis .n. stylũ seruare nõ uidemus) cæterisq; chirurgiculis aceruãtur, nõ sophisticas modo minimeq; utiles lucubratiũculas: et ubi res nõ postulat (ut Galeni [c] uerbis utar) cõmorãtes, inuenimus: Verũ ẽt, ijs omissis quæ nõ parua caligine, simul ac falsitate obruta diutissime lucẽ exoptarũt, unico uerbo, insipidè, satisq; ineptè pertrãscũtes, sicco (ut aiũt) pede, ac ueluti super farinã mures, dicẽdo patet, planum'ue ẽ. Quod aũt peius arbitramur, nosq; mirũ ĩ modũ perturbat, idipsum est quoniã duplex cũ sit interpretis scopus
20 (Galeno [d] authore) ut simul & cõsentanea cũ scriptore, & uera dicat: q alterũ tantũ obseruat, hòc est reprehẽdendus, q̃ dimidiũ labefactauerit totius: is præsertim q uera tantũ dicat. placuit nãq; interdũ Galeno, [e] ut potiùs iuxtà sentẽtiã authoris loquamur, cũ alterius doctrinã proseqmur, enarramusq; , q̃q; fuerit falsum. Interpres uerò, q neq; uera dicat, neq; cõsentanea cũ authore libri, maximè cẽsendus est peccare: Quẽadmodũ nõ semel, aut iterũ chirurgiculorũ (ut existimãt) proton dinutiũ, cuius q̃dẽ (ob aliqua ĩ senectute cõscripta lõgè perfectioris farinæ cõmentaria, è q̃bus altissimã famã nõ immeritò adeptus est) rudibus pariter iuuenilibusq; cõpositiõibus tã temerè attribuũt, ĩnumerosq; eiusdẽ classis ĩterpretes ad lapidem offendere quotidiè cernimus. Si uera prædicẽ, perge, & quæcũq; dixerimus ĩ dies perlibrato. Verũ nãq; (philosopho [f] authore) sibi õi ex parte cõsonũ est. VISA deinceps Auicẽnæ
30 (quẽ barbari suũ ueluti Principẽ nõ ĩmeritò uenerãtur) caligine, atq; ĩ plurimis falsitate, cũ rudi indigestaq; interpretũ mole: ad eius dictorũ enodatiões pro nostræ sciẽtiolæ mẽsura, cœlitus inspirõne obtẽta, ĩpellimur. Hũc ĩterim morẽ obseruãtes: ut quæ doctè, uel è priscorũ sententia dicta sint, hilari corde, ac ex illorũ monumẽtis cõprobarimus. Sic .n. (ueluti Galenus [g] edocuit) is q antiquorũ placita enarrãda suscipit, ea amicè magis definire, q̃; morosè redarguere debet. Quæ uerò ab illis ineptè, aut perperã albasen trãscripserit: ex eorũ quoq; , ac præsertim Galeni, pauliq; (à q̃bus exscribere conatus est) uerbis respuere enitemur: quæ obscuritatẽ habẽt dictiões dũtaxat elucidãtes. In his uerò quæ per se iã uel medicinæ cãdidatis aperta sũt, minimè tẽpus frustrà cõterẽtes. Simpliciũ quoq; medicaminũ: ĩ q̃bus ĩnumeri cõtingũt errores, nõĩa solũmodò tãgẽtes: q̃bus q̃dẽ magna ex parte passim cũ græci, tùm latini, arabesq;
40 ac nostri corruptè uulgares, frequẽtiori usu rẽ indigitãt: Deinceps eorũ tẽperamẽta horũq; ordines gradus'ue, ac solas deniq; ad eius morbi de quo sermo fiet propositũ pertinẽtes, et op-

 portunas

a. 2[i]. de rõe uic. ĩ morb. acut. com. p[o]. in prohœ. 3. aphor. & p[i]. reg. acut. cõ. 8. ideo 6. aphoris. cõ p[o]. circa mediũ : iam uideor expleuisse expositoris officium. &c.

b. uide 2[i]. de rõe uic. ĩ morbis acut. com. 2[o].

c. 3[i]. de morbis uulg. cõmentario p[o]. comẽ. 4. ante medium.

d. 3[i] de morb. uulg. cõmentario p[o]. com. 4. circa medium & libello de comate post prin. & in prin. 2[i]. de respiratiõis difficultate.

e. p[i]. prædic. cõ. 4. in altera lõgiori enarratione.

f. p[i]. ethicorũ. x.

g. 2[i]. de sympto matũ causis cap. 5. post medium.

portunas uires : Dioſcoridis præſertim, Galeniq́;(ſi qdẽ tali de re locuti fuerint) Serapio-nis quoq;, ac Principis ſæpiculè teſtimonio, nõnunq̃; uerò Pauli, atq; Aetij decretis deſcribẽ-tes. Ne ſcripta noſtra apud naſutulos cẽſores malè audirẽt, nomẽq; noſtrũ ſugillationis cõta-gio, uel ingrati animi ſuſpitione pollueretur, ſi ſine teſtimonijs ageremus. tametſi nuſq̃; loca (ne faſtidiũ parerẽt) interſeruiſſe libuerit. Idipſum uerò perpetim ſeduloq́; obſeruãdũ duxi-mus, ut id de quo aliàs prætactũ iam ſit (ne repetita crãbe miſeros legẽtes interficiat) minimè repetamus. In calce demũ cuiuſlibet curatiui capitis curãdi methodũ, atq; nobis familiaria, & uel quotidianis experimẽtis cõprobata, uel ab alijs fidedignis experta (pro perfectiori do-ctrina) ſubiungemus. Galeni, Pauliq́; loca interim quæ difficultatẽ habent enarrantes.

h. in prin. præfationis.
i. in prin. expõis pi. libri. de fractu ris.

QVOD ſi uis, atq; munus explanationis eſt (perinde atq; anteà [h] prætactũ fuit) obſcu-ras dũtaxat dictiones elucidare, fieri tamẽ ab oĩbus ferè expoſitoribus (Galeno quoq; [i] refe-rẽte) cõſueuit, aliqd uidelicet eorũ quæ ſcripta ſunt, aut uerũ eſſe demõſtrare, aut falſum cõ-uincere, aut ſi captioſè qſpiã accuſarit, defendere: licet ſeparatũ qd ab explanatione iam ẽẽ uideatur. Nos itaq; cõmunẽ uſum inſequemur, inutilibus interim quæſtionibus omiſſis, ut nõ tãtũ exponẽtis, uerũ ẽt addẽtis, annotãtisq; offitio fungamur. QVANVIS aũt exqſitæ in-dulgẽtes breuitati: nõnihil tenebrarũ nouello lectori offundere: ipſiusq; mẽtis aciẽ, quæ minus attẽta eſt, ac parũ huiuſcemodi dicẽdi breuitati aſſueuerit, caligine quadã retũdare, ac hebeta-re, primo ſtatim obtútu, ſcripta noſtra uideãtur: Deinceps tamẽ, re iam exactius perpẽſa: apo-phthegmatisq́;, et laconismis, priſcorũ academiæ (Galeni teſtimonio [k]) familiaribus, iã libra-tis, exqſiteq; recognitis, nõ mediocrẽ uſũ cõferẽt. ut quæ præ cæteris qdẽ cõmodis, adhuc facil-limè, breuioriq; tẽporis interuallo memoriæ cõmendẽtur. Nã talis doctrinæ modus (Galeno [l] ẽt cõſulẽte) & ad primã diſciplinã, & ad illa quæ didicerimus memoria retinẽda: uel ſi fortè obliuio interciderit, ad memoriã reuocãda utiliſſimus eſt.

k. 4[i]. meth. 4[o]. in fine & 2. prædictionũ. cõ. 16.
l. pi. aphoriſ. cõ. p[o]. circa finẽ.

HAVDQVAQVAM tamẽ nos ipſos præterit, laborãdũ plus multò his fore q̃ qdẽ Principis, arabũq; dogmata iam aliàs pro-feſſi fuerint: atq; in prauæ doctrinæ ſecta ſint aliti: Geminũ nãq; tẽpus (Galeno [m] ẽt docẽte) reqrũt: Alterũ in quo prauas opiniones dediſcãt: Alterũ uerò in quo melioribus ſeſe exerce-ant. Dedocẽdi quoq; tẽpus prius eſt, qn grauius q̃ docẽdi: præſertimq; ſi triginta annis, uel pluribus, calloſo animi ſcirrho (ut Galeni [n] uerbis utar) occupatus homo ſit. propter quod thi-mótheũ clarũ ĩ arte tibiarũ ferũt duplices ab ijs, quos alius inſtituiſſet, ſolitũ exigere merce-des: ab eis ſimplices (ueluti Fabius [o] teſtatur) q̃ rudes traderẽtur. Ei nihilominus magnoperè cõſidẽdũ duximus, quod ueritas intellectũ (cuius bonũ eſt [p]) allicit. Eſt aũt & deus ipſe op-timus maximus sũma ueritas, quæ noſtrã mentẽ & allicere, & luſtrare dignetur.

m. 7. meth. cap. 3. in fine.
n. lib. de peccatorum animi notitia atq; medela ante medium.
o. lib. 2. cap. 3.
p. 6. ethicorum cap. 3.

Obiectio.

AT ma-ximũ undiq; ſtrepitũ terga noſtra lacerantẽ audituros iam cõcipimus: fatuũ .ſ. hac tẽpeſtate fore, barbaros exponẽdo, tẽpus ineptè cõſumere. hac inq; tẽpeſtate, qua græcis uniuerſa fides (neglectis barbarorũ phãtasmatibus) adhibetur. Satiùs nãq; foret Gal. uel Hippocratis, aut Pauli, q̃ arabũ monumẽta enarrare: ſi pluribus gratiora cõponere intẽdimus.

Reſponſio.

Verũ ſi iuſte me increpãt: Iuſtiùs me Herculè Syluiũ nõ meſues modò cõmẽtaria interpretãtẽ, ſed Cactina-riæ quoq; medẽdi methodos Galeno annectentẽ: Albanũ quoq; turinũ: multoq́; magis ĩtrepidũ nõ dico arabũ, ſed græcorũ quoq; maſtigẽ, oẽsq; barbaros nauſeantẽ Andreã Veſaliũ (q Ra-zis nõnulla interpretari, ornatis uerbis, enitũtur) increpabũt. Quos tamẽ uiros alioq doctiſſi-mos tãtũ abeſt ut arguã: ut maxima potiùs laude dignos exiſtimem, ueluti & Ioannẽ quoq;

buyerinum

Buyerinum campegium quædam Auerrhois collectanea latinū in idioma cōuertentē: si mo=
dò ex proprio illorū idiomate in latinū trāsferrēt. Minùs enim ornatas dictiones in elegā=
tiores traducere, parūq; cōgruas, in eas quæ cōgruitate polleant orationes uertere: uel rheto
rū, uel grāmaticorū potiùs q̄ medici munus arbitramur. Itaq; utiliùs lōgè fuerit Arabicis li=
teris cōsūmato cōfidentes, eorū difficultates, ex q̄bus tāscripserūt authoribus enucleare: me=
diciq; nomē q̄ pedagogi gloriā nācisci. Nos aūt ultrà ꝙ græcorū, & latinorū quoq; monu=
mēta elucidabimus: ijs qui adhuc præduro callosóq; cordis tumore obstinatè, ac nostra præscr
tim in regione, talē barbaris fidē adhibētes, ut euangelica dicta reputēt, cōtendere decreue=
rūt: medelā, suo præ cæteris ex Principe, intendimus. CVM uerò nōnullæ quæstiones du
bitatiunculǽq; à Dinello agitentur: Ne à rudibus & sciolis barbaris nouā hāc, quin antiq̄orē
potiùs, rediuiuam nihilominùs doctrinā minimè olfaciētibus mihi detrahatur: Mutilusq; (si
eas omiserim) atq; inutilis existimer: pro enucleandis illis, Galeni quoq; uenia (perinde=
ac anteà [q] præassumptū iā est) interpretū abusum quadātenus cōseq̄ cogar: ac præcipuè
ut Dinutij, Gētilisq; illū in cōsultè æmulātis, & aliorū ferè oīum innumeræ chirurgiculorū
dementiæ, (parcāt quorum aures offendūtur, ubi de re utili sermo fiet) deleantur.

Quærit itaq; Dinulus hic priùs (tametsi importunè, cū chirurgici liber hic minimè sit) quid
est chirurgia? quoniam omnis notitia (uelut Cicero [r] atq; ex Platone [s] Galenus [t] quoq;
affirmat) eius de quo fit disputatio, à definitione proficiscitur, indéq; exordiū sumit. pro cu=
ius q̄dē definitionis enodatione, medicinā (quā cū Auicēna sciētiam supponit) in theoricam,
practicāq; præsecuit. Deinceps uerò practicā subdiuidēs, in eā quæ præsentē tuetur sanita=
tē, ac eam quæ absentē (detruso morbo) recuperat. Sub secūdo utriusq; diuisionis mēbro
aptiùs collocandā chirurgiā duxit. Adeò ut nō temerè tertiā terapeuticæ partē affirmare
possimus, si pro habitu quidem intelligimus propriè sumpto, nos ipsos rectū ad opus dirigēte.
Sin placeat de manuū factione sermocinari, tertiū dicemus medicorū opus. Conātur siq̄dem
hi sola uictus ratione, si fieri q̄dē pōt (Principe scribēte [u] non oēm morbū suo perpetim indi=
gere ut expellatur, cōtrario: uerū satis superq; interdū esse unica dūtaxat uictus ratione de=
cēter uti) quò prospera cū Damasceno cūcta succedāt, affectibus obsistere. Hac uerò neque=
untes ad medicaminū usum trāscendunt Quo adhuc impotentes, inuiti ad manutigiū impel
lūtur. Verū enimuerò nobis circa hæc spatiari, uagariq; minimè uacat: ut ostendamus
cū Rege medicorū Galeno, philosophorūq; protogymnasiarcha Aristotele, nec nō suo fido (in
q̄bus potuit) achate Auerrhoe: q̄n & ipso arabū medicorū Principe, (inuitis suis expositori
bus) Auicēna, medicinā neq; scientiā esse, nisi cōmuniter: Sed artē propriè. Neq; in theori=
cā ac practicā uerè distingui. Cū præcipuè satis superq; nostris in artē medicā cōmentarijs
determinatū sit: præter ea quæ amussim ac perpulchrè uir nūq̄ satis laudatus Ioānes manar
dus, noster olim præceptor, suo primo in eandem cōmētario, [x] tetigit. Certū nāq; nobis est
ità uel in omnibus procedere, ut uerè, ac meritò de nobis dici nequeat, ꝙ à charta sumpseri=
mus in papyrū trāscribentes. uerè inq̄, ac meritò: fortassis enim aliquādo nō temerè, at op=
portunè id fiet. Boni tamē æqui'ue Dino fecerimus: cū iuxtà sui (quē interpretari conatus
est) Auicennæ uerba, famosamq;, apud eius interpretes, intentionem loquatur, ut oēs ferè
Arabum interpretes suā ipsius opinionem comprobātes habeat. Verum hinc, ab utroq; ex=
positoris munere destitutū esse, liquet. Principis.n. sententia Galeno minimè repugnat:

q. circa prin. hu ius præfationis.

Dini dubium primum.

r. lib. p°. de offi= tijs.

s. in hippia mi= nore: et in Alcibia de p°. et in sophi sta speciatim ue= rò in protagora.

t. pi. metho. 3. et lib. de salubr. ad trasybulū cap. p°.

u. 4a. pi. cap. p°. in fine.

x. comm. 13.

ueluti fusiùs loco suo demonstrabitur. Hi uerò tũ falsa, tum a sui (quẽ interpretantur) authoris mente aliena turpiter aceruant. Ad secundũ uero ipsius quæsitũ permeãtes, an. s. hic liber,

Secũdum.

in tertiã uidelicet, & quartã fen (quas ipse iam exposuisse credidit) atq; etiã quintã distinctus (omissis interim prioribus, posteribusq; tractatibus) chirurgia possit appellari? Respõdentem uidimus, haud falsò, à cõmuniter uidelicet loquẽtibus, posse. exquisitiùs uerò Pauli sextus: Celsi septimus, & octauus, atq; Albucasis uterq;, nec nõ quĩta huius fen, chirurgia nũcupabitur. in qbus seorsum qdẽ rectus manutigij modus exhibetur. ubi .n. se medicinæ partes diuiserint, huic parti ea relinq autumat Celsus[y], in qbus uulnus fecit medicus, nõ accipit: & in qbus uulneribus ulceribusq;, plus perficit manu, q̃ medicamẽto: tũ qcqd ad ossa pertinet.

y. lib. 7. in fine prohœmij

Princeps uerò chirurgiã nõ uocauit hũc librũ, ut nobis huiusce quæstionis ansa relinquatur. Quòd si nomẽclaturã hãc alicubi, quod nobis minimè occurrat, attribuisse cõtigerit: nullam in nõinibus uim uestigãtes, nũcupãdi modũ hũc (impropriè licet, largiusq; loquẽdo) admictimus: Si qdẽ Galeno[z] adhæscrimus, dicẽti: mutuã opẽ medicinæ partes reqrere, tùm quæ manu tùm quæ medicamẽtis, tùm ẽt quæ uictu medetur: Maximeq; illã quæ manu curat reliqs duabus indigere: à quà nihilominus nomen propriè chirurgus trahit (Celso[a] etiã docẽte) ut q ab ea plurimũ præstat. Eoq; magis nomẽclaturã hãc admictere cogimur: qa chirurgici tumorũ omniũ curationes sibi (ob multorũ medicorũ imperfectionẽ, ignauiamq;) usurparũt, raptimq; uẽdicarũt. At prolixiùs in secũdo nostræ Iatrapologiæ uolumine[b] sermonẽ de his habuimus.

z. 3. de compositione medicamen. κατα γενη cap. x. circa medium libri.
a. in princi. 5. & 7. libri.
b. errato aduersorum. 5.

Tertium.

Quoniã uerò annexas oẽs medicinæ partes, curatiuæ inq;, uoluit tã Celsus, q̃ Galenus: perfacilè fuerit ad tertiũ quoq; à Dino propositũ dubiũ respõdere, quot. s. sufficiãt, necessaria ue sint, adhoc ut aliqs perfectus existat chirurgicus. Ea etenim quæ iam physico nũcupato necessaria in eodẽ quoq; Iatrapologiæ secũdo[c] recitauimus, ipsi etiã chirurgo nõ utilia modo, uerũ simpliciter etiã necessaria, ad perfectionẽ fore cõcludemus. præterea uerò esse chirurgicus debet (Celsi[d] documẽto) adolescẽs, aut certè adolescẽtiæ propior, manu strenua, stabili, nec unq̃ intremiscẽte, eaq; nõ minus sinistra, q̃ dextra prõptus, acie oculorũ acri, claraq;: animo intrepidus: immisericors: Sic ut sanari uelit eũ quẽ accipit: Nõ ut clamore eius motus, uel magis q̃ res desiderat, propcret: uel minùs q̃ necessè est, secet. Sed perindè faciat omnia, ac si nullus ex uagitibus alterius affectus oriatur. Pleriq; tamẽ eorũ q hãc exercẽt artẽ, & dicũtur restauratores (ut Razis[e] ad almãsorẽ uerbis utar) nõ benè eã exercẽt, neq; sapiẽter, neq; sub certa radice, ad quã redditio fiat. Immo maior eorũ pars casu operatur, & sicut ab alio edocti fuerint: Raroq; inuenies eorũ aliquẽ, q huius artis libros legerit: aut q eam à magistro literas noscẽte didicerit. Immo q maximè eam exercẽt, sunt idiotæ, & rustici, & stolidi: (perindeac hodiè Neapoli rudis qdã, primasq; missæ respõsiones ignorãs, ordinis minorũ frater, maximæ apud uulgus authoritatis est) Ideoq; propter suæ stoliditatis causam, ægritudines pessimæ in hominibus generãtur. LABORAT deinceps insudatq; Dinellus, ut ordinis rationẽ perscrutetur. Accipiãt q uolũt, Ego uerò superuacaneũ reor: Cum nõ possit certa ordinis ratio, perpetuò, adfinẽ usq; libri, obseruari (q̃; q̃; in plurimis adamussim adaptari queat). quãobrem & ipsemet nõnunq̃;[f] Auicẽnæ ordinem reprehendere coactus est. Sed ne (quod turpe ex Catonis monumento est) nugacium expositorum culpa nos redarguat, in his quidem plus q̃; par sit commorantes: Principem loqui exordientem, attento animo, arrectisq; auribus, ac ueluti ab eius ore pendentes, audiamus.

c. errato. 4. et. 7.
d. in prohœmio 7. libri.
e. in prin. 7. ad alman.

Ordo partiũ libri.

f. infra cap. 12. §. 5. in fine cõmẽ.

ALRAIS ABV HALI

ALHASEN, EBEN HALI, EBEN SINA,

DE TVMORIBVS PRAETER NATVRAM.

TRACTATVS PRIMI.

CAPVT PRIMVM.

IAM LOCVTI FVIMVS IN LIBRO PRIMO *de apostematibus, & speciebus eorū, et curis ipsorum, sermonem uniuersalem: ad quem redire oportet illum, qui uult audire quod nunc loquemur. In hoc autem loco loquemur de eis, sermonem particularem.*

COMMENTVM PRIMVM.

QVANQVAM *barbarè scripta ipsius Auicennæ uerba sunt. Maioris tamē fidei gratià, ne grāmatici nomenclaturam desiderantes, inutiles interdum in barbarorum nominum libramento atq; examine euadamus (ueluti præsens commentum ponderanti liquere perfacile potest) non sccùs ac antiquitus traducta ex arabico in latinum sunt, recitare ad finem usq; decreuimus. Sic .n & Leonicenus, & Manardus, Mattheus Curtius, ac Fuchsius, & demum omnes latini græciq; idiomatis peritissimi, & aliorum arabum, & Principis etiam uerba in medium adducere consueuerunt: ne calumniam, aliter uertendo, paterentur: cum Arabicæ linguæ penitus expertes extiterint. Nihilominus tamen deprauates interim contextus(ubi occurrerint) ex bellunensi ut plurimum: quādoq; uerò ipsius met ex aliqua Principis alibi dicta sententia, uel à quo transcripserit authore, rectiorem authoriq; conformiorem semper sensum eligentes, quēadmodum & ex uarijs codicibus eius doctrinæ propinquorem determinantes, omni semoto liuore, corrigere prò uiribus enitemur.* INTENTIONEM *ergo simul(ut ad propositū cōuertamur) ordinemq; tum scribendi: quem ipse obseruauit, tum etiam discendi: quem nos quoq; sectari debemus, exhibuit. Intentio quidē huiusmodi est de uocatis apostematibus particulariter determinandum. Ordo uerò, quem in scribendo iam obtinuit, est ab uniuersalibus ad particularia procedere. Cui quidem nos quoq; adhærere debemus. Quadere ad ea quæ primo in libro [a] uniuersaliter dicta sunt, eum reuerti præcipit, qui quæ hic dicenda sunt percepturus est. prænarratum uerò à nobis iam alibi [b] est non in theoricis modo, at practicis quoq;, factiuisq; artibus idem perpetuò obseruandum: ut ab uniuersalibus inq; ad particularia permigremus.* QVO *autem singula iuxtà authoris priùs(quem interpretamur) mentem: deinceps uerò iuxta ueritatem perpendantur: ad ea quæ primo iam libro uniuersaliùs pertractata sunt, reuersi: multa quidem non posterganda inuenimus. Secunda nanq; primi libri fen, [c] de passim uocatis ab ipso apostematibus, eorumq; speciebus: perinde ac deinde, fen eiusdem quartà, [d] de curationibus ipsorum, sermone quidē uniuersali locutus est. Priùs inq; de apostematibus, eorumq; speciebus, ab ipsorum essentia exorsus. Etenim*

Intentio libri & ordo totius

a. fen. 2a doc. pa. cap. 5. & fen. 4a. pi. cap. 25. & sequentibus.
b. po. lib. iatrapologiæ cap. 5. et in collegio medicorū.

Eorū quæ primo lib. dicūtur repetitio.

c. tra. po. cap. 25.
d. cap. 25.

quia tria sunt morborum prima genera (prout uniuersa Galeni, cœterorumq; medicorum schola reclamat) intemperies , uitiata compositio , atq; unitatis continui'ue solutio , Non temerè statim ambigere quis posset , quò eius de quo loquimur essentia pernoscatur : sub quo genere uocatum ab arabicis apostema à græcis uerò(si nomen significatu compar uestigarimus) uetustioribus quidem οἴδημα : nunc uerò passim ὄγκος atq; à latinis cõmuni dictione tumor, comprehendatur ? Cui protinus ab initio necessariò enodandæ difficultati satisfecisse uolens , non simplicem morbum esse hunc, quem & cognoscere & curare nunc intendimus , ait : ac per hoc neq; illorum unico sub genere comprehensum. Sed ex triplici iam dicta morborum differentia compositum:intemperie inq;,mala compositione , atq; continui solutione . Intemperie quidem calida , uel frigida , humida , uel sicca : uel quæ ex ijs commixta sit : calida inq; & sicca , calida & humida , frigida & sicca , seu demum frigida & humida : humori , àquo quidem oriunda est , proportionali. Vitiata uerò compositione : figura uidelicet , cum tumor præter naturã auctus , ob aceruatos humores , uel aliquid illis proportione respondens , factus sit : adeò ut affectæ partis actiones impediat : quarum tumorẽ continentium causarũ ratione , tum repleri obstruiq;, uel condensari meatulos , tum etiam si quæ amplior membro capacitas insit , eam diminui necessum est : quin & asperam natura superficiem extensione interdum leniri , lenem uerò tumoris inæqualitate exasperari non infrequenter contingit. Nonnunq; uerò numerus quoq; deprauatur: ut in oculi pterygio (quem nostri unguem indigitant) præsertim apostematis nomine latiùs iuxtà principis decreta (perinde ut infrà [e] demonstrabimus)assumpto. Siq; animalcula quædam,in ipsa tumoris apostematis'ue cauitate, generentur : sæpiculè autem & uniuersi affecti membri magnitudo augetur : Nonnunq; uerò articulum intercidentis cuiuspiam substantiæ ratione , situm quoq; partis lædi contingit. Vel omnia igitur ad organicorum compositionem pertinentia , uel horum plurima offendi , atq; in magnis præsertim effatuq; dignis tumoribus apostematibus'ue, necessum est. Quorum nihilominus uitiorum, quæ primò ac per se actiones impediunt, ea persemet in morborum catalogo computanda , componentiumq; morborum numerum cumulantia sunt . Quòd si alterius à se inducti ratione offendunt , ad causarum gregem reducenda : quemadmodum si obesse neutiq; ualeant, ad symptomatum syndromen aceruum'ue transferenda fuerint . Sed ne in his quidem duobus duntaxat uitiorum generibus tumor apostema'ue lapsum est, simplicium inq; primarumq; partium intemperie , atq; organicorũ compositione : uerùm & in ipsa utrisq; partibus communis unitatis , uel abdita , uel rudibus etiam propalata dissolutione : præcipueq; si exquisitiùs dictum græcorũ apostema (quẽ abscessum nuncupamus) extiterit . Abdita inquam , ea uidelicet quæ uehementioris uniuersimq; & uiolentia quadam inuadentis caloris,uel frigoris, uel etiam siccitatis dolorem, hac media (Galeni sententia [f]) inducentium ratione accidit . omnibus autem uel rudibus pernota , ea quæ, ob extensionem ab humore , uel spũ , uel quouis alio replente , partesq; intercidẽdo abinuicem abscedere cogente , facta est . Eoq; magis quò ad uigorem tumor propinquiùs accedit: Quo quidem tempore maxima, ob feruentis materiæ (siquidẽ calida est) dilatationem: uel saltem (si non calida sit) copiam, extensio, maximusq; deinceps , plenioris utris instar, renixus superuenit . Itaq; haud simplex morbus nominari quiuis tumor potest , quod apostematis nomine Princeps indigitat: uerum ex triplici genere (ipsius dogmate) cõpositus.

de quo.tr sequenti cap.2.com.pri.

Apostema secundum Aui. Quid?

e. in hoc eodem commẽto.

f. 4. simplicium medicamẽ. p°. & lib. de inæquali intemperie. 6. et p¹. de sympt.cau cap. 6.

positus. Quam profectò sententiam idcircò minimè reijciendam duximus: quoniam Galeni quoq; medicorum phœbi fuisse (præter apertam rationem) cognouimus. Qui quidem uel in phlegmone (præter intemperiem) tensionis lacerantis ratione dolorē cōtingere ait: [g] Adeò ut in pleuritide, membranæ inq; costas succingentis inflammatione, doloris utranq; causam, uidelicet intemperiem, ac manifestā unitatis solutionē, medicè magis, & clariùs (ut alibi [h] ostendemus) loq. uolens, assignauerit: præter quas à naturali quoq; habitu in quantitate recedere affecta mēbra, Eugenianū docēs [i] declarauit: secundū oēs scilicet dimēsiones longū, latū, & profundū: adeò tamē ut naturæ actionibus officiat, perinde ac de oībus præter naturā tumoribus sermonē habens [k] indigitat. Aliter enim symptoma nō morbus tumor ipse (quē admodū & cūcti præter naturā facti lapsus functionibus minime obstātes) existere ab eodē alibi [l] declaratur. Ex tribus ergo morborū generibus cōpositū esse Arabū principis apostema, tumorem'ue (ipsius met sententia uel à Galeno comprobata) demonstrauimus.

QVONIAM uerò diuinissimi Platonis præceptū extitit nō tantū à Galeno, [m] sed Auerroe [n] quoq; recitatum, de principijs q.dem lōgum haberi sermonē oportere: paruus.n. error in principio (philosophorū spirarchi [o] testimonio) causa est maximi erroris in fine. Idcircò superfluum uidetur minimè, quin operæpretium potiùs, quid sit apostema, quid'ue apostematis nomēclatura (abscessum latini uocant) apud græcos, atq; arabū interpretes, intelligēdum, & prolixiùs, & clariùs, alioq; calle incedētes, enodare. Diuersos.n. (quod barbaros ferè omnes, cùm physicos, tū chirurgos latet) hosce authores à se inuicem offendimus. Multò nanq; largius hoc nomine Razes, atq; Auicēna, cœteriq; post ipsos barbari usi sunt, q̄; græci: cum illi nomē id (ueluti prætactū iam [p] est) capiant, pro quolibet præter naturā tumore: cui mala qualitas, & cōtinui dissolutio cōnectuntur. Adeò ut ad carnis incremētum additionē'ue (prout est ab his uocatū morum) formicasq;, & acrochordonas extendāt [q] Quāobrē & propriè dicta phlegmone, erysipelas, herpes, gangræna, sphacelos sideratio'ue, ac cœteri demū (id genus) tumores, ab Arabū principe (omissa reliquorū caterua) in apostematū catalogo cōnumerantur: quēadmodum œdemata quoq;, ac scirrhi, quin & ipsi etiam dracunculi. At uerò secus à medicorū lucidissima stella, cœterisq; græcis habetur. Quanuis enim largiùs, impropriéq; loquēdo, ἀπόστασις (abscessum latini uertūt) interdū [r] pro euacuationibus etiā per effluxū acceperit Hippocrates, ut dysenterias, tenesmos, lienterias, aluiq; fluxiones: nō nunq; [s] uerò pro morbi alicuius in aliū trāsitu: ut qum ex alijs febribus ac morbis abscessus in quartanas factos esse pronūtiabat. Propriè tamen apud græcos idem est, quod ἀπόστημα, tumorq; præter naturā intelligitur, in quo spatium intermediū, uacuum'ue quodpiam fit: ad quod q.dem ueluti ad sinum quendā materia colligitur. Adeò ut quæ priùs se cōtingebant, corpora nunc abinuicem distent. Idipsum uerò dubellet, uel cum articulo aldubellet: ac dubellati similiterq; aldubellati nominat Princeps. Ex quo Galeni, Pauliq;, & reliquorum deniq; græcorum ἀπόστημα, latinorum uero conformiter abscessus, Auicennæ dubellet, siue aldubellet est (quemadmodum apud ipsum [t] perpendere licet.) Vt aūt quod diximus elucescat, inutile quidem haud fuerit, uel ab re Galeni uerba recitasse: cū præcipuè nouum quoddam id portentum barbarolatinis nebulonibus nihil profundè speculantibus appareat. Inquit ergo medicorum imperator Galenus [u] (Expleto iam de scirrhosis, inflatisq; tumoribus sermone) Iam tempus opportunum occasio'ue est, ut transeamus ad ab

scessuum

g. 2. aphoris. com. 47. 2. reg. acut. p°. commēto.
h. infra cō. ultimo huius pi. capitis.
i. 13. meth. ī prin.
k. lib. de tumo. præter naturam. cap. p°.
l. lib. de morborū differentijs cap. 12.
m. pi. simplic. 21.
n. 3. de aīa cō: 4.
o. pi. cœli 33.

Apostema secundū græcos, atq; arabes.

p. supra in hoc eodem cōmē. ex 2a. pi. doc. pa. cap 5.
q. ut infra. capitibus proprijs istorū p3.
r. p°. de morbis. uulg. cōmentario 2. tex. 35. 36.
s. ibidem. tex. 21.
t. infra cap. 21. & 2a. pi. doc. pa. cap. 5 & 12a. 3. cap. 9. in prin. & 14a. 3. tr. 3. cap. x. in prin.
u. 2. ad Glauconem. 7.

scessuum tractationem : Sic aût nominant eas dispositiones, in quibus inuicem distant, quæ " prius se inuicem contingebant corpora . Spatium uerò uacuum in medio fieri necessum est: " Quod aliquam substantiam spirituosam, flatuosam'ue, aut humidam, aut mistam ex utrisq; " comprehendit : Ad hoc uero ex inflammationibus quædam atq; ex erysipelatosis & in- " flammatis phlegmonosis'ue nō paucæ transmutantur (erysipelatosas & inflammatas phleg " monosas'ue dispositiones (ἐρυσιπελατώδεις græcè, καὶ φλεγμονώδεις) appellat, mistas ex utroq; humore inæqualiter, bili inquã, ac sanguine : primas .s. in quibus bilis, secundas uerò in quibus sanguis ipse superabundat . has enim, prout infrà uidebimus[x], erysipelatosas erysipelaceas'ue inflammationes : illas uerò inflammata phlegmonosa'ue erysipelata nuncupare græcorum consuetudo est. & si ex alijs quoq; humoribus uni, uel duobus, aut 10 etiam tribus complicari admisceriq; tum sanguinẽ, tum bilem sæpiculè contingit : ut erysipelatosa œdemata, scirrhos'ue, aut phlegmonosos hosce itidem affectus intelligere queamus .) Sine his uerò etiam abscessuum apostematum'ue dispositio consistit, ex " superabundantia excessu'ue quorundam humorum, aut spirituum uaporosorum : " siue in ipsis patientibus partibus in medio generentur, aut ex alijs confluant : ea " ratione qua fiunt illa, quæ decubitus, ἀποσκήμματα græcè uocantur (catharros Ara " bum Principis traductor[y] appellauit) Nominant uerò sic huiusmodi dispositiones : quum " qui prius unum membrum infestant humores, eo relicto ad alterum transmutantur . Quo- " cunq; uerò modo fiat abscessus apostema'ue, id spatium, quod abscedentes interiacet par- " tes, humiditatibus, quæ ipsum faciunt, impletur : Quæ ubi aliquando perdurauerint, plu 20 res habent alterationes . Nam & lapidibus, & arenis, & testis, & lignis, atq; car- " bonibus, & limo, & sorditiei balnei, feci, siue amurcæ, & multis alijs talibus similia " in abscessibus corpora contineri inueniuntur . Quanq; iuxtà Pauli sententiam[z] aptiùs id nomen prioribus abscessibus dedicatur . ijs inquã qui ex inflammatione, aut inflammatis erysipelaceis'ue tumoribus oriundi sunt : ueluti Principem[a] quoq; posteriùs innuere demostrabimus . Dupplex igitur (siquidem rectè perceperis) apostematum abscessuum'ue genus prædictum est, perindeac ab eodem quoq; aliàs[b] non semel didicimus : unum quum phlegmone in pus uersa, pus ipsum tanq; in sinu aliquo est collectum . Atq; idipsum duntaxat author libri definitionum medicarum intellexit[c], quum ait : apostema est mutatio corporis ex inflammatione in pus, Pliniusq;[d] similiter, dicens, suppurationibus quæ græci uocant 30 apostemata, idem quoq; genus indigitare uidetur : tametsi non necessariò quodlibet apostema suppurōnem esse concluditur . par enim sermo esse, ueluti si quispiam dixerit { hominibus, quæ animalia dicimus } potest . In eam nihilominus ego sententiam magis inclino, ut latinorum suppurationem idem cum græcorum apostemate fuisse Plinius : quemadmodum & Medicarum definitionum author, intellexerit . id quod nonnulli quoq; græcorum crediderunt . Quanuis oppositum plurimi (Galeno[e] referente) uelint . Eos .n. qui in consuetum bonumq; pus immutantur, abscessus appellandos minimè censent : Sed illos duntaxat qui in aliam quandam corruptionem conuertuntur . Alterum uerò apostematũ genus est: quũ nulla præcedente phlegmone humor aliquis statim ab initio, isq; aliàs specie alius, cæterum 40 omninò acris, in parte aliqua colligitur. Porrò excoriat hic circumposita corpora: spatium uidelicet sibi moliens, uel inter duas tunicas, uel sub certis membranis. Excoriat autem omninò

apostema,

x. com, 13. huius p[i]. capitis.

y. 2[a]. p[i]. doc. p[a]. cap. 5. post. princi.

z. lib. 6. cap. 37.

a. infra cap. 21. tex. 3.

Apostematum genus duplex.

b. uide 14. meth. cap. 12. lib. de tumo. præternat. 4.

c. post medium.

d. lib. 20. cap. 3. circa medium,

e. lib. de tumo. præter naturam cap. 3.

» apostema, copia distendens: interim uerò putredinem quandã tempore contrahens. De
» utroq; autem apostematis genere simul intellexit Paulus [f], ipsum communiter hoc pacto
» definiẽs: ἀπόστημα τοίνυν ἐστὶ φθορὰ καὶ μεταβολὴ σαρκῶν, ἤτοι σαρκωδῶν, οἷον
» μυῶν, φλεβῶν, ἀρτηριῶν. hoc est. Apostema ergo abscessus'ue est carnium, seu car
» nosarum partium, nempè musculorum, uenarum, arteriarũ corruptio, mutatioq;. Si quis
autem refractaria Minerua præditus, anceps adhuc fuerit, An Principis dubellet seu du
bellati hoc idem importet, quod à græcis apostematis nomine indigitari, & à Galeno [g] de
» finitum ostendimus: ipsum met inferius [h] perlegat: qum de exitura locuturus dicet: Quã
» si nomen aldubellati cadat super omne apostema existiens in loco uacuo uel concauo, ad quẽ
10 effunditur materia aliqua: & remanet in eo quæcunq; materia sit. Exituram uerò ipsi-
us dubellati speciem esse uolens, ait [i], ex summa esse dubellet, quæ collectionem faciunt:
eam s speciem quæ calida est, non frigida, pusq; aggregat: q̃uis interdum generis nomi-
ne talem exituram indigitans, ut qum de mamillarum, [k] atq; stomachi [l], & hepatis [m] aldu-
bellati collectionem faciente, pusq; aceruante loquitur, ansam pluribus dederit exituram
dubellati æqualiter cõfundere. Iam igitur liquet nec phlegmonem, aut erysipelam, neq;
herpetem formicam'ue arabum, ac cæteros id genus maxima ex parte cutaneos tumores,
apostemata, græcorum more loquentibus, dici posse: Nam in phlegmone non coacerua-
tur ad concauum sanguis: Sed ad primorum (uti Galenus [n] ait) corporum spatiola (poros
græci nominant) quæquidem sola ratione (ipsius eiusdem authoritate [o]) contemplamur:
20 licet ea quæ interaneis ossium partibus existunt, sensui quoq; manifesta ob duritiem (uel
ipsomet [p], præter experimentum, teste) uideantur. ex quo spongiosas illas ossium partes
chirurgicorũ uulgus appellat. Ad primorum inq; corporum spatiola poros'ue sanguis, par
tim per uenarum ora, partim per tunicas transmissus; effunditur, resudatq;. Replentur
ergo illa prima corpora, nerui. s. ligamenta, membranæ, caro ipsa, tendonesq; cutis, & ossa,
anteq; hæc arteriæ, & uenæ, instar lanæ, & spongiæ, humore aliquo infusæ: atq; (ut idem
quoq; medicorum Spirarchus ait [q]) cuilibet carnis particulæ roris modo immiscetur. Idem
quoq; de igne sacro, quod erysipelas græce dicitur, herpeteq; determinandum. (quanuis hi
affectus à flaua bili oborti magis q̃; propriè dicta phlegmone ad cutim uel cuticulam uer-
gant) grangrænam pariter, ac siderationem sphacelon'ue, nec semper apostemata, neq; (pro
30 ut nonnullos inconsultè machinatos esse deinceps ostendetur) ulcera confitebimur: nisi qum
abscessus, aut ulcus eorum principium existit. tunc enim seruare ad finem usq; apostema
tis uel ulceris naturam potest: Galeno met alibi [r] docente, morbũ in principio & fine eius-
dem esse speciei. Adhuc autem nil aliud uel gangræna, uel sphacelos est, q̃; mortificatio,
hæc quidem facta, illa uerò fiens. Quæ si ex obstructione sola, uel ab extrinseco adstringen
te, uirtutisq; animalis transitum, quin uitalium spirituum, nutrimentiq; aduentum prohibẽte,
succedat, uel à lurido quopiam pernitiosoq; aconito, aspidis'ue, aut cuiusuis uenenosi anima-
lis morsu, qualitate duntaxat ijs sæpissime enecantibus, originem duxerit, apostematis no-
menclaturam sibi uendicare nequaq̃; poterit. Ad nos itaq; reuersi, concludamus apostema
tis nomen cõmuniori, q̃; græcorum modo, in præsenti textu, ueluti & in barbarorum omni-
40 bus traductis monumentis assumptum: Ni traducentium garrulitate contingat, quod nihilo-
minus q̃; minimi fore momenti arbitramur: Satis. n. superq; nobis impræsentiarum extiterit,

passim

f. lib. 4. cap. 18. uersus finem.

g 2i. ad glauco. 6. 14. meth. cap. 12.
h. cap. 21. in pri.

i. ibidem: & 2a. pi doc. pa. cap. 5. ante mediũ & clarius secundum bellunẽsis tradu ctionem.
k 12a 3i. cap. 9.
l 13. eiusdem tr. 4. cap. 9.
m. 14a eiusdẽ. tr. 3. cap. x.
n. de inæquali in temperie cap. 2. et 4. 14. meth. 2. pi. prognosti. ultimo & de tumo. pre ter naturam. 2.
o. 6. aphorismo-rum com. 20. 13. meth. dist. pa cap. 2. in principio & 9. de usu partium po. circa medium & 4i. de ratione uic. acut. cõm. 21. post. pa.
p. de inæquali in temperie 2. 9. de usu partium po. uersus medium.
q. lib. de tum. præ ternaturam 2. in fine & 14. meth. cap. 2.
r. pi. de locis af-fec. cap 2 & lib. de particularibus morborum tempo ribus cap. 2.

passim uagantes barbarorum contextus græcis atq; latinis comparare. uerum enimuerò ni de nominibus certare, præter necessitatem, à nasutulis carpi timerem (oportuit enim hucusq; sermonẽ protelasse, quò rerum differentias nõnũq; pernouerimus) proculdubiò barbaros respuerem. Sequendum nanq; in græcis nominibus græcos, non barbaros, in latinis uero latinos, atq; in barbaris barbaros, & lippis & tonsoribus liquet. cum unicuiq;, propria in arte (Galeno[s] ět docente) cedendum, uelutiq; peritiori confidendum magis sit. Quaderè, cum præcipuè nihil eruditum de nominibus in medium adduci posse, in uniuersum Galenus pronuntiarit, [t] siue assyriorum linguæ uocabulum sit: ab ipsis assyrijs rem discendam esse, cui nomen illud indiderunt: siue sit persarum linguæ, aut indorum, aut arabum, aut æthiopum, aut omninò aliorum quorundam, illos percunctari oportere, thrasybulum admonuit. [u] Quo quidem consilio deinceps conducti ab ipsomet Arabum Principe nominis Bothor significationem efflagitabimus, paruum nanq; apostema esse: quemadmodum & hoc simpliciter prolatum, Bothor magnum indigitare ait: [x] quod simpliciter dictũ Bothor, sequenti cõtextu, pustulæ uoce (ut uidebimus ostendit) apostema reliquum absolutè pronuntians. Hæc de apostematis, atq; Bothor eminentiǽ ue (ut aliqui interpretantur) tùm nomine, tùm essentia, in tantùm dicta sint. QVIBVS præostensis (ut ad ea, quæ uniuersaliter primo libro dicta, de ipsorum quoq; speciebus differentijsq;, sunt, complenda reuertamur) communi penes affectam sedem distinctione princeps usus est [y]: Quoniam uel mollem .s. partem, ut carnes ipsumq; etiam cerebrum (perindeac alibi ratione quoq; comprobans adiunxit [z]) uel duram, ut ossa, speciatimq; (ueluti & aliàs, Galeni quoq; demonstratione, confirmat [a]) dentes. Quibus quidem & mediam pariter adiungere, subintelligereq; debemus, ut neruos, membranas, ac tendones, quin cartilagines, & ligamenta tumor ipse apostemá ue obsidet. Quã profectò distinctionem, sententiamúe ex medicorum quoq; protoplasto Hippocrate [b], eiusq; protogono Galeno [c] elegimus. qui & ossa (ut à duris exordiamur) nonnunq; abscedere, uerumq; apostema pati confitentur. considerandum nanq; (dicebat Galenus [d]) si possibile est illud quod dicit: Noscentibus nobis, ꝙ uiam semper materiebus inuenire naturam Hippocrates opinatur, quando ualida fuerit: & si illæ sint crassiores, & per angusta foramina debeant permeare: quando & per ossa fieri inquit abscessus. Alibiq; [e] etiam cerebrũ gangrænã pati: quod ibi sphacelari (largiùs capto nomine) dixit Hippocrates, nedũ phlegmone uexari posse, pro comperto supposuerunt. quam quidem cerebri inflammationẽ phrenitidem, uel phrenitidis causam esse quamplurimis in locis Galenus ipse [f] exprompsit. qum .s. suis membranis in recipienda inflammatione consentit. Quem deindè medicorum imperatorem, & Paulus [g], & Aetius [h]: anteq; hos Oribasius [i], & Alexander [k], absq; liuore insectati sunt: quin & RaZes [l], Arabumq; Princeps [m] Auerrhoes [n] quoq;, & haliabbas [o], ac demum tota & græcorum, & arabum schola confirmat. tametsi Oribasius, Paulusq;, & Aetius, atq; ipse etiam arabum Princeps, præter eam cerebro & membranis communem phlegmonem, phrenitidis causam existentem: ipsius duntaxat similaris substantiæ cerebri phlegmonẽ seorsum à phrenitide pertractant. Quam profectò phlegmonem, gangrænãq;, quin ipsum quoq; sphacelon siderationem'ue apostematis nomine barbarorum caterua sæpe sæpius indigitare consueuit. Atq; alijs quidem locis uel currentibus (ut ita dixerim) oculis, obiterq; ferè uisis: sedulò tamen, ac maturè Galeni uerba de iniqua intẽperie

Nota.

s. lib. ad bonas artes exhortãte post medium.
t. lib. de salubri an ad gymnasticã pertineat. cap 32.
u. ibidem.

Bothor quid?

x. 2ª p[i]. doc. pª. cap. 5. in princi.
y. ubi supra.
z. pª. 3[i]. tra. 3. cap. pº. circa prĩ.
a. 7ª. 3[i]. cap. pº. post mediũ.

An cerebrum et ossa possint apostemari.

b. 7[i]. aphori. 73. sexti. 45.
c. 7[i]. aphori. 54.
d. ibidem.
e. 7[i]. apho. 50.
f. xi. metho. 18. in prin. & 4[i]. de locis affectis pº. et 3[i]. 5. et 5[i]. 3. et. 2. de sympt. causis. 7. post mediũ 4. de præsagi. ex pulsibus cap. 9. ĩ prin. & uide p[i]. prorrheticorũ cõmẽtario pº. cõm. pº. & sæpe.
g. 3[i]. 6. 7. et. 8.
h. sexti. 25.
i. lib. curationum cap. 9. x. & xi.
k. p[i]. 13.
l. lib. diuisionũ. cap. 6.
m. 2ª. p[i]. doctrina pª. cap. 5. pª. 3. tr. 3. cap. pº. in prin. & cap. 4. & 5.
n. 4. colliget ca. 46. post medi.
o. 9. theor. cap 4.

perie sermocinantis, perlibrato, qum ait.[p] Ac quæ in uentriculum incidunt abscessionum optima est, quæ in sinum eius internum abijt: in quem etiam plerũq; se aperiũt: Mala uerò quæ sub peritonæum. Pari modo in ijs quæ circa cerebrum existunt, bona est quæ in priores eius uentriculos abscedit: mala quæ sub inuolucro eius, item quæ in posticum eius uentrem se recipit. Qui uerò circa costas abscessus colliguntur hi in capacitatem erumpunt thoracis &c. quo quidem in loco si recte perlibraris, & cerebri, & costarum abscessus, nedum phlegmonẽ fieri supponit. Quam porrò dentes etiam aliquãdo suscipere, uel ipsi phlegmoni quippiam simile pati, iam alibi ratione[q] quam princeps (uti uidebimus[r]) transcripsit comprobare, nedum simpliciter proferre offenditur. Quo etiam loquendi modo (ut phlegmoni .s. persimilem affectum in ossibus concedamus) de fractis aliquando ossibus loquens[s] usus est. Nec sanè miror, inquiens: si phlegmones quidam simile etiam ipsis fractis ossibus ad portionem accidat. Quamobrem de mollium simul, durarumq;, & mediocrium partium tumoribus præter naturam, speciatimq; de phlegmone sermonem habens,[t] ait. Quòd uerò omnis quoq; caro (cuius iam maximeq; affectio est inflammatio) repleri fluore sanguineo uideatur, & color, & tumor ipse ostendit. quarè & humida omnis & madescẽs, uti lana & spongia apparet. Huius rei testis est, quæ effluit sanies: qum inflammatio hostiolum habet. Iurè autem arbitror & ipsa cutis unà cum tumoribus eorum quæ subiacent, attollitur, & circumtenditur, & interposito tempore ipsa etiam de fluore aliquid accipit. uti uasorum quoq; tunicæ. sic etiam & ipsæ, quæ in inflammata parte sunt, membranæ: quin etiam ipsi nerui, & tendines, tempore procedente ipsius inflammationis participant. Interdum tamen uulneratis ipsis aut aliter affectis, ex illis ipsis primò ipsum malum incipit. uniuersaliter uerò nihil inflammatæ parti, secundum naturam, exactè se habere perseuerat, qum mora inflammationi est. sed omnia cum carne de fluore fruuntur: ut nõnunq; ipsa quoq; ossa attingat. quemadmodũ ex ipsis promouetur interdum primò affectis &c. Cuius quidem Galeni uerba satis superq; cõtemplatum esse Principem (si recte perlibraueris) liquet. QVONIAM uerò serapio[u] tam Hippocrati & Galeno, q; eos insequentibus omnibus barbaris nedum græcis aduersari, Marte proprio uisus est (tametsi apostema in cerebro, & frigidũ & calidum proposuerat[x]) sic exquisitiùs postea loquens. Et quãdo accidit in cerebro: nõ oportet ut iudicetur, quia est in ipso cerebro: immo in uelamine duro continente ipsum, quod nominatur menynga. & est illud ex quo nascitur uuea tunica & secundina (tenuem per hæc membranam intelligens, quæ χοροειδὴς, choriformis à Galeno[y] nuncupatur, à barbaris uerò secundina. à qua quidem ῥαγοειδὴς, uuea .s. tunica oculorum exoritur. quaderè sic legendum fortassis est ; ex quo nascitur uuea tunica, & est secundina ; subditq; deinceps: Quia nos scimus q in omni membro, in quo fit tensio, accidit apostema: Sed non est in natura cerebri, ut recipiat tensionem, propterea quia est humidum currens. Et similiter non est in natura ossis ut recipiat tensionem, propterea quia est frigidum & siccum, & durum ualdè. Est ergo necesse ut non accidat tensio nisi membris quæ sunt inter id quod est in fine duritiei, & inter id quod est in fine lenitatis: Sicut sunt panniculi, & ligamenta, & nerui, & lacerti, & caro, & quæ sunt illis similia. Talem igitur Serapionis phantasiam sufferre noluit Princeps, ubi communiter loquebatur priùs, ita exordiens.[z] Apostemata præterea membris accidũt mollibus, & est etiam qum ossibus

p. cap. 3. post medium.

q. 5. de compo. med. secundũ loca. cap. 4. ante medium.

r. paulo infra.

s. 6. meth cap. 5. circa medium.

t. libr. de tumo. præterna. cap. 2. uersus finem.

Caro.

Cutis.

Vasorũ tunicæ.

Membranæ.

Nerui.

Tendines.

Ossa.

Serapionis opinio.

u. p°. breuiarij cap. 20. in prin.

x. ibidem. cap. 17. in prin.

y. 8. de usu partium cap. 8.

Serapionis locus.

z. 2a. p1. doc pa. cap. 5. post. prin.

ossibus accidit res, quæ apostemati similatur, per quam eius ingrossatur magnitudo, & eius augmentatur humiditas. rationemq; huius extemplo adiungens, inquit. Neq; est mirum aut extraneum, ꝙ recipiens augmentum additionem'ue cum nutrimento, recipiat eã .s. additionem cum superfluitate: qum in ipsum penetrauerit, aut in ipso acciderit. Tam desfluxui, q; paulatim aceruatæ materiei relatum apostema, ijs ultimis uerbis (quicquid nonnulli sõniauerint) indigitans. Deinceps uerò, tametsi de cerebro loqui intenderet: de utrisq; tamen, cerebro inq;, mollibusq;, ac ossibus duris'ue omnibus (repetita Galeni rursus ratione) sic expressius contrà Serapionem ait. [a] Non enim est quemadmodum quidam existimant medicorum, ꝙ cerebrum ipsum non apostematur: sic ratiocinantes. Nam quod est lene sicut cerebrum, & durum sicut ossa, non extenditur: Et quod non extenditur, non apostematur. Hic autem sermo est erroneus, & illud ideò, quoniam lene uiscosum extenditur, & ossa etiam apostemãtur. Et Galenus illud confessus est. [b] Et nos monstrabimus sermonem de eo in capitulo dentium. [c] Immò dicimus quod omne quod nutritur, extenditur, & augmentatur cum nutrimento. Et similiter est possibile ꝙ extendatur & augmentetur cũ superfluitate: Et illud est apostema. Exequitur autem quod promiserat (ne mendax inanisq; reputetur) qum de dentibus sermonem particulariter habuit, Galeni adhuc rationem repetens, [d] ijs uerbis. Et quandoq; accidunt eis .s. dentibus species apostematũ. Et illud quidem non est mirum: omne .n. quod recipit extensionem cum augmento nutrimenti, non elongatur quin recipiat extensionem cum superfluitate. Nam si non reciperent materias penetrantes in eis, augmentantes eos, non fierent uirides, & denigrarentur. Illud .n. est propter penetrationem superfluitatum in eis: Et dentes quidem creati sunt recipientes augmentum & additiones semper. ut sit eis illud loco eius quod conteritur. Ita ꝙ dẽs oppositus, loco eius qui cecidit & eradicatus est, augmentatur in longitudine cum fit additio conueniens ei, & non opponatur ei contritio. Quæ q̃dem uerba (ueluti prædiximus) è medicorum phœbo transcripta sunt: ubi priuatim de dentibus loquebatur: quem pari pacto referre (quò ipsius Auicennæ furtum liqueat) minimè grauabor. Sic ergo inquit: [e] Si uerò liuidi per omnem suam substantiam facti appareant dentes, nihil mirum est ipsos q̃d inflammationi simile pati, Cui rei ex eo quis amplius fidem habeat, quod ex nutrimento ferè per omnem animantis ætatem incrementum accipiant. Id quod euidenter sæpenumerò apparet in his dentibus qui exemptis oppositi sunt, ut potè qui semper augescunt. Quãtùm uerò augescunt, tantùm in ciborum mansu deteruntur. Qum uerò impossibile sit incrementum accipere citrà nutrimentum: omninò duabus affectionibus, & his contrarijs obnoxij erunt, inopiæ uidelicet, & redundantiæ alimenti quod eis suppeditatur. Inopia igitur aridiores, & macriores, alimentumq; non sentientes, & ob id tenuiores eos reddit. Redundantia uerò consimilem in eis affectionem excitare potest, qualis est circà carnosas partes inflammatio &c. Cui deinceps medicorum Spirarcho, & græci, & arabes omnes, præter Serapionem assentiunt. præsertimq; Abenxoar: cuius uerba perlegere ne pigeat, qum ait: [f] Et ingrossantur quandoq; ossa in sua superficie ab humoribus mordicatiuis, qui infunduntur in ipsis ossibus, aut à sanie grossa quæ transit super ipsa. undè concauantur, & corroduntur, & ingrossantur. Iterumq; latiùs deinceps: [g] Ingrossantur quandoq; ossa præternaturam, propter grossum regimen inordinatum subitò factum, & nõ successiuè.

a. 9ª. 3ⁱ. tr. 3. cap. pº. in prin.

b. 5. de cõpõne. medicamẽ. secũdum loc. cap. 4. post prin.

c. 7ª. 3ⁱ. cap. pº.

d. ubi supra .s. 7ª. 3ⁱ. cap. pº. post medium.

e. 5ⁱ. de compo. med. secundũ loc. cap. 4. uersus medium.

f. 2º. theisyr. tr. 6. cap. 2. in prin.

g. ibidem cap. 5. in prin.

" successiuè. Et iam audiui dici à patre meo, ꝙ cuidam uiro uidit nasci in dorso suo os, ad si
" militudinē unius cornu: quod erat minoris duritiei ossis naturalis. & ipse pater meus purga=
" uit humores grossos in ipso: & posteà posuit medicinas exiccatiuas super os: ita ꝙ cecidit
" dictum os: sicut cadunt cornua cerui in uere. Et mihi etiam fuit ortum os unum su=
" per dorsum, magnum mihi inferens dolorem. & purgaui me ab humoribus grossis,
" & posui super ipsum resolutiua &c. Quod si aliud adnasci, extendiq́;, & augeri post ortum concesseris, multò magis me herclè naturale os nutrimento quidem extensibile, superfluis quoq; crassescere, maiusq́; nonnunq; fieri posse confiteberis.

QVONIAM uerò Galeni ratio de dentibus, à primo naturæ ortu, ad finem usq; uitæ (ni cadāt) augescētibus, prolata est, Princeps aūt ad cerebrū, cæteraq; ossa, incrementi duntaxat ætate, ad statum usq; adolescentia, dilatare illam uoluit. Idcircò non temerè nōnulli ambigūt, qa in cōsistenti ætate, magisq́; deinceps in decremēto neutiq; fieri posse, cùm in cerebro, tùm in ossibus apostema uidetur. nec. n. amplius nutrimēto tūc tēporis augētur, qn uix possunt, deficiēte ætate, nutriri. Adhuc dētes haud secūdū oēs dimēsiones: at (ueluti ex Galeno,[h] Principeq́;,[i] ac ipso ēt Aristotele,[k] colligitur) secundū lōgitudinē dūtaxat augeri uidētur: Sic igitur & apostemata in illis fieri cōtingeret. Neq; uidetur ēt præassumpta ratio ualere. Quicqd. n. nutrimēto increscit, idipsum superfluis quoq; augeri posse. Illud. n. natura nutrimentū ad se dulciter trahēte, ac post coctionē apponēte, incrementū fit: hoc uerò fieri nō posse uidetur. Cū uel exterius, tanq; naturæ molestia, superflua remaneāt, minimè qdem ab ipsis mēbris attracta: uel si à fortioribus uiolēter impulsa sint, nō sic cuilibet minimæ particulæ adhæreāt, ut membrū ijs increscere queat. Hæc igitur obiecta nōnullos adeò perturbarūt, ut inconstantes uarieq; titubātes, nūc horsum, nūc uerò illorsum ciciderint. At minimi me herclè momēti sunt: Galenumq; lōgè minus q; Auicennā torquere uidētur. qui nō hāc esse principalē rationē supposuit: uerùm eam quæ experimēto cōprobatur, oculisq́; cōspicitur: liuētes s. per oēm suam substantiā factos dentes. quāobrē corrūpente quopiā humore sic plenos esse opinandū: uti caro sanguine (quoties phlegmone uexatur) infarta est. Illi ergo qppiā simile patitur (humoris tamen crassitie, calorisq́; (cū frigida pars affecta naturali temperan.ē to sit) paucitate. præter colorē ibi magis rubeū, hìc uero magna ex parte liuidū, à carnis natura calidæ affectu differēs. quin et dolore, pulsationeq́; (q̄uis horū causæ, effectuū quoq; nominibus ab Hippocrate[l] designatæ existāt) cùm & sensus, & arteriarū expertia ossa sint. Ex eo uerò quispiā habere huic rei fidē posse subiūxit: ꝙ ex nutrimento ferè per omnem animantis ætatē incrementū accipiant. Declarare igitur id quod apparet facilius ex incremen
" to, præsertim rudioribus ambigētibusq; ualemus. Penitius uerò contēplantibus: haud in aug
" mēti, sed in nutritionis ui ratio cōsistit. Quaderè statim Galenus subdit.[m] Cū uerò impossi
" bile sit incrementū accipere citrà nutrimentū: omninò duabus affectionibus, & his cōtrarijs
" obnoxij erunt, inopiæ uidelicet, & redundātiæ alimēti quod eis suppeditatur. Inopia igitur
" aridiores, & macriores, alimentūq; nō sentientes, & ob id tenuiores eos reddit. Redundan
" tia uerò consimilē in eis affectionē excitare potest, qualis est circa carnosas partes inflamma=
" tio. Post quæ curationem adsciscens, repellentibus (ut in carnis exordiente iam phlegmone) occurrit: Non cōgestione, paulatimq; facta coaceruatione, cui repulsio minimè congrueret: Sed defluxu fientē affectū insinuās. Quoniā uerò Princeps totā incremēto ui

B detur,

Obiectiones.

Ad primum.

h. .5. de compo. med. sec. nāū loc. cap. 4.
i. 7.3. tr. 3. cap. p°.
k. .5. de genere animaliū ultimo.

l. .2. aphoris. 6. & lib. uulneribus capitis tex. secundū uidiū. 38.

m. ubi supra .5. de cōpo. med. secundum loc.

detur, apud nõnullos interpretes, rationis uim (quã sæpius repetit) exhibere: propterea exq-
sitius adhuc uestigãtibus, malè ab his perceptã principis mẽtem liquebit. Qui nutritionem
prius, dein uerò incrementũ supponit. In qua qdem nutritione, tũ extensionẽ, tũ incrementum
quodãmodò fieri perpendemus: quatenus uidelicet diminutioni, nedũ siccitati, ipsamet nutri-
tionis actione, uel in ultima quadantenus decrepitate, perditã instaurãdo substãtiam, cõsump
tamq; renouãdo obsistitur. Quòd si nõ amplius post uicesimũ qntum, uel tricesimũ annũ augẽ
tur: uirtutis (nõ maius: at uel æquale, uel minus deperdito reficere, instaurareq; coquẽdo po-
tẽtis) imbecillitati, haudquaq; uerò siccitati, aut duritiei attribuẽdũ. Cũ multæ adhuc partes
tũc tẽporis molliores lõgè sint, q; ossa, dentes'ue in suæ natiuitatis exordio extiterint. Quin dẽ
tes ipsi pluribus qdem ossibus duriores, sicciores'q; ad finẽ usq; (deducto impedimẽto) augen- 10
tur. Verũenimuerò toto aberrãt cœlo, q nõ trina dimẽsione ueroq; incremento augeri dentes
existimãt: quãuis prima naturæ intẽtio (tã philosophi [n] q; Galeni [o] testimonio) iuxtà lõgitudi-
nẽ, perfecto adolescẽtiæ tẽpore, augmentũ facere sit, propter eam quæ mãdendo fit detritio-
nẽ. Etenim si nõ secũdum latitudinẽ extendi prõptè, facileq; uideatur. Alteruter utrinq; po
situs impedimẽto sæpius est. Quãobrẽ nõnullis quorũ dens aliqs ceciderit, dẽtes utrinq; adeò
increscere nõnunq;, uel in adultioribus, qn senibus (tametsi minus, rarius'q;) nedũ adolescẽti-
bus, inqbus me herclè frequẽtius, cõspeximus. Vt cadẽtis uacuũ derelictũ locũ repleuerint,
nullumq; inde cecidisse ostendant. Vim quoq; nõ minus argumentũ habet de superfluo, q;
de attracto nutrimẽto cõcludere. Licet. n. hoc attractũ apponatur, substantiæq; adglutine- 20
tur, coalescatq;: Illud tamẽ impulsum, rorisq; instar mẽbro prius inspersum, deinceps uerò ue
lut à pãno quoduis liqdum, sic à mẽbro imbibitur. adeò nihilominus ut uerũ augmentũ (instar
illius) nõ efficiat: quoniã id minimis particulis minimè appositũ coalescit. Sed in porulis dun-
taxat retentum, tumorẽ inde præternaturã nuncupatũ attollit. Nil ergo aliud aduersorũ ra-
tio cõcludit, q; uerè incrementũ dici nõ posse, haud uerò fieri nequiuisse tumorẽ: à corruptio-
neq; deinceps apostema, demonstrat. Oborta uerò tota huiusce rei difficultas est, maximeq;
apud oẽs barbaros adoleuit: adeò ut uarij uaria effinxerint, ob cùm phlegmonis tùm aposte-
matis propriè dicti ignorantiã. Quorũ tamen definitiones si ex prænarratis [c] agnoueris, lõgè
prõptius q; ego tibi enarrare uerbis ualeã, ipsorũ deliria pernotaueris. Cerebrũ itaq; phleg
mone, atq; erysipelate uexari (tametsi raro) absurdum tamẽ impossibile'ue minimè est, Quin 30
tùm phlegmones, tùm erysipelatis antesignana inditia, atq; ẽt demõstratiua Oribasius, [p] Pau
lus, [q] Aetiusq;, [r] ac Princeps, [s] ostenderunt. Apostemate autem abscessu'ue licet rarissi-
me) nõnunq; tamen, & maxima qdem ex parte, tribus paucioribus'ue hominẽ diebus per-
necante cerebrũ ut organũ est occupari cõtingit. Id quod Panhormi quædã publici ægrotan
tium hospitij cadauera priuatim, exercẽdi studio, dissecãtes, experimẽto nõnunq; cõfirmaui-
mus. Atq; hic rursus Neapoli, anno 1548. caput cuiuspiã ĩ incurabiliũ morborũ hospitio præ
mortui, publicè (ob suspẽsorũ penuriã) incidẽtes, totã cerebri supra uẽtriculos substãtiã, præ
cipueq; anteriorẽ multa puris copia infartã, præter utrãq; mẽbranã similiter affectã, inueni-
mus. Quinimo duos aquosos abscessus olẽti sanie ichore'ue plenos, uesicula uidelicet mẽbranã
ue quadã circũuolutos, in corniformi callosoq; dextri cerebri processu, nõ sine astantiũ admi- 40
ratione, strepituq;, offendimus. Fieri aũt ex cerebri substantiæ corruptione, atq; in pus con-
uersione calidum abscessum, non uidimus, haud tamen impossibile ipsius aliquando princi-
pium

Ad 2[m].

n. quinti. de generatione animaliũ ultimo.

o. xi. de usu partium cap. 8. & 5. de cõpõne. med. secundũ loc. cap. 4. circa medium.

Ad. 3[m].

Nota.

c. supra fo. 18. 19. 20. 21.

p. lib. curõnum cap. 9.

q. 3. cap. 7. et. 8.

r. lib. 6. cap. 25. 26.

s. p[a]. 3. tr. 3. cap. 4. & 5.

pium fore (in extremis præcipue partibus) arbitramur : haudquaq; uerò ad uigorẽ nisi ra
rissimè peruenire : At statim circa talis corruptionis primordia maxima ex parte ob partis
principalitatem pernecare . nullatenus uerò in corde uerum apostema incipere posse demon
strabimus . [t] Idipsum nihilominus interdum proprijs oculis conspeximus , ob maximum in ca
pite factum uulnus incisionemq́; , adeò quidem ut cerebri etiam substantiam effatu dignam
penetrauerit , uel obliqua transuersa'ue dissectione peracta , cerebri frustum dimidiæ ferè
nucis compressæ tamen magnitudine semotum omninò sit , tamq́; uulneris & sanguinis è uul
nerata parte defluxus , q̃; alterantis aeris ratione , multam deinceps ipsius cerebri substan
tiam perindè corruptam , ut puris uice , quolibet medici opere , capitisq́; dissolutione , de=
flueret . Qui nihilominus uulnerati quindecim diebus , plùs minus'ue iam uixerunt . Quin=
etiam aliquos adhuc hodie uiuentes integræq́; sanitati uel opera nostra restitutos agnouimus.
quorum tamen Cerebri substantiam lupini, aut paruæ fabæ magnitudine , proprijs mani=
bus , utpotè incisam corruptamq́; abstulimus. ambigentibus interim , ob anatomes imperi=
tiam , chirurgis : an cerebri substantia , an muccosum pituitosum'ue excrementum esset .
Verùm de hoc aliàs. Id nobis impræsentiarum satis est, ut apostema fieri posse in cerebri sub
stantia credamus: quoniam semota nedum corrupta cerebri parte , uixisse conspeximus . Id
quod demum de frigidis præsertim apostematibus , aquosisq́; ex eo quod uitulis accidere ma
ximeq́; in Siciliæ Lilybæo audiuimus. Hæc. n. animalia præsertim quæ tenella sunt endemi=
us quidam morbus inuadere consueuit. alibi. n. contingere non audiuimus. q̄ si euenit non om
nibus in locis . qui & epidemius esse à nonnullis creditur. quamobrem ab alijs euestigiò se=
gregant , ne illa pariter afficiat. firrium ibi uulgares nuncupant , quod nomen illis in gyrũ
factam reuolutionem præsefert. circũuoluuntur. n. uituli statim atq; morbo illo affliguntur.
quorum quidam confertim , ac repente apoplecticorum instar intereunt , quidam triduum, ac
diutiùs quoq; uiuunt. quibus non aliud remedium inuenerunt, q̃; macellũ. ex quo fit (cum assi
duus hic morbus ibi sit) ut uitulinas carnes frequentius comedant, q̃; ipsi præsertim domini
cuperent . Mortuis ergo aut morbi ui, aut macellariorum gladio uitulis , in cerebri uentricu
lis , præsertimq́; anterioribus maximã uiscidæ, uel tenuis etiam aquæ copiã , uel mẽbranula
contentam gallinacei oui molliori adhuc putamine cooperti instar inueniũt. adeò ut in planta
manus nõnulli accipiẽtes, ut prædictũ ouũ aqua plenũ uarijs hominibus indigitarẽt. Quò aũt
id maius extiterit, eò magis cerebri substãtiam deficere obseruarũt: ampliusq́; abscessui spa=
ciũ derelĩquere. adeò ut interdũ uix tertiã cerebri partẽ inuenerint. ex quo cerebrũ corrode
re talẽ abscessũ aiunt: forte q̃a in eã apostematis aquã corrupta cerebri substãtia cõuertatur.
q̃bus oĩbus patet cerebrũ uero apostemate, præsertimq́; frigido occupari posse , necessariò
tamẽ ad mortẽ perducẽte. At nostrũ ad cadauer quod Neapoli ut diximus publicè dissecui=
mus reuertamur. Cuius q̃dẽ cadaueris, & septẽ (si recte memini) locis craneũ, & pluribus
tùm pectoris ossa, tùm ipsum quoq; sinistræ partis iugulũ, & nõnullæ ẽt costæ manifestissimis
apostematibus à morbo gallico exortis oppressæ fuerant: tumoribus inq̃; in ipsa ossium sub=
stantia obortis: quibus deindè ruptis , apertisq́; , puris copia huiusq́; grauiter olentis ema=
nabat . quo quidem illinc defluxo patula ossis cauitas , multaq́; interanearum partium pu=
trefactio quibuslibet uel alongè conspicientibus apparuit . Vt hoc solum cadauer sa=
tis superq́; idoneum fuerit, ro huiusce quæstionis , contrà Serapionem , claritate .

[t] paulo infra.

Sed quid est quod tantoperè admiremur, si apostematis propriè nuncupati essentiam perspe
ctam ex prænarratis habuerimus? Vbi.s.partes quæ inuicem priùs unitæ fuerant, nunc
(humore quopiam imbibito, intermediaq; parte, quæ priùs extrema coniungebat, putre=
facta iam, carieq; oppressa) distent. tam cum euidenti extrinsecus tumore, q; sine illo. Sa=
tis.n.est q in penitioribus ossium partibus tumor moles'ue præter naturam existat. A deflu=
xu quoq;, nedum paulatim facta aceruatione desumpto exordio. Quanuis.n.à maximis ad
paruas, ac demum ad capillares usq; uenas, defluxus fiat: illis tamen immodicè plenis, re=
sudat uel sanguis, uel quiuis alius à fortioribus ad imbecilliores partes trāsmissus, aut ab ijs
fortasse attractus, aut (perindè àc inferius ostendemus [u]) obiter admissus humor, rorisq;
uice priùs tam neruosis partibus, q; osseis, nedum carneis imbibitur, porulos quidem nutri=
menti instar (uelut anteà [b] tetigimus) ingrediens. quamobrē & repellentibus ab initio sta=
tim in dentium affectu, quemadmodum in exordiente carnis phlegmone, Galenum [x] deflu=
xui obsistere prædiximus. [c] Quid deniq; impedimento fuerit ex bili, tam cerebrum, q; ossa
apostema nedum inflammationem suscipere? cum faciliùs, promptiusq; humor hic, tùm in
glutinosam compactamq; cerebri substantiam (haud.n.sic fluida liquida'ue, uti Serapio ma
chinatur, cerebri substantia est) tùm in osseam, duramq; penetrare, q; alij succi. (uel Ga=
leno [y] principeq; [z] comprobantibus) perspicua ratione uideatur. præsertim si ad defluxū
inflammatio referatur. Quamobrem de phrenitide sermocinans Paulus: [a] ubi cerebrū quoq;
phlegmonem unà cum membranis experiri posse prædixerat, causam morbi esse adiunxit,
uel sanguinem superantem, uel biliosum humorem, nonnunq; & flauam bilim perustam,
adeò ut in nigram degenerauerit. Deincepsq; iterum habitò tùm phlegmones tùm erysipela
tis cerebri sermone: [b] de lethargo demum ait, [c] locum eundem quem phrenitis, nempè cere
brum occupare, materiam uerò mali contrariam esse, pituitam.s.atq; etiam atram bilim. ue
luti ante ipsum Galenus [d] expressit, Princepsq; [e] illi ascripsit, tametsi Paulus nihil de atra
bilario succo meminerit. Ex omnibus igitur humoribus, tùm in cerebro, tùm in ossibus
apostemata fieri posse: (inuitis nonnullis interpretibus) tùm græcorum, tùm arabum om=
nium (quos uidimus) testimonio, contrà Serapionem concludemus. Nec adeò dura adaman
tinaq; ossa existere ut extendi, eiusdem phantasmate, nequeant. Idipsum nihilominus ue=
rum esse confitentes: si paulatim.s.proprijq; alimenti (ut par est) superfluitate aceruata
generandum apostema sit: proculdubiò cerebrum ex pituitoso, aquoso'ue ossa uerò atrabila=
rio ex succo promptiùs illud susceptura. AT PAVCA de corde hìc etiam obiter percur=
ramus. Etenim quia neq; ut ossa durum, neq; ut cerebrum molle est, dubiò procul aposte=
mari posse uidetur. Eaq; præsertim ex Galeno [f] præassumpta, nec non à Principe [g] ob=
seruata ratione, quoniam augeri nutrimento ualet, igitur & superfluitatibus increscere,
ac tumefieri nonnunq; posse consenū est. Oppositum uerò à Galeno [h] perlegimus, dicēte.
τὴν καρδίαν δ' αὖ πάλιν ἀδύνατον ἀπόστημα παθεῖν. quod est, Rursus autem cor
apostema abscessum'ue pati impossibile est. Quamobrem & Aristoteles [i] philosophorum de=
cus ait. Cor solum uiscerum, atq; omninò partium corporis nullum uitium patitur graue.
Idq; recta ratione. Cum.n.principium corrumpitur, nihil est quod cæteris quæ inde pen=
deant, præbere auxilium possit. Inditium ut nullum affectum cor patiatur, quòd in nul=
la hostia cor ità affectum uisum adhuc est: ut in cæteris uisceribus aliquando cernitur.

Renes

Margin notes:

u. cap.2.cō.9.et cap.19.cō.pº.
b. supra fo.26.ī responsione ad.3.
x. 5. de compº. med. secundum loc.cap.4.
c. supra fo. 25. in fine & 26. in prin.
y. 6.aphoris. cō. 33.
z. pª.3.tr.3.cap. 7.
a. tertij. 6.
b. cap.7.& .8.
c. cap.9.
d. lib.de atra bili cap.5.
e. pª.3.tr.3.cap. 7.
Contra Mattheū de gradis.9.almā soº.cap. de phrenitide.

An cor possit apostemari.

f. 5.de cōpº.med. secūdū loc.cap.4.
g. 2ª.pⁱ.doc. pª. cap.5. & pª. 3. tr.3.cap.pº.ī pri. & .7.3.cap. pº.
h. pⁱ.de loc.affe. 5.circa finem.
i. 3. de partibus animaliū cap. 4. iuxta finem.

» Renes.n. sæpenumerò calculis, & panis, & papulis referti uidentur: atq; etiam iecur,
» & pulmo, ac potissimum lien &c. Pro huius ergo nodi, atq; à nonnullis in Galeni etiam scriptis reputatæ contradictionis dissolutione: quia.s.interdum [k] admictere, nonnunq; [l] uerò (uti præassumptum iam est expressiùs abnegare inuenitur:in memoriam reuocare oportet quæ de apostematis nõie penès græcos atq; arabes præscripta iam sunt. [m] Etenim phlegmone, uel erysipelate uulneratum cor, (siquidem uulnus ad uentriculos usq; minimè penetret. in quo sub nimio sanguinis effluxu confertim interire hominem necesse est) tentari posse certum est, & à Galeno [n] etiam, pauloq; [o] ipsum (præter barbaros) transcribente admissum. Itaq; iuxtà nomenclaturam barbarorum, phlegmonem quoq;, & erysipelam 10 ipsam, quinetiam scirrhos, ac œdemata (ueluti prædiximus [p]) apostematis nomine dignatum; apostemari cor, apostemate'ue comprehendi, tuta fronte pronuntiare possumus. Verum autem & exquisitiùs desumptum græcorum ἀπόστημα abscessum'ue pati minimè potest. Haudquaq; uerò intelligimus, quia si apostema in corde fieret, animal interficeret. Sic n.phlegmone, atq; etiam erysipelate, quin (ut uno uerbo expediam) largè assumpto etiam apostemate comprehendi nequiret. Cum illicò priùs q; augeantur huiusmodi affectus (Galeno [q] comprobante) animal corrumpatur. ità etiam quod de cerebro declarauimus [a] falsum esset, ipsum uidelicet propriè capto apostemate abscessu'ue aliquando uexari posse. quoniam.s.animal perimeret. uerùm hic non aliter apostemari cor, quin ipsius etiam ueri apostematis abscessus'ue principium primum suscipere, q; cœlum nostro di- 20 gito pertingi, dum in terra degimus, impossibile fore determinamus. Frigidum nanq; in ipsius substantia tumorem, scirrhum inq;, uel œdema gigni (cum fons & origo caloris sit, continuoq; moueatur) perindè quidem difficile reputamus, ut phœnice rariùs contingere posse credamus. Ab initioq; statim strangulare, priùs q; ad exquisiti apostematis exordia perducere intendat. Calidum uerò quod ex inflammationibus (tametsi frequentiùs frigido quouis tumore cordi aduenire potentibus) oriri consueuit: ijs uidelicet suppuratis, atq; spatium inane producentibus: ut quæ priùs se contingebant partes, nunc abinuicem discedant, impossibile quidem penitùs est. Oborta.n.phlegmone, priùsq; ad hoc perueniat, citiùs longè q; frigidi tumores perimit Etenim cum cor ipsum non toleret ut apostemetur (be-
» ne Princeps ait [r]) quomodo ergo tolerabit ut collectio & saniositas in ipso fiat? Idcircò per
» bellè Aristoteles inquit [s], in nulla immolatarum hostiarum cor, quemadmodum alia uiscera, graui quopiam uitio deprehensum esse inuentum est. Longinquiùs ergo non temerè ab ipsomet arabum principe [t] dicitur ab hoc, ut toleret solutionem continui (ut in ueris apostematibus fieret) q; apostema.intellige penès ipsius loquẽdi modũ, phlegmonẽ, aut erysipelã &c. Quibus exqsitè perpẽsis, Galeni uerba rursus trutinare debemus. quãdo impossibile quidè ait [u] cor ἀπόστημα παθεῖν, hoc est, apostema pati. Haud .n. ⁒ sustinet ⁒ ueluti copus interpretatur, ait, ut intelligamus abscessum quidem cordi aduenire posse, Hoc tamen illud minimè sustinere: quia.s. ab eo trucidetur. At impossibile cor apostema pati Galenus
» inqt adeò ut nunq; hmõi enuntiatio uera sit ⁒ apostema cor inuadit ⁒ multoq; minùs hæc. ⁒ apo-
» stema cor affligit ⁒ uel ⁒ cor apostemate cruciatur ⁒ exqsitè inq; apostematis nõie desumpto.
40 Nã si largiùs, i propieq; unà cũ barbaris apostema ceperimus: tã calido q; frigido (licet hoc rariùs) apostemate, seu exqsitius loquẽtes tumore tẽtari posse dicemus. Id quod de frigidis prop

Solutio.
k. ut. 5. de locis affectis cap p^o. post medium.
l. ut p^i. eiusdem 5. circa finem.
m. fol.19.20.21.
n. 5. de locis aff. p^o.
o. lib.3. cap.34.
p. fol.19.20.21.
q. 5. de locis affe. p^o.
a. supra fol.28.
r. 11^a. 3. tr. p^o cap.2.
s. 3. de partibus animalium. cap. 4. circa finem.
t. ubi supra.
u. p^i. de locis aff. 5.

tereà admictimus: quoniã Galenus cũ cordis affectus à forti eius intẽperie, aut uenenoso humore nõnũq; ab erysipelate, aut phlegmõe fieri protulisset [x] illicò adiunxit ⟨ aut alio quopiã præter naturã tumore ⟨ per hæc uerba fieri posse frigidos etiam tumores (ut arabum Princeps [y] & Serapio [z] exposuisse uidetur) intelligere Galenus præscfert. nisi herpetem, atq; anthracem intellexisse contenderis. Impossibile autem non uidetur eam aquositatem, quæ in cordis operculo comprehenditur, interdum in ipsa cordis substantia imbibi posse, atq; œdematosam quãdã, aut scirrhosam dispositionẽ excitare: uel atrabilariũ defluentẽ sanguinẽ hanc secundã producere. Quibus nihilominùs affecti frequenter, & fortiter, absq; causa manifesta (ut Hippocrates ait [a]) exoluti: & si diutius, q̃; qui à calidis tumoribus comprehẽsi sunt, uiuere queant: repente tamen deniq; moriuntur. Sic ergo RaZes, [b] arabum .s. in modum locutus, apostema, sicuti disruptionem, & intemperiem confirmatam, à Paulo [c] (ut patet) transcribens, acceptare uisus est, impossibiles tamen ad curandum esse subiungens. ⟨ Impossibiles ⟨ .n. legendum est: ubi ait ⟨ non faciles ⟨ ut tùm ex Paulo, à quo transcripsit, liquere perfacilè potest: tùm ex ijs quæ dein subdit, qum signa dolorum mortem inferentiũ, non alicuius salutaris adiungat. Itidemq; ex eo quod in oppositum subdit, confirmatur. dũ ait ⟨ Quod autem ex eis curatur est caliditas cordis confirmata &c. ⟨ Quæ prædicta iam fuerant tria, in quorum numero apostema primum ponebatur, curari neutiq̃; posse ostendens. Eodem quoq; loquendi modo & Serapio, [d] & Haliabbas, [e] ipséq; etiam barbarorum euangelista Mesuas, [f] nec non Auerrhoes [g] & Hali Rhodoan [h] usi sunt, ut animal interficere cordis apostema protulerint. Quamobrem & Abenxoar [i] eius principia fieri posse concedens, ait. quando uult fieri apostema in corde: antèq; confirmetur, moritur patiens omninò & deficit. Vnde Apponẽsis [k] quasdam distinctiones chimæriZare coactus est. ut apostema in principio non confirmatum cor pati posse uelit. Itidem curationi rebelle apostema mortemq; inferens: haud uerò quod medici opere sanetur. Adeò ut cor tolerare apostema, & non tolerare, simul pro contradictionum concordia pronuntiarit. Tolerare (inquit) quoniam, aliquantisper, uita adhuc durante, apostematis principia suscipere queat. Non tolerare autem: quia curationem nullo pacto admictens, medico medium unguem porrigit. Verùm enimuerò cuncta hæc superuacanea extitisse uel una tam græcorum q̃; barbarorum apostematis cognitio exquisitissimè indigitat. prehendi .n. phlegmone, uel erysipelate, aut fortassis œdemate, uel Scirrho cor possibile quidem est: apostemate uerò abscessiue ne alongè quidem tentari posse dicendum: cum anteà uita penitus destituatur animal, q̃; ad apostematis mænia iam appropinquare tumor queat. Quãuis propriæ substantiæ, mediæ inter durum & molle existentis ratione, perinde incrementum suscipere superfluis excrementis, ut proprio nutrimento, facillimè posset. HAEC intantùm de communi penès affectam sedẽ distinctione, in primo libro [l] (ad quem reuerti nos præcipit) posita, dicta nunc sint. Aquà quidem deinceps Galeni uerba, mentemq; transcribens, ait. Et omne quidem apostema, quod causam non habet primitiuam, uel exteriorem: et eius causa corporalis monstrat materiam de uno membro ad aliud quod est sub eo fuisse mutatam: uocatur catarrhus. Galeni autem uerba, mentemq; fuisse prædiximus ad Glauconem talia scribentis. [m] Est igitur una quædam apparentium inflammationum causa, quæ non admodum occulta est, quæ fluxio appellatur (catarrhum princeps, uel principis traductor appellat) Nisi quandoq; illis coniungatur,

x. 5. de locis affec. p°.
y. 11ª. 3. tr. p°. cap. 2. & tr. 20. cap. p°.
z. .2. breuiarij cap. 28. ĩ prin.

a. 2ⁱ. aphor. 42.
b. lib. diuisionũ cap. 58. cir. prin.
c. 3ⁱ. lib. cap. 34.

Razis locus.

1.
2.
3.

d. 2. breuiarij cap. 27. 28.
e. 9. theoricæ ca. 23. post mediũ
f. lib. de appropriatis cap. ulti.
g. 3. colliget. cap. 25. circa mediũ.
h. 2. art. med. tr. de uentre cõ. 25. & uide cõ. 31.
i. p°. theysir. tr. 12. cap. p°. in fine.
k. conciliatoris differentia 97: in fine 4ⁱ. doctorũ.

Ad arg.tum pm. & 2m.

l. fen 2ª. doc pª. cap. 5.

m. 2. ad glauco. 2. in prin.

» coniungatur, quæ aliqua alia ex causa factæ uidentur. Quandò.n.nulla ex his præcedente, membrum confestim patitur inflammationem, ea quæ hanc passionem causa generat, fluxio (græcè autem ῥεῦμα) uocatur. Ipsa uerò passio, dispositio fluxionis. Post hæc autem Princeps [n] diuersam causarum dispositionem atq; uariam mouendi originem, modúq; demonstrat. Quoniam.s.uel priùs uitiosi iam humores erant, à sanguine tamen (quarta inq; substantia) adeò ueluti fræno temperati, coactiq;, & obtusi, ut nullum potuerint, suæ qualitatis ratione, uirtutem stimulans atq; irritans nocumentum inducere: Deindè uerò euacuato nimium sanguine, quouis quidem uacuationis modo, siue inq; naturali: ut in mēstruis purgationibus, hæmorrhoidibus'ue: siue nonnaturali, ac (ut rectiùs dixerim) præter naturam, ut in uulneribus, detecti iam, solutiq;, & propriam acrimoniam nacti uitiosi humores, naturam ad sui expulsionem stimulant: ut uel extrà corpus, uel saltem ad imbecilliores partes, extremamq; cutim eyciantur. Tumq; demum apostemata, seu Bothor, pustulas'ue, aut eminentias dictas, pro humoris multitudine, uel paucitate, uariáq; natura, producāt. Quēadmodū erysipelata non semel, præsertimq; in superioribus partibus, à sanguinis desluxu superuenire conspeximus. HIS ergo in prima illius capitis parte reuisis, expeditisq;. Primò.s.ipsius apostematis essentia. Secūdò eiusdē penès magnitudinē, ac Tertiò penès affectā sedem distinctione: & Quarto ądem loco fluxionis, rheumatis'ue, ab ea quæ exteriori ex causa oriunda est, differentia. Quintóq; deinceps uaria motus humorum origine: & cur aliquando quieti consistant, dein uerò agitentur humores. Vt demum uel Bothor, uel apostemata in exterioribus, interioribus'ue progignant. Ad alia in memoriam reuocanda reuertamur, quæ in Secunda illius capitis parte declarantur. Quæ pro faciliori quidem, promptioríq; memoria, ad octo iam numero reducentur. Primò igitur apostematum à causis corporalibus sumptas differentias ostendit, pro quatuor uidelicet humorum, flatuosiq; spiritus, ac serosæ demum aquositatis diuersitate. Sex.n.hæc dicta corporalium causarum naturam suscipere ait. Quamobrem in eam peruenire bimembrem diuisionem (quā post hæc uerba declarabimus [o]) necessum est, ⸗ omne.s.apostema & Bothor uel calidum, uel non calidum existit. ⸗ Nec interim obstare credideris, quoniam præter hæc sex: lapides quoq;, limum, pilos, ligna, carbones, arenam, balnei sordiciem, anurcam, cæterasq; id genus uarias effigies præseferentes substantias, apostematum corporeas, abditasq; causas dissecando (ueluti prætactū iam est) inuenerimus. Hæ nanq; uel à pituita, uel atra bili, sanguine'ue crassiori, aut horum aliquibus admistis, primam originem duxerunt: ut ad illas sex, reliquæ necessariò reducantur. Secundò tumoris tùm sanguinei tùm biliosi propria nomina ostendit. ut illum, phlegmonem: hunc uerò erysipelam (apostemata interim utraq;, more suo supponens) nuncupet. perindeac si componantur humores, composita quoq; nomina sortientur. Cumq; ad collectionem, puris'ue generationem peruenient ⸗ Exituræ ⸗ ueluti si adenosas laxasq; partes infestauerint, Malignæ interim, corruptiuæq; existentes ⸗ tabun, uel althoin ⸗ barbara uoce, nuncupantur. De quibus tamen fusiùs loco suo determinabimus.[p] Tertiò uocati ab eo apostematis, quatuor tempora (Galeni [q] dogmate, tametsi prauè interpretum nonnulli perceperint) ab ipso fluoris exordio primo, ad declinationis usq; terminum descripsit. De quibus quidem, quia longior sermo sequenti capite habēdus rursus est.[r] Idcircò (ne repetita crambe legentes, ad nauseam perduxerit) si cō morari

n. ubi supra.

1.

o. com.2.

Obiec.nis solutio.

2.

3.

p.inf cap.17.18.

q. lib de tot.mor bi tēpori. cap. 3.

r. com.x.

morari nequeas, quæ ibi dicuntur perlegito: deinceps uerò huc alacri fronte reuertaris, & calidorum duntaxat apostematum, quas phlegmonas græci (uel ipsomet arabum principe inferiùs[s] teste) nuncuparunt. Haud uerò frigidorum quatuor tempora describentem offendes. Non temere igitur post hæc ambigens, huiusce rei causam uestigato: Cum & principium, incrementumq;, & uigorem, ac deniq; (ni commoriantur) declinationem, instar calidorum, sortita fuerint. Quod proculdubiò uerum esse pernoscens: adeò quidem obscura, nec non distinctu, præter longitudinem, difficillima: rarissimeq;, ni medicamentorum ui discutiantur, ad inclinationem perse reducta inuenies: ut à Galeno priùs, dein uerò ab ipso principe neglecta, & sub ipsis calidorum temporum descriptionibus inclusa, sub intellectaq; rationabiliter extiterint. His autem perpensis, quartò: Non calidorum frigidorum'ue apostematum, quadrimembrem distinctionem adiunxit. quoniam .s. uel melāncholica, uel phlegmatica, aut aquosa, aut uentosa existūt. Melancholicorumq; statim trimembrem diuisionem, in scirrhum uidelicet, duritiem'ue, cancrum, & glandularum genus. quæ Sigillatim quoq; proprijs capitibus infrà[t] declaranda iam sunt. Quintò melancholicorū apostematum differentias, pro illustriori illorum notitia posuit: quibus. s. tam glandularum species, nodi inq; & scrophulæ, q; cancer à scirrho manifestè distinguūtur. Sextò phlegmaticorum pariter apostematum, quibus abinuicem secernantur, diuersitates enucleat. quorum nihilominus contemplationem, perinde ac & aliorum omnium, proprijs deinceps locis[u] cribrandam reseruauimus. Septimò aquosas, quemadmodum & Octauò demum uentosas apostematum species enarrat. QVIBVS expeditis ad bothor apostematum'ue paruorū species, in Tertia capitis parte descendit. Eas. s. pro humorum diuersitate, flatuoso'ue spiritu, aut aquositate, uariari non minùs q; magna apostemata affirmans. Earum .n. Bothor eminentiarum'ue, Aliæ sunt sanguineæ, sicut uariolæ. Aliæ sunt ex cholera rubea pura, sicut esseræ cholericæ: & desudationes (melior. n. uetustior codex est, qui desudationes habet, q; nouus qui miliarem formicam, ex bili pituitæ admixta obortam, pro desudationibus, pura exquisitaq; ex bili genitis, emendat.) Et aliæ sunt ex eis permixtæ, sicut morbilli & scabies: Aliæ sunt ex bili admixta phlegmati, ut formica miliaris. Aliæ sunt melancholicæ, ut claui, & uerrucæ. Sic. n. potiùs legendum duximus, omninò deprauatam literam opinati, q; impiè adeò claram falsitatem & contradictionem in Auicennæ scriptis, ubi saluari facillimè potest, sufferre. Falsitatem inq;, cum uetustiori litera formicas, & clauos, atq; uerrucas ex bili sanguini admixta generari existimantes. Contradictionem uerò: quoniam formicas infrà,[x] uel ex pura cholera, uel phlegmati, aut etiam melancholiæ admixta: clauos autem & uerrucas atrabilario ex succo, uel assiccata pituita generationē suscipere ostendet.[y] Præter has uerò. Aliæ Bothor eminentiæ'ue, aut pustulæ à quibusdam dictæ sunt aquosæ, sicut uesicæ. φλικτᾶινα Quandoq; sunt uentosæ, sicut inflaturæ: intelligequm paruæ sunt. Pro quibus iterum ad septimam quarti libri fen, ueluti de apostematibus ad tertiam (quam præ manibus exponendam habemus) particulariùs uidelicet, distinctiusq; determinandū nos remisit. ITAQVE } iam locuti fuimus in libro primo[z] de apostematibus } tam. s. magnis, q; paruis, Bothor paulò antè nuncupatis } & speciebus ipsorum } biliosis inq; sanguineis, pituitosis, melancholicisq;, nec non aquosis, & deniq; uentosis, uel uario modo ex horum duobus, pluribus'ue compositis: itemq; alijs speciebus, } penès uarios distin-

[Margin notes:]
s. cap. sequenti tex. 6.
Dubitatio.
Responsio.
4.
t. tr. sequent.
5.
6.
u. ibidem.
7.
8.
De quibus uide infra cap. 13. cō. p° & 2. propter aliquas cōtradictiones.
Auicennæ loca.
x. cap. 7. & 8.
y. 7 fen. 4. tr. 3. ca. 12. & 13.
Expositio textus.
z. fen. 2ª. doc. pª. cap. 5.
10 20 30 40

rios distinguendi modos. Quos infrà [a] colligendos omnes reseruauimus. Vbi quidem alio rursus calle, per diuisiones inq; species apostematum cunctas in primo libro prædictas repetemus. ¶ Sermonē uniuersalem: ad quem redire oportet illum, qui uult audire quod nunc loquemur. In hoc autem loco loquemur de eis sermonem particularem ¶ de eis intellige apostematibus sen præsenti, perindeatq; de bothor quibusdam, ut formicis, acrochordonibusq;, & esseris arabicè uocatis, de pluribus autem sen huius quarti libri septima [b] ut sunt sahafati ab ipso dicti, & impetigo, bothor lactei, scabies, desudatio seu haseph, planta noctis seu benath, uerrucæ, claui, & cornua, itidemq; excedens corporis obesitas, aut alicuius partis tumor superfluensq; magnitudo, & deniq; paronychia, quod corruptè pannaritium uocant, præter hæc autem de uariolis quoq;, ac morbillis prima sen huius libri quarti [c] prædictum est. Quæ quidem omnia (ut nil de tumoribus præter naturam desideretur) ubi occurret hoc in nostro commentario interpretabimur. Quoniam uerò non satis est morbum, species'ue, & causas cognouisse: at curationem medico propriam, (ut medicinæ finem, sanitatis inq; possessionē nanciscamur) inquirere necessum est. Idcircò reuisa etiā uniuersali curandi methodo, in quarta (ut dixi [d]) sen primi libri declarata: ad quam similiter redire oportet eum, qui uult audire quod nunc loquemur. Nosq; inferius, [e] ante particulares cuiusq; curationes, ad memoriam reuocabimus: singulatimq; deinceps proprias curandi methodos enucleabimus.

a. cō. sequenti.

b. trac. 3. cap. pº. usq; ad. 14. inclusiue, & tr. 4. cap. 5. 6. 7. 8. & 9.

c. tr. 4. cap. 6. usq; ad 12.

d. supra circa principia huius com. primi.

e. in principio capitis 3.

QVAESTIO DE CAVSA CONIVNCTA

VERVMENIMVERO quā tùm de primitiuis exterioribus'ue ac manifestis causis, tùm de intrinsecis abditisq;, sanguine inq;, bili, ac cæteris prænarratis mētio facta est. Quas barbarorum cœtus in antecedentes iterum, coniunctasq; secernit. Recentiores uerò, qui præsertim Galeno se uenditarunt, coniunctam, continentem'ue causam (iuxta Galeni, quæ proculdubiò uerissima esse supponunt, dogmata) summoperè deridentes condemnant. Propterea operæ prætium fore arbitrati sumus eam secundum ueritatem priùs, mox autem, pro Galeni dogmatibus, uestigare. Vbi .s. uelimus nolimus admictere, atq; ubi prorsus interdicendam cogemur. Deinceps uerò arabes, eorumq; sectatores, ne ueniali quidem (ut sic dixerim) peccato, nedum mortali criminandos fore, quin laudandos potiùs, ut rerum differentias, claritatemq;, in hoc, inani nominum impositioni præferentes. Vt igitur cuncta, pro nostris tametsi imbecillimis uiribus elucescant. Ea præ omnibus contemplanda, quæ continentem causam à Galeni dogmatibus prorsus alienam indigitant, persuadentq;. In primis ergo Nicolai Leoniceni ante alios hanc nostro æuo quæstionem excitantis, uelutiq; nouum quoddam portentum in medium adducentis, & in epidemiæ libello, & in Antisophista medico Romano suo discipulo attributo, positionem, fundamentaq; tetigisse decreuimus. Tametsi cum primus Galeni mentem emedullare inceperit: paucis contentus est. Quibus tamen deinceps alij posteriores, (cum facilè sit, eiusdē Galeni [f] atq; Aristotelis [g] trito monumento, inuentis addere) plurima superadiunxerunt. Præ cæteris igitur Leonicenus Galeni locum perpendebat, qùm medendi methodum uestigare, contrà eos qui se iniustè methodicos nuncupari præcipiebant, omnibus neruis intendit. [h] Vbi .n. passionis à morbo differentiam præostenderat: ut hic factus iam sineq; causa perdurans: Illa uerò fiens, & à causa dependens existat: Deinceps [i] autem à quatuor præternaturā inuentis (generatim loquendo) affectibus exorsus: Affectu inq; morbo'ue sic etiā propriè

f. x. de usu partium cap. 3. ante medium &. 14. methodi cap. 17. post mediū & in nuitur pº. aphor. com pº.

g. 2º. elenchorū ultimo.

h. pº. meth. cap. 7. quod fusius 2. eiusdem. 3.

i. ibidē cap. 8. pº.

nuncupato

nuncupato, actiones perse primò atq; immediatiùs lædente, functionibusq; ipsis læsis, quæ insignia (græcè ἐξαίρετα) Symptomata nominabat: Alijsq; tùm proprijs & familiaribus, tùm etiam sorte quadam incidentibus Symptomatibus, casibus'ue: Atq; demum à morborum ipsorum causis. Tribus deindè sigillatim præostensis, de ipsis deniq; causis hoc pacto subiunxit, Τέταρτον δ᾽ ἐπὶ τοῖσδε γένος τιθέσθω τὸ τῶν νοσωδῶν αἰτίων, καὶ τούτων τὰ μὲν ἐν αὐτῷ τοῦ ζώου τῷ σώματι συνιστάμενα, προηγούμενα καλείτω τὰ δ᾽ ἔξωθεν προσπίπτοντα, προκατάρχοντα. Hoc est, uerbum uerbo reddentibus, Quartum uerò præter hæc, genus statuito quod insalu r ium morbosarum'ue causarum sit. Atq; harum quæ quidem in ipso animalis corpore consistunt, præcedentes nominet: quæ uerò extrinsecus, præincipientes. Hæc Galenus. illa.n.uerba ⁏ internas & externas, nisi malit, ut nunc uulgus medicorum insueuit ⁏ interpretis, non Galeni existunt. E quibus me herclè Galeni uerbis phœbo clarius est, antecedentes præcedentes'ue causas duntaxat internas supposuisse: quæ & esse unà cum affectu, morbo'ue (perindeut paulò prius [k] enuntiauerat) & abesse etiam ab illo possunt: Cum affectus ipse morbus'ue constans, permanensq; sit: quemadmodum alibi [l] comprobat. Id quod coniunctis minimè congrueret: ut quæ unà cum morbo, & esse, & abesse necessariò debeant. Secundò librum de morbis & symptomatibus tertium Leonicenus considerasse uisus est, cui uolumini de symptomatum differentijs ipse etiam Galenus titulum præbuit. ubi quidem [m] triplex symptomatum (generatim uniuersimq; sumpto nomine) genus, pro dicendorum claritate, uestigans: sub quibus & morbum, & actionem læsam, & quæ uelut umbra corpus, ita morbum uel necessariò consequuntur, uel sorte quadam concomitantur symptomata, spatim uidelicet sumpta, nec non quasdam passiones, quæ.s.præter naturam sunt, atq; ipsas etiam causas inclusit: Ea deinde singillatim omnia definiens, causam quæ morbum præcedit græcè similiter προηγουμένην, nullam de continente coniuncta'ue mentionem faciens, bis eodē capite determinauit: sic (ut iudicandi cuiq; libertas offeratur) exordiens. His sic se habentibus ac definitis. Cum morbus affectus quidam sit præter naturam, lædens actionē, fieriq; possit ut morbum ipsum alter præcedat affectus dispositio'ue, qui & ipse quidem sit præternaturam, neq; tamen suaptè ratione, neq; perse, sed interueniēte morbo lædat actionem. Τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐ νόσημα καλέσομεν, ἀλλ᾽ αἰτίαν προηγουμένην νοσήματος. quod est, hunc affectum non morbum uocabimus, sed causam morbi præcedentem. Quòd si accuratè mentem adhibueris, hunc affectum causam uocare potes, eò quòd actionē uitiat, non perse tamen, neq; primò, sed per accidens & secundò tùm impediri tùm lædi per ipsum dixeris actionem: at à morbo ipso sui ipsius ratione, & primò. Itaq; dicendo Morbum esse corporis affectum, qui impedit functionem, ijs qui subaudiunt primò & per se satisfacit oratio. Verùm ob rudiores & rixosos, addendum est ⁏ primò ⁏ ut huiusmodi reddatur sermo. Morbus est affectus (διάθεσιν græci dicunt, cui uel affectum, uel dispositionem latini reddunt) corporis actionem aliquam impediens primò. Affectus uerò qui hunc præcedunt, non appellantur morbi. Quòd si alij quidam affectus superuenerint coincidant'ue, sequentes ueluti umbra, ne hos quidem morbos uocabimus, sed symptomata casus'ue. Itaq; non quicquid in corpore præter naturam fuerit, id protinus morbus nominari debet. Sed quod primò lædit actionem, morbus: Τὸ δὲ τούτου προηγούμενον, αἴτιον μὲν

[k] eodem. s. cap. 8. circa prin.

[l] 2. eiusdem. 3. & lib. de sympt. differētijs cap. p°. 2m.

[m] cap. p°. post medium.

» μὲν νοσήματος. ideſt: hunc autem morbum præcedens, cauſa quidem morbi, non morbus » appellabitur. Si uerò alius quiſpiam affectus in corpore morbum ſequatur, ipſe ſympto= » ma duntaxat nominandus eſt: q̃uis functionis quoq; noxa, ſymptoma ſit animãtis. &c. Quæ quidem omnia ſic ad uerbum referre decreuimus: cùm ut præcedentis cauſæ determi= nationẽ exquiſitiùs neoterici perpendant, tùm ut idipſum interim aduertant: cõmuniter .ſ. generatimq; ſumptum διαθέσεος, latinè affectus, diſpoſitionis'ue nomen, de cauſis etiam, ſym ptomatibusq;, nedum ipſis morbis (de quibus tamen propriè ſumptum duntaxat dici pluri= mùm ſolet) Galeni etiam dogmate prædicari. At ad Leonicenum primũ quæſtionis motorẽ conuertamur. quiquidem deinceps Galeni libellũ de contentiuis cõtinentibus'ue cauſis ſeor ſum, & ex propoſito diſputantem perlibrauit. Cuius uerba referre nequimus: quia talẽ librum habere, nec græcè, nec latinè licuit. ipſo autem Leoniceno referente cauſas contenti= uas nullo pacto dari, uel rationibus probat. præſertimq; quoniam morbi affectus permanẽ tes ſunt, absq; cauſa conſiſtere potentes, factiq; iam: Quaderè coniunctæ cauſæ definitio mi nimè congrueret. quæ eſt ut ablata cauſa, morbus ſtatim remoueatur: quemadmodum ea poſita, poſitus extemplo eſt. Adeò ut pluribus in locis Galenus [n] cauſam fientis morbi ab= ſcindere priùs: pro futuri .ſ. præuiſione cautelaq; præceperit: dein uerò ad eam quæ facta iam eſt ægritudinẽ, à qua operationes primò & per ſe læduntur, ueréq; morbus eſt, perue nire docuerit. Cuius intentio ſtatim remota cauſa ceſſaret, euaneſceretq;, ſi cõiuncta con= tinens'ue fuiſſet. Alibiq; [o] nomine ſuo ſcribens Leonicenus Galeni ſententiam eodẽ in præ= tacto libello refert: philoſophos uidelicet ſtoicos primos contentiuas cauſas nominaſſe ſcriben= tis, & Athenæum Attaleũ, propter eam quam habuiſſet cum Poſſydonio philoſopho con= ſuetudinem, primum cæpiſſe de cauſis contentiuis in medicina loqui. Demum artis medi= cinalis locum librabat. qùm de fiente quoq; morbo ſermocinans, & in præſeruatiua, & » curatiua intentione cõtineri, præſcribens, ita ſubdit. [p] Eius autem quæ adhuc fit ægritu= » dinis, quod quidem factum eſt curare opus eſt, quod autem futurum, prohibere ne fiat. » Prohibebitur [q] autẽ, ſublata ea diſpoſitione affectu'ue, quem ſequi natura apta eſt. Talis » autem diſpoſitio affectus'ue cauſa antecedens appellatur. Facta autem ægritudo curabitur, » ſoluta ea diſpoſitione, à qua primum ea quæ ſecundum naturam læditur operatio: quam qui » dem & ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe. Sic .n. ipſemet Leonicenus textum correxit, pro αἰτίαν, οὐσίαν legens. tametſi alij uel corrigendi, uel interpretandi modi ſint: quos proprio loco (deo dante) propalabimus. Vbi uel cæcis apparet Galenũ præcedentem dũ= taxat cauſam cognouiſſe, continentem coniunctam'ue uti nullo pacto exiſtentem dimitten= do. Quam ſi dari ſomniaſſet: proculdubiò alicubi remouendam, quin multò magis q̃; antece= dentem præcepiſſet. Hæc ſunt quæ Leonicenum prorſus coniunctam cauſam abnegare (Galeni dogmate) commonuerunt. (coniunctam dico morbi, actionis .n. læſæ coniuncta cauſa ipſemet morbus, uel Galeni teſtimonio, [r] exiſtit) Nihil obſtare ſubdentem, uel de pul= ſuum cauſis librum: qui coniunctas quoq; continentes'ue cauſas fientis, atq; in motu peni= tùs exiſtentis paſſionis, non morbi, qui permanens affectus eſt admittit. [s] Neq; ulteriùs Introductorij authorem contra nos ualere: Cum ſpurius illegitimusq; Galeni liber exiſtat. Hæc .n. duo duntaxat aduerſari poſſe primus aduertit. Verumenimuerò quia perfacile quidem eſt inuentis (prout ex Ariſtotele, Galenoq; prædiximus [t]) addere. Idcircò plurimi

Nota. Affectus de omnibus rebus præter naturam prædicari ſolet.

n. ut .3. art. med. 41. et 2. aphoriſ. 22. 8. meth p°. xi. eiuſdem. 2. 4. 8. x. et 13. eiuſdem. 2 & .6.

o. lib. de epidemia ut Mõtuus, ac Braſauolus referũt hoc .n. lib. caremus. uide tamẽ infra argumẽto 10.

ex. 2. de natura humana.

p. tex. 33. lib. 3.

q. ibidẽ tex. 34.

r. lib. de ſymp. differẽtijs cap. p°. et p[i]. de locis aff. 2. & p°. & .2. methodi.

s. lib. p°. de pulſuum cauſis cap. p°.

t. ſupra fo. 33. uerſus finem.

deinceps hanc litem ruminantes, plurima hinc & inde obstantia subiunxerunt. Vt autem quem exorsi iam sumus ordo conseruetur: quæ.s. (Galeni mente) negandam indigitant. & loca, & rationes perlibrare. propterea & alia deinceps prosequamur. Librum ergo de

5m. morborum causis non semel percurramus. ubi (& si non alijs in locis) determinasse omninò oportuerat: Ni mancus imperfectusq; omninó esse decreuerit. Attamen antecedentes tan-

u. cap. 2. in fine.

tum hoc pacto declarauit, dicens: [u] Redeamus igitur ad id quod propositum nobis erat, nempè ut singulorum simplicium morborum causas explicemus præcedentes, usq; ad præincipientes. Neq;.n. fuerit absurdum inutilé ue eos qui ita earum appellationes (dilucidioris doctrinæ gratia) distinxerunt, imitari: Eas.n. quæ in ipso animali consistunt, siue affectus dispositiones'ue, siue motiones præternaturam, causas nominant præcedentes (græcè προηγουμένας) morborum: quæ uerò extrinsecus adueniunt, & alterant, immutantq; uehementer corpora, præincipientes causas, & præinceptiuas (græcè προκατάρχοντα, καὶ προκαταρκτικὰ αἴτια) appellant.

Nota.

Vtroq;.n nomine græci externas haud temerè describunt: à uerbo.s. προκατάρχεσθαι, quod sic principium primum, & incipere significat: ut quemadmodum in musicis, & canentium choro fit: in quibus choreæ dux primam carminis modulatus partem, reliquum uniuerso choro, silens ipse, canendum reliquit.

x. in prohœmio primi libri & sæpe.

y. ibidem.

Sic in huiuscemodi motu, principium exteriores causæ (quas nonnulli Celsum [x] imitati euidẽtes nuncupant) exhibere apparent: quibus deinde cessantibus, internæ (quas abditas idẽ Celsus [y] appellat) motus alterationis duces esse consueuerunt, neq;.n. προηγεῖσθαι aliud significat, q; in itinere, in acie, in omni demum agenda re, ducem, & præuium esse. plures autem non esse Galenus ipse, in eiusdem libri calce, ijs uerbis adiunxit. Atq; ut summatim dicam omnes huiusmodi morborum causæ aut extrinsecùs irruunt, aut ex ipso corpore oriuntur. Extrinsecùs quidem adueniunt, quæ uulnerare, aut collidere possunt. A corpore prodeunt immoderati, & incompositi motus animalis, & humores quidem deprauati, qui erodendi uim habent. quos motus, dispositionemq;, præcedentes causas (si quidem

z. ex cap. 2. eiusdem in fine.

quæ prænarrata iam iam sunt [z] recoluisti) nuncupabat: eos in hoc æmulatus, insequensq;, qui (clarioris doctrinæ gratia) præcedentes internas, externas uerò præincipientes nominarunt.

6m. Maximum quoq; huiusce positionis inditium firmissimamq; coniecturam esse nõnulli uolunt quoniam liber cui titulus { de causis procatarcticis } inest, de præcedentibus antecedentibus'ue nonnunq; meminit: de coniunctis uerò nullam penitùs mentionem faciens.

Contra musam.

Quem nihilominus librum non semel uniuersum percurrens nullam de præcedentibus etiam causis mentionem fecisse nominatim inuenire unq; potui: nisi de procatarcticis semper (quas erasistratus ineptiq; illius æmuli morborum causas esse negabant) Acriter disputantem. quarum occasione, causas rerum omnes, tam materiales, q; finales, instrumentalesq; quin & eas, quæ per accidens causæ existunt nedum efficientes percurrit. Nisi uelis antecedentem propterea nominasse: quia semper cuicunq; febri, phlegmonem (erasistrati placitis) antecedere aliquãdo narrauit. [a] quo tamen in loco, tùm quia græco quidem codice caremus, tùm etiam quia nec præcedentes neq; coniunctas causas nominare intendit, sed erasistrati duntaxat opinionem à se reprobandam recitare: nil proposito nostro conducens eligere possumus.

a. cap. 2. secundum nostram uerò diuisionẽ. 12.

7m. Ad alia igitur properemus: librumq; aduersus Iulianum speculemur. quo in loco [b] manifèstum est continentem causam, in his, quorum esse absolutum est (cuiusmodi morbos necessariò

b circa medium libri cap. 9.

necessariò fore prædiximus [c]) omninò respuere. Vbi & stoicorum quoq; sententiam extitisse ait, cõtinentem causam & ponere, & tali nomine significare. Contrà quos tamen libro de plenitudine [d] acriter (ut uidere perfacile est) argumẽtatur, ad impossibile illos infinitumq;, & ab omni ratione semotum perducens. Præter hæc autem, & Quartum Salubriũ uolumẽ [e] percurrentibus euestigiò quæ præscripta iam sunt, ualidiori neruo roborantur: ubi spontinarum lassitudinum causas indigitare uolens ait. Causa uerò unde ea nascitur (.s. lassitudo, quæ nil aliud, q̃; affectus morbi'ue symptoma ẽ) affectus lassitudinis, lassitudinaceus'ue (ut sic dixerim: græcè κοπώδης) est: Porrò huius rursum ipsius (.s. affectus morbi'ue) causa bifariam scinditur: Aut enim intra ipsum animalis continetur corpus: καὶ ὀνομάζεται τηνικαῦτα προηγούμενον αἴτιον idest, & uocatur tunc præcedens causa. Aut omninò non inest, καὶ καλεῖται προκαταρκτικὸν αἴτιον. Hoc est: & uocatur præincipiens causa. Verba enim {nos illam internam, hanc externam nõ incõmodè uocemus} interpretis, nõ Galeni sunt. Quam diuisionem deinceps paucissimis rursum interiectis repetit, ne somno quidem coniunctam imaginans: Quemadmodũ Quarti quoq; libri de acutorum diæta loquentis Authorem enarrans: qùm uidelicet legitimi causi uniuersa symptomata percurrit: passionis inq̃; significatiua, assidentiaq; nec nõ præcedentia, & exteriora: Sic demùm cuncta recolligens, subdit. [f] οὕτως αὐτάρκως γέγραπται τινά. τῶν γάρτοι λελεγμένων, ἔνια μέν ἐστι παθογνωμονικὰ συμπτώματα τῶν καύσων· ἔνια δὲ συνεδρεύονται. Τῶν γεννώντων δὲ αὐτοὺς, τὰ μέν ἐστι προηγούμενα· τὰ δὲ προκατάρχοντά γε καλούμενα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. πάντων γοῦν ὧν εἶπον συμπτωμάτων ἔξεστί σοι τὸν κατάλογον ὡς ἂν ἐθέλοις, ποιεῖσθαι. ἀλλ' ὅγε γράψας τὸ βιβλίον, ἤρξατο μὲν ἀπὸ τῶν προηγουμένων. τὸ γὰρ ἀναξηρανθῆναι τὰ φλεβία, προηγούμενον αἴτιόν ἐστιν. quod est, sic abũdè, sufficiẽterq; scripta quædã sunt. Eniuerò eorũ quæ dicta sunt, quædã incendẽtiũ passionũ significatiua sunt: quædã uerò assidẽt. Generãtiũ uerò has, Alia qdẽ præcedẽtia, Alia uerò præincipiẽtia à medicis uocata sũt. Oĩum tamẽ, quæ dixi, symptomatũ potes tibi, ut lubet, catalogũ facere. Sed q librũ hũc scripsit à præcedẽtibus fecit exordiũ. Venulas etenĩ exiccari præcedẽs causa est. Quo qdẽ in loco nullã pariter de cõiuncta causa, tanq̃; neutiq̃; inuenta mentionẽ habuit. Idipsum intereà notatu dignũ est: in uerbis illis {omniũ tamẽ quæ dixi symptomatũ} ab aliquo fortassis incauto scriptore additũ esse {προηγουμένων.} ut dicatur {præcedẽtiũ symptomatũ} quod uerbũ sic incõsultè adiectũ: oẽm penitus sententiã, apud emunctæ naris uiros, perturbabit: Prægrediẽs enim præcedẽs'ue symptoma unũ dũtaxat, ex libri authore prædixerat: uenularũ inq̃; exiccationẽ. Alterũ uerò, biliosi tenuissimiq; succi ad easdẽ uenulas à ualidioribus mẽbris reiectionẽ, ipsemet adiunxerat. Quid igitur sibi uult {omnium prægredientiũ symptomatũ?} (tametsi causas quoq; symptomata generatim nũcupari posse [g] inficias ire quiuerit nemò.) Præsertim quia statim subdit: {Sed qui librũ hunc scripsit à prægredientibus fecit exordiũ.} At ne alia quidẽ, pathognomonica inq̃;, & assidentia, uel exteriora symptomata προηγούμενα, hoc est, prægredientia, præcedẽtia'ue nũcupãda unq̃; ueniũt. Sic igitur tuta fronte legito {Omniũ autẽ, quæ dixi symptomatũ} hoc est passionis significatiuorũ, assidentiũ & tam exteriorũ præincipientium'ue, q̃; præcedentium, {potes tibi ut lubet catalagum ordinem'ue facere} ab exterioribus uidelicet, aut à pathognomonicis, uel alijs quibus uis exordiendo. {Huius uerò libri author à præcedentibus fecit exordium

c supra fo. 34. in fine argumenti p[i]. ex lib. de symptom. differentijs cap p[o]. & 2. methodi cap. 3. & libro etiam primo.

d cap. 4. secundum nostram diuisionem.

e post principiũ.

9[m].

f com. 4. circa medium.

Galeni locus.

g ex lib. de symptomatum differentijs cap. p[o].

dium ; quæquidem & si generatim symptomata nuncupare queamus, spātim nihilominus causas, atq; has iterum præcedentes appellare medicorum, ac præsertim Galeni, consuetudo est. Sed alia deinceps pro maiori prædictorum, de continente coniunctá'ue causa, cō firmatione, perpendamus. Secundo igitur de hominis natura commentario, illius uoluminis (quisquis fuerit) authoris prima uerba enarrans [h] ; quos.s.repletio parit morbos, euacuatio curat ; Nō idē est (inquit) si dicas morborū esse continentem causam repletionem, & uacuationē singulaq; insequentia: atq; ex repletione oriri, aut alia ex re. Etenim uerum est quosdam morbos generari ex repletione, uel à repletione (nihil.n.interest hoc an illo modo loquare) At falsum est morbi continentem causam esse repletionem. Sic.n.græcè ad uerbum inquit: ὀυκ ἀληθὲς δὲ συνεκτικὸν ἄιτιον εἶναι νοσήματος πλησμονήν. paucisq; rursum interpositis hæc adiunxit: Quæ ob interpretum diuersitatem, quin rectiùs dixerim, confusionem, suo quoq; Galeni idiomate recitabimus. ἴασις ὀῦν λέγεται καὶ τῶν ποιούντων τὰς νόσους, ὀυ μόνον ἀυτῶν τῶν ἤδη γεγενημένων νόσων. εἰ δὲ τῷ κιρ ῳ κατ' ἀυτῶι ὀνόματι χρῷτο τὶς, προηγούμενα τῶν νόσων. ἐρεῖ τὰ τοιᾶυτα τῶν ἀιτίων, ὥσπερ ἀθήναιος, ὑφ' ὀῦ δὲ πάλιν ἀυτὰ ταῦτα τὰ προηγούμενα γίγνεται, προκαταρκτικά τε καὶ προκατάρχοντα καλέσει. quod est curatio igitur dicitur etiam eorū, quæ morbos efficiunt, nedum ipsorum generatorum iam morborum. Siquis uero nomine horum proprio utatur, morborum præcedētes idgenus, causas dicet, quemadmodum athenæus. Aquibus autem rursus hæ ipsæ præcedentes fiunt, originem'ue trahunt, præinceptiuas, & præincipientes nominabis. In quibus quidem uerbis negare iam expressius uidetur, nedum sub silentio coniunctam causam prætermittere. ut cæcis etiam liqueat prorsus abnegandam, & à causarum catalogo delendam, id genus, causam, Galeni dogmate, fore. Simulq; athenæū præcedētes causas, haud uerò continētes nominasse, ex Galeni uerbis liquet. quanuis eum Leonicenus [i] primum de continentibus causis, propter eam, quam habuisset cum Possydonio consuetudinem, scripsisse retulerit. Ni aut alterū Athenæum: Aut eundem diuersis tamen temporibus: uidelicet senectutis tempore, causas continentes, ob illius consuetudinem appellare demùm incepisse dixerimus. Vel tertiò deprauatam Galeni literam contenderimus: ut præcedentium loco continentes habere debeat. Id quod non penitùs quidem à ratione alienum uidetur: quoniam actu facientium morbos causarum curationem, ut in aphorismo [k] etiam dicitur, inquirit. Quicquid tamen sit, litera quam habemus præcedentes id genus causas, ipsius ēt athenæi testimonio, nuncupat. Quā obrē & multitudinē, & lentitiē, crassitiemq;, præcedētes obstructionis causas haud cōtinentes aliquādo appellat [l]: propriam oppositionis rationē præsferre uolēs. Quas tamen (si quæ cōtinentis causæ nomenclaturā meritæ sint) nullo unq; pacto tali nomine destituendas esse, nulli nō phœbo clarius esse opinamur: ut quibus taliū definitio perbellè cōgruat: cū eis uidelicet positis, obstructio ponatur: ablatis uerò, q; primùm & ipsa dispereat: perindeac auctis, cōminutis'ue, eā augeri, uel minui secundū proportionē proculdubiò cōprehendimus. Galenus tamē, ueluti iā iā prætactū ē, προηγούμενα ἄιτια, hoc ē, præcedētes causas (cōiunctarū nomē abhorrēs) nominauit. Pariterq; putredinē ab oībus barbaris cōtinētē cōiunctā'ue causam dubiò procul appellatā Galenus nō cōtinentē, sed præcedentē uocauit [m] dicens. ἡ σηπεδὼν τῶν χυμῶν, ἄιτιόν τι προηγούμενον τοῦ πυρετοῦ. i. putredo humorū, causa quædā febris præcedēs.

Quibus

Marginalia: 10[m] — h com. primo. — i ut supra fo. 35. in argumēto. 3. Respon°. p[a]. 2[a]. 3[a]. — k 2. aphoris. 22. — 11[m] — l 11. meth. cap. 13. in prin. — 12[m] — m xi. meth. cap. 9. in fine. — line numbers 10, 20, 30, 40.

Quibus quidem & Aristotelis philosophorum sine calumnia principis authoritatem adiungere possumus: quùm effectiuas causas formalibus comparans, ait: [n] Mouentes quidem igitur causæ ὡς προγεγενημένα ὄντα, quod est, uelut prius factæ genitæ ue existunt: quæ autem ut ratio: simul. Quando.n.sanatur homo, tunc sanitas est: & figura æreæ sphæræ, simul & ærea sphæra. Formã igitur Formalem'ue morbi rationẽ, coniunctæ causæ nomen: Efficientes uerò (quas impræsentiarũ uestigamus) prægenitarum, ac per hoc præcedentiũ prægredientium'ue appellationem sortiri, uel philosophi (præter Galenum) dogma esse, liquidò cospeximus. Sed ne ratione quidẽ ultrà ea, quæ præscripta iam sunt, huiusce opinionis sectatores destituũtur. Triplex.n.cũ sit (Galeni quoq; sententia [o]) morbus, aut.s.factus, aut fiens, uel demum futurus fieri. Facti causam ponere cum absolutum iam sit, dementis esset, Futuri autem si causam assignare contenderis: præcedentem hãc esse, haudquaq; uerò coniunctam, ni iotario stolidior, ipsorum quoq; barbarorum monumentis admittes. Sin fiẽs adhuc morbus sit, duplex ipsius fientis pars est: facta uidelicet, ac futura fieri: factæ ut diximus causa non amplius est, futuræ autem præcedens. Nil ergo remanet cuius coniunctam aliquam causam proferre queamus. Quod si fiens non in partes dissoluere libuerit: at ipsum fiens, quatenùs fiens est, considerasse mauis, id utiq; morbus non est: sed Pathos. Cuius coniunctam dari causam nullus est, qui abneget, præsens autem sermo ipsius morbi, nequaq; uerò passionis, aut symptomatum, causas uestigat. Qui profectò morbus permanens est, non factus modò affectus, primò ac per se functiones offendens. Cuius continentẽ assignari causam (morbificam nonnulli uocant, coniunctam'ue) perindè recentiorum plurimi abnegant, ut eos qui hanc admittunt immedicabili theonis mordacitate, rabieq; admordeant. Quibus tamen morsibus hi quamplurima obstantia exacteq; & satis superq; succurrẽtia præsidia admouisse opinati, maiori deinceps rabie retaliando sic remordent: ut Aesculapio indigentia uulnera, nedum Hippocrate, impegisse machinati, cælum uociferando concutiant. Famosum nanq; ac ueluti axioma penes oẽs ferè tam græcos, q̃; latinos, atq; arabes, tùm philosophos tùm medicos est, cõiunctã causam, effectui propinquã, nominare. eamq; omni penitus abiecto scrupulo admittere. Cum præcipuè Medicorum arabum Princeps [p] Hanc non definierit modò: eam.s.tali nomenclatura intelligens, inter quam corpoream iam existentem & morbum nulla alia media est causa. Verùm exemplis quoq; demõstrarit: ut putredo quidem, febris: & humor porulos ingrediens, obstructionis: & obstructio, cæcitatis. Si nanq; inter ipsam causam & affectum alia interponatur: antecedens ab ipso dicitur. quemadmodum repletio, febris, & receptaculorum oculi: ad quem descendere, obstructionem factura, talis repletio potest. E qua deinceps oppilatione cæcitas quoq; generanda sit. Ab ipso autem Arabum medicorum Principe nullus ad nostrum usq; æuũ deflexisse uisus est. Adeò ut famosum existens, omni ex parte falsum opinari nouissimum sit. Eoq; maiori hoc admiratione dignum foret: quoniam ingeniosissimus cum fuerit & philosophus & medicus Prĩceps, rẽ adeò falsam proculdubiò aduertisset, àueroq; philosophorũ dogmate alienã condemnasset: Etenim distinctionibus medico potiùs, q̃; philosopho cõgruis Galenus magis: perindeut physico decentioribus ille frequẽtiùs utitur. Quid si Auerrhoẽ perpẽdamus, arabũ quoq; philosophorũ nõ iniurià spirarchũ? Hic.n. Auicẽnæ distinctionẽ interpretãs, eã ut uerã, absq; ullo prorsus scrupulo, permisit: eamq; definiẽs (q.s.ablata,

13m. n. 12.metaphy. tex.16.

14m. o. 3.art. med. tex.32.& .2. aphoris.22.8.meth.cap.p^o. & alibi sæpe.

In opp.m.

pm. p. 2a.p^i.doc.2a. sum pa. cap. p^o. & pa.parte canticæ canticorum tex.177.

2m. q. pa.parte canticæ canticorum cõ.176.& 177.

& ipse morbus auferatur) exemplo declarauit : sicut putrefactio (dicens) quæ est causa caloris extranei. Sin barbaros fortasse, in maioris momenti syntagmatibus alitus, nauseando respuas, ad nostros quæso latinos conuertere. In quorũ catalogo satis superq; fuerit principem (ueluti & inter arabes obseruauimus) Cornelium re, nedum cognomine, Celsũ consulere. Quem sic, absq; titubatione, loquentem [r] inuenies. Igitur hi, qui rationalẽ medicinam profitentur, hæc necessaria esse proponũt. abditarum, & morbos continentium causarum notitiam, deinde euidentium, &c. & iam rationalium medicorum esse coryphæum Hippocratem prædocuerat. Verùm quia solos hodie græcos, eorumq; monumenta sectari uniuersus ferè orbis profitetur: neq; id temerè, cũ omnis inde perfectio emanarit: Hãc obrem omissis neglectisq; latinis, nedum arabibus barbaris'ue authoribus, ad græcos confugere (uelimus nolimus) res met ipsa loquens impellit. Inter quos nobis propinquior, omnibusq; ferè pernotus occurrit Ioanitius monachus (ut aiunt) cretensis: qui quidem Isagogicum ad artem medicam opus conficiens, deq; causis demum loquens, ait, [s] Modi occasionũ infirmitatem facientium tres sunt: Nam aliæ sunt quæ uocantur primitiuæ, quæ exteriùs accidunt corpori: ut calor & frigus. Sunt & antecedentes, quæ admouentur intrinsecùs in corpore: ut repletio, & inanitio. Sunt & aliæ, quæ uocantur coniunctæ: quædum adsunt, adest infirmitas, & abeuntibus his, infirmitas abest. Vt putredo in febribus. Quia græcis eius uerbis caremus: idcircò ut traducta antiquitùs sunt, sic ea recitauimus. Ab hoc uerò philotheum perlege, sic proprio idiomate scribentem : [t] τὸ δὲ αἰτιολογικὸν διαιρεῖται εἰς προκαταρκτικὸν αἴτιον, εἰς προηγούμενα, καὶ εἰς συνεκτικά. Quod est : pars autem causarum ratiocinatiua diuiditur in præinceptiuam causam, in præcedentes, & in continentes. Sed neq; his duntaxat quiescendum. ad Definitionum ergo medicarum authorem (quisquis ille fuerit) conuertamur : antiquus.n.græcus est. & si nõ Galenus, uel saltem non totus eius legitimus sermo sit: hic tamen unà cum præscriptis continentem causam admittens ait. [u] causa est quæ in corpore quidquam facit: ipsaq; incorporea est. Alia uerò procatarctica præincipiens'ue est (nonnulli antegressam, uel externam uertũt) Alia cõtentiua, seu continẽs, aut cõiuncta. quædam uerò antecedẽs, seu præcedens (uarijs.n.nominibus singulas dictiones, alioqn græcis semper easdem, describunt) Sic igitur græcè ait : ἔστι δὲ τὸ μὲν προκαταρκτικὸν, τὸ δὲ συνεκτικὸν, τὸ δὲ προηγούμενον. Singulasq; deinceps definiens, ait. procatarctica est quæ cõfecto opere discessit: uelut canis, qùm momordit: & scorpius, cũ ictum inflixit: & inustio à sole, quæ febrẽ parit. Cõtentiua, seu continẽs, coniuncta'ue est, quæ qùm adest præsentẽ cõseruat morbũ, sublata uerò tollit. ut calculus in uesica: in oculo aquula, unguis ala'ue græci πτερύγιον uocãt, & encãthis &c. alijsq; multis interpositis uerbis, ita rursus ait: cõiuncta causa est(male.n. antecedẽs, & græcè, & latinè, legitur) ea qua præsente adest affectus, & aucta augetur, & minuta minuitur, & sublata tollitur. Cõmunẽ uerò causæ continẽtis apud rationales medicos opinionẽ extitisse Introductorij quoq; author: siue(ut nõnulli uolũt) Herodotus, siue quiuis alter: aut ipse etiam(aliqbus tamen spurijs interiectis) Galenus manifestissimè testatur: dũ præpositis, & empiricorũ, & methodicorũ sententijs, ita de rationalibus cõclusit : [x] Quemadmodũ rationalibus causæ, licet ipsi nihilõminùs, tùm affectus, tùm cõcursùs ingrãt: totũ aũt causis attribuũt. Causarũ aũt nõnullæ procatarcticæ(quas euidẽtes interpres uertit) Aliæ cõtinẽtes, quædã

coadiuuantes

3m. — r. in probæ. p[i]. post. prin. — 4m. — s. cap. 40. — 5m. — t. p[i]. aphorismo. com. p[o]. — 6m. — u. ante medium libri. — Libri. Def. Medi. Locus. — 7m. — x. cap. 8. post prin.

coadiuuantes, aliquæ concausæ: reliquæ præcedentes dicuntur. Omissis autem aliarum definitionibus: ita coniunctas determinauit. συνεκτικὸν δὲ αἴτιον ἐστὶν, οὗ παρόντος, πάρεστι καὶ τὸ νόσημα, καὶ ἐξαιρουμένου, λύεται, ὡς σκόλοψ, καὶ βέλος. quod est: continens autem causa est, qua præsente, præsens est morbus, & ablatà dissolui tur: ut spina, & telum. Quòd si præscriptos authores neglexeris dioscoridem profectò ma ximi, apud Galenum quoq;, nominis uirum neglexisse non debueris. hic igitur continentẽ quoq; causam admittit. [y] Quanuis.n. ex methodicorum opinione distinctionem præposuerit, aliquas.s. procatarcticas, aliquas uerò coniunctas esse dignissimè ponentium: quibus ambabus definitis: ab utrisq; natura derelictum à morsu uenenum, corruptionemq; faciens (φθοροποιὸν græce uocant) perindè secerni uolunt, ut causam nuncupare minimè suffe rant. Ipse tamen Dioscorides, ad improbandam illorum phantasiam, præassumpta causæ definitione: quodcunq;.s. agit operaturq;, causam in singulis eorum quæ in corporibus fiunt, se se ostẽdere: sic deniq; cõclusit: Quoniã aũt causarũ differẽtijs gaudent, alias cõtinẽtes, alias uerò præincipientes, appellantes: dicendum ipsis est, alterutro istorum modorum, Procatarcticam.s. præincipientem' ue dici causam: quòd effectum præcedit, quodq; corporis cõpagem præoccupat: Continentem uerò quòd præsentibus passionibus, adest & ipsa: remotaq; ea, se mouentur. quæ cum ipsa eueniunt. Mortiferam itaq; uim, à uenenosorum animalium de morsu corporibus illapsam, continentis causæ exemplum (cum illius definitio sibi cõgruat) Dioscoridis anaZarbæi testimonio fuerit. Verùm qui Galeno penitus se uendiderunt, illiq; addicti, magis, quàm suis dominis serui sunt, altiùs uocem eleuant, Galenum id genus causæ alicubi numerantem uel conuitijs efflagitantes: Idcircò Galenum quoq; medicorum non in iurià Phœbum contemplemur: quem boni Imperatoris more, ceu magis strenuum, in ultima acie collocauimus. In fronte igitur libri, in quo pulsuum causas inquirit, statim continentes generationis causas posuit: [z] quemadmodum alterationis, tùm euidentes, tùm præcedentes causæ sunt. à quibus uniuersalem sermonem agens, non in pulsibus modò, sed in alijs cunctis, triplex causarum genus esse statuit: quorum primum & præcipuum est id, quod quidem continens appellant. cuius inde nomen deductum est, quòd illorum essentiam (quorum s. causa est) continet. Atq; idipsum (ueluti iam iam in pulsibus prædixerat) generatio nis causa existit. Continentem igitur causam uniuersaliter in omnibus admisisse uidetur. Id quod pluribus etiam in locis particulariter confirmat: quorum singula percurramus: Ab eo quidem primum sumentes exordium: ubi spumosæ pituitæ, spumosorumq; ob ipsam excrementorum causas uestigat, [a] inquiens: fieret autem quandoq; & in ipso uentriculo, unam habens (ut quispiam dixerit) causam contentiuam, quomodocũq; excernatur, aut fiat: antecedentes uerò plures. Est autem huius pituitæ causa contentiua flatuosus spiritus, dum humori commiscetur, uehementem habens motum, & inæqualem: ita quod & ipse disrumpitur, & pituitam frangit in multas partes & paruas &c. Præterea contra Iulianum scribẽs, Asclepiadẽq;, Galenus, [b] cõtinentẽ causam admittere potiùs, quàm respuere (siqdẽ exqsitiùs cõtẽplabimur) apparet: tametsi cõtra Iuliani argumentũ priùs loquẽs, quo Hippocratis aphorismum ille corrigere nitebatur, plenitudinẽ continentem esse causam abnegarit: deinceps tamen Asclepiadis sophisma soluere uolẽs, quo probabat plenitudinẽ, cõiunctã causam dici nõ posse. Præmissa duplici plenitudinis distinctione: sic demùm subdit: ostensum à nobis

8^m.

y. lib. 6. cap. 35.

9^m.

z. lib. p^o. de causis pulsuum cap. p^o. in prin.

10^m.

a. 7. aphoris. cõ. 30. in prin.

11^m.

b. lib. cõtra Iulianum cap. 9.

est ĩ his cõmẽtarijs in qbus symptomatũ causas enarrauimus: atq; ubi tumores præter naturã tractauimus, conuulsionem interdum, tremoremq́;, ac in uniuersum phlegmonem, & erysipelas, idq; quod à recentioribus medicis œdema uocatur: aliosq; præterea affectus plenitudinis inniti hypothesi. tùm si plenitudinem euacuet quis, ad naturalem q; primùm statum redire membrum. Vbi conuulsionis, tremorisq; (symptomatum) atq; etiam phlegmonis, erysipelatis, & œdematis, (morborum, ut uidebimus, compositorum) talis modi causas ponit. Quibus ablatis q; primùm, cùm morbi, tùm symptomata tolluntur. Quanuis autem ex stoicorum placitis esse, & nomen, & rem adiunxerit. Distinctione tamen deniq; adiuncta (ne de nominibus contendere uideatur) in his, quæ absolutum esse habent, continẽtem causam prorsùs abnegat. adeò ut plenitudo febris absolutum quidem esse habentis coniuncta continens'ue causa non sit. In his uerò quæ in generatione suum esse habent, ab ipsáq; causa omninò, tùm in esse tùm in conseruari, dependens, eã utiq; admittit. Quamobrẽ phlegmoni tumoribusq; alijs præter naturam (ueluti posteriùs longiori discursu elucidabimus) coniunctam subesse causam inueniemus: qua profectò posita tumor fit: eaq; rursus ablata, q; primùm & tumor ipse, uel talis tantusq; existens ut functiones perse ac primò offenderit, euanescet. Quibus sic se habentibus tam Iuliani q; Asclepiadis fundamẽta ruent. Quid quod Hippocratis etiam aphorismus huiusmodi causæ astipulari uidetur, dicens: [c] Quicunq; morbi ex repletione fiunt, facietate'ue, curat euacuatio. haud enim curaret euacuatio morbum: nisi coniuncta causa repletio esset: Qua remota, statim & morbus ipse deleretur. Aliàs remota repletione, oporteret ad morbi curationem peruenire. illius ergo remotio non curatio foret: sed futuræ duntaxat partis præseruatio. At alia Galeni loca percurramus. De symptomatum nanq; causis, proprio iam loco sermocinans, continẽti de causa meminit: qùm sic ait. [d] Molesta quidem est pupillæ paruitas, quæ præter naturam accidit: bona uerò quæ innata est. At amplitudo innata quidem uitiosa est: neq; uitio caret nonnaturalis: sed hæc minus mala est, q; angustia: ἡ μὲν γὰρ, (ὡς ἂν εἴποι τις) αἰτία συνεκτικὴ τῆς γενέσεος αὐτῆς, τάσις ἐστὶ τοῦ ῥαγοειδοῦς χιτῶνος, ὥσπερ αὖ τῆς σμικρότητος ἡ χάλασις. quod est causa.n. (ut quispiam dixerit) coniuncta, cõtinens'ue generationis huius.s.amplitudinis, tentio est rhagoidis tunicæ, quam latinè uueam dicimus: quemadmodum rursus, paruitatis causa, eiusdem relaxatio est. Sed ne semel quidem in eodem uolumine coniunctæ causæ meminisse contentus est. stuporis nanq; deinceps generationem enucleare uolens: præmissisq; iam exterioribus, quas procatarcticas diximus, causis: ita demum conclusit. [e] Τὸ μὲν οὖν συνέχον αἴτιον, ἢ συνεκτικὸν, ἢ προσεχὲς, ἢ ὅπως ἂν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ, τοιαύτη τὶς ἐστιν ἐν τῷ νεύρῳ ἡ διάθεσις, ὡς ἐμποδίζεσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιπεμπομένην αὐτῷ δύναμιν. hoc est. Igitur continua causa, aut contentiua, aut adhærens, uel quoquo modo quis nominare uelit, talis quidam est in neruo affectus, ut facultatem ipsi à principio transmissam impediat. Impeditur autem (prout statim adiunxit) facultas hæc, si neruus meatu aliquo præditus (uti manifestè in oculorum neruis uidere licet) uel obstructus est, uel compressus. si uerò meatum non habet: idẽ illi eueniet, si uel constringitur, uel refrigeratur, seu comprimitur. Stuporis ergo continentem causam, obstructionem aliquando, uel compressionem, aut constrictionem, seu frigefactionem in neruis factam posuit. Quin horroris quoq;, aut rigoris continentem alibi causam

3. lib. 6. cap. 35.

c. 2 aphoris. 22.

12^m.

13^m.

d. lib. p^o. ante mediũ. 2. capitis.

14^m.

e. ibidem cap. 5. post prin.

15^m

sam admisit. ac præsertim ubi de illis sermonem facere aggressus est, qui cum in balneo se lauant, horrore tentantur, hæc subdens. f μία μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐστιν (ὡς ἄν εἴποι τίς) αἰτία συνεκτικὴ τοῦ γινομένου συμπτώματος. ἄλλαι δ' ἐκείνης πλείους προηγοῦνται quod est. Vna etenim his est (ut quispiam dixerit) causa continens excitati symptomatis: aliæ uerò quæ hanc præcedunt, multæ. Post quæ deinceps & continentem prius (rodentium. s. excrementorum confertim actorum citatiorem motum) aliasq; demum explanando prosequitur. Præterea quis à Galeni dogmatibus tam alienam continentem causam opinetur cum in prognosticis quoq;, tametsi ex aliorum denominatione, haud tamen falsam esse existimans, quin rem ipsam ostendat, quam nominare continentem consueuerunt, sic dicens. g Cæterum ea ipsa materia, si admodum tenuis, & aquosa est, uix screatur: ut quæ in pulmone circumfluitet. τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ἀναγωγῆς, ὅπερ καὶ προσεχὲς ὀνομάζουσι. Id est. Hæc. n. prima causa eductionis, quam etiam adhærentem nominant. Sed ne admireris quidem: quia προσεχὲς latinè adhærentē haud συνεκτικὸν idest continentem dixerit: ut aliam intellexisse causam suspiceris. Idem nanq; superiùs, h ex eiusdem quoq; uerbis continuam, continentem, & adhærentem esse (græcè συνεχόν, συνεκτικόν, & προσεχὲς) ostendimus Id genus ergo causam adherentis nomine intellexisse uoluit, quam hoc loci uestigamus. Quin ut communiori barbarorum quoq; uocabulo utamur, προσεχὲς coniunctā, siue adiunctam latinè significat. duplexq; (uelut statim subdit i) prima causa est, tùm materiæ uitium, tùm etiam id quod initium habet motus. Quam sententiam in comentarij rursum processu k comprobauit: q̄uis & eiusdem sputi priuationis, aliā non adeò primam adiungens, aliquando l tres esse causas protulerit. Vbi. s. continentis pulmonem membranulæ densitatem adhibuit. quemadmodum aliàs m dolorem quoq; posuit. Ex quo quatuor dici possunt sputum prohibentes causæ: duæ tamē primæ, atq; continentes, siue mauis dicere adhærentes. Huic autem Galeni loco atq; alteri statim scribendo innixi quidam continentem causam, adeò firmiter inuenisse machinantur: ut nulla prorsus dehinc ambiguitas remansisse nostris pectoribus debeat. Est ergo alter q̄ primùm secundóq; perpendendus Galeni locus: n ubi aduersus methodicos disputans, & morborum species iuxtà causarū actionis numerū examinans, præmissis tùm in gustu, tùm in tactu exemplis, ad tertium deniq; penes uentriculi concoctionem peruenit, sic dicens. Proponatur itaq; iam quemadmodum uentriculus malè concoquens corrigendus nobis sit. Verba autem faciemus non solum contra methodicos, sed etiam contra eos rationalium, qui non cognita ipsius actionis prima causa, ἣν δὴ καὶ προσεχῆ καλεῖν εἰώθασιν: hoc est, quam adhærētem etiam coniunctam'ue nominare sunt soliti, methodo quadam, ac ratione constitui posse artem putant. Equibus manifestè constare iuniorum nonnulli aiunt Galenum non semel coniunctæ, nedum continentis causæ (quas confundi uoluit) non tam ex sua q̄ aliorū sententia meminisse. id quod rationibus rursum confirmare non desistunt. Quas tamen ut nullius uel q̄ minimæ efficaciæ momentiue existentes infrà, seorsum quidem ac singulatim cōsiderabimus. Itaq; nunc Galeni loca prosequamur inquibus coniunctam continentem'ue causam indigitat. Quanuis enim primo de patientibus membris uolumine id genus causam nullo prædictorum epitheto nominarit: Eam nihilominus ex definitione intellexisse uidetur, qum ait, o Id quo tangente nos, passio fit, separato uerò quiescit, causam esse, omnes

f. x. meth. cap. 10. post prin.

16[m].

g. .2. prognost. com. 43. uersus medium cometi.

h. argumēto. 14. ex p[o]. de sympto= matū causis cap. 5. post prin.

i. ubi supra. s. 2. prognostico. 43.
k. ibidem com. 67. post mediū.
l. ibidem cō. 60. post mediū com.
m. com. 43. circa prin.

17[m].

Est Valeriola de morb. differ. cap. .2. com. ultimo.
n. .2. meth. cap. 4. ante mediū.

18[m].

o. p[o]. de locis affectis cap. 2. ante medium.

iam homines confitentur. Sic enim & ignem ustulationis, & gladium sectionis causam esse credimus. atq; de singulis alijs similiter dicendum est. Ergo uacuatum humorem infestantis passionis causam fuisse, quo tempore in particula continebatur, putandum est. Apprimè igitur coniunctæ causæ definitio, in humoribus quoq;, nedum igne, aut gladio, liquet: Quãobrem & iterum post aliqua subiunxit: quippe nonnunq; à causa quapiam oritur passio: sed ita oritur, ut separata causa, haudquaq; iam permanentem habeat dispositionẽ affectum'ue. Interdum uerò partim iam factus est affectus, partim etiamdum fit. Sic.n. dictionem ἤδη γέγονεν ad διάθεσιν referendam arbitror: uelut posteà Fusiùs enucleabimus. Perinde uerò atq; iam dicto loco: alibi [p] quoq; aduersus methodicos symptomata quidem inutilia ad curationem fore contendentes acriter disputans, eorumq; in symptomatis facto argumento: in morbis eodem utens Galenus, ita causas morbis coniunctas supponit, ut hi symptomatibus. quemadmodum uidelicet ablatis affectibus morbis'ue, quãprimùm unà & symptomata euanescunt: ita remotis quoq; causis affectus ipsos discedere: quẽadmodum & illis positis hos constitui uoluit. Exemploq; rursus [q] à phlegmonis ac febris etiam causa desumpto comprobat, dicens. Multitudine igitur pereuacuationem subtracta, simul & genitus per eam morbus tollitur. Sed non propterea q; simul cum efficiente causa morbus recedit, auxilium morbo aduersari dicendum est. Firmari autem coniunctæ causæ opinio potest ex philosophorum corypheo qùm de actu operantibus, effectiuisq; causis atq; ijs quæ secundum potentiam, loquitur, sic scribente, [r] differunt autem intantùm q; operantia quidem actu'ue efficientia, & singularia simul sunt, & non sunt, tùm ipsa tùm ea quorũ causæ: ut hic medens, cũ hoc q sanatur: & hic ædificator cũ hoc ædificio, quod'ue edificatur. Quæ autem secundum potestatem, non semper: Corrumpitur.n. non simul domus, & ædificator. Quid uerò aliud esse continentem causam diximus, q; eam quaquidem posita ponatur effectus, remotaq; discedat? ut simul sint, & non sint. Sed quid opus est uerbis? Nõne decantata uel à logiculis propositio est, causam & causatum (ut nomina iuxta philosophi [s] quoq; decretum finxerimus) correlatiua esse quorum quidem natura est, ut posita se ponant, peremptaq; se perimant. Simul.n. natura & tempore, simulq; nota passim prædicantur. Hanc ipsam ergo uerè causam dicimus, uereq; sic effectum continentem, ut posita ponatur, ablata uerò quãprimùm tollatur. At ne pluribus ac opus est immoremur: doloris ut symptomatis coniunctam continentem'ue causam esse (à quo dependet) morbum, continui uidelicet solutionem, uel intemperiem, adeò quibuslibet pernotum est: ut probare superuacaneũ sit. Hic autem dolor, quoties perinde increscit: ut uires prosternat, nedum functionibus officiat, morbi rationem subit, curandi ad se intentionem (Galeni [t] documento) retrahens: tunc ergo eandem tametsi auctam causam habens, quam priùs dum symptoma dicebatur, non morbus, sed morbum insequens, retinebat: eam proculdubiò coniunctam adeò possidebit, ut ablata, dolor hic tollatur, aucta, uel comminuta increscat, uel diminuatur, quemadmodum posita, obortus quoq; ipse est. Quoniam uerò nunc morbus iam est. Morbi ergo continentem causam, & philosophorum, & medicorum, tam græcorum, q; latinorum, aut arabum, non Galeni modò placitis designari posse satis superq; demonstratum esse apparet: Vsq; adeò, donec morsi quidam uenenosè remordeant, plaustraq; conuitijs onusta, aduersus oppositum contendentes afferant ac Zoili demùm è medicis euaserint.

Nos

19.m

p. libro de optima secta ad trasibulum cap. 23.

q. infra cap. 25. eiusdẽ et uide simile de tum. præter nat. cap. 2.

20m.

r. 5. metaphysi. tex. 3. in fine & .2. physicorũ tex. 37.

21m.

s. in prædictis cap. de ad al. quid.

22m.

t. 12. meth. cap. p°.

Opinio propria.

NOS *autem inter acerrimos hinc & inde litigatores, mutuis adeò se inuicem obiurgijs, innumerisq; derisionibus lacerantes (nec aduertentes demùm se de nominibus frustrà quæstionem, ac tantum deinde rumorem agitare) medium tenere decreuimus: & causam continentem necessariò in quibusdam morborum speciebus dandam esse (modo coniunctæ causæ non aliam definitionem q̃; omnibus concessam, & uel Dioscoridi, nedum Galeno, alijsq; iunioribus pernotam admiserimus. In plurimis uerò speciebus (inuitis eam ponentibus) ne per somnium quidem talem causam, uerè proprieq; loquendo, exhiberi confitendum. Haud graui tamen peccato notandum esse arabum Principem, aliosq; largius, & medicorum more locutos, arbitramur. Quod quidem ut exactiùs elucidetur, ita exordiendum est.*

u. .2.art.med. tex. 4.

Vitiorum genera eadem sunt (Galeno [u] *docente) his quæ uirtutem complent: temperatura quidem in consimilibus: numerus autem, & formatio, & magnitudo, & situs in instrumentarijs, utrisq; uerò communis unitas, quam & ipsorum continuitatē appellamus.*

Tria morborum genera.

Quamobrem & tria morborum prima genera sunt. primum quod in simplicium, primarũq; partium intemperie consistit: Secundum quod in organicorum deprauata compositione: tertium quod in soluta utrorumq; unitate fit. quod siue unitatis, aut unionis solutionem dicere malis, siue unitatis corruptionem, aut continuitatis solutionem, aut quomodolibet aliter nominare uelis, nihil referre ait Galenus, [x] *qui nullum horum nominum à uetustioribus accipiens, ipse primus præscriptis dictionibus indigitauit.*

x. lib. de const. art. med. cap. 6. circa prin. lib. de. morb. cau. cap. ultimo circa prin. et 13. meth. in prin.

Si morbus factus est.

Itaq; primum ultimumq; morborum genus. quoties uerè morbi sunt (affectus inq; permanentes actionibus primò ac perse officientes) continente causa destitui prorsus determinandum. Ni alterationem, ipsam'ue soluendi dissecandiq; passionem consideres: quæ morbus non est, sed ueluti iam omnibus ex Galeni monumentis pernotum est, πάθος τε, καὶ πάθημα, latinè passio dicta existit. Cuius causam continentem inueniri nullus est uel ex aduersantibus qui neget.

Intemperiei, ut morbus est nulla causa cõtinens.

Siue.n.calidus morbus sit, ut febris: siue frigidus, humidus'ue, aut siccus: uel ex horum aliquibus compositus, perse consistens morbus est, siquidem expeditus perfectusq;, nullam dum efficientem causam pro suo esse expostulans. Nisi conseruans aliqua causa sit, quæ ad naturalē dispositionem potiùs reditum impediat, nouam semper alterationem regenerans. Cuius alterationis passionis'ue causa continens, non morbi erit.

Cõtra Valeriolam.

Nec.n uerum esse potest id quod è recentioribus nonnulli proferũt: conseruantem morbi causam posse (propriè loquendo) continentem appellari: Enimuerò nec ea posita, quãprimùm & morbus ipse obortus est, multoq; adhuc minùs ea recedente statim euanescit (quanq; facilior tunc huius curatio deducto iam impediente fit)

Causa cõseruans nõ est cõtinēs.

Cõseruationis tamen continens dici causa nõ temerè potest: qua remota cõseruationem ilicet deficere necessum est. ea uerò cõseruatio nil aliud ē q̃; actio, quæ alia quoq; ratione pathos dicitur. Morbus autem alijs adhuc extrudēdus præsidijs remanet. Hæc inq; si expeditus perfectusq; iam ipse morbus est. Sin uerò futurus omninò extiterit, præcedentem duntaxat assignari causam posse, ut præseruatio non curatio morbi necessaria sit, omnibus pro confesso habetur.

Si morbus fiēs est.

Quid si fiens morbus sit? Neq; huius, quà morbus est: tametsi eius fieri, alterationisq; quam passionem Galenus appellat, græce πάθος, continens causa inuenitur. Etenim quà fiens, passio est, quanq; ut operationes primò & perse lædens ac secundum partem consistens, morbus est.

Contra Fuchsium.

Haud.n.quod inconsultè nõnulli proferunt, uerum simpliciter est, fientem.s. affectum non uerè morbum, sed pathos esse. Nam hoc

posito

posito fiens febris, putrida uidelicet, ipseq; etiam comburentissimus causus morbus minimè esset. Cum uel rudes idiotæq; oppositum primo intuitù statim aduertant. Veluti nec uerum quoq; protulerit quispiam, si fientem febrem, aliam'ue quam uis intemperiem morbum esse, attico uultu, determinarit. Distinctione igitur, exquisitiùs speculari cupientes, indigebũt.

Exemplum fientis.

Nam uel fiens est, quia nunc.s.generationis exordium sumit: quemadmodum (ut res exẽplo clariùs elucescat) si quispiam calere præternaturã incipiat: Deinceps uerò usq; adeò. Calor ille increscat: donec functiones impedire manifestè queat, tuncq; morbus sit: Verbi gratià ad tertium usq; gradum. Anteà uerò: siquidem circa primordia adhuc existens talis alteratio sentiri penitus nequeat: sub sanitatis latitudine contineri liquet. Sin uerò manifestari deinceps occipiat, nondum tamen à consuetis functionibus distrahere, atq; impedire, cubandi necessitatem inducens, queat: Neutrum fieri (iuxta medicorum, Herophili distinctione utentium, decreta) recensebimus. Quo tempore uniuerso, fiens febris est: quoniã in generatione essentiam habet. Morbus tamen adhuc nõ ẽ. Quamprimùm.n.anchoras in ijcere primas occepit, alteratio passio'ue (à medicis, omnia sensu iudicantibus, negligenda) fuerat. abhac uerò neutralitas. At ne huius quidem fientis morbi partes duas designare possumus, factam scilicet, ac futuram: cuius facta pars morbus existat. Verùm totus adhuc fiens, quà morbus, futurus prorsus est. Actio etenim (Galeni quoq; testimonio [y]) quæ & eadem passio est, ex eorum numerò non est, quæ esse absolutè dicuntur: aut certè non similiter, sicut iam comprehensa (tumor uidelicet mollis œdema'ue, aut phlegmone: redundantiaq; sanguinis, & pallor) siquidem nullo temporis spatio manent eius partes: Sicut profectò nec sermonis, nec etiam motus ullius: Sed horum quilibet in ipso fieri esse suum obtinet. Ac omnis quidem actio motus est actiuus, omnis alteratio, eius quod alteratur, motus est passiuus, Patitur nanq; quod alteratur. Ergo affectus dispositiones'ue dum alterantur, mouentur (motu quidem non locali, sed alterationis) Qum à motu cessauerint: iam alterati sunt: non autem ampliùs alterantur. Sanè [z] alteratur is qui nigrefit, aut calefit: alteratus est qui iam obnigruit, siue (ut sic dixerim) nigrefactus, uel calefactus est. Itaq; alteratio generatio est qualitatis, aut affectus, aut quomodocunq; appellare uelis. Ac sanitas [a] quidẽ, et morbus & quæcunq; symptomatũ, causarumq; affectus, uel habitus sunt, ex permanentium constantiumq; numero sunt. Actiones omnes, alterationesq; in quacunq; re fuerint, in ipso fieri essentiam suam possidẽt. Et corpus secũdum quodcũq; mouetur, secundum idem patitur, motusq; eius pathos, siue passio est. Huiuscemodi ergo fientis iam, atq; essentiam suam in generatione habentis morbi, quin (ut rectiùs absq; sorete aceruali'ue sermone loquamur) passionis adhuc existentis continentem assignare causam astringimur: quatenùs uidelicet fiẽs est, & ueluti prædictum est, in generatione suam essentiam habet. Quæ nihilominùs causa tametsi continens generationis morbi est: haudquaq; tamen continẽs morbi, qui adhuc non est, dici quodammodò potest. Posità nanq; illà, positus adhuc morbus non est. Quatenùs igitur morbus, quia sic futurus duntaxat est, præcedentem habere causam proculdubiò determinandum est. Qua quidem semota, eius ut futuri generatio prohibebitur. De huiuscemodi quoq; in generatione suam essentiam habente morbo intellexit tùm libro aduersùs Iulianum, [b] tùm uniuersaliùs de pulsuum causis [c] loquens, continentem.s.obtinere causam admittens: adeò ut non in pulsibus modò, sed in omnibus

y. 2. methodi cap. 3. post prin.

z. ibidem Paulo post.

a. ibidem post. aliqua.

b. cap. 9. uersus finem.

c. libro p°. in prin.

omnibus alijs triplex causarum genus concedens, primum atq; præcipuum continens esse propalauerit. De huiusmodi etiam fiente morbo, (si peregrina mente perlibraris) medicorum pater Hippocrates[d], enarrante Galeno,[e] locutus est, dicens. Quicunq; morbi ex repletione, sacietate ue fiunt, curat euacuatio: & quicunq; ex euacuatione, repletio: & aliorum contrarietas. Bifariam nanq; cum dici fiens morbus queat: hoc est, quia nūc iam fit, essentiamq; suam in generatione adhuc habet, nil facti hucusq; possidens: quemadmodum is est, quod pathos anteà nuncupauimus. uel partem aliquam iam factam (adeò ut functionibus obesse ualeat) ostendens: ita dùm fit, ut alteram futuram præseferat. Primum uetustissimus author fientis genus intellexit, uacuatione curandum esse proferens: Etenim quia totam in ipso fieri essentiam suam retinet, ipsáq; in generatione: sic à causa dependet, ut ablata, statim & ipse tanq; solis lumen dispereat. Secundi uero generis curatio ab euacuatione compleri minimè poterit, quin operæpretium est abscissa causa ad factam morbi partem (uel Galeni[f] monumentis) deuenire. Id quod clarioris doctrinæ gratià ex ipsomet medicorum phœbo intelligas, proprio sic idiomate, scribente.[g] οὐκέτι γινόμενον ὑπὸ πλησμονῆς, οὐδὲ οὐκέτι οὔσης αὐτῆς, ἔτι μένοι, τοῦτο ἰάσεται κένωσις: ἀλλ' ὅσα κατὰ τὸν αὐτὸν γίνεται χρόνον ἐπιχειροῦμεν ἰᾶσθαι, κενώσεως χρήζει. quod est. Nō quod adhuc fit à repletione, sacietate ue (quouis n. modo uertas ‹ πλησμονὴν › haud impræsentiarum curauero) Neq; non ampliùs ipsa existente, si quid remanserit, id euacuatio sanabit: uerùm quæcunq;, eo ipso, quo fiunt, tempore, curare molimur, uacuatione indigent. Quibus quidem uerbis toto pectore perpensis, Galeni mentem ab interpretibus (multoq; minus à Martiano rota negationem præter Galeni phantasiā addente) prauè perceptam extitisse, liquet. Dicens. n. ‹ ἔτι γινόμενον, › id quod factum est minimè intelligit, sed fiens: uel (ut clariùs loquamur) quod adhuc fit. ubi τὸ ἔτι, nō superfluit: sed uim suam (si exquisitiùs aduerteris) hoc in loco præsefert. ut illud fiens indigitet, quod quidem partem habet factam, adhuc tamen fit: Quasi dicat: Et si factum est, adhuc tamē fit. Sic nanq;, artis medicæ cōmentario,[h] fiens græcè uocabat: quod à iam facto & futuro fieri (trimembri salubrium causarum distinctione præposita) separabat, dicens: ἄλλα μέν ἐστιν ὑγιεινὰ τῆς ἤδη γεγενημένης δυσκρασίας, ἄλλα δὲ τῆς ἔτι γενομένης ὥσπερ γε καὶ τῆς γενησομένης ἄλλα. quod est: Aliæ quidem sunt salubres causæ eius intemperiei, quæ iam facta est, Aliæ uerò illius, quæ adhuc fit: quemadmodum & aliæ sunt eius quæ futura est. Idipsum ergo fiens in Aphorismi enarratione statim exordiens abnegabat,[i] illud fiens, uel quod adhuc fit euacuationem non sanare dicens. Illud. n. duplici intētione curandum ordinauerat: abscindendo scilicet causam, deinceps ad factam partem perueniendo. Adeò ut ex præseruante, & curante commixta intentio sit. Quoniā uerò fieri, de factis quoq; uulgò intelligi consueuit. Perindè ut dicere mos est: Citharæ quæ fiunt à Ioanne, uel quas facit Ioannes, optimæ sunt, ac sonoræ. de factis iam intelligendo. Idcircò & pro illis subdit ‹ Neq; non ampliùs ipsa existente, si quid remanserit, id euacuatio sanabit › De futuris autem Hippocratis uerba intelligere non decet: cum pura præseruatio, non curatio futuri morbi, causæ abolitio sit. Hanc obrem ueluti clarissimum dimisit, duos alios uerisimiliores sensus expressè reprobans. Reliquum est igitur quartò, fientes, eos intelligere: quorum nil factum adhuc est, sed in generatione totam essentiā possident.

Cōtra Rotā

d 2. aphoris. 22.
e ibidē in cōmē.
f 3. art. med. 34. 41. et 4. meth 4. ante medium & uersus finē 8. 9. circa finem undecimi 2. 4. 8. & x. decimi tertij 2. & 6. & sæpe.
g 2. aphoris. 22.
h libro. 3. tex. 32
i 2. aphoris. com. 22. ī prin. cōmēti.

ſident. Ideoq; rurſus adiunxit ⸗ uerùm quæcunq; eo ipſo, quo fiunt, tempore, curare mo- limur. ⸗ Nam quià nil adhuc facti habent, quod ſecũdùm cauſæ receſſum perſiſtere queat: Ilicet hac ſemota, ipſum fieri, pathosq; remoueri, & euaneſcere neceſſum eſt. De hoc ipſo nihilominùs fiente, cuius uidelicet nil adhuc factum demonſtrari poteſt, de morbis curã- dis octauo [k] loquebatur: quùm primam curandi intentionẽ à præſente morbo ſumendam edo- cens, quẽlibet exceſſum à contrario ſemouendum concluſerat: Sic exemplis demùm enar- rans: Vt ſi iam factæ febres ſint (ut uerbum uerbo reddamus) cauſa uerò quæ eas exci- tauit, iam deſiit: harum curandarum ſcopus intentio'ue, refrigeratio tantùm fuerit. Quæ- rè quærenda nobis talis materia eſt, quæ cum redundante calore, paria refrigerãdo faciat. γιγνομένων δ᾽ ἔτι τῶν πυρετῶν, τὴν ποιοῦσαν αὐτοὺς αἰτίαν ἀναιρετέον. quod eſt, fientibus autem adhuc febribus (quæ uerba clarioris doctrinæ gratia non temerè linacer uertit ⸗ at ſi in generatione adhuc febris eſt ⸗) efficientem has cauſam ſummouendam eſſe. Quòd autem de hoc fiente intelligat, quod totam adhuc eſſentiam in generatione poſſidet: ter- tium diuiſionis membrum, apertiſſimè oſtendit, qùm ſubdit. εἰ δὲ τὸ μὲν ἤδη γεγονὸς αὐ- τῶν εἴη, τὸ δ᾽ ἔτι γίγνοιτο τοῦ συναμφοτέρου στοχαστέον. hoc eſt. Si uerò pars earũ facta iam ſit, pars autem adhuc fiat, in generando'ue ſit, utriq; conſulendum eſt: Primũ quidem ſummouendo quæ eas accendit cauſas: deinde extinguendo, quæ ab hac accenſæ ſunt, febres. At ne obſtat quidẽ, ſi libro artis medicæ, [l] atq; in aphoriſmi enarratione, [m] ἔτι γινόμενον, illud fiens intelligat, quod alteram partem factam continet, alteram uerò futuram. Octauo autem methodi medendi uolumine, [n] aliud, quod totam adhuc in genera- tione ſuam eſſentiam habet, ⸗ γινομένων ἔτι ⸗ pronuntians: Cum (præter id quod de altero fiente ſubdens, alterius notitiam oſtendit) nullibi certam, immutabilemq; nominum legem: in quibus aliàs ſententia liquere poteſt, impoſuerit. Niſi malis ⸗ ἔτι ⸗ præpoſitum, ac poſtpoſitum, uariam quandam uim præſeferre: ut fiens adhuc, ab adhuc fiente differat. Quod nihilominùs perpetuum eſſe nequibit: cum in eiuſdem aphoriſmi enucleatione rurſus adiungat. ἀλλὰ νῦν γε περὶ τῶν ἔτι γινομένων ὁ λόγος ἐστὶ νοσημάτων. quod eſt. Sed nunc de his, qui adhuc fiunt, morbis, ſermo eſt. de fientibus proculdubiò intelligẽs, quorum eſſe in generatione ſit. Id quod ex eo determinatum eſſe uoluit, quod quidem anteà præſcripſerat dicens ⸗ uerùm quæcunq;, eo ipſo, quo fiunt, tempore ⸗ quemadmodùm & in principio cõmenti poſitum participium, ab eo quod deinceps ſubiungitur, declarari poteſt ⸗ ἔτι μένοι, hoc eſt, ſi quid manet ⸗ ut commune, tam fientibus, q̃ factis id ſit. Quotìes .n. quippiam factum, remanens'ue eſt: ſiue fiens adhuc morbus ſit, hoc eſt aliam artem futuram habens, ſiue penitùs abſolutus, uacuatione curari poſſibile non eſt. Niſi fiens eo modo ſit, quò prædictum eſt, in generando. ſ. eſſe ſuum obtinens: liquet .n. (ueluti Galenus ſubdebat [o]) q̃ unà cum cauſis ipſos efficientibus deſtructis, ipſos quoq; morbos deſtrui ne- ceſſum eſt. E quibus quidem uerbis tametſi efficientes, atq; etiam continentes generatio- nis, fieri'ue, aut ſi mauis dicere paſſionis cauſas nuncupari poſſe elicias: haudquaq̃; tamẽ morbi continentes coniunctas'ue cauſas proferre poterimus. Fortaſſis autem græcus Galeni codex deprauatus eſt: quemadmodum Leonicenus exiſtimaſſe uidetur, dicens ⸗ Non ſi quid ⸗ literam iota deficientem oſtendens. ut loco illius ⸗ οὐκέτι ⸗ legendum ſit ⸗ οὐκ ἔτι γινόμενον &c. ⸗ quibus uerbis eandẽ fermè ſententiã præſeferret. Haud .n. dicit, ueluti qui dam

k cap. p°. in fine.

Obiectionis ſolutio.

l lib. 3. tex. 32.
m 2. aphoriſ. 22.
n cap. p°. in fine.

o eiuſdem apho. cõmẽ. poſt prin.

quidam referunt } non quod factum est } uerùm } non si quid factum est } quasi dicat non illud fiens, ubi aliquid factum iam demonstrari potest, euacuatio sanat &c. Non ergo (prout aliàs [p] ipse Galenus inquit) idem est, si dicas morborum esse continentem causam repletionem satietatem'ue, atq; ex repletione, oriri. Etenim uerum est illo modo, quosdam morbos generari ex repletione, uel à repletione (nihil enim interest, hoc, an illo modo loquare) At prauum est morbi repletionem, causam esse continentem. Itaq; si fiens adhuc morbus est (ut ad propositum conuertamur) quia scilicet uniuersa eius essentia in generatione sit, nihilq; adhuc factum ostendi queat, continentem eius designare causam necesse est. Verùm hæc non morbi (ut qui nondum existit) sed passionis causa proculdubiò determinanda uenit. Sin adhuc fiens morbus sit: Quia uidelicet factus iam adeò morbus est, ut functionibus obesse queat, ac per hoc morbi nomenclaturam meritus sit, incrementum nihilominùs recipiens: quemadmodum putridam febrem, fientem morbum dicimus: cuius altera pars facta sit, altera uerò futura. Huius quidem (quem morbum esse statuimus) antecedens tantùm, non coniuncta causa, humor (quisquis ille fuerit) existit. De hoc igitur fiente morbo (ueluti præscriptum iam est) tùm tertio artis medicinalis, [q] tùm alibi [r] non semel, intelligebat Galenus: qùm, duplici supposita morbi parte, priùs causam abscindere præcedentem, pro futuræ inhibitione: deindè ad eam, quæ facta est, curandam peruenire operæpretium esse declarauit. Ob id autẽ & hic fiens morbus dicitur, [1] Quia perse consistens affectus est, [2] operationes primò lædes: [3] A quo etiam prima curandi intentio sumitur: ut non minus absoluto, ac penitus facto, morbus existat. Pro cuius integritate triplex iam dicta conditio satis superq; est. In eo tamẽ hic fiens, & is qui prorsùs factus, absolutusq; est differt, quoniam qui perfectus iam est, ad ultimum, quò potuit, peruénit, ibiq; persistit, incremento carens. Hic autem, & si affectus est, iam adeò perfectus, ut lædere operationes possit: in eo tamen statu minimè retinetur: at partibus alijs denuò adiunctis, continuò increscit. Nec futuræ quidem portionis, sed præsentis ratione, morbus dicitur. Fiens uerò adhuc idem est, quia tametsi factus, aliæ nihilominùs partes adduntur. Vterq; igitur (si recte perceperis) factus morbus est: Id quod exemplo aliàs hoc pacto demonstrare consueuimus. Vt uerbi gratià, priusq; perficiatur homo in utero, fiens homo dicitur: quoniam esse suum in generatione adhuc habet: nec homo est. postquam uerò perfectus iam absolutusq; in lucem egreditur: homo proculdubiò factus est: cum uniuersas hominis partes necessarias quidem obtinuerit. Verùmtamen toto adolescentiæ tempore, fiens uerum homo nuncupari consueuit: æquè ac iuuenis homo factus uulgò nominatur, eò quòd non ampliùs increscit. ille autem, q̃uis homo iam sit, quià tamen augetur, multaq; futura quantitas est, fiens homo dici uúlgò solet. Perindè igitur de morbo facto, &, altero modo, fiente intelligas, ut de iuuene atq; adolescente prædictum iam est. Sicq; febris hectica, à causo, tertiana, & alijs fientibus differt. Quarum quoq; curatio, ueluti & hecticæ, non indecenter dici potest. factæ inq; partis ratione At plura in aphorismi atq; cõmenti enarratione (Deo Optimo Maximo permittẽte) elucidabimus. Quod si obijceret quispiam, à nobis præpositum exemplum non ualere affirmans: Quia morborum generatio ab animalium principio, generationeq; plurimùm (uel Galeno docente [s])

p. 2. de natura humana com. p°. in prin.

q. tex.34.et 41. r. 4. meth. cap. quarto. octaui eiusdem p° undecimi 2. 4 8. x. decimi tertii. 2. 6. & sæpe.

Tres morbi conditiones.

Morbus fiens est ẽt perse cõsistens.

Quo differt fiens a facto.

Exemplũ duplicis fientis. Fiens homo & Homo factus differũnt,

Obiectio. de fiente á dissimilitudine,

s. libris de morborum tẽporibus tam particularibus quã uniuersalibus circa prin.

t. lib. de particularibus morbi tẽporibus cap. 2. in principio.

docente [s]) uariat. Cum his proprium generationis tempus sit, quo omnes ad uitam necessariæ partes figurantur, formanturq;: Morborum uerò nullum huiuscemodi tempus est proprium: Sed à primo statim ingressu augescunt: Idq; (ut inquit [t]) ratione probabili. Nam illa, corpora sunt: hi, corporum accidentia. quarè figurationem, generationemq; corporum proprietas requirit: accidentia uerò ipsis: ut quæ nullam figurationem expetant, primo aditu protinùs generationem simul acquirunt, & ad incrementum festinant. Quæ enim inflammationis generatio esse possit? An qualis est animantis nascentis figuratio? uel quæ erysipelatis? uel quæ (uerbi gratia) febris? Nam unum quodq; horum statim, cum primum ceperit initium, huiusmodi speciem habere uidetur, qualem eius generis maximum habet: deficit autem sola, ab illo, magnitudine. Adeò ut alibi [u] etiam, quicunq; morbus sit, eiusdem esse speciei, tùm in primo generationis initio (etiam si nullo pacto & à medico, & ab ægroto sentiri queat) tùm in fine, qùm ad suæ naturæ summum peruenerit: pluribus uerbis, atq; exemplo etiam comprobetur. Sed non æquè de animalium generatione, aut domus ædificio contingit. Quam obrem & de totius morbi temporibus sermocinans, [x] ait: Quarè morbi principium quatenùs aliquando salubri statu corporis labascente inuadit, in omnibus ipsis est sine temporis productione æstimatum: Cum hoc sanè nõ conceditur etiam cuiusuis morbi generationem esse: sicut in animantibus contemplamur: Non enim ex particulis quibusdam, ut animal ex capite, thorace, & artubus, sic etiam morbi compositi sunt: Siquidem ubi ex naturali habitu decidunt, breuissimo quodam temporis spatio generationem sortiuntur: inde usq; ad uigorem ascendunt. Nam cuius non sunt partes, quomodo hoc temporis spatio generabitur? Non igitur congruit (si uera Galeni præscripta uerba sunt) fientem, hoc est in generatione adhuc existentem morbum, fienti, generandoq; animali comparare. Cum id clarè suæ generationis tempus manifestũ, ac diuturnum habeat: Morbus autem imperceptibile ferè, ac proindè nec effatu dignum, neq; à medico unq; considerabile obtinuit. Nisi esset, quod dubitando, atq; ex aliorum opinione arguendo, Galenus hæc protulit. Quorum nihilominùs deinde phantasiam reprobat, statim circa utriusq; uoluminis initia, morborum tempora animalium ætatibus proportionari dicens. Siquidem primo illorum opusculo [a] dubitationem inde exorsus ⁝ τάχα δ᾽ ἄν ἴσως δόξειε. quod est, Forsitan autem uidebitur &c. ⁝ Eam deinceps dissoluere aggreditur, ubi subiungebat: ⁝ οὗτος ὁ λόγος ἐπινεικής ἐστι. latinè ⁝ Hic sermo contentionis plenus est, & quæ sequuntur. ⁝ in quibus demùm particularibus de temporibus loquens, principium ab alijs temporibus, proprijs quidem illius inditijs, pro aduersorum confusione, circunscribit. Secundo autem opusculo [b] posita rursùs (pro aliorum chimæra) obiectione, ibi ⁝ ἡ τοίνυν ἀρχὴ τῆς νόσου ⁝ latinè, secundum Andernaci uersionem, ⁝ Quare morbi principium &c. ⁝ ubi ex proposito ait ⁝ æstimatum ⁝ .s. ab alijs ⁝ cum hoc sanè non conceditur ⁝ scilicet ab illis. Sic.n.legendum esse, negatiuè inq;, pro ⁝ ὡ συνχωρεῖται ⁝ idest ⁝ si conceditur ⁝ ⁝ μὴ συνχωρεῖται ⁝ quod est, ⁝ non conceditur ⁝ cuncti sanæ mentis uiri pro confesso habebunt. Denuò respondere uolens, ait: ⁝ ταῦτ᾽ εἴρηταί μοι, Hæc mihi dicta sunt, & statim ab initio (quod est libro primo) respondi &c. ⁝ eademq; responsione rursus utitur, æquè in uniuersalibus, atq; in particularibus, principium ab alijs temporibus propria circumscriptione distinguens. Adeò ut, tametsi de locis passis libro

u. primi de locis affectis 2.

x. cap.2.ĩ prin.

Responsio.

a. .s.lib.de particularibus tẽporibus morborũ cap. 2.in prin.

b. lib. de totius morbi temporibus cap.2. in prin.

Galeni locus.

libro primo [c] loquens, eiusdem esse speciei morbum in principio & fine conclusit: Verum, id fore materialiter, ac (ut logici dicunt) fundamentaliter, haudquaq; uerò formaliter, lippis & tonsoribus liqueat. Verum nanq; proculdubiò est calorem in principio eiusdem esse speciei cum eo qui intensissimus est, saltē secūdū medicos (Quanuis apud eos, qui gradus specie differre chimærizant, aliter sentiendum sit) formaliter autem differre nullus est rem exactiùs intelligens, qui tergiuersari queat: Cum in principio qui nec à medico neq; ab ægroto perceptus sit, calor, aut quiuis alius affectus, sanitatis latitudinem non excedat. Auctus uerò ut pateat, ac functionibus leuiter officiat, Neutralitatem (iuxta medicorum morem) præseferat: quē deniq; perindè increscentē, ut hominem cubare cogat, nedum apertè operationibus obsit, morbum esse negaturum opinor neminem: Veluti morbum quoq; à sanitate specie differre. Quanuis igitur (ut ad propositam obiectionem reuertamur) calor præter naturam in corpore exordiatur, idemq; specie calor, qui deinceps magnus, quin idem numero priùs naturalis, deinceps præternaturalis, atq; febrilis factus sit (materialiter inq; fundamentaliter'ue intelligendo) donec tamen obesse functionibus nequit, morbus dici non meretur. Idcircò in generatione adhuc est: non secùs ac embrio, priusq; partes omnes, artusq; propalentur, animal minimè nuncupari (nedùm homo) debet. Sed ne absurdum quidem foret fientem hominem hunc, qui .s. in generatione adhuc est ab homine fiente: atq; fientem morbum à morbo fiente (clarioris doctrinæ gratià) secernere. Verùm de his obiter, atq; intantùm hoc loci dictum sit. AD id ergo, unde digressi sumus, iterùm conuersi, nullam esse morbi ī intēperie positi coniunctam continentem'ue causam, firmiter determinabimus. Idemq; si morbus tertij generis existat, unitatis inq; solutio, concludemus: Vel.n. facta iam solutio: & eius nulla (quicquid Introductorij author expresserit) causa, præter conseruantem est. Vel futura: Cuius tantummodò præcedēs. Vel fiens: eademq; fientis distinctione, quam in primo genere declarauimus, hìc uti etiam poterimus. Et non morbi, sed passionis duntaxat coniunctam causam aliquando inueniemus. Sin uerò demùm secundi generis morbus existat: in compositionis uidelicet natura constitutus, excepto numero, cuius præcedentem potiùs causam assignare debemus, Magnitudinis tamen, ac. Situs interdum, & Figuræ, Superficieiq; tam asperæ q̄ lenis, Viarum quoq;, nec non Receptaculi, Cauitatis'ue propriè dictam, ueramq; continentem demōstrare causam sæpe sæpiùs licet. Magnitudinis inq;, siquidem aliqua pars, ob humorum exundantiam, adeò repletur, ut in altum latum'ue tumorem uergat: qui tumor deinceps actionem lædat, Quaderè morbus omninò proferendus sit: Actionis n. læsio (prout medicorum phœbus ait [d]) terminus earum dispositionum, quæ præter naturam sunt, nedùm tumorum, existit. Quaderè si ad tantam magnitudinem (uel seruante particula figuram suam) tumor attollatur (quemadmodum alibi [e] oppidò q; bellè protulit.) ut ob hanc ipsam functio impediatur, morbus censeri debet: alioqui uel symptoma uel pathema duntaxat, perindè ut & dolor. Dequa tamen re uberiùs infrà [f] loquemur. Itaq; si Magnitudo illius morbus est: Cuius causa (pro Galeni etiam dogmate [g]) humoris copia nonnunquam esse potest: qua posita, uel phlegmones, uel alterius tumoris magnitudo ponitur (in ipsis enim tumoribus, alibi [h] scriptum est, partes à naturali habitu in quantitate recesserunt) ea uerò succorum redundantia increscente,

D ij magnitudo

c. cap. 2.
Quomodo morbus in principio et fine sit eiusdem speciei.
Sanitas.
Neutralitas.
Morbus.
Conclusio.
Morbus fiēs
Fiens morbus
Solu.nis cāæ.
Introductorij error.
Magnitudinis causæ coniunctæ.
d. lib. de tumoribus præternaturā cap. p°.
e. lib. de morborum differentiis. cap. 9. & 12.
f. cōm. sequenti in declaratione distinctionis primæ & secundæ.
g. lib. de morborū causis cap. 9. & innuitur de morborū differētiis cap. 12.
h. 13. meth. medendi cap. p°.

magnitudo etiam increscit: ea comminuta, & hæc diminuitur: ac demùm illa prorsùs ablata, hæc quoq; protinùs aufertur: quis est qui continentem, coniunctam'ue causam, huiuscemodi succorum abundantiam esse, inficias iret? Id quod libro aduersus Iulianum ædito,[i] Asclepiadis argumentum diluere cupiens Galenus comprobasse uidetur, phlegmonen, & erysipelas, idq; quod à recentioribus medicis œdema uocatur, aliosq; præterea affectus, nedùm conuulsionem interdum, tremoremq;, plenitudinis inniti hypothesi: Tùm si plenitudinem euacuet quis, ad naturalem q; primùm statum redire membrum. quæ continentium dubiò procul causarum natura est: ipsis uidelicet ablatis, q; primùm eos qui sequuntur affectus euanescere. adeò ut statim affecta pars naturalem ad statum reuertatur. Idem quoq; de situ sentiendum est. Cuius nonnunq; coniuncta causa indigitari potest. uerbi causa, qùm crassus, gipseus'ue humor quispiam, uel pœrus effatu dignus, perindè artubus interponitur, ut hàc uel illàc, postlocatum os impellens, proprium eorum situm uitiet. Quo nihilominùs aucto, uel diminuto: positus quoq; uitium increscere, seu comminui necessum est. quemadmodum illo penitùs exoleto, huiusce etiam prauitatem euestigiò deleri (modò alium circunstantes partes affectum minimè patiantur) oportet. Sæpiùs uerò eas affici uisum est adeò ut præcedentis potiùs naturam præscripta iam causa obtineat: Cum ea semota ligamentorum, uel extensio, uel ruptio remaneat. Sed quid de Figura proferendum est? quippè cùm actiones hæc lædere nonnunq; (uel Galeni dogmate[k]) queat, morbus dubiò procul extiterit. Cuius causa, uel luxatio, uel fractarum partium inepta coniunctio, qui deprauatus quidem situs est (haud.n.inconuenit alterius morbi alterum quoq; causam esse: Perindè atq; symptomatis symptoma) quibus cum coniunctæ causæ definitio congruat, eandem hic sententiam proferre certum est. Quòd si ablata iam luxatione, figuraq; concinna reddita, ob ligamentorum extensionem alium'ue affectum, crus, uel tibia, seu brachium, aut artus quicunq; sit, rectè adhuc moueri nequeat, ob id negare non debemus eam luxationem deprauatæ figuræ continentem adeò causam extitisse, ut ea remota, diminuta, uel aucta, quemadmodum posita, hanc remoueri, diminui, uel augeri, ueluti & poni necessum sit. Quòd si asperam lenem'ue præter naturam cuiuspiam partis superficiem contemplabimur: eius pariter continentem aliquando causam inueniemus. Verbi gratià cum asperam arteriæ tunicam interiorem quis ita patiatur, ut asperam æquè uocem exprimat: uel ita lenis uenter sit, ut cibum ad coctionis usq; perfectionem continere nō ualeat. Illius.n. siccitas: huius uerò humiditas coniuncta causa est. Quamobrem uocis asperitas (Galeni medicorum Phœbi[l] testimonio) quæ actio quidem læsa est arteriæ asperitatem, ut eius cōtinentem causam, sine medio, præsefert. Quæ nihilominùs asperitas læsæ actionis contentiua causa existens, morbus est. Huius autē causa (quam quærimus) continens eiusdem arteriæ siccitas est. Differentijs uerò naturalium uocum hæ, quæ ex affectu aliquo fiunt, perficiunturq;, sunt (Galeno etiam docente[m]) proportionales: quæ & ipsæ indicia sunt causarum à quibus oriuntur. At cauitatum quoq; & meatuum morbi fiunt: qùm uel omninò pereūt, uel læduntur. quorum causæ contentiuæ sunt, uel[1] coalitio (quæ præternaturalis unio est, causam aliam præcedentem & hæc obtinens, internæ uidelicet meatuum faciei ulcerationem:)[2] uel caruncula, siue quoduis aliud tuberculum, aut scirrhus, (Galeni etiam dogmate[n]) aut phlegmone, aut abscessus in ipsis instrumentorum corporibus oborta, ubi cum

i. cap. 9. uersus finem.

Situs causæ coniunctæ.

Figuræ causæ coniunctæ.

k. libro de morborum differentiis cap. 7. & de morborum causis cap. 7.

Superficiei causæ coniunctæ.

l. 2. art. med. tex. 75.

m. ibidē in fine.

Cauitatum et meatuum causæ coniunctæ.

n. lib. de morborum causis cap. 7. & de morborum quoq; differētiis cap. etiam. 7.

ubi cum prehendat tumor præter naturam internam concauitatem, fit ut meatus constipe-tur:[3] uel crassi uiscosi'ue humores, aut callus aliquis aut grumi, quodcunq; demum caui tatis medio interpositum obstructionem produxerit.[4] Item quoduis extrinsecùs incidens, cauitatem continentia corpora, simul ad interna ipsius, comprimendo impellat.[5] Nec mi-nùs constringens frigiditas, aut siccitas in seipsa eadem cauitati circumstantia corpora resi dere cogens: coniunctæ causæ, (ut quibus definitio congruat) nominari possunt. Meatus nanq; obstructio, clausio'ue (ut ita dixerim) morbus est, sanguinis, uel spiritus, uel cu-iuslibet alterius rei necessarium consuetumq; transitum impediens, ac perhoc functionem pri mitùs offendens: Aliæ uerò morbi (obstructionis inq;) causæ sunt: quæ obstructione (quã pariunt) media, functionibus obsunt. quarum quidem ratione haud morbi, sed causæ dici debent: quoniam primò non lædunt. Et si harum quædam, tùm per se aliàs, tùm ibidem al terius (quam primò læderet) actionis gratia, morbi protinùs existant: Ex quo morbi mor bum aliquando causam esse prædiximus.[i] Causam nanq; morbum quoq; nuncupare possu-mus. Vel alterius functionis ratione, uel quia sine medio aliàs morbus esse consueuit. Hæc inq;, quò utrunq; Galeni [o] dictum insimul stare defendamus. morbum .s. ex morbo, æquè ac ex symptomate symptoma dependere: simulq; etiam absq; omni penitùs medio morbum functionibus obesse. HAVD mirum igitur est, si in uniuersa corporis habitudine absolutè plenitudo multitudo'ue insit (græcè πλῆθος appellatur) contenta in uasis, quam propriè πλῆθος, hoc est plenitudinẽ nominant: à quà sic nonnunq; degrauari corpus contingit, ut tensionis etiam accederet sensus: remotaq; deinceps quamprimùm plenitudine, quæ cauita-tis amplioris extensæq; coniuncta causa fuerat, liberari hominem euestigiò (Galeni etiam documento[p]) uisum est. Haud nouum quoq; est deducto, aut trãsposito uesicæ meatum ob struente lapide, q; primùm & obstructionem (cuius causa & quidem cõtinens lapis erat) semoueri. qua rursùs ablata statim symptoma, urinæ inq; retentio, cessauit. Falsum nanq; est (quod recentiorum plurimi contendunt) lapidem in uesica morbum semper in numero esse. Quanuis .n in ampla uesicæ cauitate contentus lapis, moleq; præsertim magnus, in nu mero morbus nonnunq; dici queat, uesicæ contractionẽ maximè impediens, illiq; ueluti pon dus iners existens: Nihilominùs tamen qui in eius collo, meatu'ue urinario consistit, obstru-ctionis in uia quidem morbi causa, & proculdubiò continens est. Vt qua posita, uel abla-ta, obstructionem ilicet poni uel auferri necessum sit. Quoniam uerò ex Galeno, quod pro-ferunt, comprobare nituntur: computasse uidelicet in libro de morborum differentijs,[q] cal-culum uesicæ, inter morbos, qui circa numerum contingunt. Idcircò perpensis Galeni uer bis, quantum hac in re dormitarint, facillimè deprehendemus: dùm inquit. In numero aũt partium simplicium, ex quibus singula instrumenta constituuntur, duplices inueniuntur morborum differentiæ: aut .n. deest, aut abundat pars aliqua. Atq; in harum utraq; rursus aliæ deprehenduntur differentiæ. Nam earum quæ abundant, Aliæ ijs quæ naturali sunt habitu annumerantur. Vt si cuipiam sextus expullulet digitus, aut in oculo pterygion (quam unguem latini dicunt) aut in naribus carnis germen, aut in alio quopiam mea tu id genus aliud. Hæc Galenus. Quibus quidem uerbis, posita morbi circa numerum distinctione, alteram deindè, non subdistinctionem, sed uniuersalem quoq; diuisionem, earum uidelicet quæ superabundant partium adiunxit Nam aliæ ijs quæ naturali

i fo. præcedenti.

Quomodo idẽ morbus & causa esse põt

o. lib. de morb. differẽtijs cap. 7.

p. lib. aduersus Iulianum cap. x. uersus finem.

Contra Fu-chsiũ & Bra sauolum.

q. cap. 8.

Galeni locus ex positus.

naturali ſunt habitu annumerantur: Aliæ uerò toto genere præter naturam ſunt, dequibus poſteà locuturus eſt. Vt autē morbos ex ſuperabundantium differentijs eligat: cum aliqua obſtructionem producentia morborum cauſæ potiùs, q̃ morbi ſint: falſum alicuius intelle-
ctum delere ſtatim cupiens, ſubdit. Sed horum aliqua inter morbos reputantur: ut un- „
guis in oculo. Nam qùm plurimùm increuerit, & pupillam obſcurauerit, uiſum impe- „
diet. Alia uerò cauſæ morborum ſunt: ut carnis germen, quod meatus obſtruit. In primis „
.n. obſtructio morbus eſt, quippè quæ primò functionem offendit. Poſſet.n. quiſpiam omnia „
quæ dicta ſunt, ex morborum catalogo, qui in numero ſunt, intelligere: cum dictum ſit,
❡ Nam earum quæ abundant aliæ &c. ❡ ſubdiſtinctionem abundantis morbi exiſtimans.
At aliter ipſa res habet. Quia.n. dixerat, uel abundare, uel deeſſe partem aliquam, 10
Idcircò eam dein oſtendere uolens, quæ abundat, Superfluentium omnium, quæcunq; ſint,
uniuerſalem diſtinctionem adiunxit, dicens. ❡ Nam earum.ſ. partium (non dico morborū) „
quæ abundant, aliæ naturalis generis ſunt, aliæ uerò præternaturalis. ❡ Qua quidem po- „
ſita diuiſione, in utraq; ipſius differentia rursùs tùm morbos tùm cauſas ueſtigat: ad eum
ſemper ſcopum attendens, q̃ quæ primò functionibus obſunt, morbi ſunt: quæ uerò ijs me-
dijs, morborum cauſæ dicendæ ſunt. Quis igitur, & ſi corœbo ſtolidior, fuerit, qui car
nis germen tuberculum'ue in naribus, aut in alio quopiam meatu id genus aliud, obſtructio-
nem faciens, hacq; media functiones impediens, inter morbos, ex Galeni ſententia, profer
ret? quoniam ſ. inter ea quæ ſuperabundāt computauerat. Cum tamen interpretum chimæ
ras præuidens Galenus, ſemet ipſum emedullare decreuerit: idipſum præcipuè ſubiungēs, 20
q̃ obſtructio morbus eſt, quicquid uerò ſuperabundans obſtructionem produxerit, nō mor-
bus, ſed morbi cauſa exiſtit, Eandem uerò eſſe de lapide ueſicæ meatum obſtruente ſentē-
tiam, uel ex ijs quæ præſcripta ex Galeno uerba ſunt, ſatis ſuperq; liquere arbitror. Atta
men quia lapis ſecundum totum ſui genus præternaturam eſt: hanc obrem ſequentia Gale-
ni uerba perlegamus & ueritatem apertiùs amplectemur: dum ſubdit. Quædam uerò toto „
genere præter naturā ſunt, ut lumbrici, aſcarides, lapis in ueſica, grando in oculo (χα- „
λάζιον græci uocant) ſuffuſio, pus, itidem acrochordones, melicerides, atheromata, ſtea „
tomata, uitiligines, lepræ, leucæ, calli, præterea quicquid in abſceſſibus deprehenditur. „
Ne quis uerò hic omnia quæ præter naturam abundant morbos in numero ſtultè opinetur: 30
eandem uoluit his, quam in prædictis expreſſerat, ſubdiſtinctionem adaptare, ſic addens. „
Quòd uerò & ex his ipſis quæcunq; operationem primò impediunt, morbi à nobis dicantur: „
ſicuti ſuffuſio: quæ uerò non ità, morborum cauſæ, omnibus conſtare arbitramur. Itaq;
recentiores non admirari nequeo, ueſicæ calculum, ex Galeni ſententia, morbum in nume
ro contendentes, ſiquidem obſtructio morbus eſt, lapis uerò, aut callum, aut quoduis tuber
culum, obſtructionis cauſa (Galeno etiam alibi [r] ex propoſito docente) eſt. Quanq; inficias
minimè quidem ibimus, in ueſicæ concauo contentum lapidem, à meatu tranſpoſitum, poſſe
morbum, & in numero, nuncupari, qùm uidelicet non obſtruit, uerùm primò ueſicæ con-
tractionem (præſertim ſi effatu dignus ſit) impediet, illiq; ueluti pondus iners extiterit.
ÆEquè ac alium quoq; lapidem anuli inſtar perforatum, in ueſicæ meatu poſitum, ubi cir- 40
cularis muſculus urinæ, ante opportunum tempus, exitum, ſua aſtrictione prohibens, loca-
tus eſt, & morbum in numero (quatenùs uidelicet immediatè muſculi conſtrictionem impe
diat)

Cōtra Musā et Fuchſium.

[r] libro de' morborū cauſis cap. 7.

diat) & morbi causam (quatenùs aliquam, tametsi non perfectam, obstructionem efficiat) nominare possumus. Obstruere igitur lapidem uesicæ meatum, ueluti & grumos, pus, crassum'ue aut lentum humorem, de locis affectis primo [s] demonstrauit, ut media obstructione ipsius urinæ exitum impediat: Rursusq; in eiusdem uolumine sexto, [t] in pueris etiã, quos lapis in uesica cruciabat, sæpenumerò urinam retineri uidisse ait, quos resupino figurato corpore, adeò concussit, ut à meatu lapis dimoueretur, quem scilicet anteà obstruebat: quemadmodum de grumis etiam prædixerat. Sic etiam ut obstructionis causam, lapidem in uesica contentum, libro artis medicæ [u] demonstrauit: Cuius in præsenti quidem transpositionẽ, integræ uerò sanitatis gratià, incisionẽ, et extractionẽ pro morbi simul remotione, edocuit. Vbi nõ morbi in numero, sed obstructionis mentionẽ facturus, uarias eius causas iuxtà uarias quoq; cauitates meatus'ue pernotauit: De morbo nihilominùs in numero, ad locũ proprium, quamplurimis interpositis uerbis, aliorumq; plurium morborum curationibus, determinaturũ reseruans. Vbi [x] deindè nil de uesicæ calculo meminit, necessariò tamen ibi, & non in sermone de obstructionibus expressurus, siquidem in numero morbus, & nõ morbi in uia facti causa existeret. Haudquaq; uerò nobis obstare potest, quòd Hippocrates, in aphorismis, [y] calculos inter puerorum morbos numerarit: Cum à causa morbum nuncupari posse (Galeni [z] dogmate) liqueat: périndè ac etiam lumbrici rotundi, atq; ascarides, magna ex parte, uel talem morsum inducentes, ut continui solutio fiat: uel febrẽ, aut obstructionem: causæ, non morbi sunt. Plura uerò ibidem, atq; in præcedentibus aphorismis symptomata, nedum morbos (nisi uelis à symptomatibus denominatos morbos) sicuti etiã causas numerauit. Vltrà quod morbus ét in numero lapis in uesica esse potest: præsertim puerorum, qui magnus, & in concauo consistere solet. EX ijs autem quæ demonstrata hucusq; sunt, perspicuum esse opinor, magnitudinis pupillæ (quæ morbus in uia non in magnitudine, prout ineptè quidam somniant est [i]) quemadmodum oppositæ quoq; paruitatis, coniunctas causas [2] esse illius, tendentem rhagoidis siccitatem, uel quempiam tumorem præter naturam: uel copiosum fortè intus oculum aceruatum humorẽ: huius uerò (paruitatis inq;) laxantem uueæ humiditatem, aut aquosi humoris, naturaliter crystallino præpositi, defectum siccitatem'ue, prout ex ipsomet Galeno [a] perlegimus: quem sequi, ac uelut interpres exponere Barbarorum medicorum Princeps [b] uoluit: tametsi aliter Paulus, [c] Aetiusq;, [d] atq; etiam Razes, [e] nedum Celsus, [f] sentire uidentur. Quorum nihilominùs discoliam alibì examinandam reseruamus: Ea duntaxat impræsentiarum exactiùs contemplati, quæ continentem morbi causam (uel Galeni confessione) indigitant. Supposita nanq; oculi actione, quæ uisio est, crystallino principaliter attribuenda: Cum reliquæ oculi partes usum, haud actionem præstent. Positisq; tùm primi uisus instrumenti, tùm eorum, quæ illi facultatem subministrant, morbis: quibus & actionis læsio immediatè succedit: Eorum deinceps, quæ usum aliquem ei conferunt, morbos prosequitur. Quemadmodum (alijs omissis) foramen rhagoidis est: quod quatuor quidem modis à naturali statu mutatur. Nempè uel ampliatum, uel imminutum, uel in aliquam partem detortum, uel ruptum est. Verùm ampliatio siue à natali sit, siue post accedat: semper uisui incommodat. Imminutio quæ utiq; à natiuitate incepit, acutissimi uisus est occasio: quæ uerò post incidit, mali. Dictóq; deinceps probatoq; necessario uisiui spiritus ad oculum per opticos neruos in

fluxu:

s post principiũ.
t cap. 4.
u lib. 3. tex. 60.
x ibidẽ tex. 75.

Obiectionis solutio.

Respon. pa

y 3. aphoris. 26.
z 2. meth. cap. 2.

Respon. 2a.

i Contra Valeriolam.

2 Cõtra Musã et Fuchsiũ.

a pº. de symptomatũ causis cap. 2. post medium.
b 3a fen. 3. tr. 4. cap. 12. & 15.
c lib. 3. cap. 22.
d lib. 7. cap. 52. & 53.
e 2. contin. cap. 2. in fine.
f lib. 6. cap. 6. sec. 37.

ſluxu : pro inueſtiganda demùm cauſa,ratione'ue,propter quam amplitudo foraminis,ad per
ſpicaciam uiſus , ſemper ſit noxia : Anguſtia non ſemper : Ità demùm ſubdit . Vbi igitur ”
amplior reddita eſt pupilla , ſiue id ex prima ſtatim formatione , ſiue poſteà cõtigit : parùm ”
commodè tota animali ſpiritu impletur . Fundi igitur , diſſoluiq; , ac diſſipari cogitur . Si= ”
cut contrà in minore pupilla colligitur , conſtringitur , ac denſatur . Atquì demonſtratum ”
in libris de particularum uſu eſt [g] eius collectionem , & constrictionem , ad ſenſus bonita= ”
tem illi conducere : contrà ,diſſolutionem, ac diſperſionem , ad ſenſus noxam cedere . Quì, ”
ergo fit , ꝙ pupilla morbi uitio , non naturæ , minor reddita,multò deterior fit , q̃; mediocris? ”
An quia uitioſos affectus ſequitur : quorũ culpa neceſſariò peiùs cernit oculus ſic affectus, ”
non propter pupillæ anguſtiam ? Quinam igitur hi ſunt affectus ? nam hoc etiam diſputatio 10
requirit . Vnus quidem ipſius rhagoidis tunicæ tantùm , Alter humoris tenuis , qui medio ”
loco , inter ipſam rhagoidem & cryſtallinum humorem habetur , effuſi . Ac tunicæ quidẽ ”
ſolius , affectus , extenſio , relaxatioq; , ſunt : qualis utiq; in extrinſecùs poſitis articulis ”
ſubindè cernitur, qùm ligamenta redundanti humore ſunt perfuſa . Humorum uitium in de ”
fectu conſiſtit . Cuius occaſione rhagoides , uacuato interno eius loco , in ſe concidens , cõ= ”
trahitur , ac rugatur . Atq; idcircò pupillam imminuit . Deteriùs ergo ex talibus affecti= ”
bus cernere contingit : non utiq; propter pupillæ paruitatem, ſed propter humoris deſideriũ. ”
E quibus Galeni uerbis exquiſitè perpenſis apertiſſimè profectò elicitur , pupillæ paruitatẽ
non protinùs morbum eſſe , at ſymptoma . Quippè cum morboſos affectus , æquè ac fun=
ctionis offenſio ſequatur : nec ea lædere actionem queat . Eam intelligo paruitatem , quæ 20
non multùm mediocritatem excedit . Quæ.n.plurima paruitas eſt , ea mediùs fidiùs uiſio=
ni incommodans , morbus exiſtet . Coniuncta igitur ipſius leſæ actionis cauſa , quæcunq;
ſit , morbus eſt . Magnitudinem uerò illius foraminis morbum eſſe liquet : quia primò , ac
per ſe uidendi actionem offendit ⁏ Mala igitur (ut poſteà ſubdit) eſt pupillæ paruitas,quæ
præternaturam accidit ⁏ non quia ipſa functioni incommodet , uerùm quia cauſam ſuam ,
aquei uidelicet humoris ſiccitatem , (quæ morbus in magnitudine comminuta , nedùm intẽ=
perie eſt :) uel rhagoidis , ac totius fortè oculi præternaturalem humiditatem , relaxantẽ ,
oſtendit. ⁏ Bona uerò quæ naturalis ⁏ cum non à paruitate (ut paruitas eſt) uiſionis actio
uitietur . ⁏ Magnitudo autem eius , nec quæ naturæ lege habetur , bona eſt : Nec quæ nõ
naturalis eſt ⁏ cuius cauſa coniuncta rhagoidis ſiccitas extenſiua eſt , quæ non aliter uiſui 30
incommodat : niſi quia foraminis magnitudinem facit . Hæc igitur foraminis inq; amplitu=
do morbus eſt . Rhagoidis uerò ſiccitas , uel ſpatium foraminis atq; cryſtalli intermedium
replens ſuccus , coniuncta cauſa eſt . Quoniam uerò ſanari morbus nequit , niſi eius cauſa
remoueatur . Idcircò prognoſticum deindè adiunxit : dicens . Quoniam aũt duplici ratione ”
tenditur : cum utiq; ex ſuapte natura id patitur , uel ſiccata , ut corpus ſimilare , uel hume= ”
ctata , ut inſtrumentale : Siccitas quidem eius difficilè ſanabilis eſt : Humiditas non etiam. ”
Vbi ad cauſarum , tanq; continentium (quibus ſemotis neceſſariò affectus , ſuis cum ſym=
ptomatibus , recedant) ſermonem , præter morborum propoſitum, qui primò & uerius ſym
ptomatum cauſæ ſunt , non temerè conuertit . Haud igitur ualet, quod nonnulli , ex aduer
ſantium recentiorum numero , dicunt pupillæ inq; magnitudinem ſymptoma eſſe : cùm fun= 40
ctioni (ueluti præſcriptũ eſt) officiat . Deriſione autem potiùs q̃; admiratione dignum eſt
quod

[g] libro 10. cap. 5. et uide cap. 12. uſq; ad finem. & uide libro de ocu= lis particula. 2. cap. 5. & . 6. & . 7'. de decretis Hip. & Platonis cap. 4. & primi prognoſt. 23. & 3'. 30.

Nota.

Cõtra Fuch ſium.

quod subdunt, id symptoma esse, quæ actio læsa dicitur: cum non foraminis pupillæ'ue amplitudo, oculi actio sit, sed uisio. Neq; rhagoidis actio dicenda: tùm quia, præter innatas facultates, actione caret: Cum solus illi usus à natura distributus sit: tùm etiam quia si aliquam habere debet actionem, haud extensio illius est: Cum nec uoluntario motu per musculos, neq; naturali per uillos, aut aliter extendi à semetipsa contingat. Quod si à spirituum multitudine maior fieri contingat: passio hæc, non actio est. Neq; impedita hæc magnitudo maiori facto foramine est. Quod item addunt, eo libro, de symptomatum differentijs loqui: propterea'q; morbos causæ continentis nomine Galenum intellexisse contendunt, quia uerè hi symptomatum continentes causæ sunt: negligendum pariter censemus. Nam symptomatum causam inquirens, morbum s. illius adhuc morbi causam uestigare non infrequenter consueuit. Perindèatq; in pluribus obseruari potest. Quin libro de morborum differentijs, tametsi eorum species duntaxat enumerare propositum fuerat, eorum nihilominùs aliquando [b] causas intermiscet. Itaq; morbos, qui symptomatum causæ sunt, narrantem, indecens minimè est illorum quoq; morborum causas obiter uestigare. Quò præsertim facilis, aut difficilis talis morbi curatio, & consequenter symptomatum ablatio pateat. Sed quid opus est uerbis? cum præter id quòd Galeni decursum exquisitiùs abiecta larua contemplãtibus patet: sic demùm subdit. Quoniam autem non solùm qui in foramine rhagoidis sint, morbos disputatio percensuit, sed etiam aliquos ipsius rhagoidis commemorauit, superq; qui tenuis sub ea sint humoris: Sequens fuerit, quæ reliqua in ipsis sunt, persequi: quorum uitio uel impeditur uisus, uel omninò aufertur: &c. An igitur in foramine morbi, siccitas & humiditas sint, an eius angustia potiùs uel amplitudo: quarum causæ siccitas aut humiditas existunt, adeò uel cæcis pernotum est, ut probare superuacaneum sit. Haudquaq; tamen alijs assentiendum censemus qui suffusionem foraminis obstructi continentem causam existimant: Cùm in numero morbum (ueluti præscriptum est) Galenus [i] eam protulerit. Et quidem rectè, nam sine medio uisionem impedit. Haud.n. pupillæ foramen obstruit, uel meatũ aliquẽ: quia nil in foramine cõsistit: uerùm in medio foraminis & corneæ spatio suffusus humor crassius lentusq; uisiuæ facultatis exitum impedit. Non secùs ac si bubulam uesicam quis uirgæ capiti perindè adiungeret, ut urina in eam uesicam recepta retentaq; foras defluere impedita sit. Tunc.n. obstructum esse penis meatum exprimere ridiculum foret: Cum omnis morbi expers sit. Bubula uerò uesica, seu quoduis aliud eodem modo urinam recipiens, eius in terram defluxum primò ac per se impediret. Quamobrem quia primò cernendi facultatis ad exteriora transitum, post rhagoidis foramen, tam suffusio q̃ pterygion impediens est (Et si hoc extra corneam, illa uerò citra eandem, posita sunt) in numero morbum utrunq;, haud foraminis obstruendi causam, quolibet abiecto scrupulo proferendum est. Ea propter benè Celsus [k] de suffusione exprompsit, q.s. interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Neq; foramen obstruere ait. ITAQVE his omnibus prælibatis, ac rursùs in unum recollectis, morbi cuiusuis in intemperie geniti, æquè ac in unitate, illius'ue opposita solutione, atq; etiam numero continentem designare causam non licet, nisi alterationis, uel ingeneratione existentis solutionis (quæ pathos est) causam consideraueris. Magnitudinis autem, Positus, Figuræ, Superficiei, Cauitatumq;, aut Meatuum continentes aliquando causas demonstrari posse præscriptum est [l]. QVAS ob res ut ad nostrum

b uide cap. 7 & 8.

Contra Valeriolam.

i. libro de morb. differẽtiis cap. 8.

k. lib. 6. cap. 6. sec. 35.

l. supra fo. 51. 52. 53.

ad nostrum propositum (unde lis hæc originem duxit) reuertamur : ad tumores inq; præter naturam (quæ Princeps communi nomine apostemata uocat) in illis continentem causam perquiramus , exemplo in primis ab ipsa phlegmone desumpto . Etenim quia ex triplici morborum genere compositus affectus est , intemperie inq; calida , tumore , magnitudine ue præter naturam , atq; unionis non occulta modò sed manifesta quoq; interdum solutione, præsertim quotiès in abscessum conuertitur : Item quorundam meatuum obstructione constipationéue , aut compressione, atq; partium interdum inæqualitate : ubi & figura nonnunq; uitiatur : Quoduis istorum ad tale peruenerit incrementum, ut functioni perse ac primò incōmodet : morbus dici non iniurià debet , maioremq́; compositionis in affecta parte cumulum adauget . Caloris ergo præcedens causa cruor , uel bilis , aut ex utroq; succo admixtus humor est : Qui nihilominus tumoris continens causa est : perindè atq; obstructionis etiam . Solutæ uerò continuitatis præcedens idem uocari debet . Tumor autem inæqualitatis asperitatis'ue continens est . Veluti & uitiatæ nonnunq; figuræ . Hæc autem continens aliquando compressionis meatus existit . quemadmodum Galenus [l] de curua nasi figura disseruit : cuius compressionis causa etiam continens tuberculum esse (uel ipso met authore [m]) potest . Quibus duntaxat , exempli causa , in medium adductis , enarratisq; , perfacile quidem fuerit , tùm causas , & præcedentes , & coniunctas , tùm morbos , atq; insequentia symptomata uestigare : idipsum continuò præ oculis habēti, quodcunq; s functionibus primò ac perse officit, morbum esse : quod autem hoc medio , causam : Veluti quæ illum insequuntur , symptomata . Vnum item eundemq́; affectum , non modò huius respectu morbum: alterius uero comperatione causam esse : Verùm & ad hunc continentis , ad alium uerò præcedentis causæ relationem habere posse . Quæ cum ex prænarratis liquida constent : prolixiorem hic sermonem protendere superpondium foret . Ad Galeni ergo determinationem rursùs (ut colophonem imponere possimus) omni rupta mora conuertamur . Quùm posita & phlegmones , & erysipelatis causa , plenitudine inq; , qua semota membrum ad naturalem statum redire prædixerat : sic demùm (pro Asclepiadis , ac Iuliani etiam confusione) conclusit . [n] ἔνια μὲν τῶν αἰτίων οὕτω καλεῖσθαι συγχωροῦμεν , οὐ μὰ δί' ὅσα τῶν ἁπλῶν ὄντων ἐστὶν : ἀλλὰ τῶν ἐν τῷ γίγνεσθαι τὸ εἶναι κεκτημένων . ἐν τούτῳ μὲν ἡ λύσις τοῦ σοφίσματος .i. causarum nonnullas sic nuncupari permittimus (hoc est continentes) non per Iouem earum rerum , quæcunq; entia absoluta sunt : sed earum quæ in generari , esse acquisiuerunt. In hoc quidem sophismatis explicatio consistit. Cum igitur intemperies quæuis existens , continuiq́; dissolutio , atq; etiam uel superfluus , uel diminutus numerus , absolutè esse dicantur : adeò ut remota causa , remanere pro aliquo temporis interuallo queant . Immò nonnunq; (si uidelicet habituales factæ intemperaturæ sint) ad finem usq; perdurent . Idcirco continentes causas neutiq; habere dicentur . Obstructionem uerò, Quoniam esse suum à causa necessariò sic dependens , illiq; tùm in existere tùm in conseruari nedùm fieri , annexum obtinuit : Vt ea remota uel diminuta , ipsa quoq; obstructio quamprimùm , quin eodem instanti remoueatur , uel diminuatur : quemadmodum illa posita , atq; adaucta hæc etiam posita , nec non aucta similiter est (quadere suum esse non absolutum sed in fieri , generariq; possidet) Ideò continentem habere causam tuta fronte determinandum est . Idemq; de tumore præternaturam ob suppositos & in altum attollentes succos , aut aliud

l. lib. de morborum differentiis cap. 7. in fine.
m. lib. de morborū causis cap. 7. uersus finem. colligitur.
n. lib. cōtra Iulianum cap. 9. in fine. & dictum fuit supra argumento in oppositum xi.

aut aliud quoduis, facto, Aſperáq; etiam ſuperficie, ac cæteris præſcriptis enumerandum. Quæcunq; uidelicet eſſe (perindè atq; iam iam ex Galeno prædiximus) ἐν τῷ γίγνεσθαι, quod eſt in generatione, ſeu in fieri poſſident. Et ſi.n expleta iam ſint, adeò tamen à cauſa neceſſariò dependent, ut nil differant ab ijs quæ nunc iam à cauſis ſuis fiunt. Vbi nõ temerè perpendenda ſunt illa uerba° ⁑ ἐν τῷ γίγνεσθαι τὸ εἶναι κεκτημένων ⁑ haud n dicit ⁑ τῶν ἔτι γιγνομένων ⁑ uel ⁑ γινομένων ἔτι ⁑ quæ.ſ.adhuc fiunt, qùm uidelicet nil adhuc facti demoſtrari poteſt, quod actiones offendat: ſed quæ acquiſiuerunt eſſe, in generatione tamen adhuc: quaſi dicat à cauſa ita dependens, ut illud quod nunc generatur: de quo et Galeni ſermo uerificari poteſt. At illud cum nil adhuc facti habeat, ut functionibus obeſſe queat: uel nunq; factam partem oſtendere poterit (uti ſermo & quælibet paſſio eſt) morbus quidem dici non debet: A Iuliano autem, atq; Aſclepide nõ de paſſionibus, aut alijs: uerùm de morbis eorumq; continentibus cauſis agitata lis eſt. In illis ergo intelligenda Galeni determinatio eſt: in qua (uelut ſubdit) ſophiſmatis diſſolutio conſiſtit. Atq; hanc eſſe proculdubiò ueram definitionem opinor, etiam ſi ad aliud Galeni uerba tendere calumniari ac tergiuerſari quiſpiam auderet. VERVM enimuerò ambigere aduerſarius poſſet. Cum morbus affectus ſit permanens: qui uerò ſic à cauſa dependet, ut ſine illa, neq; eſſe, neq; durare queat, permanens minimè eſt. Vel igitur Galeni ſententia, [p] morbum affectum eſſe permanentem dicentis, falſa eſt: Vel obſtructio, cæteráq; prædicta, morbi nõ ſunt. quorum utrunq; à peritiorum auribus procul abeſſe debet. Quibus profectò promptior eſt reſpondendi occaſio, q; fuerit dubitandi ſollicitudo. Etenim qùm Galenus morbum eſſe affectum permanentem, conſtantemq; ait: Idipſum ut huius à paſſione differentiam oſtenderet, aduersùs Themiſonis, Theſſali, Olympici, Iuliani, cæterorumq; Methodicorum [q] phãtaſiam enuntiare uoluit. Paſſio nanq; ſolus alterationis motus eſt, cuius (ueluti præſcriptum [r] ex Galeno [s] eſt) nil remanet, nullaq; pars facta demõſtrari unq; poteſt. Morbus uerò affectus conſtans eſt: qui.ſ.factus demonſtrari poteſt, adeò ut functionibus incõmodet. Siue autem cum adiuncta ſibi cauſa, ſiue abſq; illa permaneat, ſatis ſuperq; eſt, quod factus ſit, & permanens, factaq; pars & à medico, & ab ipſomet ægrotante ſentiatur. Id quod in oppilatione cõſiderari perſpicuè licet. Haud n.eſt ipſum fieri, ſeu alterari: nõ ipſa paſſio, ſeu motus, at affectus diſpoſitióue permanens, Ab ijs qui in intemperie cõſiſtunt eò duntaxat differens, quoniam illi ſine cauſa ſtare poſſunt, cum adepti ſint, poſſideantq; eſſe abſolutum, Obſtructio uerò nacta ſit poſſideatq; eſſe dependens, atq; in generatione: ita ut abſq; cauſa ſibi coniuncta & ipſum continente permanere nequeat. Quis tamen obſtructionem permanere, primoq; & perſe actiones impedire poſſe, tumq; ab ea curandi intentionem ſumendam eſſe (quæ apertio eſt) inficias ibit? Quoniam uerò ſic ab efficiente cauſa, ueluti prædictum eſt, continetur: idcircò una eademq; medici intentione, ad cauſam uidelicet directa, ut auferatur, morbi ſimul indicatio euaneſcit: quoniam remota cauſa, q; primùm & affectus diſperditur. Intemperies uerò, ſecundùm cauſæ ablationem, adhuc extinguenda remanet. Hæc intantùm de continente morborum cauſa iuxtà ueritatem (ut firmiſſimè credimus) determinata iam ſint. GALENVS autem cauſæ continentis adeò uel nomen abhorruit, ut ipſius etiam obſtructionis cauſam dubiò procul continentem, præcedentem quoq; nonnunq; appellarit. [t] Id quod inde ortum eſſe compertum habeo:

o. ubi ſupra.

Nota.

Pulchra obiectio.

p. lib. de ſympt. differentiis. cap. p° & 2. meth. 3.

Solutio.

q. quos uide p°. meth. cap. 7.

r. ſupra fo. 46.

s. 2. meth. cap. 3.

Morbus quomodo à paſſione differt.

Galeni opinio de cauſa continente.

t. xi. meth. cap. 12. in prin.

Ratio p^a.

habeo: Quoniam falsissimam uolebat Stoicorum opinionem prorsùs eruere: quiquidem omnia continentem habere causam temerariè contendebant. Donec aerem & ignem cuncta, nedùm smetipsa continere: terram uerò, & aquam contineri dixerint. Quemadmodum Herophilei quoq;, tametsi nùm aer, an ignis, an utrunq; id sit, quod lapides, & ligna, aliaq; id genus cuncta contineat, ignorare iam se professi sunt: absolutè nihilominùs facultatem quandam esse pronuntiabant, quæ eiusmodi coerceat omnia. Quandò nullo ea cogente, ac stringente dissoluerẽtur, dilaberenturq;. Aduersùs quos libro, cui titulus de multitudine est,[u] Galenus nõnulla obiter attingit: alibì fusiùs (libro fortassis de causis continentibus, quo caremus) ac præsertim contrà Stoicos, se disputasse dicens. Quò igitur ineptas, rudesq; tùm Stoicorum tùm Herophileorum chimæras euaderet: cõtinentis causæ nomen omittere satiùs erat.

u. cap. 3.

2^a

Id quod sic obseruasse integrum quoq; fuit: quoniam quod primum præcipueq; tam à medico, q; à uulgaribus quibuslibet idiotis consideratur: operationum læsio est. Primarium nanq; & absolutissimum corporis bonum, quo potissimùm egemus: actionum perfectio, ac robur (Galeno met didascalo [x]) est: Cuius ratione secundarium corporis bonũ requiritur, sanitatis uidelicet bonus habitus. Tertiumq; deinceps aliud quodam ab illis corporis bonum necessariò cõsequens, pulchritudo est. Non secùs igitur & primum cõsideratu dignum malum incõmodumq; est, actionum uitium. Cuius ratione deprauatus sanitatis habitus (quem morbum dicimus) perpendendus succedit. Demumq; turpitudo peruestigãda consequitur. Quasobres tunc se ægrotare homines existimant: cum actiones offensas habent: tunc.n.medicos inquirunt, curationemq; efflagitant. Quemadmodum tunc se sanos esse gloriantur, qùm partium corporis ministerio, ad eas, quæ in uita necessariæ sunt, actiones, absq; ullo uitio perfungi (Galeni quoq; testimonio [y]) potuerint. Adeò ut multi ex methodicorum secta functionum læsionem morbum esse machinati sint: perindè ut plurimi actionum robur sanitatem esse declarabant. Apud eos igitur, affectus (quos uerè nos uel sanitatem uel morbum nominamus) tùm sanitatis, tùm morbi cõtinentes causæ nuncupãtur. Quaderè continentes assignari causas perpetuò concedendum foret. tametsi dogmatizantiũ nõnulli has, tyrannorum ritu (Galeno etiam referente [z]) neglexerunt. Itaq; ne cõtinentis causæ nomine functionum causas, ipsosq; met morbos quispiam ab eo intelligi perperàm concipiat: aptius esse id genus causam reticuisse opinatus est, morbumq; præcedere, pro exactiori quidem notione, protulisse.

x. lib. de salubribus ad trasybulum cap. 15.

y. lib. de morborũ differẽtiis cap. 2. in princ.

z. 2. meth. cap. 5.

3^a

Atq; idipsum ualidiùs adhuc roborari potest. Quoniam actione læsa præ cæteris considerata, id q; primùm perpendendum sequitur, quod primò & absq; ullo medio functionem lædit: hoc autem morbus est: quod uerò morbum præcedit, causa dicitur: præcedit inq;, quia non sine medio, coniunctimq; actionibus incommodans. Adeò ut etiam si morbum continens causa sit: ipsum tamen præcedere, functionum relatione (cum hoc medio illis absit) non temerè prolatum sit. Præcedere quoq;, græcè προηγεῖσθαι, iuxta propriam uocabuli acceptionem, quod est ducem, ac in agenda re præuiam esse (quemadmodum anteà declarauimus [a]) aptissimè id genus causam, morbo s. absq; medio coniunctam, proferre possumus.

a. in argumentis ante oppositũ argumento. 5.

4^a

Alia nihilominùs ratione cur continentis causæ nomen Galenus despexerit, perfacilè ostendi potest. Ex ijs n. quæ secundo de natura humana cõmentario [b] Galenus ipse protulit: necessariò priscorum nõnullos eiusmodi opinionis extitisse colligitur: ut qui continentes idcircò causas nominarint, quia simul cum morbo functiones

b. commento. 2

ctiones læderent : ut συνεκτικὰ græcè , latinè autem continentia , quasi dicat , simul tenentia, seu habentia dicantur . Aduersùs quam phantasiam sua uerba contexere Galenus cuiuis exquisitè perpendenti liquet (ni extrà propositum probantem ac delirantē hoīem cōdēnare impudēter uelis) ubi sic dicebat ❴ Prauū est repletionē morbi causam cōtinentē esse ❴ Nec eam subdit rationē, quā alibì [c] expressit : quia s. morbus affectus permanēs , & perse cōsistens est: Verùm aduersùs eam, quā tetigimus, aliquorū fortassis sententiā : causam uidelicet unà cū morbo, insimulq;, actionibus obesse: atq; illas læsas cōtinere: talē subiungit rationē : Etenim morbus quidē ipse affectio quædā est in animātis corpore, primò actionē lædēs: At repletio primò q̃dē functionē nihil offēdit, uerùm altero quodā intercedēte uitio &c. Ex quo sequitur non æquè causam, ac morbū functionibus obesse , ut simul eas tenere dici possint . Præter hæc uerò cōtinentē causam neglexisse meliùs fuerat : Cū efficiens ad effectum , ac (ut ita dixerim) causa ad causatū refertur . cū quo simul tempore , tanq; suo cū correlatiuo existit . Modò causa effectus fientis , haud eius qui præcessit , absolutusq; est, dici propriè , simpliciterq; (Galeni [d] documento) potest : fiens uerò (ut sic) passio simpliciter est . Futuri aūt respectu, præcedēs, non cōiuncta , seu continens causa nuncupanda potiùs uenit . Vt ergo causa est suoq; cum effectu coniungitur , aptiùs morbi præcedens (tametsi passionis continēs) causa dici meretur . Quinq; igitur hisce iam dictis rationibus (ni Galenum impiè condemnare malueris) cur continentem causam , uel ubi neutiq; negari debet , omiserit , uel interdùm quoq; rationibus reprobarit , & tibi , & alijs persuadere facillimè poteris . QVOD autem sæpiùs [e] Galenus continentem causam nominans ❴ ὡς ἂν εἴποι τίς , ❴ hoc est ❴ ut quispiam dixerit ❴ adiungat : [1] Et si quia tale nomen ob præscriptas rationes abhorrebat, eo loquendi modo usum esse uerosimile est. [2] Ex eo nihilominùs id euenisse potiùs reputo : quoniam aliqui non συνεκτικὸν , quod est latinè continentē , seu contentiuam , sed συνέχον idest continuam potiùs : alij uerò προσεχὲς hoc est adhærentem , adiunctam'ue seu coniunctam (perindè ut anteà [f] quoq; , ipsomet ex Galeno , [g] declarauimus) nominabāt . Propterea ne incassùm circa hæc immoremur, συνεκτικὸν dicens ❴ ut quispiàm dixerit ❴ adiunxit . In prognosticis uerò [h] ait ❴ ὅπερ καὶ προσεχὲς ὀνομάζουσι ❴ hoc est latinè ❴ quam causam etiam adhærentem nominant ❴ Itidemq; in medendi methodo [i] ait ❴ ἣν δὴ καὶ προσεχῆ καλεῖν εἰώθασιν ❴ quod est ❴ quam adhærentem etiam coniunctam'ue nominare sunt soliti ❴ E quibus hinc inde collectis Galeni uerbis patet , cum uarius sit nominandi id genus causæ modus , mirum nō esse , si unum ex illis nomen acccipiēs , quò multiloquium euitet , ❴ ut quispiam dixerit ❴ adiungat . [3] Præsertim ne de nominibus altercari , ac frustrà penès illorum selectum , tempus cōterere uideatur. HIS itaq; abiecta larua prælibatis , non causæ modò continentis , iuxtà ueritatem , nostra determinatio , uerùm Galeni quoq; haud nostræ difformis sententia liquet : tametsi nonnūq; tale nomen potiùs q̃; rem ipsam euitare , pluribus iam præscriptis rationibus , enixus fuit. Pro cuius quidem ueritatis , Galenicæq; sententiæ exquisitiori cognitione : priùs q̃; ad nostri (quem præmanibus enarrandum assumpsimus) Principis uerba perueniamus : utriusq; partis argumenta perlibremus . PRIVS enim ante oppositum pluribus Galeni locis id genus causæ uel sub silentio tanq; nullo pacto existens , præteritum esse , uel omninò (reiecta Stoicorum, Herophileorumq; sententia) abnegatū esse, ob eas quas iam iā retulimus rationes

c. lib. de causis continentibus & lib. de sympt. differentiis. 2. et p°. de locis affectis.

5[a].

d. lib. de sympt. diff. cap. p°. post prin.

e ut. 7. aphoris. cō. 30. & primi de sympt. caus. 2. & 10. metho. cap. 10.

f. in argumētis post oppositū argumento 24. cum 16.

g. Ex Galeno p[r]. de symp. cau. 5

h. 2. prognost. 43. uersus mediū commenti.

i. 2. meth. cap. 4. ante medium.

Ad arg[ta] ante oppositū.

Ad p[m]. usq; ad xij[m].

E

[Ad 13^{m}.] rationes, ostensum est. Arist^{m}. uerò effectiuas causas formalibus cõparantẽ, illas uelut priùs genitas, effectibusq; præpositas, materialiter, atq; (ut dicunt) fundamẽtaliter intellexisse, Phœbo clarius est. [Ad. 14^{m}.] Vt sic.n. efficiens causa effectui, tẽpore, necessariò præponitur. Ratio uerò demùm facta, causamq; cõtinentẽ abnegãs, Galenimet ipsius prænarrata distinctione, citrà puluerẽ dissoluitur: Quoniã.s. uel esse absolutũ, ac per se cõsistens affectus obtinuit: atq; huius nulla proculdubiò effectiua cõtinẽs causa assignari põt. facti.n. nullã simpliciter ac propriè causam dici posse liquet: Effectiuã inq;: Cõseruantẽ nanq; hẽre posse inficias non ibimus. Quæ reditum potius ad propriũ habitũ impediẽs, atq; aliquã passionẽ actionem'ue producẽs est, ratione cuius cõseruat: Nõ efficiens aũt id, quod esse (ut supposuimus) absolutũ obtinuit. Huius aũt ut futuri præcedẽs duntaxat causa dicẽda est: quemadmodũ fientis, ut sic cõtinens nuncupari posset. at nõ morbũ uerùm passionem, ut fiens est, nominandam esse nulli nõ liquere arbitror. Sin esse dependens, atq; (ut sic dixerim) in generatiõe morbus habet. Adeò ut ne instanti quidem semota causa permanere, seruariq; (ueluti de obstructione, pluribusq; alijs prædictum iam[k] uberiùs est) possit: huiusce affectus continẽtem designare causam (ut cui continentis definitio congruat) uelimus, nolimus, astringimur. [k. supra fo. 51. 52. & sequetibus] [Ad arg^{ta}. post opp^{m}.] QVAE uerò in oppositum adductæ authoritates idgenus causæ perindè audacter, atq; intrepidè ponunt: Vt plures uniuersaliter in putridis etiam febribus, alijsq; intemperiebus, quin & continui solutionibus, affirment. Quẽmadmodum & Arabum Princeps, & Auerrhoes, atq; etiam Ioannitius. [Ad. p^{m}. 2^{m}. et 3^{m}. deqbus iterũ ĩfra fo. 64] Quorum sententia tametsi licentiosior, q̃ à nobis præostensa sit: haudquaq; tamen reprobanda, posteriùs (doctrinæ clarioris studio) cribranda reseruabitur. [Ad. 4^{m}. & 5^{m}.] Nunc uerò (dimissis celso, ac Phylotheo tanq; ad particularia exempla minimè descendentibus, uerùm ipsas continentes causas, ubi fortè duntaxat insint, haud in quouis morbi genere admittentibus) definitionum medicarum authorem perpendamus. [Ad 6^{m}.] Hic.n. q̃uis rectè id genus causam definierit: Non omnia tamen exempla rectè assignauit. Lapidem nanq; in uesicæ meatu contentum obstructionis coniunctam esse causam in præcedentibus[l] ostendimus. perindèut aliũ in eiusdẽ ampla capacitate cõsistentem in numero morbum dici nonnũq; posse declarauimus.[m] [l. supra fo. 53.] [m. supra fo. 54. 55.] Aquam uerò in oculo, post pupillam, corneæ suffusam, in numero morbum esse iam ex Galeno præscriptum est.[n] [n. supra fo. 57.] AEquè ac pterygion in aucto numero morbus est. (tametsi non ex toto genere præternaturam sit, Galeni dogmate[o], quod auctum est) uidendi actionem absq; ullo medio impediẽs. [o. lib. de morb. dif. cap. 8.] Quã pariter lædere potest encanthis ipsa, in magnitudine illius carunculæ, quæ in maiori oculorum angulo sita est, morbus existens, ipsomet authore[p] (præter Galeni,[q] quem Paulus,[r] Aetiusq;,[s] & Princeps[t] insecuti sunt, leges) definiente: cui quidẽ Rhyas eiusdẽ anguli carnis cõsumptio, diminutióue opponitur. [p. lib. de defini. med. uersus finẽ.] [q. lib. de tumo. præter nãm. 21. & 14. meth. cap. 17.] [r. lib. 3. cap. 22.] [s. lib. 7. cap. 61.] [t. 3^{a}. 3. tr. 2. cap. 16.] Itaq; tam pterygiõ, q̃ encanthis, nedũ suffusio, cõiunctæ licet causæ sint læsarum functionũ: In morborũ nihilominùs, non in causarum catalogo numerandæ sunt. Quam obrem eiusdem libri author statim subdit: quæ ponunt medici non in causarum duntaxat, sed affectuum quoq; ratione. Quòd si prædictus author, quisqs ille fuerit, in aliquo defecisse offenderimus: sua interesset quæ ipsemet scripserit, tueri. [Ad 7^{m}.] Quò ad nos uerò spectat, satis superq; est causam cõtinentẽ ab eo cõcessam, definitãq; fuisse. Ad aliũ ergo, Introductorij uidelicet authorẽ cõuertamur. Qui & si benè cõtinẽtẽ cãm ipse quoq; definierit: falsum nihilominùs esse à spina et telo desumptũ exẽplũ perindè

cuiuis

cuiuis compertum est, ut à me probari neutiq; desideret. Vnitatis .n. solutio, ut morbus est, Continente causa destitui præostensum iam est.[u] ni soluendi actum, quæ passio quoq; exi- stit, contempleris. Spina igitur & telum exteriores causæ sunt. Quòd si præcedentes no minandas fore contenderis: nunq; tamen continentis definitionem illis congruere inuenies.

[u. supra fo. 51.]

Dioscorides uerò sat habuit cum methodicorum opinionē, ex eorũ met fundamentis, eruerit: mortiferam .s. uim à uenenosorum animaliũ demorsu corporibus illapsam, duplici modo cau- sam esse, procatarcticam .s. atq; continentem. An uerò passionis, nõ morbi causa sit, quia tẽ peramentũ transmutat, corrumpitq; præter ipsius propositum existit. Nosq; ab ipso con- cessam duntaxat continentis causæ definitionem admittemus. Galeni uerò loca percurren- tes, multa nõ morborũ, sed passionis, alicuius'ue motus, aut alterationis causam cõtinentem, uel ab aduersantibus permissam inuenimus. Quemadmodum & pulsatilis motus causam cõ tentiuã, in cordis, arteriarũq; substantia, uitalem facultatem esse, nõ ignoramus. Eodemq; modo cuiusuis alterius motus, aut alterationis. Perindè atq; spumificationis quoq; flatuo- sus spũs humori lento, atq; in minutas partes, uel calore, uel agitante motu effracto submi- stus, continens talis generationis spumæ causa est. Vbi nihilominùs aliquid nostro proposito cõducens annotabis. Etenim spumæ cõtinens causa hic flatuosus spũs est, non generationis modò, sed ipsius etiam sustantiæ spumæ: postq; ad ultimum bulla peruenerit, cõsistitq;, nec aucta amplius, neq; cõminuta: Cum esse absolutũ nõ habeat: sed à subincluso spiritu depen- dens, quo ad esse, & cõseruari. Nõ secùs ac obstructio ab obstruẽte uel multo, uel crasso, aut lẽto humore depẽdens est. Adeò ut nõ spumificationis tantùm, sed ipsius etiã factæ iam, cõ- pletæq; spumæ causa prædictus spiritus sit. Quæ autẽ aduersùs Iulianũ præscripserit Ga- lenus, in præcedẽtibus declarata iam sunt,[x] eorũ uidelicet qui absolutũ esse obtinuerũt mor- borũ nullã posse (præterq; generationis) cõtinentẽ causam assignari: Cõtrà uerò, eorũ qui depẽdens potiùs, atq; in generatione adhuc totũ esse cõseruandũ, postq; expediti iam sunt, ne dùm generandũ habẽt, causam necessariò cõiunctã admittendã, Galeni distinctione esse. Hip pocrates uerò ex repletione fiẽtes morbos euacuatione sanari dicẽs: dùm fiũt nihilq; adhùc fa ctũ ostẽdere possunt, ĩtellexisse pluribus quoq; præostẽsum est.[y] Quemadmodũ magnitudinis pupillæ, morbi q̃dẽ in uia cõsistentis, tentionẽ rhagoidis cõtinentẽ propriè causam esse, uelut oppositi relaxationẽ: Demũq; cur eo loquẽdi mõ (ut q̃spiã .s. dixerit) usus ẽ, demõstrauim9.[z] Haudquaq; ĩterim inficias eũtes morbos cõtinẽtes symptomatũ causas tutiùs nũcupari posse. Vt nõnũq; stuporis, obstructionẽ: Interdũ uerò & horroris, & rigoris rodẽtiũ excremẽtorũ cõfertim actorũ citaciorẽ motũ protulerit. Perindè atq; facilis difficilis'ue screationis, tùm ma teriæ uitiũ obediẽtiam'ue tùm id quod initiũ habet motus adhærẽtes cõiunctas'ue (nõ morbi) causas ostẽdit. Nõ secus uerò & actionis cõiunctã causam negligẽtes increpat, eã admisisse uisus. In q̃bus tamẽ ac similibus locis stultè q̃dẽ morborũ cõtinẽtes causas ex Galeno conclu- dũt. Etenim aliũde (ueluti nos fecimus[3]) eas uenari debẽt. Nihil ergo nobis obstare po- test, si nonnunq; continentis causæ difinitionẽ dederit. cum eã in morbis quoq; nedùm symp tomatibus, motibusq;, aut alterationibus reperiri permiserimus. Idipsum nihilominùs aduer- tendũ est, quòd & si febrem cõtinente causa destitui declaratũ est: Minimè tamẽ Galeni ad trasybulũ scribẽtis argumentũ nobis obstare potest. Vbi aduersùs methodicos scribẽs, eorũ fundamenta in febribus id genus causæ admittentium supponit: argumento utens (ut logi-

[Ad 8m. — Ad. 9m. — Ad. xm. — Nota. — Ad. 11m. — x. supra fo. 58. 59. — Ad. 12m. — y. fo. 47. 48. 49 — Ad. 13m. — z. supra fo. 61. — Ad. 14m. 15m. — Ad. 16m. — Ad. 17m. — 3. supra fo. 45. — Ad. 18m. — Ad. 19m.]

Ad 20m.

ci dicunt) ad homines. Aristotelis uerò authoritas quæcunq; præscripta iam sunt roborare uidetur: ædificationis uidelicet ut actionis passionis'ue cuiuspiam continentem causam

Ad 21m.

actu ædificatorem esse: domus uerò absolutæ iam, neutiq; esse. Sunt autem ædificator & ædificium (eo tempore quo id fit, ac in uniuersum causa omnis cum suo effectu, dum ab ipso dependet, absolutusq; non est) correlatiua: sicq; posita se ponunt: peremptaq; (formaliter inq;) se perimunt: continentisq; definitio in illis inueniri, haudquaq; uerò in absolutis, potest.

Ad 22m.

Dolor quomodo morbi rationem subit.

Qua ratione doloris etiam, non ut symptomatis modò, uerum ut morbi rationem aliquando subeuntis continentem causam abnegare nequimus. At dolor quidem morbi rationem subire nonnunq; potest: uerè autem morbus esse nunq; apud emunctæ naris uiros admittetur.

Tria ad morbi rationē necessaria. pm idē supra fo. 49.

Tria nanq; ad exquisitam morbi rationem necessaria sunt: primum .s. quod esse iam absolutum habeat: absolutum inq; quod ostendi uidelicet factum queat, siue per se absq; causa, siue cum illa consistere, conseruariq; opus sit: Atq; hac prima conditione destitutum esse dolorem, pluraq; alia symptomata uel morbi rationem ingredientia liquet. Quorum .s. nihil factum ostendi quouis modo possibile sit. Reliquas uerò duas conditiones

2m

dolor interdum adeptus morbi rationem suscipere dicitur. Quarum altera est quod actiones manifestè offendat. Quas cum non per se & primò sed per accidens offendat (quatenùs .s. ad dolentem locum fluentes spiritus, dissoluuntur, extinguūtur'ue, ac uniuersum interim corpus frigesit, ueluti ex Galeni [a] quoq; dogmatibus apertum esse cuiuis potest.) nec eam exquisitè habere dicitur.

a 13. meth. cap. 3.

3m

Altera uerò est, quam admittere in illo nonnunq; possumus. Quoniam .s. ad se curandi intentionem, non ut symptoma (à quo nulla curandi, ut symptoma est, intentio sumitur) sed ut morbi rationem subiens, retrahit. Quamobrem non morbum fieri, at morbi rationem subire dolorem à Galeno prolatum esse recolo. HIS ergo exactè (uelut operæpretium esse opinor) pensitatis: ut in unum de hac re sententiam recolligamus: Causa continens in secundo morbi genere, tametsi non omni eius generis specie, reperiri uerè potest. ut in Magnitudine, ac Situ, itidemq; Figura, Superficie, Cauitate Meatibus'ue. quemadmodum anteà proprijs singulorū exemplis demonstrauimus [b]

b. fo. 51. 52.

Ad pm 2m & 3m.

In Numero aūt & cōtinui diuisione, propriā inuenire causā (cui cōtinētis definitio cōgruat) nequimus. AEquè ac in primò genere: quodq̄dē in ipsa intemperie cōsistit. E quibus iterū cuiuis rem abiecta larua perlibranti cōpertissimū esse reor febris nullā posse cōtinentē causam propriè loquēdo designari.

Arabū et præsertim Auicēnæ sentētia de causa cōtinēte

Quod si Arabū Princeps, Auerrhoesq;, & Ioānitus, ac demū Barbarolatini oēs interpretes, methodicos quosdā sectati, putredinē, aut humorē (ut alij uolūt) putridū: seu (prout nōnulli malūt) putres fuligines, cōtinētem cōiunctam'ue putridæ febris causam admiserūt. Id quod Dioscorides [c] etiā, ipseq; met Galenus [d] admisisse nōnūq; uisi sunt: cōtemplatione dignū est. Exquisitiùs .n. cōtemplati, perindè ut anteà præscriptū est [e] Febris cōtinentē causam nullā horū proferre possumus. Cū illius à græcis posita, priusq; à nobis declarata, cōtinentis inq; causæ definitio, ijs minimè cōgruat. Remota .n. putredine, ad partem febris (quæ .s. facta est) intendere (uel Galeni [f] testimonio) necessum est. Ni adeò imbecillis, remissaq; pars illa sit, ut natura statim (ob causæ recessum) roborata, hilarisq; reddita superet: donec ad pristinum, propriumq; temperamentum reuertatur. Iuxtà definitionem uerò quam Princeps primo medicinæ libro [g] posuit solamq; ibi uelut sibi magis electam, auribusq; suis consonam celebrauit, putredinem febris

c. sexti. 35.
d. lib. de optima secta ad trasybulū cap. 23. & 25. & lib. cōtra Iulianū uersus finē ubi bubonē cōtinētē febris causam esse ponitur.
e. supra fo. 45.
f. 11. meth. cap. 4. & 10.
g 2. primi doc. 2. sum. pa. ca. po.

coniunctam causam esse inficias ire nequimus. Haud enim eo quo ab alijs definitum est modo, coniunctam causam libro medicinæ primo descripsit. Vt scilicet ea sit, qua posita ponatur affectus, qua remota idem extemplò euanescat, perindè ut aucta, uel comminuta, hic augeatur, aut minor fiat. Sed aliter eam nobis depinxit. Quòd scilicet corporea sit inter quam & morbum nihil intersit medium. Modò sic est ꝙ inter putredinem & febrē nulla alia causa intercedit mediaq; est. Idcircò non temerè penès eius descriptionem, coniuncta febris causa putredo nuncupari potest. Nec humores putridos coniunctam causam ponebat: neq; fuligines uapores'ue putres (ut inextricabiles quorundā in labyrinthos incidere necessum sit: an s. fumus, uel humor causa coniuncta sit) sed putredinem. Quaderè quoduis putridum, siue humor, siue fumus, aut uapor (ut putridum) coniuncta causa febris est: inter quod s. & febrem nulla media causa existit. Vt putridum inq; : immediata enim causa putredo est. Humor uerò, aut uapor, seu fuligo, intercedente ipsa putredine, febris causæ existunt. Quòd si in canticis [h] græcorum illam definitionem innuisse uidetur: dicens. ꝫ Quandiu continuatur putrefactio, continuatur & febris putrida ꝫ ut per hæc uerba remota quidem putredine, febrem euestigiò remoueri præsetulerit: Non ut philosophum exquisitè rei naturam considerasse dicemus: at medicè magis (distinctionis clarioris gratià) locutum. Vt dempta uidelicet putredine, statim hoc est facillimè, ac breuissimo & uix effatu digno temporis interuallo febris ipsa remoueatur. Aut si mauis eum exquisitissimè locutum, aliorum potiùs opinionem ibi secutū esse respondebimus. Magis n. sibi aliam placuisse inde elicimus, quòd eam in loco ubi seriò quidem, ac magis ex proposito, & prolixiùs de causis loquens, assignauit. Pariterq; de Auerrhoe nec non Ioannitio medicè. s. ac largiùs lucidioris doctrinæ causa locutos pronuntiandum. Omissa Galeni atq; Dioscoridis authoritate. ad quos quidem ex ijs quæ suprà ad octauum, & decimū nonum post oppositum dicta iam sunt, [i] responsio liquet. Sed ijs à tergo dimissis (ut ad Arabum præcipuos conuertamur) Vbi nam iuxtà Galeni dogmata coniunctam causam describere hi (præsertimq; Princeps) promiser unt: ut? ità ab Auicennæ mastigibus reprehendendi ueniant? Quia. s. Galeni monumentis repugnent? Quotiès. n. Galeni mentem recitare proposuerint: ut recitatores dissoni meritò increpandi uenirent: siquidem illius intentionem rectè non explicent. Quotiès uerò sua definitione, alijs inq; uerbis, aut priscorum quoq;, largiùs tamen sumptis terminis rem (manifestioris doctrinæ studio) distinxerint: Cur adeò Galeni sententijs addicti esse uolumus: ut hoc solo, absq; ulla ratione, tutamine: soloq; (tyrannorū penè ritu) nostro ipsorū placito, queuis minimū doctorē, nedùm tantos, præsertim in Arabū tùm medicorum, tùm philosophorum catalogo proculdubiò Principes cōdennemus? Quia. s. à Galeno id dictum nō est? Complura sunt hodie quæ catholici christiani obseruare debent: ēt si à CHRISTO redēptore nostro expresse dicta, præordinataq; nō sint: Quæ nihilominùs pia, uel à sanctissima ecclesia, ut optima selecta iam sunt. Secùs uerò esset si redemptoris nostri præceptis uel minimùm contradiceret. Cum uerò Galeni uerba nō sic obseruanda sint, ut quia ipse dixit omninò admittere debeamus: quēadmodū CHRISTI præcepta, proculdubiò, absq; ulla nobis cognita ratione, obseruanda sunt. Idcircò cuiuslibet ratio perpēdēda: Nec oēs æquè (Philosophorū Gymnasiarcha [k] monente) cōdēnādū. Quid uerò dicendum? quòd etiam si perindè Galenum reuereri uelis, ut potiùs mori ꝙ illi

h. parte p^a. tex. 177

Obiectio.

Rn^o. p^a

2^a.

i. supra fo. 63. 64.

Nota.

k. 2. cæli. 34.

aduersari consentias: nihilominùs tamen Principis electior definitio (ut hunc præ cæteris arabibus obseruemus, & magis ab aduersantibus saucium consolemur) illius decretis minimè contradicit. Videns.n.hic coniunctam causam penès ueterum definitionem adeò Galeni menti dubiam extitisse: aliter profectò (inter quam .s. causam & affectum nihil intersit) definire, lucidioris quidem (ueluti non semel præscriptum est) distinctionis studio, maluit. Vel si priorem definitionem admiserit: largiùs eam (ne de nominibus contendisse uideretur) intelligens, putredini ascribere uoluit. Quoniam.s.remota putredine, tametsi nòn statim, eodem.s instanti febris euanescat, Adeò tamen imbecillis remanere consueuerit (ni habitualis euaserit) ut non effatu digno spatio perse à natura deleatur. Ex quo statim (iuxtà medicorum consuetum sermonem) euanescat. Vt clarior hinc doctrina emergat: dum remotam causam, quæ adhuc morbum non producit, antecedentem uocat: actu uerò efficientem, coniunctam. Ac si dixerimus causam duplicem, remotam quidem, & propinquam: uel si mauis aliter dicere: ex propinquo futuram, & præsentem actúue iam facientem. Illam Princeps antecedentem: hanc uerò coniunctam uocauit. Galenus uerò illam nondũ causam simpliciter dixisset, actuq; existentem causam: sed futuram, & dispositam ut causa fiat: hanc uerò præcedentem : etiam si effectui adeò immediata sit, ut nihil intersit. Quòd autem Princeps non sic exquisitè coniunctam causam intellexerit: ut remota .s. ipsa, quamprimùm affectus euanescat: Verùm (perindè ut diximus) medicè, ac largiùs: quin alteram potiùs amplexus sit definitionem: quòd uidelicet inter ipsam causam & affectum nihil intersit: ex eo firmiter elici potest: quoniam dempta iam alterationis causa, ad ipsius intemperiei curationem perueniendum fore, non semel innuit.[l] Sed ne in immensum sermo hic nimis prolabatur, Galeni uerba perpendamus: qùm artis cõstitutionẽ Patrophilo ex finis resolutione ostendebat,[m] inquiens: causæ igitur potissimùm quidem qùm agunt, hac appellatione dignantur. Sæpenumerò tamen & si nondùm quidquam agant, ex eo solùm quod possint, dicuntur. Veluti & incoctio morborum author, perhibetur, quanuis morbum nõdum afferat. Incoctionem autem uoco non coctionis tantùm in uentriculo frustrationem, sed in uasis quoq;, & iecore, & mole uniuersa. In quibus quidem Galeni uerbis, quod non dum facit, causam uocari apud ueteres posse manifestissimè liquet. Itaq; cum non primitiua seu euidens (si abdita corporeáue est) dicenda sit: antecedens præcedens'ue nuncupanda proculdubiò uenit. Quoniam uerò altera præcedens uicinior est, quæ.s.iam facit. reliquum est omninò differentiam nominis aliquam (clarioris doctrinæ gratia) imponere. Quam obrem quæ non dum aliquid efficit, disposita nihilominùs præparataq; iam est ut agat, causa præcedens: Quæ autem adeò effectui propinqua est, ut inter ipsam & effectum nulla intersit media causa, & actu iam producit, continens seu coniuncta causa nuncupetur. Qua igitur pœna condemnandus Princeps eiusq; sectatores sunt, si alia definitione alijs'ue nominibus, ac largiùs, & medicè potiùs utatur: Non promictens iam priùs se iuxtà Galeni sententiam sermonem'ue locuturum? Immò non ob aliud antiquorum scripta enarrare noluit: seq; ab interpretis offitio immunem liberumq; fuisse gloriatur:[n] nisi quia illorũ sententias in omnibus prosequi non placuit. Quòd si ab ijs recedere potiori fortassis ratione quandoq; innixus potuit: Cur aliqua clariori medicoq; utili distinctione uti non licuerit? Qua uidelicet, quæ nam causa concoquenda, quæ'ue iam uacuanda, uel suo contrario priùs retundenda

[l] l. 4a p1. cap. 2. & pa. 4. tra. 2. cap. 7. & alibi.

[m] m. lib. de cõst. artis med. cap. 15. in princi.

[n] n. lib. po. sufficiẽtiæ in pro hœmo.

retundenda sit, distinctis terminis q̃ primùm definiamus. Cum in hoc præcipuè docentis uirtus perfectióue consistat: in ipsa inq̃ orationis claritate.[o] Quaderè qui sic nominare quæq; (Galeno etiã exhortãte[p]) studet, ut qui discit, clarissimè intelligat: is optimus præceptor fuerit. Non ne Galenus medicorum proculdubiò phœbus plurima ut philosophus exquisitè uidelicet rei naturam considerans aliter, ut medicus uerò, clariusq; loqui desiderans, aliter determinat? Quemadmodum salubres causas in arte medica uestigans,[q] duas in illis, exquisitiùs, ac secundũ rei naturam considerans, intentiones esse habendas admonuit: q̃titatem inq̃, & qualitatem, tertiam uerò, præter illas, occasionem adiungere superuacaneũ ostendit: sepiùs tamẽ ut medicum clarioris doctrinæ studio ad docendum, ea tanq̃ tertia intentione uti consueuisse subdit.[r] Quam ob causam concubandi opportunum tempus ibidem post aliqua expressit.[s] Qua itidem ratione Princeps[t] clariorem. s. doctrinam imitari decernens, tres non duas in medicatione regulas: quantitatem uidelicet, qualitatem, & ordinandi horam declarauit. Ampliùs & si febris quælibet morbus est, quia perse, ac primò functiones offendit: nihilominùs tamen ut claram ipsiq; medico utilem eam distinctionem Galenus non semel admisit:[u] febrium. s. alteram morbum, alteram uerò casum existere. Præterea nutrimẽtum ab Hippocrate[x] triplex dictum, aliter à Galeno tanq̃ philosopho,[y] & exquisitè rei naturam considerante declaratur: ubi quod unitum adglutinatum'ue est, nedùm appositum, adeò ut iam assimiletur uerè nutrimentum sit: quod uerò unitur uel apponitur, quasi alimentum, & æquiuocè id dicatur: Sanguis autem, & multò magis in uentriculo adhuc existens chilus, aut iam iam deuoratus cibus futurum alimentum nuncupandũ ueniat. Aliter uerò ab ipsomet ut medico[z] manifestiorẽ distinctionem eligente nonunq̃ dicitur. Vbi. s. iuxtà triplicem concoctionem, triplex quoq; nutrimentum ostenditur. adeò ut chylus in uentriculo existẽs futurum alimentum: sanguis uerò quasi alimentum: quod autem apponitur nedùm quod unitur uel assimilatur, uerè ac propriissimè alimentum nuncupetur. perindè ac in nostra quoq; Iatrapologia declarauimus.[a] Deinceps ita sanitatem, atq; morbum per contradictoria Galenus aliquando[b] definit: hunc. s. nonnaturalem constitutionem: illam uerò naturalem dicens: ut mediam neutralitatem exquisitiùs contemplati minimè inueniamus. Interdum uerò[c] conducentem medico, & clariorem nobis Herophili definitionem assumens, neutram dispositionem, inter sanitatem & ægritudinem, nedùm inter salubritatem & insalubritatem, mediam admisit. Quæ uidelicet tametsi læsas functiones obtinet, ut à sanis omninò differat: non adeò tamen, ut cubandi necessitatem inducat, consuetisq; ab operationibus impediri cogat. Quid uerò de doloris duplici causa ab ipso tanq̃ medico posita dicendum? intemperie inq̃, continuiq; diuortio? quas ambas æquè doloris causas, propriasq; curationes indicantes, clariùs, ac medicè magis (ut diximus) ostendit.[d] Cùm tamen exquisitiùs, ac secundum rei naturam, & philosophicè considerans unam esse perse causam, principalemq;, unitatis uidelicet solutionem aliquandò determinarit.[e] Innumera me hercle sunt id genus exempla, quæ in medium adducere possem: in quibus apertissimè Galenum aliter secundum rei naturam sentire, aliter uerò ad medicorum usum, clarioris doctrinæ gratia, definire liquet. Verùm ne totum circa hæc uolumen compleamus, satis superq; prædicta iam sint. E quibus denuò infertur & si febris coniuncta causa, secundum rei ueritatem, & exquisitiùs captam continentis coniunctæ'ue definitionem, assignari nequeat: Largiùs tamen ea

o. uide p[i] de pot[l] naturali cap. p[o]
p. 2. meth. cap. primo in fine.
q. 3. art. med. 7.
r. ibidem tex. 8.
s. ibidẽ tex. 18.
t. 4[a]. p. cap. p[o].
u. ut p[i]. ad glauco. tertio in fine et quarto ĩ prin 4[i]. aphoris. 66. 73. septimi 42. tertii reg. acut. 12 in fine & sæpe.
x. lib. de alimẽto post princ.
y. ut p[i] de pot. natural. cap. .ii. uersus finem.
z. ut p[o]. de tuẽda ualetud. in fine. 2. art. med. tex. 69. 2. apho. 17. & quinti eiusdẽ 39. & tertii de temperament. cap 2. uersus finẽ
a. lib. 2. Iatrapologiæ. cap. 12. post medium.
b. ut ĩ principio libri de morborũ differẽtiis: & de par. art. med. doc. .2. sum. 2. cap. 3.
c. lib. art. medicinalis. tex. 7. & in processu sæpe. & primi. simplic. cap. 21. & sexto salubriũ post prĩ.
d. 2. art med. tex. 88. secundi reg. acut. cõ. p[o]. secũdi de loc. affec. cap. 5. & 4. eiusdẽ cap. 8. uersus finẽ p[i]. de natura humana cõ. 6. & 21. & 12[i]. meth. cap. 7. 13. eiusdẽ cap. 6.
e. ut. 4. simplic. cap. p[o]. & de ĩæquali ĩtẽperie cap. 6. & p[o]. de sympt. cau. ca. 6.

tamen ea definitione assumpta uel alia potiùs noua ab arabum Principe inuenta pro medicorum usu, lucidioriq; dogmate id genus causæ admittentes arabes, eorumq; sectatores minimè condemnandos fore opinamur. Ni refractarius quispiam sit (cuiusmodi plures iam esse intelligimus) qui penès ipsam quoq; rei naturam, & exquisitè sumptam cõtinentis causæ definitionem, febris, cæterarumq; intemperierum uerè continentem, coniunctam'ue causam assignare, durissima sua ceruice, proteruiat. Idipsum uerò perpendendum sedulò est, Auicennam de coniunctis causis loquentem, tria exempla nobis assignasse.[f] quorũ aliquod non morbi, sed actionis læsæ causa continens est. quemadmodum obstructio cæcitatis. Quæquidem obstructio (prout ex præcedentibus liquet) morbus, non causa morbi est. Qua in re Principem excusare (nisi uiolenter) nequeo. Cum de causis non omnibus quidẽ effectuum productiuis, at sanitatis, uel ægritudinis, aut neutralitatis locuturum esse protinùs ab initio capitis proposuerit. Obstructionis autem causa uerissimè continens humor obstruens est. febris autem (penès alterum suum definiendi modum, uel non sic propriè at ueluti diximus, pro medicorum usu, clariorisq; dogmatis gratia) cõtinens causa putredo est.

f. 2. p[i]. doc. p[a]. sum. p[a]. cap. p[o].
Ex[m]. p[m].
Contra Auicennam.
2[m]
3[m]

HIS deniq; sic, pro imbecillimis nostris uiribus, domini tamen altissimi præsidio, determinatis, quamplurimi huius atq; illius errores propalantur. Quorum nonnullos, ueluti corollaria quædam, subiecisse libitum est: E quibus & alij plures elucescent. Etenim desipiunt qui ex Galeni etiam sententia, & exquisitè loquentes, putredinem febris continentem causam esse aiunt. Cùm & nomen & definitionem Galenus expressè ab ipsa putredine relegarit. Nomen inq;, quia putredinem προηγόυμενον, hoc est præcedentem causam uocauit.[g] Definitionẽ quoq;, cùm statim remota putredine, ad factam febrem perueniendum esse non semel admonuerit.[h] Hi tamen usq; adeò refractariè, pertinaciterq; contendunt, ut remanentem à putredine febrem non putridam ampliùs febrem existiment. Eo præsertim argumento deuicti, quoniam Galenus ita interdùm[i] arguit ⁏ febris putrida est, ergo & putredo. Igitur & probibita transpiratio ⁏ Huiusmodi autem argumentandi formam neutiq; ualere aiunt, si à putredine febris separari posset. Pluraq; ad comprobandam falsam chimæram adiungunt. Minimè quidem aduertentes Galeni argumentum ab effectu ad causam resoluendo procedere: sic uidelicet inferens ⁏ febris putrida est, ergo eius causa putredo est. Itemq; putredo est: igitur eius causa, probibita transpiratio est. ⁏ Rursus uerò ex eiusmet à nobis quoq; præassumptis fundamentis adiungendum est: quod uel fiens ea febris est, uel facta. Siquidem fiens, eius causa efficiens putredo est. Sin facta, eius causa, putredo fuit. semper ergo eius causam putredinem esse concluditur. Et quoniam ibi de fiente loquitur. Idcircò absq; distinctione Galenus subdit ⁏ Si febris est, ergo putredo est. ⁏ quam priùs abscindere oportet, deinceps ad eam peruenire, quæ facta quidem est. At si putrida non est, quæ igitur febris erit? Cum non diaria, quoniam nec à spirituum, neq; à sanguinis feruore suum exordium sumpserit. Multoq; minus hectica, cum habitualis non sit. Reliquum est igitur eam adhuc putridam nuncupare. Cuius potè causa putredo iam, ad cor usq; ascendens, extitit. Verùm enimuerò exquisitiùs peregrinaq; mente contemplantibus, non ne idem numero calor offeretur? qui diarius, putridus, & hecticus, ob diuersas causas nuncupandus ueniet? Idem nanq; priùs naturalis insitus'ue existens, in igneum deinceps (iuxtà Galeni dogmata) conuersus: Si quidem à spirituum feruore initium assumpserit,

Corollarium primum.
Contra Cardanum.
g .11. meth. cap. 9. in fine: & prædictum antea in argumentis ante oppositum 12.
h ibidem .s. 11. meth. cap. 4. & x. & alibi etiam innuit ut supra fo. 47. lin. 3.
i 11. meth. cap. 10.
Nota.

assumpserit, diarius: Sin humorum putrèdo superueniens eum foueat, in putridum conuertetur: Qui deinde usq; adeò progrediens, ut hærenter habitum corporis apprehendat (ueluti Galenus edocuit) hecticus hoc est habitualis nuncupabitur. Cur igitur non eandẽ remansisse febrem chimæriZant? Adeò ut nonnullos audiuerimus perindè conuictos, ut hecticam febrem esse quæ remanserit (quia.s.facta est) impudenter assererent: minimè ad uertentes, tantùm ab hectica distare, ut sæpenumerò (absq; medici munere) ab ipsamet natura sponte q; primùm dempta putredine delitescat. Interdum uerò ne in hecticam (ob corporis fortasse promptitudinem, aptamq; dispositionem) labatur, semota iam putredine, ad partem febris factam refrigerantibus occurrere medicus debet. Ex quo nõ simul utraq; intentio (prout ineptè declarant) sed successiuè habenda est: priùs s.tempore causam præcedentem abscindere (cuius ablatio futuræ partis præuisio est) dein uerò futuram febris partem refrigerantibus extinguere. Nisi febris adeò uehemẽs sit, ut neglecta interdum causæ intentione, ipsi febri (pro uirtutis temperamentiue conseruatione) intendendum quopiam temporis interuallo sit. donec uidelicet uirtute robustiore iam reddita, ipsoq; temperamento à nimio excessu mediocritatem uersùs recedente: ad regularem curationem reuertamur: Quam quidem à causæ peremptione initium sumere certum est. Quas obres & aliud quoq; delirium esse patet, residuam.s febris partem symptoma esse. Cum nullus morbus assignari queat, cuius id symptoma sit: nullusq; adeò rudis existat, ut remota causa et morbo, symptoma remanere proferat. Quippè unà cum ipso morbo tanq; causa symptomatum proculdubiò continente omnia symptomata q; primùm tolli Galenus, [l] uniuersaq; medicorum academia reclamat. Nec minus cum febris putridæ immediatam causam putredinem esse prædictum iam sit, non putridos humores, aut uapores: [1] Hi.n.intercedente mediaq; existente (qua infecti sunt) putredine, febris causæ sunt: Quorundam [2] sententiam falsam esse liquet: qui Carybdim euitare cupientes in Scillam inciderunt, fumos uaporesq; à putridis humoribus eleuatos non putridæ febris, at diariæ causam esse. Cum Galenus uapores quidem fuligines'ue acres, ex superfluis acribus, haudquaq; uerò putridis febrẽ diariam in constrictionibus generare ostenderit. [m] Quemadmodùm si uaporosum & optimũ quod effluit, extiterit: in plethoricam corpus dispositionem incidere consueuit. Cui uerò cutis astricta est: cum priùs acriores superfluitates per eam euaporarent: post q; retentæ sunt, & coaceruatæ, incidit in febrem (intellige diariam) nulla interueniente humorum putredine. Quin si humorum putredo sit, quæ tamen ad cor minimè ascendat, quia nec humoris aliqua portio, neq; fuligines uapores'ue ad ipsum peruenerint, ephemera diariáue adhuc febris, non putrida gignetur. Quemadmodum ex bubonibus fieri contingit. in ijs .n.conclusus in inflammato adene succus cõcalefacit semper partes (Galeno met enarrãte [n]) continuas, donec usq; ad cor calor febrilis attingit. Non peruenit autem ad ipsum putrida fuligo. Sed ibidem permanet in loco inguinis circumscripta, sola alteratione per continuum facta, usq; ad cor perueniente calore. E quibus quidem Galeni dogmatibus apertissimè (si recte perlibrarimus) elicitur, quotiès putrida fuligo ad cor ipsum penetrarit, minimè uel in bubonibus, uel in alia quauis parte retenta, putridam proculdubiò, non ephemeram gignitura perueniret. Quam tamen haud quia uapor, fuligóue, sed ob inditam sibi putredinem induceret. Cumq; putredinem ipsam immediatam febris putridæ causam posuerimus,

k. p[i]. de differẽtiis febriũ cap. 7.

Contra eundẽ Cardanũ & Gentilem.

Cor[m] 2[m]. Cõtra Carda.

l. 2. meth. cap. 3. 12. eiusdem p[o].

Cor[m] 3[m].

1 Contra Conciliatorẽ, Gentilem, Valeriolam, Montuũ, & alios multos.

2 Cõtram Fuchsiũ & Musam.

m. primi de differentiis febrium cap. 3. & 5.

n. ibidẽ p[i]. de diferẽtiis febr. cap. 5. post principiũ.

Cor[m]. 4[m].

fuerimus, etiam si humores omnes educti sint, remanentibus tamen uaporibus, putridisq; fuliginibus, non eductam esse causam, at remansisse (cum putredo adhuc perduret) proferendum esse patet. Haudquaq; ergo (ut quidã uolunt) intelligendum est, ꝙ remotis humoribus putridis, ablatã fuisse causam Galenus uoluerit, remanẽte nihilominus putrida fuligine: ratione cuius ad febrem deueniendum fore, dempta causa, præceperit. Etenim persistente adhuc fuligine, uaporibusq; putridis, causam adhuc persistere, minimè uerò ablatam esse, Galeni sententia, opinandum est. Qũm ergo ait, Semota causa putredineue ad febris intentionem perueniendum esse: Expurgatis omnibus uaporibus fuliginibusq;, nedum putridis humoribus, intellexit. Adeò ut tota penitùs putredo euanuerit. Quà nihilominùs euanescente, calidam intemperiem, adeò intensam, ut functiones adhuc impediat, ac per hoc febris essentiam, nomenq; retineat, curandam remansisse nõnunq; uoluit. Qui tamen inficias non iret adeò imbecillem aliquandò eam, amota putredine, caliditatem superesse, ut morbus non sit, at uel neutralitas, uel sub sanitatis latitudine inclusa. Quamobrẽ semota putredine medicus à secunda intentione liberatur. Id quod cum perpetuum nõ sit, cõtinentis causæ definitionem exquisitè captam nõ meretur. Quod autem aliqui dicere cõsueuerũt, calorem .s. putridum febris cõiunctam causam esse, ut falsissimum quidem omittendum est: si de calore putrido in corde, ac membris accẽso intelligatur. Cum ipsa met febris essentia calor putridus existat: nisi calorem putridum pro ipsa putredine in humoribus ac ipsis uaporibus accensa, quæ causa caloris febrilis est in corde ac membris existentis, intellexerimus. Febris .n. in humoribus dici nequit: Cum impossibile sit sanitatẽ, aut morbũ fieri carentibus uita. Prout aliàs lõgiori processu declarabimus. Equibus omnibus quorundam argumentum imperfectum esse constat. quia .s. nõ morbus, nec symptoma humor putridus sit, ergo causa (id quod hucusq; nullus abnegat) cum uerò causa sit, morbóq; immediatùs ac proximè inhærens, ergo continens causa dicenda est. Nisi penès alteram Auicennæ definitionem continens cõiunctáue causa definiatur. Demùm ut receptui canamus ineptissima nõnullorum responsio est, telum aut spinam unà cum Introductorij authore, pariterq; putredinem continentes causas esse contendentium, qùm uidelicet aiunt causas esse illius uel solutionis uel alterationis quæ fit, nõ autem quæ facta est. Idcircò illis ablatis tum solutio, tùm alteratio quæ fiunt euestigiò cessant. Solutio nanq; dum fit, pariterq; alteratio non morbi, sed passiones sunt: quarum dari continentem causam nullus est qui unq; abnegarit. Et hæc satis superq; de continente coniunctáue causa dicta iam sint: ut phlegmones, atq; aliorum præternaturalium tumorum causæ tam externæ præincipientes ue, q; internæ, quæq; præcedentes, & quæ coniunctæ sunt innotescant. QVAE in tantùm repetita nunc sunt, pro ijs quæ in primo libro prædicta generatim sunt enarratione, ad quæ redire præcipit eum, qui quæ in hoc libro declarãda sunt auditurus est. Quæ inq; prædicta sunt de uocatis apostematibus, eorumq; speciebus, reseruata interim, de uniuersali eorum curatione, curãdiue methodo, repetitione. Quam quidem aptiùs deinceps, o ubi de phlegmones curatione sermo incidet, in memoriam reducẽdam, insimulq; enucleandam reseruauimus. HIS ergo sic repetitis, exacteq; trutinatis, de apostematibus inq;, eorumq; speciebus, sermone uniuersali, ad particularia permigremus, iuxta cõmune tùm philosophorum, tùm medicorum omnium axioma, ab uniuersalibus uidelicet ad particularia, (quemadmodum

Contra Valeriolam.

Contra Mõtuũ ut sibi Fuchsius atribuit.

Cor^m. 5^m. Contra Valeriolam.

Cor^m. 6^m. Contra Montuum.

o. in principio capitis tertii.

admodum ab initio statim[p] præsupposuimus) perpetuò procedendum. Quaquidem ordien
di norma neq; hìc oblitus est Princeps. Etenim sermoni, quem de apostematibus speciatim
habiturus est, caput hoc quodãmodo generale præmisit. in quo quidem apostematis, & pu
stulæ seu bothor diuisiones exprimantur. VISA igitur horum essentia, nedùm uarijs,
apud græcos, & latinos, atq; etiam arabes nominibus (iuxta Galeni [q] quoq; à Platone
desumptũ præceptũ: Nõ ad diuidendũ modò quoduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis esse
inchoandũ censente, sed ẽt in omni disqrenda re eiusmodi semper principio utendum) Ad
primã, generalioreq; diuisionẽ interpretandã accedẽs, unà cum ipso Arabum Principe

p. in principio huius commẽti.

Huius libri ordo.

q. p[i]. meth. cap. 3. uersus finem.

10 DICO quòd omne apostema, & pustula, bothorúe, aut est calidum, aut non calidum.

COMMENTVM SECVNDVM.

PLVRIMAS quidem apostematis diuisiones in primo libro
(ad quem nos pro uniuersali horum cognitione remisit[a]) inue=
nimus. Quas anteà[b] cunctas, breui quodam compendio ad me
moriam, ipsomet ex Principe, reduximus. Sat ergo tibi fuẽ
rit aliqua hinc folia reuoluere: atq; iterùm quæ nos de apostema
tibus ex primo libro enarrauimus, perpendere. Quibus pro=
fectò, currentibus ferè oculis, ad memoriæ thesaurum reuoca=
20 tis, hùc euestigiò reuertere. Vbi rursus alio quidem calle incedentes (quemadmodum an
teà promisimus[c]) eadem repetere tempestiuum fore arbitrati sumus. Per diuisiones inq;
species omnes uestigando, ne frustrà ad primum librum regressi fuerimus. Ad quem ideò
reuertendum primò uoluit: Quoniam de apostematibus eorumq; speciebus generali sermo=
ne determinauerat. Prima igitur diuisio ex Principe tunc penès magnitudinem præassum
pta est. Quòd scilicet uel magnus tumor effatuq; dignus est, uel paruus. Siquidem ma=
gnus, apostema: sin uerò paruus, Bothor, latinè pustula, seu eminentia ab ipso quoq;
nuncupatur. Itaq; hanc pariter distinctionem hìc ab ipso statim sermonis exordio, ueluti
primam, non immeritò supponens, artificiosè admodùm, appositeq; ipsius utrũq; membrũ,
apostema uidelicet ac bothor penès eorũ temperamenta subdiuidit. Magnus enim tumor
30 (quod simpliciter apostema, uel Bothor etiam magnum dici posse uoluit) aut calidus, aut
non calidus est. Paruus itidem (quod simpliciter Bothor, pustulam'ue seu eminentiam,
aut paruum apostema nuncupandum propriè loquentibus insinuat) uel calidus uel non
calidus existit. Quoniam uerò ex triplici morborum genere compositum esse hunc morbũ
anteà quoq;[d] declarauimus. ideò substantiales differentiæ (quas ubiq; præ cæteris consi=
derandas esse, tanq; maximè proprias, ac principales, neglectis ijs, quæ ex accidenti ca
piuntur, Galenus peritè admodum edocuit[e]) non ex ipsa duntaxat tumoris magnitudine,
uerùm & intemperie, nec non continui solutione sumendæ proculdubiò sunt. Quamobrẽ
& Prima, quæ ex iam dicta tumoris, apostematis'ue magnitudine describitur, & Secun
da quæ ipsius etiam ex intemperie selecta est, non temerè ut substantiales differentiæ, in
40 hoc generali capite, præpositæ iam sunt. Nec tertiam postergasse autumabimus: Cum
eam sub prima includi, semoto liuore, intelligere possimus. In magno enim, maior: uelut
in paruo

a. textu præce=denti.

b. fo 22.31.32. 33. in prin.

c. cõ. præcedẽti fo. 33. in prin.

d. com. præcedẽti fo. 18.19.

e. p[i]. de differentiis febrium cap. p[o]. in principio.

in paruo, minor continui Segregatio magna ex parte supponitur. AEquè ac in secunda quoq; sic intelligi posse ostendemus. Vt quò calidius, aut frigidius apostema, Bothor'ue existit, eò maior unitatis dissolutio generetur. Etenim in omnibus apostematibus, tumoribus'ue continui dissolutio (ipsomet Principe [f] declarante) est. Nullum enim (inquit) Apostema accidit, Nisi proculdubiò continuitas soluatur: propterea quòd effunduntur materiæ superfluæ ad membrum apostemátum, & inter partes penetrant ipsius, quiescuntq; separando eas abinuicem, ita ut sibi ipsis loca capiant. Equibus quidem Auicennæ uerbis quod suprà dicebamus [g] exquisitè indagantibus apertius fiet: Cur. s. tam ipse q; cæteri arabes tumores penè omnes apostematis abscessus'ue nomine dignati sunt. Nam in omnibus, quicunq; sint, aliquis unitarum partium abscessus fit, uel manifestus quidem (ut in ueris græcorum apostematibus) uel saltem abditus, rationeq; omninò perceptus. Perindè ut in phlegmone, herpete, erysipelate, cæterisq; id genus ex materia membro duntaxat inspersa originem nactis tumoribus, comprehendi potest. Quemadmodum igitur in omnibus, uel manifesta, uel occulta continuarum, atq; contiguarum quoq; partium dissolutio, segregatioq;, cùm intemperiei, tùm inspersi humoris ratione, fit: ita & manifestus, uel abditus earundem solutarum partium, segregatarumq; abscessus generatur. Adeò ut non temerè cuncti præternaturam ex materia geniti tumores, apostematis nomine demonstrari queant. De qua tamen re iterùm deinceps cũ omnium præternaturalium tumorum catalogus fiet, clariùs, ac distinctiùs loquemur. Verùm de Apostematis, ac Bothor diuisionibus in præsenti contextu ab Auicenna positis hactenùs dictum sit. PRAETER has autem plures ex primo libro, ad quem reuersi iam fuimus, distinctiones (è quibus uariæ species declarari possunt) collegimus. [h] Quas quidem ad tres & triginta numero priùs, perspicuitatis quidem gratià, ipsius interim ordine reseruato, reducemus. Dein uerò ad quinq; differentiarum radices methodicè conuertemus. PRIMA igitur, ibi quoq; [i] præassumpta, quam hìc ab initio confertim supposuit, ex magnitudine uidelicet selecta est. Quam non temerè primo semper loco collocandam fore arbitramur. Quoniam & si ex tribus morborum generibus compositus hic affectus est: Nihilominùs tamen primum, ac proprium eius esse substantiáue est ut sit tumor præter naturam. Itaq; à græcis ὄγκος, quod est tumor, appellatur: in quo partes (Galeni [k] dogmate) à naturali habitu in quantitate recesserunt. Protinùs ergo sequitur ut excessus ille in quantitate factus: in longitudine uidelicet, latitudine, ac profunditate (ipsius etiam Galeni sententia [l]) uel in multa quantitate, uel pauca sit. Sicq; aut magnus, aut paruus tumor apostemáue dicatur. Quoniã uerò in quantitate partes excedere nequirent: ni quæpiam substantia materiáue, quæcunq; sit, ad eas aceruetur: Hæc autem uel calida, uel frigida est, seu humida, aut sicca, uel ex ijs composita: Idcircò & intemperiem consequi necessum est. Præterea cum defluẽs ea substantia locum sibi, penetrando, spatiumq; aut abditum, aut omnibus manifestũ (ueluti iam iam prædiximus [m]) efficiat: pariter uel occultè, uel manifestè partes abscedere, atq; abinuicem distare opus est. Quamobrem solutio quoq; continui necessariò annectitur. Adeò ut perbellè omnis generis morbos apostema complexum esse non semel præassumptũ sit. Hoc nihilominùs interim perpenso, quod anteà pertransiuimus. Quanuis. s. ex tribus morborum generibus apostema compositum sit: haudquaq; tamen semper ratione omnium

trium

f 2a. pi. doc. pa. cap. 5. post. prin.

Corm.

g. com. primo fo. 18. & 19.

Apostema secundum arabes cur largè sumptum.

infra fo.

h. 2a. pi. doc. pa. cap. 5.

Distinctio pa.

i. ibidem

k. 13. meth. circa principia.

l. lib. de tumo. præter naturã in principio.

m. Paulo ante, in hoc commento.

Nota.

trium ijsdem functionibus officere. At satis interdùm esse intemperiei munere naturalibus, aut ipsis etiam aliquandò sensitiuis: quibus continui dissolutio, præsertim dolorem induces, obesse consueuit: tumoris autem, uel deprauati situs causà, motiuis, præcipueq; si in artubus existat. Sicq; uarijs operationibus, pro diuersa morborum in se contentorum natura, officere apostema inuenietur. Id quod multam quoq;, penès affectarum partium diuersa munera, uarietatem recipere potest. Vt in omnibus perpendere singulatim, quæ dicenda sunt, licet. QVOD si ex Galeno [n] fortassis obijcere quispiam uelit, non ex tribus semper morbis compositum apostema. Etenim phlegmone, apostema (iuxtà omnium Arabum, nedùm Principis decreta) est: Verùmtamen absq; tumore, qui functiones lædat, non nunq; esse potest. Quo posito, ex duobus duntaxat morbis compositum apostema fuerit. Inquit.n.Galenus, [o] de compositis aliquando morbis ex proposito sermonem habens. Exulcerata igitur atq; unà inflammata membra tripliciter naturæ modum egrediuntur. [1] Cũ ob ulcus quidem unitatem suarum partiũ amittant: [2] ob inflammationem uerò calidiora, atq; humidiora reddantur, plùs q̃; naturalis exigit habitus. [3] Deniq; qui in ipsis est tumor, si ad tantam magnitudinem attollitur, ut ob hoc ipsum operationem impediat: tunc iam morbus est existimandus: Quòd si membrum ex hoc nullam patiatur in operatione læsionem: symptoma casus'ue tantummodò, & passio: ueluti & dolor. E quibus quidem Galeni uerbis patet, in ipsa etiam phlegmone, posse interdum tumorem fieri, qui morbus non sit. Præsertim q̃a (ut subdit) phlegmonẽ eo ĩ loco appellat, nõ, ut antiq cõsueuerũt, quẽdã ueluti feruorẽ ĩ corporis partibus accẽsum, sed rubescẽtem, ac renitentẽ, dolorificũq; tumorẽ. Vt erysipelata carbones &c. Quæ q̃dẽ sentẽtia sic posita nõ ueritati modò, Auicẽnæq;, sed ipsi ẽt Galeno aduersaretur: Dũ libro de tumoribus præternaturã, & propriè, speciatimq; dictã phlegmonen, & erysipelas, herpetẽq;, ac alios deniq; plurimos tumores præternaturã declarat. Quos tamẽ dici præter naturã tunc uoluit, [p] quãdo functiõibus officiũt. Aliter enim dici præter naturã nõ posse insinuat. Quãobrẽ si phlegmõe, erysipelas'ue aliquã partẽ occuparit, utrũq; aũt tumor præternaturã ubiq; à Galeno supponitur. Ergo proculdubiò tùm phlegmones, tùm erysipelatis tumor morbus est. Atq; idipsum omni penitùs abiecto scrupulo uerum esse arbitror. Quòd autem alibì [q] Galenus distinctione usus fuerit: si actiones tumor impediat, morbum esse: sin minùs offendat, symptoma casum'ue nuncupandum, asserens: siquidem Galeni mentem exquisitè perlibrarimus, minimè suo dogmati, aut ueritati repugnare cognoscemus. Etenim haud uult Galenus ibi phlegmonen, absq; tumore morbo existente, fieri aliquãdò posse. Verùm quia loquutus quidem priùs fuerat de ulceratis: quæ unà & inflammata præter ulcus sint. Inflammatio autem genus ad febrem quoq;, ac excedentem caliditatem est (prout infra [r] loco proprio demonstrabimus) Ideò phlegmonen pati (græcè φλεγμαίνειν) dicere possumus, etiam si nullus tumor insit: multóq; magis si fieri tumor inceperit. Dum ergo in ipso (ut ita dixerim) fieri tumor adhuc est, quemadmodum & caliditas, alijq; omnes affectus, non morbus, at passio est, perindè ut anteà [s] quoq; latiùs ostendimus. tumq; actiones minimè offendit. Quo pacto & Galenum intellexisse crediderim, donec scilicet fiens adhuc, non tamen factus tumor est. Quemadmodum uerò fiens hic tumor (qui uidelicet nil adhuc factũ, functiones impediẽs, præseferre queat) morbus dici nõ põt: Ita nec factus præter naturã est, sed fiens. Quãobrẽ neq; phlegmone specialiter

Obiectio.

n. libr. de morb. diff. cap. 12. prope medium.

An apostema sit Morbus cõpositus ex tribus.

o. ubi supra statĩ

Galeni contradictio.

p. cap. p[o] post medium. & 14. meth. cap. 14.

Solutio obiectionis, & cõtradictionis.

q. lib. de morb. differẽtiis ca. 12.

r. cap. 2. cõ. 6.

s. com p[o]. in quæstione de causa cõiuncta fo. 45. usque ad 50.

t, libr. de morb. diff. cap. 12. circa medium.

appellari debet, sed fiẽs. Itaq; subdẽs illa uerba Galenus [t] {in hoc aũt loco inflãmationẽ seu phlegmonẽ appellamus, nõ ut antiqui cõsueuerũt, quẽdã ueluti feruorẽ, &c.} se de uera, speciali q; phlegmone intelligere specificat: In qua & uerus tumor, actionibus necessariò noxã inferẽs, est: ratione cuius anteà distinctionẽ tumoris proposuerat. Qua etiã de causa rubescẽtẽ ac renitẽtem, dolorificũq; tumorẽ uelle adiũxit, ubi expressẽ actionis læsionẽ sub renitẽti nec nõ dolorifico intellexit. Tumor. n. q̃ tangẽti renititur quãdã in altũ factã tẽsionẽ, ipsa ẽt in cuti produxit. Adeò ut hæc mẽbri, artus'ue flexioni aut tẽsioni minimẽ (q̃ a. s. tẽsa est) cõsentiẽs illius motũ ĩpediat. quãobrẽ pars ipsa, ut cõgruẽs, integrũq; foret, suo fungi offitio nõ poterit. Vt. V. g. in manu apprehẽsio, ĩ pede uerò incessus lædatur. præsertimq; si musculos tumor, q̃cũq; sit, apprehẽdat, lõgẽq; magis, qùm tẽdones, aut neruos occuparit. In q̃bus nõ mouendi modò actionẽ, sed ipsius ẽt sensitiuæ uis trãsitũ impediat. Dolor aũt actio læsa (ut infrà quoq; declarabimus [u]) est: quã cõtinui diuortiũ, ipsáq; intẽperies hoc ẽt (ut uidebimus [x]) medio peperit. Galenus uerò, de cõpositis morbis loquẽs, ulceri phlegmonẽ cõiunxit: quoniã omnib9 pernotos morbos ad cõpositionẽ capere decreuit: & si uel una perse sumpta phlegmone tria morborũ genera cõtineat. Omnia igitur (ait [y]) quæ simul inflãmata, atq; ulcerata sunt, corpora tres q̃dẽ necessariò (intẽperiẽ uidelicet, cõtinui solutionẽ, atq; ipsum ẽt tumorẽ) nõnunq̃ uerò & quatuor ægritudines (præter hæc. s. tria, dolorẽ quoq; functiones impediẽtem) patiuntur. Omissa ergo philoxeni pertinacia, quẽlibet tumorẽ præternaturã, nedũ phlegmonẽ (quatenùs tumor præternaturã est) operationes offendere pronũtiabimus. Quasobres nõ temerè Galenus ipse subdit. [z] Oẽs hmõi ægritudines (hoc est erysipelata, carbones, cãcri, atq; herpetes, de q̃bus iam anteà meminerat) etiã si ulcere uacẽt, cõpositæ sunt. Vna q̃dẽ ratione, quoniam oẽs à superfluo humore, siue calido, siue frigido, procreantur. A flaua quidem bile, erysipelas: ab atra uerò, cancer: à sanguine autem, inflammatio: à pituita, œdema, laxus'ue tumor. &c. Nam si rectè hunc primum compositionis modum perceperis: tumorem (uelis, nolis) morbum, in erysipelate confiteri cogeris. Siquidem ideò compositus id morbus est: quoniam uidelicet & intemperiem, & ab humore factum præternaturam tumorem, absq; ulcere, comprehendit. Adeò ut appositè in sua definitione generis loco tumorem recipiat, tumorq; tam ipse, q̃ alij huiuscemodi affectus nuncupentur. Huiuscemodi inq̃ affectus, qui ab exundanti, atq; in unum collecto simulq; in tumorem attollente humore suæ generationis originem assumunt. Fieri .n. à sola intemperie tumorem (uel Galeni [a] pluribus quidẽ rationibus, experimentisq; comprobantis testimonio) impossibile est. Intelligimus uerò tumorem hìc ĩ longũ, latũ, & profundũ factã quantitatis uel sẽsui occultã excrescentiã: quæ cõtinentem quoq; causam, subinclusos uidelicet hũores necessariò cõprehẽdat. Ad nos igitur cõuersi dicamus, omne apostema, ẽt secundũ arabes sumptum, necessariò ex tribus morborum generibus compositum esse: Quorum quodlibet alicui functioni officiet. Adeò ut illa etiam continui disgregatio: quam abditam esse aliquandò confitemur, uel dolorẽ inducẽs, uel sensum quẽpiã obtũdẽs, imminuẽsq;, aut penitus destruẽs (ut ĩ oculi cornea, nec nõ auris mẽbrana cõsiderari perfacilè põt) uel saltẽ ipsius tẽperamẽti, partiũ (penès Galeni decretũ) essentiæ cõtinuitatẽ impediẽs, proculdubiò singula exq̃sitè perlibrãtibus offendere uidebitur. QVIBVS omnibus nec illud refragari certũ est: quoniã s. in iecinoris etiã, seu cuiusuis alterius uisceris substãtia, nedũ in crure, scirrhus in principiò: atq; etiã incremento perindè

u. com. ultimo
x. ibidem.
y. ibidẽ, statim.
z. ibidẽ, statim.
a. libr. de tumo. præter naturam. cap. 2.

Quòd solutio cõtinui in apostematibus sẽper sit morb9.

Obiectiõis solutio.

perindè occultus aliquãdò sit, ut neutiq; ab ægroto, minusq; à medico (Galeni [b] testimonio) percipiatur: aut Saltem functionibus apertè nõ obsit. Morbus enim est, idẽ, non dico specie, sed numero: Qui, posteà ad uigorẽ accedẽs propalari cõsueuit, effatu dignũ corpori nocumẽtũ inducens: ut etiã si corpus ritè gubernatũ inde lædi nõ sic appareat: Alicui nihilominùs inordinato regimini occurrẽs, confertim quantùm lædatur, læsumq; ab affectu sit præseferat. Quem in modũ & epilepsiã, & apoplexiã, aliosq; plures morbos, circa initia quidẽ & propriæ generationis tempus, occultari Galenus admiserat. Cruris ergo scirrhus à Galeno [c] relatus in principio, nec nõ incremẽto latens ferè fuerat: nullamq; tribus, aut quatuor interdũ annis manifestã læsionẽ inducẽs; quoniã .s. incessum minimè impedisset, haudquaq; tamen ob id morbi nomen amittit. Etenim & si cruris incessum apertè non offenderet, illius tamẽ partis, in qua scirrhus consisteret, sensum proculdubiò lædebat: fortassisq; nõ sic ad longũ iter protendere, quemadmodũ anteà sine tali scirrho potuerat. Cuius affectæ partis tumor præter naturã morbus est: Quanq; corpus totũ sanũ aliquando uideatur. HIS deniq; pro apostematis iterũ essentia, nec nõ prima distinctione, hactenùs prælibata iam sint. A quibus ad secundã digredi tẽpestiuũ est. Etenim quia ex triplici morborũ genere cõpositũ esse apostema, & Bothor nõ semel ostendimus: [d] intemperie inq;, uitiata cõpositione, ac unitatis disgregatione: Organicorũ uerò cõpositio multiplex est: Formatio uidelicet (quæ rursus in figurã, uiam, & receptaculũ, nec nõ asperã lenem'ue superficiẽ diuiditur) magnitudo quoq;, situs, & numerus. Ea propter cõplures assignari differentiæ possunt. Prout uel omnia, uel plura ad organicã naturã pertinẽtia uitiantur. Interdũ nanq; numerus, nõnunq; uerò ipsa etiã exterior magnitudo, aut figura minimè (quod sensu dignosci queat) deprauatur: Vel saltẽ nõ adeò, ut functionibus obesse ualeat. Quatenùs igitur ex horũ pluribus, aut paucioribus cõpositũ apostema est: ita uariæ possunt tumorũ, apostematum'ue differẽtiæ cõsiderari. Quam quidẽ secundã distinctionẽ: et si expressam ab ipso Principe nõ legimus: Ex eius tamen uerbis, atq; sententia facillimè (ut patet) elicere possumùs. Idcircò & anteà [e] quoq; nos eam, Principis uerba repetendo, elegimus. Nec obstare quidẽ nobis ipsius Principis uerba possunt. Cũ exteriorẽ magnitudinẽ, figuramq; aliquãdò, minimè, quod sensu dignosci queat, deprauari pronũtiarimus. Ipse autẽ in uniuersum protulerit, [f] nullũ fieri apostema, quin cũ eo proueniat læsio in figura, & in dimẽsione. Quanuis enim id perpetuò uerũ esse cõcederetur. Attamen insimul stare poterit: semper .s. magnitudinẽ ac figurã in apostemate uitiari, ac sæpè nõ adeò ut operationes offendãt, deprauari. At eò magis id uerũ esse cõfitebimur. Cũ nõ semper sed maxima ex parte Principis dictũ uerificari cõcedamus. præter id .n. quod magnitudo usq; adeò uitiari potest, nõ deprauata quadãtenùs figura, ut operationes offendat, quæmadmodũ antea [n] iam ex Galeno prædiximus: Fieri quoq; in penitioribus nõnunq; ipsius ossis partibus abscessum impossibile nõ est. Quin experimẽto, in ijs quae Gallico morbo affecti sunt, cõprobauimus. Vbi ob aliquarũ intrinsecarũ partiũ putrefactionẽ: simulq; cauernarũ, anfractuũq; aliquo penetrãte humore factã repletionẽ, extremæ ossis partes integræ adhuc, uiuentesq; ab inuicem discriminatæ abscedunt. superficialibus interim, squamosisq; ipsius eiusdem ossis partibus nihil, ob duritiem, & densitatem, præternaturalis affectus, extraneorumq; succorum participantibus. Quo quidem in casu exterior, euidensq; ossis magnitudo, nedùm figura neutiquàm, quòd sensu dignosci queat, deprauatur. Nibilominùs

b. libr. de totius morbi temporibus cap. 4.

c. ubi supra.

Distinctio 2a.

d. in hoc cõm. & præcedenti.

e. com. pe. fo. 18

f. 2a. p. doc. pa cap. 5. post principia.

Obiectionis solutio.

n. com. præcedẽti fo. 51. in declaratiõe causæ coniunctæ magnitudinis ex Galeno libro de morborum differentiis, cap. 9.

Nota.

minùs tamen præternaturã tumor dici, apud medicos, debet Quoniã moles illa, trinaq; ossis dimẽsio præternaturã (ob infartos succos, interiora ossis corrũpentes, anfractusq; interim replẽtes, nec nõ quaspiã partes abscedere cogẽtes) facta iã est. Quas ob res uerũ uniuersaliter est nullũ apostema esse, quin proueniat læsio in dimẽsione, hoc est in ipsa corporis mole, ac (ut dicere cõsueuerũt) corporeitate interioriq; magnitudine. Idipsum ergo est, quod suprà [g] ẽt insinuare uoluimus, quùm satis esse diximus ꝙ ĩ penitioribus ossiũ partibus tumor, moles'ue præter naturã existat. Verùm de his usq; adeò pro secũda Principis distinctiõe dictũ sit. Ad tertiã igitur pertrãsire operæ pretiũ est. Quoniã. s. uel in mollibus mẽbris, ut cerebro: uel duris, ut ossibus: uel medijs, apostema procreari cõtingit. Quæ qdẽ penès affectã sedẽ distinctio capta est. Nos aũt plura tã de cerebro, q̃ de ossibus: atq; deinceps de ipso ẽt corde: An. s. apostemate quouis modo sumpto uexari queãt: uberiùs præcedẽti cõmẽto [h] disputauimus. Quibus oĩbus (ut opportunũ fore arbitramur) in memoriã reuocatis, Ad quartã apostematũ diuisionẽ accedito. Quæ qdẽ ostẽdit apostema, uel ab euidẽti exterioríue causa originẽ ducere, uel ab ipsa corporis abũdantia: ut defluxui dũtaxat, nõ exteriori causæ acceptum referat. Atq; hãc pariter è causis exceptã distinctionẽ fusiùs anteà [i] ex Galeni ẽt dogmate demõstrauimus. Quẽadmodũ & eã quæ seq̃tur, ab ijs quæ sibi fortè fortunà & per accidẽs (ut dicitur) ipsi, uel suæ causæ cõtingũt, electã: ipsius met ex Principis uerbis declarauimus. [k] Quoniã. s. uel à causa, quæ alijs priùs humoribus, & qdẽ bonis, huius prauitatẽ obtundẽtibus admista fuerat: Quibus tamen aliquo modo eductis sæuitas, nocumẽtũq; elucescat. Vel per se atq; impermista ab initio cõfertim existẽs: à natura nihilominùs, ob sui paucitatẽ, regulata deinde, uel attracta, uel impulsa tumorẽ apostemáue gignitura, quẽpiã ad locũ defluxit. A quà euestigiò sextã affectæ sedi cõgruã elicere possumus. Quia uel ad cutim exterioraq; tã apostemata, q̃ Bothor declinãt: uel (sub intellige) cõtrà, ad uiscera uidelicet, partesq; abditas uergũt. Quibus porrò sex distinctionibus in prima illius capitis parte [l] (in tres. n anteà [m] quoq; caput ipsum facilioris memoriæ gratià segregauimus) exq̃sitè perpẽsis: septimã in secunda eiusdẽ parte, præ cæteris (ipso ẽt Principe docẽte) cõsiderandã ĩ præsens examẽ reducamus. Quæ à causis quoq; desumpta ẽ. Aut. n. ex sanguine, aut bili, uel pituita, uel melãcholico humore, seu aquositate, seu flatuoso demùm spiritu genitũ apostema tumor'ue est. Vel ex horũ duobus, tribus'ue, aut pluribus quoq; permistis cõpositum est. Ad hæc enim sex causarũ genera cũcta reducẽda fore, ĩ præcedẽtibus [n] quoq; declarauimus. Quãobrẽ & ipsius exẽplar, atq; author Galenus inq̃t. [o] Omniũ tumorum qui prætenaturã sunt uarietas, ex eius quod influit natura, enascitur. Vbi. n. flatulenta materia copiosior accessit: flatuosi magis tumores fiũt: Phlegmonosi uerò, ubi sanguis: Sicut erysipelatosi, ubi flaua bilis: Et œdematosi magis, ubi pituita: Similiter scirrhosi, ubi uel crassus, uel uehementer lentus humor est, qui parti est infixus. Hæc insimul eodem loco Galenus ait. Qui tamen aquosos etiam tumores alibi: [p] ut hydrocelẽ, quùm uidelicet aquosus humor ĩ tunicis, quæ circa testiculũ sũt, aggregatur: atq; ipsam ascitin, [q] aquæ intercutis speciem, adiunxit. Adeò ut sex causarum genera apud ipsum quoq; Galenum sint, præter solidas substantias, atq; etiam animalcula, quæ ad horum aliquod reducenda fore (si lubet) saltem quò ad eorũ initia prædiximus [r] (ubi. n. humiditates perdurauerint, ad hæc conuerti Galenus [s] asseruit, aut. s. tenuioribus partibus resolutis assiccatas, aut putrefactas.) Quæ nihilominus causæ, pro diuersa inuicem facta cõmistione

g. cõm. præcedẽti fo. 28. line. 5.

Distinctio. 3a.

h. fo. 22. usq; ad 30.

Distinctio 4a.

i. cõm. præcedẽti fo 30. in fine et 31. in prin.

Distinctio 5a.

k. ibidẽ. fo. 31. circa. prin.

Distinctio 6a.

l. 2a. pĩ. doc. pa. cap. 5.

m. com. præcedenti. fo. 31. 32.

Distinctio 7a.

n. com. præcedẽti. fo. 31. linea. 27 usq; ad 32.

o. 13. meth. cap. 4. in prin.

p. libro de. tumo. præter naturã. cap. 18.

q. ibidẽ cap. 20.

r. paulo ante: et com. præcedenti. fo. 31. & uide infra fo.

s. 2. ad glauco. cap. 6.

10

20

30

40

commistione, uarios adhuc tumores gignere consueuerunt: dominantesq́; nomen, ueluti primò subdominantes cognomen semper indiderunt. Vt phlegmonen erysipelaceam, seu erysipelatosam, & œdematosam, aut scirrhosam dicamus: perinde ac erysipelas inflammatū phlegmonosum'ue, aut scirrhosum, nec non œdematosum: Sicq́; de ipso etiam œdemate, ac scirrho proferre ueteres consueuerint. Prout uberiùs infrà[t] rursus ostendemus: Qùm rarò simplicem fieri tumorem apostemáue declarabimus. Nunc autem ut omnes tumores, quos sub apostematis nomine Auicenna comprehendere consueuit, ad hæc sex genera reducere tentemus: atq; unà reliquos ad hæc minimè reducibiles: ut herniarum plures species, aliosq; multos pernouerimus (De qbus quidē, & si, largiùs capto apostematis nomine, apostemata, æquè ac tumores nuncupare proculdubiò possumus: Principi nihilominùs in præsenti libro, de apostematibus inq; pertranctante, nullatenùs meminisse libuit) Galeni tractatum, cui nomen ξ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ξ hoc est ξ De tumoribus præter naturam ξ inditum est, percurrere operæ pretium fore duximus. Vbi unum & sexaginta numero tumores definiens Galenus (quos uidelicet præternaturam esse, ex ipsa functionum læsione, cognouerimus: omissis ijs qui supra naturam aliquandò existentes ipsis etiam sanis cō gruunt) Nullam deniq; præternaturalium tumorum speciem, quæ ibi dicta non sit, reliquisse gloriatur.[u] Quod tamen an uerum sit, quòd. s. omnes tumorum species comprehenderit, expedita eorum, qui in eo quidem tractatu definiti sunt, enarratione (Deo fauente) perscrutabimur. Itaq; tumores à Galeno ijs dicato iam opusculo definiti: quos (nisi error cō putando acciderit) ad unum & sexaginta numero reduximus, hi sunt.

t. com. 13.

Libri de tumoribus præter naturam Expositio.

u. in fine libri.

Primus. Corpulentia
2. Phlegmone.
3. Abscessus calidus.
4. Sinus.
5. Fistula.
6. Abscessus ex solidis, humidis'ue corporibus.
7. Atheroma.
8. Steatoma.
9. Meliceris.
10. Anthrax.
11. Cancer.
12. Gangræna.
13. Sphacelos.
14. Erysipelas.
15. Herpes simpliciter.
16. Herpes esthiomenos.
17. Herpes miliaris.
18. Scirrhus.
19. Ecchymosis.
20. Aneurisma.
21. Oedema.
22. Phagedæna.
23. Vlcus chironiū seu telephiū.
24. Scabies.
25. Lepra.
26. Elephantiasis.
27. Exostosis.
28. Satyriasmus seu priapismus.
29. Achor.
30. Cerion.
31. Myrmecia.
32. Acrochordon.
33. Psydracion.
34. Epinyctis.
35. Dothien.
36. Phyma.
37. Bubon.
38. Phygethlon.
39. Struma.
40. Sarcocele.
41. Hydrocele.
42. Epiplocele.
43. Enterocele.
44. Enteroepiplocele.
45. Cirsocele.
46. Varices.
47. Bubonocele.
48. Exomphalos.
49. Ascites.
50. Timpanites.
51. Anasarca.
52. Epulis.
53. Parulis.
54. Thymos.
55. Vua.
56. Paristhmia.
57. Antiades.
58. Polypus.
59. Encanthis.
60. Vnguis.
61. Staphyloma.

Tumor præter naturam primus Corpulentia.

PRIMVS igitur uniuersalis totius corporis tumor est: quem græcè πολυσαρκίαν dicere possumus, & πολυσωματίαν, aut παχυσαρκίαν, uel παχυσωματίαν, latinè (ut suprà diximus) corpulentiam, aut obesitatem, aut carnium corporis'ue multitudinem, seu crassitiem, talem uidelicet tantamq; ut functiones impediat. Qui uerò sic obesus, crassus'ue, aut pinguis est, παχυσωματώτατος, quasi dicat crassissimi corporis homo, cæteris omissis, appositissimè nuncupari potest. Nonnunq; enim ad tantam homo peruenire magnitudinem, atq; obesitatem solet: ut uix moueri quidem, nedùm exquisitè progredi ualeat. Quemadmodum de nicomacho smyrnæo Galenus idem alibi [x] refert: cuius .s. corpus ad tantam molem increuit, ut loco moueri non posset: Quem tamen aiunt ab Aesculapio curatum. Huiusmodi uerò nõnullas frequentiùs mulieres interdum sic obesas, ut digredi, atq; sine alterius adminiculo à cubiculo uel terra surgere nequirent, agnouimus. Plurimos quoq; uiros nec ingredi sine molestia, nec sedem propter uentris molem (Galeno [y] etiam confirmãte) contingere: sed nec respirare liberè, aut cubantes dormire posse, aut gradus ascendere. Veluti doctissimum & philosophum & theologum magistrum Vitum à Matera demùm euasisse, omnibus qui Neapoli proximis annis studuerunt compertum est. Quem nihilominùs uniuersi corporis præternaturam aliquando factum tumorem, Auicenæ in apostematum catalogo connumerare (ueluti [z] & testium ex pinguedine factam magnitudinem) minimè placuit: Sed inter ea potiùs illum, quæ corporis pulchritudinem offendunt. Quanuis & intemperies, præter ingentem tumorem, frigida & humida (Galeni [a] quoq; decretis) adsit: Nec non quædam contiguarum partium segregatio. Perindè ac sub cute existentem membranam (quam plurimi panniculum carnosum appellant) quantùm à cuti, ob intercedentem adipem, abscedat: in quibus .s. à generationis initio non fuerat; in anatomicis administrationibus liquidò conspeximus. Vltra quampiam, & in ipsa etiam cuti, & in alijs (prout imaginari perfacilè potest) partibus extensionem. Adeò ut non mouẽdi modò functioni, uerùm & pluribus alijs huiuscemodi tumor officiat. Quam obrem & rectè Arabum Princeps ait [b] Pinguedo superflua est impediens corpus à motu, & deambulatione, & operatione, coarctans uenas coarctatione constringente eas: Quarè oppilat spiritui uias suas: quamobrem extinguitur multotiès: [c] Et similiter non peruenit ad cos spiraculum aeris. Quarè corrumpitur propter illud complexio spiritus: & sunt in timore ꝓ expellatur sanguis eorum iterum ad locum constrictum. Quare fortassis findetur uena subitò scissione perniciosa. Et in huiusmodi quidem dispositione, quæ est ante eam, accidunt cõstrictio anhelitus, & pulsus cordis. Et isti quidem expositi sunt morti repentinæ. Et ad summum mors super ultimatos in pinguedine festinat: & propriè illos qui impinguantur in prima ætate: ipsi.n. minores habent uenas & cõstrictas. Et sunt expositi apoplexiæ, & paralysi, & pulsui cordis, & diarrhϾ propter humiditatem ipsorum, & malitiæ anhelitus, & syncopi, & febribus malis, & non tolerant famem, neq; sitim, causà constrictionis meatuum spiritus, & uehementiæ frigoris complexionis, & paucitatis sanguinis, & multitudinis phlegmatis. Et similiter isti non sunt generantes, neq; producentes embrionem. Et sperma ipsorum est paucum (quod .s. concoctum sit, ob caloris imbecillitatem: multum uerò propter humiditatem esse potest: aquosum nihilominus, Galeni [d] etiam documento, ac tenue & infœcundum, uel fœminarum generatiuum.) Et similiter quæ de mulieribus

x. libro de morbo diff cap. 9.

y. 14. meth. cap. 15. in prin.

z. 20. fen. 3. tr. 2. capite. 10.

a. 2. de temperamentis cap. 4. & 14. meth. cap. 15.

b. 7a. 4. tra 4. cap. 5.

c. uide. 2. apho. 44. com.

d. 2. art. med. tex. 55.

» lieribus sunt pingues non concipiunt. Et quùm concipiunt, abortiunt. Et earum appe= » titus (naturalis uidelicet) est debilis. Hæc de obesis quidem Princeps. Quibus deindè tùm ad sanguinis missionem tùm ad purgantis medicamenti exhibitionem, ineptos esse (ob uasorum angustiam) adiunxit. Quis ergo esset, qui excedentem obesitatem inter tumores præter naturam functionibus obstantes non connumeret? Quanuis inter ea quæ pulchritudinem uitiant locasse Principi libuerit. Vbi quidem & plurimos quoq; alios tu= mores proculdubiò præter naturam enarrat. Galenus [e] autem cuius monumenta nunc enucleare proposuimus in præternaturalium tumorum catalogo annumerat. Itaq; talis tu= moris causa materiáue nobis uestiganda (cuius ratione singulos percurrere certum est) re 10 manet. Quì uidelicet scire possimus, an sanguineus, uel pituitosus tumor sit? An ex ys mistus? uel qui uis fortasse alius existat? Ad sanguineum ergo reducẽdum fore opinamur, Cùm si adipis, tùm si carnium exundantia sit. Quanuis coniuncta nunc tumoris causa » uel adeps, uel caro existat. Quod igitur oleosum in sanguine fluxileq; & pingue est (Ga » lenus ait [f]) ubi in frigidum uenerit locum, cogitur: durum tamen ne sic quidem efficitur. » Quadere cõmodè à ueteribus dictum est humidissimam esse adipem: Secundo post eam loco » carnosum genus. Quoniam uerò non omnes horum causas ac generationem aduertunt, » Necessum fortasse erit aliquid eorum causa ex Galeno [g] referre. Quicquid n. in sanguine » pingue, leue, & tenue est (cuiusmodi in exquisitè decocto sanguine plurimum reperiri » solet: adeò ut urina quoq; non nihil in superficie pinguis reportans coctionem, Galeno etiã 20 docente, [h] præseferat) id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit: in fri= » gidioribus seruatur. Cumq; id uenæ extra se transmiserint, Vbi in frigidas particulas » incidit, quod genus membranæ sunt, in ijs concrescit. In partibus uerò natura calidiori= » bus, cuiusmodi carnosæ sunt, à calore ipso absumitur, ac digeritur. Nisi sicubi frigidita » ti temperamenti etiam uita indulgentior accedens, ipsis carnosis particulis adipis aliquid » allinat. Qua ratione etiam quæ hyeme delitescunt animalia non raro inueniuntur obesa. » Et fœminæ uiris sunt pinguiores: quia. s. fœmina mari est frigidior, & plurimùm domi » uersatur. Ac quicunq; corporum habitus & temperati natura sunt, & mediocri exerci= » tatione utuntur, hos necesse est εὐσάρκους, hoc est, quadratos, & cõmoderatè (Galeni [i] » quoq; documento) carnosos esse. Id uerò est mediocri omninò corporis habitu. Quibus 30 uerò humidum abundat, & calor à mediocritate summa nõ longè abest: hi πολύσαρκοι; » quod est latinè corpulenti, siue carnosi fiunt. Corpulenti carnosíue rursùs fiunt qui na= » tura sunt temperati, cæterùm desides, & ociosi uiuunt. Raro igitur [k] adeps, præser= » timq; copiosus cum uenarum gracilitate in uiris conspicitur. In fœminis sæpissimè inue= » nitur. Est nanq; tùm frigidioris naturæ, tùm uitæ magis desidiosæ eiusmodi nota. Siq » dem adeps ex habitus frigiditate gignitur: Corpulentia carnis'ue abundantia, græcè » πολυσαρκία ex sanguinis copia nascitur. Mediocritas, græce εὐσαρκία, temperatæ na= » turæ est nota. Et πολύσαρκοι, hoc est corpulenti carnosíue omninò plus adipis habent, » q̃ temperati. Nec tamen pro carnis semper portione, adeps simul augetur. Sed alios ha » bere plus carnis, alios plus adipis uideas, alijs ambo pari modo sunt adaucta. Et quibus 40 quidem ambo pari modo sunt aucta, ijs tantum supra temperatam naturam humoris est, quã » tum & frigoris. Quibus autem plus est adipis, in ijs frigidi plus est, q̃ humidi. AEquè

ut quibus

e. libro de tum. præter naturam. cap. p°. & .14. meth. cap. 15. & libr. de morb. differentiis cap. 9.

f. .2. de temperamentis cap. 3. post prin.

g. ibidẽ cap. 4. post principia.

h. 4. de tuenda ualitudine ante medium.

i. .2. aphoris. cõ. 44. & p°. de tuenda ualetudine cap. 8. secundum nostrã uero diuisionem. 4.

k. ibidem. 2. s. de temperamentis cap. 4. post. pauca.

ut quibus caro est plenior, ijs humoris plus iusto est: non tamen etiam frigoris. Cum.n. calori intra debitos fines manenti boni sanguinis accedit copia, necesse est πολυσαρκία, corpulentiáue, aut carnositas sequatur. Sicuti ergo[l] naturali calore optimam seruante tẽperiem, humidum quod intra sanitatis est terminos auctum, non adipem modò, in homine, sed etiam corpulentiam carnositatem'ue gignit: & adipem quidem parciùs adijcit, carnem uerò multò liberaliùs auget: Ita rursùs si humidum & siccum mediocritatem ad unguem inter se seruent, calor autem in homine sit minor: necesse est huiùs corpus adipe, q̃; carnis copia magis abundet. At uerò si calor augeatur, seruetq; mediocritatem altera contrarietas, minùs erit ei animali adipis, q̃; carnis: sicut è diuerso si quando pollet siccum, altera cõtrarietate medium modum seruante, & gracilius, & durius corpus euadet. Hæc de pinguibus obesis'ue, atq; carnosis Galenus, E quibus primi tumoris huiusq; uniuerso corpori cõmunis materia prima, & efficiens, atq; etiam generatio sic liquet, ut à nobis declarari q̃dẽ non oporteat. Quoniam uerò cuncti homines cognoscunt, non solùm ipsi medici ꝙ plus carnis, & adipis, q̃; iustum est, (Galenus[m] de immediata, ultimáq; materia loquẽs ait) eos tumores generat: Ad particulares igitur, non totius, sed aliquarum partium tumores descendamus: à phlegmone quidem[1] tanq̃; ab ea quæ frequentiùs contingit,[2] Itemq; à sanguine, inter omnes corporis humores nobilissimo, suæ generationis originem ducit, exordiẽtes: in qua & similibus secundum dispositionem ipsorum corporum (quia.s. secundum intemperiem, atq; unitatis quoq; dissolutionem) non solum secundum q̃titatem primam, ab eo quod est secundum naturam excessus fit. SECVNDVS ergo à Galeno definitus tumor, phlegmone est, græcè φλεγμονὴ, latinè autem inflammatio, ἀπὸ τοῦ φλεγμαίνειν, quod est comburere, atq; inflammare, quia ueluti flammam quandam, græcè φλόγωσιν repræsentat. Ex optimo, & mediocrem crassitudinem obtinente sanguine, siquidem exquisita phlegmone fuerit, generationem assumit. Cui quidem tumori ob id phlegmones nomen dedicatum est (q̃uis & plures alij tumores, qui uidelicet ex bili, atq; etiam atrabilario sanguine, ijsq; uel simplicibus, uel aliquo modo admistis fiũt, phlegmones inflammationes'ue, ut iterùm proprio loco uberiùs ostendemus[n] appellari queant: æquè ac, ipsius etiam Galeni[o] testimonio, φλεγμασίαι) quoniam hic ex sanguine inq̃; factus tumor frequẽtiùs aduenire consueuit. Hanc ob rem totius generis affert appellationem.[p] Barbari ferè oẽs apostema calidum simpliciter hunc tumorem, pluribus in locis nuncupant. Huius ergo tumoris causa continens sanguis est. Ab intercluso.n. duntaxat spiritu neutiq̃; gigni: multòq; minùs sola sanguinis fusione aut feruore: quemadmodum neq; πολυσαρκίαν, hoc est carnis multitudinem incrementum'ue dici posse Galenus exquisitissimè, ac satis superq; demonstrauit:[q] ex nouo sanguinis defluxu genitum esse concludens. Exquisitum inq̃;. Qui nihilominùs, ob alterius succi cum sanguine admistionem, uel erysipelatosus, uel œdematosus, aut scirrhosus dici à medicis potest. Nos autem singulorum hìc tumorum exquisitè, ac per se sumptorum causas uestigare præsertim intendimus. Vt quibus profectò notis, compositorum ratio facillimè elucescat. HANC uerò phlegmonen, quotiès in halitum minimè digeritur, siue superante, siue superata quidem ab ipsa fluxionis ui natura, consequi, ac ueluti proles ipsius inflammationis esse plurimùm abscessus consueuit: ἀπόστημα, & ἀπόστασιν græcos nominare, barbaros uerò specialiùs loquentes dubellet, seu cum articulo

l. ibidem uersus finem.

m. libro de tumo. præter naturam cap. p^i. circa finẽ.

Secundus tumor.
Phlegmone.

n. cap. 2. cõ. 6.
o. p^i. aphoris. cõ. 7. ex. 2. de rõe uic. acut. 32.
p. ut. 2. ad glauco. cap. p^o. in fine.

q. lib. de tum. præter naturam cap. 2.

Tertius tũor.
Abscessus calidus.
de quo in libro de tumoribus præter naturã cap. 3.

culo aldubellet anteà quoq; à nobis iam pluribus ostensum est. [q] Abscessus igitur, apostema'ue, si quidem ex phlegmone suæ generationis exordium ceperit, ex ipso etiam sanguine genitus esse dici potest. Quemadmodum ex alijs quoq; humoribus, atq; ipsa etiam serosa humiditate, nec non flatuoso spiritu genitum esse nonnunq; liquet. Quanq; ex bili rarissimè abscessus apostemáue (Galeno met erudiente [r]) fit. Nos tamen primùm de eo loqui abscessu cum Galeno intendimus, qui ex inflammationibus generationem sumpsit. Cuius species quædã è ἐμπύημα, et διαπύημα, quod est latinè suppuratio: quotiès uidelicet abscessus ad puris generationem declinabit. Auicenna deinceps (ut uidebimus) exituram nuncupabit. [s] Mox uerò & de alijs abscessibus, præsertimq; frigidis (pro ipsius ét Galeni ordine) loquemur. Quoniam igitur in ijs qui ex phlegmone oborti sunt abscessibus, præsertim si malè curati sint, pure quidem saniéue acri perindè existenti ut excoriet, abducatq; & diducat ipsa à subiectis continentia, Sinus confertim oboriri, uelut eorum quoq; germen, consueuit. Idcircò & huius causam uestigare operæpretium est. Nanq; inter apostemata, tumoresq; annumerare possumus: Quùm.s.retenta in ipso sanie tumor attollitur. Vbi nec intemperies, neq; continui manifestissima solutio, partiumq; distantia deest. Quanuis in ulcerum quoq; catalogo reponi posse inficias eundum non sit. Græcè κόλπος: Ab Auicennæ interpretibus [t] Absconsio, & cauerna nuncupatur. Et quandoq; dicunt quidã (ait Princeps) absconsionem illud esse, quod penetrat sub cute, & separatur ab eo cutis. Et cauernam illud, quod concauat, inflectiturq; sub carne, & dilatatur in ea. Primum græci speciali nomine ῥακώδη hoc est lacernosum uocant sinum, attritæ uidelicet uesti, lacernæ'ue similem adiacentem cutim possidentem, adeò ut subiectis partibus haud facilè agglutinari queat. Secundum uerò ijdem ὑπόνομα, latini cuniculosum cauernosum'ue appellant: Cuniculus.n.& cuniculum foramen sub terra occultum (quod uulgò nos dicimus mina) & cauernas latinis significat: quibus quidem nuper inuento bombardarum puluere infartis, dein uerò igne accenso, ad diruenda castra, quos uis aggeres, atq; ipsos etiam mõtes, in bello milites utuntur. Vtrunq; autem, donec absq; callo duritieq; persistit: ipsius sinus species est. Callosus uerò dein redditus in fistulam commigrat. Itaq; corruptum aliquandò uitiosumq; sanguinem, aut solum purum'ue, aut (quod maxima ex parte cõtingit) alijs etiam humoribus admistum: quandoq; autem non sanguinem: at illius excrementa, quandam'ue serositatem, aut ἰχῶρα, saniem'ue (quam Auicenna uirulentiam, aut uirus nominat) in ipsius sinus interstitio collectam, uel in circumstantibus, superſedentibusq;, tam cutaneis, q̃ carnosis partibus inspersam, alicuius tumoris continentem fore causam pronuntiabimus. Adeò ut ad sanguineum prius, dein uerò ad aquosum huiuscemodi tumorem reducere ualeamus. Hunc deniq; sinum nisi celeriter quispiam curet, callo obduci, durũq; temporis progressu fieri contingit. Quem affectum posteà græci σύριγγα, latini fistulam uocant. Quæ cum callum sibi adiunxerit, multò magis, q̃ sinus, & tumoris, & largè sumpti apostematis nomina sortiri potest. Quanuis ob apertissimam continui solutionem, inter ulcera potiùs, q̃ inter apostemata, uel tumores tam à Paulo, [u] q̃ ab ipso Arabũ Principe, [x] alijsq; recentioribus, nedùm Hippocrate, [y] & Sinus, & ipsa etiam Fistula repositæ sint. Huius ergo fistulæ causam eandem, quæ ipsius Sinus erat, ex quo facta quidẽ est, dicere absurdum non fuerit. Cum ex phlegmone (ut diximus) abscessus, Indéq; sinus,

q. com. præcedẽti fo.18.usq; ad 22

r. 2.prognost.cõ. 34.& 3.eiusdem cõm.23. quarti de rat.uic.acut. 11.et 46.& primi ad Glauco.15.& sæpe.

s. infra cap. 21.

Quartus tumor Sinus.

De tumo. præter naturam cap.4.et 2.ad glauc.cap.8.

t. 4ª.4ⁱ.tr.3.cap. pº.post prin.

Cuniculus et Cuniculũ q̃d.

Quintus tumor Fistula.

de tumo. præter natu.cap.4. et. 5.

u. lib.4.cap.48.

x. 4ª. 4ⁱ. tr. 3. cap.pº.&.11.

y. libr.de ulceribus.

sinus, ac demum fistula genita sit. Quoniam uerò huiusce tumoris præcipua substantia callus est: hanc obrem & fistulæ, ut tumor quidem est, continentem causam atrabilarium quoq; sanguinem, discussis quidem, ac per halitum digestis tenuioribus partibus, proferre possumus. Expeditis autem quatuor (præter obesitatem) particularibus tumoribus, phlegmone inq; & eam consequentibus abscessu, sinuq;, ac fistula: Cum duplex apostematum genus (perindè ac anteà [z] iam ex ipsius met Galeni dogmate ostendimus) existat: Frigidos quoq; abscessus apostematáue, absq; ordinis ratione: uerùm potiùs ut sibi ad memoriam subueniebant, Galenus ipse definit [a] Quorum rursus duplex genus existit. Vel.n. humidã substantiam liqdam'ue intus continent, ut lutum, olei amurcam, uini fæcem, urinam, stercus, balnei sordiciem, ac melleum muccosumq; succum: atq; grauiter interdùm (ut Galenus ait [b]) olentem substantiam, ut omnes auersentur: Vel solida corpora (præsertim qùm inueterata fuerint) uel inter duas tunicas, uel sub certis mẽbranis retinent: uelut ungues, pilos, lapides, ossa, pωros tofaceas'ue substantias, aut pωrorum fragmentis similes: Itẽq; uelut arenas, ligna, carbones, testas, grumos & tanq; sulphuris (ut Aetius addit [c]) ramenta. Aliquandò uelut mansa gallinarum ossicula, & demum animalcula omnibus propemodùm ex putredine generationem habentibus simillima. Philoxenus aũt (Aetio referente) [c] ait, se aliquandò reperisse animalia ĩ humore culicibus, aut paruis muscis similia. Quæ quidem omnia id genus apostemata cum eandem ferè figuram extrinsecùs, formamq; præseferant: ad unam tumorum differentiam reduximus: ut sextum ordine tumorem explanarimus. Tuum uerò est (si libuerit) tot numero tumores dicere, quot substantiarũ in se contentarum diuersæ species existent. Nos tamen clarioris insimul, breuiorisq; doctrinæ gratia, in unum, ex Galeni quoq; placitis, reduxisse maluimus. Quibus porrò, ut potè rariùs, quin rarissimè contingentibus, breuiter, atq; unà definitis: materialem causam, quæ & continens etiam, effectiuaq; tumoris dici potest, omni adhibita diligentia uestigantes, melancholicum succum, aut pituitosum, uel ex ijs mistum esse, quemadmodum illius in quo urinæ simile quid reperitur, serosam superfluitatem, uel solam, uel prædictis duobus humoribus complexam, inuenimus. Etenim circa exordia quadantenùs transmutati humores in liquidas illas humidas'ue substantias conuertentur. Plurimùm uerò corrupti animalcula gignent. Perindè atq; diutissimè commorantes, ac mirum in modum, tenuibus partibus discussis, assiccati solida tandem corpora euadent: uarias quidem formas, tàm si ab initio discindantur, q̃; si diutiùs inueterascent, prò uaria & alterationis corruptionis'ue, & desiccationis proportione, præseferentes. Quamobrem nõ temerè ad illa sex causarum genera, bis anteà, reduci posse Arabum Principis uoluntate prædiximus. [d] Verùm enimuerò tria, præter ea quæ præcollecta iam sunt, abscessuum genera, tametsi ad idem commune cum alijs genus reduci non indecenter queunt. Galeno tamen scorsùm de ijs meminisse placuit. Atq; idipsum duplici (ut uidetur) ratione, tùm quia.s. illis rarissimè aduenientibus, hæc frequentissima sunt, [e] tùm secundò quia singula græcè propriam appellationem sortita sunt: Vt quædam ἀθηρώματα, Alia στεατώματα, quædam demùm μελικηρίδες nuncupentur. Quibus tertiam quoq; rationem addere possumus: quoniam s. diuersas quoq; in exterioribus figuras, uariasq; notas repræsentant. Atheromatis.n. tumor specie, & figura (ut aetius [f] ait) oblongus, sublatusq;, & ad compressionem digitorum,

z. com. præcedẽti fo. 20. lin. 26. et sequentibus.

a. libr. de tum. præter naturam cap. 4.

Sextus tumor.

Abscessus ex solidis hũidisq; corporibus.

b. 14. meth. cap. 12.

c. lib. 15. cap. 7.

d. cõ. p°. fo. 31. et cõ. præsenti. fo. 76.

e. ut 14. meth. cap. 12.

f. libr. 15. cap. 7.

gitorum, ob humoris crassitudinem, tardè cedens, & amotis digitis tardè reuertens. Meliceris autem figura rotundior est, magisq; extenditur: & ad digitorum compressionem, ob tenuioris humoris essentiam, celeriùs cedit, & amotis digitis pari celeritate reuertitur (quãuis tardè fundi Paulus [g] asserat.) Cuius proculdubiò codicem deprauatum, ac mancum esse opinamur. Cum trium notas, quorum anteà materias exposuerat, declarandas proponens, atheromatum interim dimiserit. Verum à Paulo scriptas esse reputamus: transcribentium nihilominùs, aut impressorum fortassis incuria totum id defecisse: in quo atheromatis indicia ponebat. in quorum quidem enarratione {tardè fundi} caderet. In meliceride aũt citiùs & fundi & rursus reuerti ponendum est. Meliceridi.n. (uti Celsus etiã cõfirmat [h]) liquidior humor: ideoq; pressus circũfluit. Proprietas.n. (uti Galenus ait [i]) cessionis alia est ĩ tenuibus humoribus: alia in crassis. quemadmodum & in tenacibus atq; muccosis humoribus alia. Satius ergo est primùm eam dictionem corrigere: ubi scilicet habet {βραδέως} idest {tardè} legere {ῥᾳδίως} quod est {facilè} Deinceps uerò quæ pro atheromatis definitione deficiunt, supplenda, ex Aetij monumentis, sunt. Steatoma uerò alijs tactu durius est (ut bene Paulus [k] ait) quadere cùm à struma tactus mollitudine id differre Aetius [l] inquit, quia.s. strumis mollior hic tumor est, ex ipsius met anteà [m] scriptis intellige. Qùm tamen subditur [n] {qua nota etiã à Meliceride, & atheromate discernitur} quoniam hi duo tumores ipso steatomate molliores sint, dubiò procul concipere debemus. Tactui ergo (ut Paulus [o] ait) renititur. ex quo fit ut æqualis permanens, tactu lenis (quemadmodum Aetius [p] refert) existat, neq; sicut strumæ inæqualem sæpè tumorem (ipsomet docente [q]) præseferentes. Basim deniq; ampliorem steatoma habet, ac solidiorem. Raròn. (uel Aetio docente [r]) contingit, ut basis angustior, & apex amplior reperiatur. Itaq; prædictis iam tribus rationibus integrum Galeno fuit seorsùm de hisce tumoribus ab alijs frigidis apostematibus pertractare. Haud quia inter abscessus reponendos non esse opinatus fuerit: perindè ut aliquos tenuisse refert: [s] qui (ueluti ex Paulo [t] colligi potest) abscessus propriè dictos esse uolunt, qui inflammationem quidem testentur, & acrem humorem, ac rodentem contineant, nulla peculiari membrana, aut tunica inclusi. At aliorum potiùs opinionem Galenus eiusq; sectatores obseruasse uisi sunt. ut.s. inter apostemata abscessus ue reponantur. Cum duplex apostematum genus, ubi de ijs loquitur, [u] supposuerit. Primus ergo eorum, ordine tamen à Galeno descriptus tumor septimus, is est, quod Græcè ἀθήρωμα dicitur, latinè autem pultatio. Quoniam (ueluti Paulus [x] ex Galeno [y] transcribens inquit) τὸ ἐν τῷ ἀθερώματι περιεχόμενον τῇ ἀπὸ τοῦ σίτου ἀθήρᾳ παραπλήσιόν ἐστι. Hoc est, quod in atheromate, pultationéue continetur, frumentaceæ pulti simile est. Aetius uerò [z] clariùs ex farina cocta factam pulticulam ἀθήρας nomine intellexisse ostendit. Sic & Celsus [a] quoq; tenui.s. pulticulæ similem substantiam in huiuscemodi tumore contentum ait. atq; ipse etiam (ut proprio deinceps loco uidebimus [b]) Princeps, & Halyabbas, exposuerunt. Quamobrem & Græcorum, & Arabum, ac Latinorum quoq; testimonio deceptum esse Horatium Limanum patet. Qui librum Galeni de tumoribus præter naturam in latinum conuertens, Aristæ aliquid simile in ipsis atheromatis inueniri exposuit: [d] ubi græcè Galenus ait, ἀθέρᾳ τι παραπλήσιον. Eo motus quòd ἀθέρες apud græcos summas, præsertimq; hordei aristas, siue ipsas etiam (prout aliqui uolunt)

g. lib.6.cap.36
Pauli locus.
h. lib.7.cap.6. post medium.
i 2.ad glauco. cap.6.
k. ubi supra.
l. ubi supra ca.8.
m. cap.5. eiusdẽ
n. cap. 8. circa prin.
o. lib. 6.cap.36.
p. ibidẽ cap.5.8.
q. cap.5.
r. cap.8.
s. lib. de tum. præter naturã cap.6
t. lib.6. cap. 36.
u. ut 2.ad glauconẽ. 6. & .14. meth.cap.12.
Septim9 tũor.
Atheroma.
x. lib.6.cap.36.
y. 14.meth.cap. 12.
z. lib.15.cap.7. in prin.
a. lib.7. cap. 6.
b. infra.tr.2.ca. 4.tex.p°.
c. .8. theoricæ cap.11.
d. cap.6.
Limani error

uolunt) reijculas spicas præseferunt. Quadere uerbum ἀθερίζειν[e] ortum est: quod pilifacere, ac nihilipendere significat. Vult.n.Galenus in prædicto tumore ἀθήραν, hoc est pultem contineri: quam Dioscorides[f] ex Zea in tenuem pollinē redacta, & aqua demùm sic decoquendo subacta, ut sorbitio liquidiori pulticulæ (quod græci πολτάριον uocant) similis euadat, factam esse uoluit. Paulusq;[g] Dioscoridis uerba transcribens nō ex Zea modò, sed ex frumēti etiā farina fieri posse adiunxit. Quin & ex olyra Plinius,[h] Alijq; ex amylo, uel milio (addentibus quibusdam & mel, & ouum, Alijs uerò caseum, aut lac: Nonnullis autem nostro etiam æuo lac, & butyrum) fieri affirmant. Ex crassiori etiā, præcipueq; hordei, farina, huic adeò similem, ut pro eodem aliquandò capiatur, πόλτον & Dioscorides,[i] & Galenus,[k] atq; alij deinceps factum esse ostendunt. Nos ex simila, quæ candidior quidem frumenti pars, crassior tamen molendo reseruata, huiusmodi sorbitionem, cibum'ue (utcunq; nominare libuerit) parare consueuimus: ac uulgò simulillā nuncupamus. ἀθήρα igitur græcè, & ἀθάρα, atq; etiam ἀθάρη Budeo[l] confirmāte per .η. uel .α. & non per .ε. huiusmodi substantia uocatur. Quamobrem[r] uel græcum Galeni codicem, & consequenter aliorum, deprauatū esse existimandum: & per .η. legendū potiùs tam ἀθήρα, q; ἀθήρωμα. Ob quod Pauli[m] quoq; uerba statim ab initio retuli. Vbi quidem per .η. legebatur ἀθήρα, tametsi eius uerba penè ad literam ab ipso met Galeno[n] trāscripta fuerunt. Et ita ualentissimus noster olim præceptor Manardus legebat (quē admodum in sua de morbis exterioribus epistola[o] legere potes) sicq; tam Dioscorides,[p] q; Paulus[q] ἀθήραν per .η. scripserunt.[2] Vel fortè ἀθέρα & ἀθέρες ut differentes ab inuicem proferendæ sunt. Quoniam .s. ἀθέρα pultem, ἀθέρες uero aristam significet. Quam tamen differentiam à nullo græcorum notatam esse inuenimus: ueluti neq; ἀθέραν de utroq; intelligi posse.[3] Nisi .η. in .ε. secundum aeolicos, atq; ipsos etiam doricos transmutatam uelis. Vt ἄρης dicere hi solent ἄρες hoc est mars. Quæ tamen sententia non satis mihi arridet: quoniam plura Galenus ignorare, q; scire in his duabus linguis confessus est:[r] Quare non adeò illorum dictionibus (nisi rarissimè) sed atticis maximè utitur. Id quod si fortassis contigeret: Ne in æquiuocationē incidentes, ut Horatius Limanus, decipiamur, tutius est ἀθήραν, indeq; ἀθήρωμα, q; ἀθέρωμα, perpetuò proferre. Quæquidem omnia usq; adeò, non ut grammatistæ munus obeamus, at pro Limani phantasia, quid noui se iam extudisse opinati, atq; ipsius insimul atheromatis materia cognoscenda dicta sint. Pituita enim ab initio lenta, dein uerò intantùm leniter assiccata huiuscemodi tumoris causa fuit: Donec crassioris farinæ, aqua, uel alio liquore decoctæ substantiā referat. Quo intellecto atheromate iam tempestiuum est alios quoq; duos tumores definire. Octauus igitur tumor est cui peculiare pariter nomen græci à similitudine (στεάτωμα uocantes) indiderunt. Latinè autem seuationem dicimus: quoniam uidelicet seuo similem, ex indurata itidem pituita, substantiam continet. Potest autem & adipem (prout aliquando uidimus) præseferre. Græcum tamen nomen, τὸ στέαρ, hoc est seuum (unde tumoris nomenclatura formata est) significat. Quò autem differant, τὸ στέαρ, hoc est sebum, & ἡ πιμελὴ, quod est adeps, infrà quidem fusiùs enucleabimus[s] Horum deniq; tertius ordine tamen in Galeni uolumine nonus tumor est, quem græcè μελικηρίδα uocat: latinè autem mellifauium dicemus: quoniam s. melli uiscida quædam substantia in tali tumore contenta per dissectionem reperitur.

[Marginal notes:]

e. de quo uerbo uide eras.c il.4. cent.6 pr.13.
f. libr.2.cap.83.
g. lib.7.cap. de athera.
h. lib.22.ca.25.
i. lib.2. cap. 81.
k. 7. simplic. med.cap. 55.& p[i].de alim.facul. cap.13.& Aetius libr.p[o]. cap.de hordeo.
l. in cōmetariis Exposi[o]. 3[x].
m. libr. 6. cap. 36.
n. 14. meth.ca. 12.
o. 7.libri 2[a].
p. lib.2.cap.83.
q. lib. 7. cap. 3. littera.A.
r. lib. de Gymnast.ad trasybulum cap.32.in fine secūdū nostrā diuisionem.12.

Octauus tumor.
Steatoma.

s. cap.5.com.8.
Nonus tūor.
Meliceris.

[Line numbers in right margin: 10, 20, 30, 40]

tur. Haudquaq; tamen idem est cum trigesimo tumore, quod à faui similitudine græcè κήριον latinè fauum nominari ostendemus. Illud.n ultrà quòd capiti peculiarius est, foraminulentum ulcus, tumidūq; insimul existit: è quibus foraminibus, ijs qui in achore sunt maioribus, sanies melli similis emanat, causamq; (ut uidebimus) nitrosam pituitam obtinuit. Hic uerò tumor, absq; omni penitùs foramine, intus sub neruea membrana, nedùm cuti, in quauis corporis parte contingens, melli, tùm crassitudine, tùm lentitie, atq; interdum etiam colore (si quidem aliquantula putredo superuenerit) similem substantiam continet: materiamq; non salsam, at uiscidam, crudamq;, ac leuiter desiccatam pituitam præsefert. Celsus μελικηρίαν à μελικήριδε secreuisse uidetur: cum meliceriam, græcè μελικηρίαν, id foraminulentum furunculum intellexerit, [t] quod nos paulò ante κήριον uocauimus, neq; capiti peculiare, sed scapulis, atq; bisadhùc raro, posuerit: μελικήριδα uerò aliud, quod.s. eiusdem esse generis cum atheromate ac steatomate iam iam ostensum est, capiti nihilominùs familiare opinatus fuerit. [u] De quibus tamen rursùs loco proprio sermocinabimur. [x] Vbi rodos, Arabicè autem apud ipsum Principem, atq; etiam Halyabbatem, alselha, & selaa nominari uidebimus. Nunc.n Galeni magis monumenta & enarrare priùs, interpretariq;, & deinceps quantum possibile fuerit, obseruare decreuimus. Ex pituita igitur (ut ad propositum conuertamur) melicerida, quemadmodum atheromata, nec non steatomata originem duxisse determinandum est. Ita & plurima in quibus res dura cōtinetur. Quāq; non est longinquum (uti Princeps ipse dicet [y]). quin necessarium sit ipsam.s.rem duram, reperire esse de genere malancholiæ. Verùm nos posuimus eam phlegmaticam, quoniam radix illius duri est phlegma, cui accidit ut desiccaretur grossum. Nos autem anteà [z] iam eorum, quæ solida in se corpora continent materiam uestigantes, & assiccatam pituitam, & atrabilarium pariter desiccatum succum, & ex utrisq; commistam substantiam, causam esse ostendimus. Verùm uberiùs quidem capite proprio loquemur [3]. Sat autem fuerit impræsentiarum, prædictos tres tumores ex pituita, quemadmodum plures ex ijs, in quibus corpora solida inueniūtur, genus suum duxisse, determinare. Quibus uisis, ad calidos tumores unà cū Galeno quē enarramus: nō uestigata interim aliqua ordinis ratione, cōuertamur.

Celsi opinio.

t. libro. 5. cap. ult. sec. 12.

u. lib. 7. cap. 6.

x. tr. sequēti cap. 4. 5. 6. & 7.

y. tr. sequēti ca. 4. tex. 2.

z. fo. 82.

3. tr. sequēti ca. 4. com. 2.

DECIMVS ergo ab ipsomet Galeno [a] descriptus tumor ē, q à græcis ἄνθραξ, à latinis uerò carbo, seu carbūculus dicitur. Auicēna, cū duplex huius species alibi [b] posita sit, alterā, quæ .s. sine pustulis atq; humiditate īcipit, Prunā: alterā uerò quæ cū pustulis uesicis'ue, atq; emanāte humiditate exoritur, Ignē Persicū, exqsitiùs loquēdo, nūcupat. [c] A feruēt [1], & ἔγγυς τῆς φλεγμονῆς. i. propè īflāmationē q.d. propè flāmā quandā existēte, crassoq; īsimul melācholicóue sanguine tumor hic (Galeno docēte [d]) genitus ē. Qui uel ab initio statim talis fuit, uel perassato iā in ipso feruore sanguine, melācholicus effectus ē. Intelligo aūt hic nō melācholicū modò succū, sanguini admistū, ipsumq; melācholicū reddentē: cuius ueluti fæx existit, & dū animal naturaliter se habet (Galeno authore [e]) quotidie gignitur: Verùm & ipsā quoq; atrā bilim, quæ ī corpore præter naturā se habēte, exustione, ac uelut assatiōe quadā cōflatur. Etenim uterq; humor, si qdē adeò unà cū sāguīe, ob eorū admistionē melācholico dicto, ferueat, ut febrē, et qdē sæuissimā īducat (cuiusmodi præcipuè quæ atra bilis præternaturalisq;, et ex ipsi9 flauæ bilis adustiōe oborta ē, excitare cōsueuit) hmōi affect9 prīcipiū et origo fieri pōt. Quibus bilī quoq; amarā admisceri (cui9 rōe feruor accēditur) uero qdē simile ē, et ab ipso

Decim9 tuōr Anthrax.

a. libro. de tum. præ. natu. cap. 7.

b. 2. ad glauc. p°.

c. infra. cap. 9.

d. de tum. præt. nat. 7. & 14. meth. cap. 10. & 2. ad glauco p°.

e. 14. meth. ca. 9. & lib. de atra bili. cap. 5. & 9.

f. cap.9.cō.10.

etiā Principe (ut infrà uidebimus [f]) cōfirmauit. Humor aūt q̃ præ cæteris huiusmodi affe-
ctus causa est, sanguis profectò existit (cuius ratione sanguinis missio, ad animi usq; deliqui-

g. cap.10.cō.p°.

um, cōgruere declarabitur [g]) humori nihilominùs melancholico, aut ipsi ēt atræ bili, quin &
amaræ quoq; (uti iam iam diximus) portiunculæ admistus. Quòd si exquisitiùs, Galeniq; sen-

h. 2. de differentijs febr. cap. 9. post medium.

tentia loqui maluerimus, ita cū ipso [h] pronuntiabimus. Quòd si sanguis supra modum assetur, "
pars qdem eius subtilior ac pinguior omninò in flauā conuertitur bilem: quæ aūt crassior, in "
atram: quod in his tumoribus, q̃ carbunculi appellātur, contingit. Nam in his ex sanguine su- "
pra modum efferuescente ad atræ bilis humorem fit transmutatio. Ita aūt hoc loco accipi uo- "
lo atræ bilis humorem: ut q̃ nondùm exquisitè in atræ bilis naturam transierit: sed in quodam "
sit confinio cōstitutus. Quamobrem (ut ex præscriptis Galeni uerbis elicitur) etiam si sanguis 10
temperatus, cōsistentiaq; mediocris sit, supra modū tamen assetur: tenuior eius pars in ama-
ram bilim cōuertitur, hacq; rursus exusta in atram declinat: in quā & crassior statim uer-
git. Ex nimia igitur sanguinis combustione, feruoreq; in atrā bilim inclinatio fit. Quadere si
ad quempiam locum à ferti natura expellatur, anthracem ibi sæpissimè progignet. Etiam si
atra bilis adhùc exquisita non euaserit. Quanuis.n. in eo, quod præ manibus exponendum

i. libr. de tumor præter naturam cap. 7.

nunc assumpsimus, uolumine, [i] atram bilim exactā huiuscemodi tumoris causam posuisse ui-
deatur, cum de ipsius anthracis colore loquens, aliquid splendēs habere ait, ut bitumen, &
pix: talemq; esse exactam atrā bilim adiunxit. Si tamen peregrina mente perlibrarimus: iā
assumptis ex libro de febrium differētia uerbis minimè aduersari inueniemus. Hìc.n. aliqd
splendens habere hūc tumorē, græcè ἔχειν τι καὶ στίλβον ait. Haud.n. absolutè splendidū 20
esse, uel splendorem habere inquit: uerùm aliquid splendens: Qui tamen splendor illi simi-
lis sit, qui in bitumine iudaico, ac pice conspicitur: talis autem. s splendens, ut pix, & bi-
tumen, est exacta bilis atra. Qua de re si qui anthracem progignit sanguis in bilim atram
conuertitur, & in illius cōfinio existit: tantùm ab eius luciditate deficiens est, q̃ tùm & ab
exquisita illius natura derelictus adhuc est. Satiùs ergo fuerit atrabilarium sanguinem,
feruentem tamen, huiusmodi tumoris causam esse, q̃ atram bilim, aut melancholicum suc-
cum proferre. Atra enim exacte bilis, post expletum feruorem, ueluti post adustionem
cinis, remanet. Quamobrem sine feruore atram bilim cancri, non anthracis. causam exi-
stere deinde Galenus ait: non q̃ sine calore illa sit, ueluti statim ostendemus: [k] at sine fer-

k. in expositione tumoris sequētis.

uore: hoc est expleto iam feruore præsertim ualido, cuius quidem ui assatus, & quasi in 30
cinerem conuersus sanguis ipse remansit. Quibus porrò uisis (priùs q̃ ad cancri sermo-
nem perueniamus) sub silentio prætereundum esse noluimus, malè Gangrænas in princi-
pio huiusce capitis adiectas: qùm dicitur ⁏ Gangrænæ, & carbunculi &c. ⁏ totum nanq;,

Galeni locus.

quod deinceps à Galeno subditur, ad carbones pertinet. Haud enim feruor & crustæ ad
gangrænæ naturam requiruntur, sed q̃ magna inflammatio, humoris præcipuè uel copia,
uel uenenosa qualitate, sit, quam sequi partis affectæ mortificatio solet: De qua nihilo-

l. cap.9.in prin.

minùs deindè specialis, ac proprius sermo fiet: qùm uidelicet subdit [l] ⁏ sequitur autē &c. ⁏
græcè ⁏ Επεται δὲ &c. ⁏ Omissa igitur tanq; superflua, & ab aliquo scriptore potiùs
interiecta dictione ⁏ γάγγραιναι ⁏ legendum est ⁏ οἱ ἄνθρακες ⁏ hoc est ⁏ carbones au- 40
tem &c. ⁏ Feruens itaq; atrabilarius, semiustus'ue sanguis anthracem generat.

Vndecimus tumor.

Cancer.

IPSA uerò sine feruore atra bilis (peritadè atq; Galenus adiunxit [m]) nō melācholicus qui-
dem

dē propriè dictus humor, ex quo (ut uidebimus [n]) scirrus fit, sed exquisitiùs loquēdo, atra bilis aliū tumorē producet, quem Græci καρκῖνον, & καρκίνωμα nominant: latini aūt (excepto Celso) cancrū. Celsus.n.græcū nomen καρκίνωμα à cancro tanq; diuersum assumēs, utrūq; seorsùm definiuit: [o] Cancrū qdē ut genus ad serpētia quædā ulcera supponēs, quæ præsertim ab ijs, quæ extrinsecùs incidūt orta sunt: ulceratū uidelicet erysipelas, ulcus nigrū, & gangrænā: Sub qua & sphacelon siderationem'ue, ac ipsum quoq; ab Auicēna [p] dictū esthiomenon (ut aliàs diximus, [q] & inferiùs iterùm declarabimus [r]) intellexit. Carcinωma uerò (quē nos unà cū græcis cancrū dicimus) tam cū ulcere, q; sine illo tumorem, prout rursùm ostendemus, [s] accipiēs. Quemadmodū igitur præcedētis tumoris (anthracis inq;) causa crassus feruensq; insimul sanguis, cui uidelicet melancholicus humor, uel atra bilis admista est: quin ipsa etiā fortassis flaua, seu pallida, croceáue, uti Princeps ait, [t] bilis existit: uel ipsius met sanguinis crassior pars in cōfinio atræ bilis, ob feruorē, reducta: Ita & huiusce tumoris, absq; ulcere qdem existentis mitior, ulcerati uerò acrior atra exquisitè bilis, feruore interim ualido febreq; per se (nisi ex accidenti superueniat) immunis, principiū & occasio est. Quāobrem cancri (Galeno docēte [u]) nigriores sunt colore ijs, quæ inflāmatione infestātur, & minimùm calidi. Sic.n interpretandū omninò recensemus quod græcè dicitur, ἥκιστα θερμοὶ. Omni.n.calore destitutos esse cancros falsissimū est. Cū eò qdem á scirrho differāt quoniam hic frigidus, indoloriusq; & penitùs insensilis aliquando est. Illi uerò sæpenumerò & pungere (Celso etiā, præter quotidianū experimentū, teste [x]) & pulsationē in affecto loco excitare, atq; ebullitionem quādā, (ut infrà cū Principe declarabimus [y]) inducere cōsueuerūt. Quāobrē & ratiōe uictus refrigerāte, & solani succo, alijsq; refrigerātibus quoq; sæpenumerò topicis succurrēdū, ex Galeno, ac uniuersa medicorū academia demōstrabimus. [z] Sūt ergo cancri minimùn, hoc est parùm calidi: Nō (ut Horatius Limanus uertit) minimè calidi. Dictio nāq; ἥκιστα (ipsomet Galeno didascalo [a]) ταυτὸν σημαίνει τῷ ὡς ἐλάχιστα, quod est: idē significat, quod, q; paruissimè. Alibiq;: [b] ἥκιστα σημαίνει τὸ ἐλάχιστον. καὶ οὐχ ὡς ἄινιοί φασι τὸ οὐδαμῶς. hoc ē: hæc dictio ἥκιστα significat mīnimùm, seu paruissimùm, aut paucissimùm (quouis.n.modò uertas nō obstat) & nō, ut qdā aiūt, nullatenùs, seu nullo modo. Vtq; clariùs pateat, ab ipso etiam alibì [c] legimus, τὸ ἥκιστα τοὐναντίον σημαίνει τῷ μάλιστα. quod est: hæc dictio ἥκιστα (quam nos traduximus minimùm) cōtrarium huic uocabulo plurimùm denotat. Sic interdùm [d] quoq; ἥκιστα, τουτέστιν ἐλάχιστα, exponēs, dixit. Quo etiā significatu in aphorismis [e] intelligendū aliquandò declarauimus. Quanuis interim & idē quod, nullo modo, hanc dictionē alicubì significare inficias nō eamus. Quæ tamen significatio ueritatem hic destrueret. Itaq; Minimùm calidi cancri sunt: hoc est parùm calidi: & ueluti rectiùs Galeni sentētiā magis fortè cōsiderās Riccus uertit minùs (q;.s.īflāmata sint) calidi id quod à Paulo [f] clariùs exprimitur, atq; id quod dictū est, cōfirmatur. Vt q nō penitùs hoc in tumore caliditatē abnegat: uerùm nō tātam, quantā carboni inesse cōspicimus. Quare ait χωρὶς θερμότητος τοσαύτης hoc est absq; tāta caliditate q; ta.s.carbonibus inest. Nec aliter Aetius [g], uel alius quispiam, aut ipsa etiam experientia docuit.

QVAMOBREM speculatione dignum est, An inter calidos, an potiùs inter non calidos uel si mauis dicere frigidos tumores connumerandus cancer sit (cum hoc loco Principis diuisionem interpretari intendamus Omne.s. Apostema, & Pustula seu Bothor aut est calidū,

n. in declaratione tumoris. 18. et tr. sequenti cap. 11. com. 2.
o. libro. 5. cap. 26. sec. 26. usq; ad finem capitis.
p. infra cap. 15. tex. 8.
q. lib. 2. Iatrapologiæ cap. 2. et. 3.
r. cap. 16. cō. 5. 6. 7. 8.
s. tr. sequēti cap. 15. com. pri.
t. infra cap. 9. tex. 2. et. x. et cap. 10 tex. 3
u. lib. de tumori. præ. natu. cap. 8.
x. lib. 5. cap. 28. sec. 2.
y. tr. sequēti cap. 15. tex. & cō. 2.
z. tr. sequē. c. 16
Limani error.
a. p[i]. prognost. cō. ult uersus finē
b. 3. de rōe uic. acut. cō. 60. infi.
c. 4. eiusdē cō 95
d. 2. eiusdē cō. 19.
e. 2. apho. cō. 11.
f. lib. 4. cap. 26.
g. lib. 14. c. 58.
Cancer an calidus tumor, uel nō calidus

aut non calidum; cuius ratione & omnes alias distinctiones uestigamus, ut ad hanc reducere demùm ualeamus.) Princeps enim inter frigida apostemata, & primo quidem libro [h] (uelut infrà quoq; demonstrabimus [i]) & præsenti [k] etiam connumerauit: secutus (ut uidetur) & Razem, [l] & Serapionem, [m] atq; ipsum pariter Halyabbatem. [n] Qui quidem omnes in frigidorum (prout uocant) apostematum catalogo connumerarunt. Cuiusmodi opinionis Galenum extitisse cuiuis in eius dogmatibus alumno apparet. Adeò ut huic subscripsisse prædictos barbaros authores suspicandum sit. Nanq; hic ex melancholico interdùm succo, naturali inq;, & ueluti sanguinis fæce existēte: nulla de præternaturali, adustoq; mentione facta, cancrum genitum esse innuit. Quemadmodum secundo ad Glauconem [o] legere possumus. Interdùm uerò non aliud uelle uisus est, quanuis atræ bilis ab humore melancholico differentiam, à nobis infrà [p] fusiùs declarandam, tetigerit. Perindè atq; in methodi medendi uolumine quartodecimo [q] perpendi potest. Vbi an ex melancholico naturaliq; succo, an ex ipsa præternaturali atraq; bili huiuscemodi tumor fiat, nil profectò determinauit. Quinimmò ad melancholicum potiùs humorem eius uerba tendere apparent. Id quod clariùs libro de atra bili patet. [r] Vbi licet inter hos quidem succos differentiam fusiùs explicet: Ex melancholico tamen humore cancrum fieri, calidumq; non esse protulit. Quo posito, fæcem uidelicet sanguinis, melancholicum'ue succum dubio procul frigidum & siccum, huiusce tumoris causam existere: inter frigidos tumores reponendum esse cancrum affirmabimus. Verùm Galeni uerba nō ex aliorū phantasmatibus, at ex suismet alibi præscriptis uerbis interpretanda sunt. Libro enim de tumoribus præternaturā [s] nō ex melancholico, naturaliq; succo: at ex atra bili, assatáue, ac præternaturali iam reddita, cancrū gigni: uelut ex illo scirrhū determinauit. Qua de causa Galenū sibi met ipsi cōformē reddere cupientes, [t] nō secùs ex melancholico succo cancrū, q̄; ex laudabili, symmetroq;, ac optimo sanguine exquisitā fieri phlegmonen dicturi sumus. [t] Tanq; s. ex termino à quo, & prima defluenteq; materia. Quoties.n. ad affectum locū sanguis quomodocūq; tēperatus, ac laudabilis existēs effluxerit: ibiq; aceruatus iam fuerit: statim alterari, & calidiorē hūc fieri, q̄; pro natura extiterit, necessum est. Quadere & ex optimo, ac tēperato sanguine phlegmonen generari: & ex calidiori q̄; pro natura fuerit, uerissimum est. Ex optimo inq; defluēte: Ex calido uerò iam fluxo, atq; ad affectam sedē aceruato. Sic igitur & ex melancholico nōnunq; succo fieri cancrum: Ex quo tamen adusto atra bilis effecta est: uel hoc iam fluere exordiēte uerū est: Et ex ipsa ēt atra bili: in quā, alicubi astrictus, aceruatusq; donec ferueat, humor ille melancholicus cōuersus iā sit. [z] Nōnunq; uerò atrā bilem humoris aut succi melācholici noīe ostēdit [u]. Quāobrē & melācholicū succū (tametsi cūcta garruli traductores aliquādò cōfundūt) ueluti genus ad utrūq; interdum distinxit: naturalē. s. quē generis nomine uocamus, & præternaturalem, adustū'ue, quē peculiari nomēclatura, Græcè μελαιναν χολὴν, latinè atrā bilē nūcupamus. Veluti & humorē ipsum melancholicū naturalemq;, atræ bilis uoce nōnunq; [x] nominibus q̄dē abutens manifestat. Qua Galeni cōtradictione sedata: uisoq; atrā bilim uerè cancri causam ēē: Huius profectò hūoris tēperamētū, an. s. calidū, an frigidū sit, uestigādū adhùc remanet. E cuius notitia ipsius quoq; tumoris tēperatura elucescet. Dignū nāq; speculatu id ē: quoniā licet ex Gale. atq; ipsis barbaris, Raze inq;, Serapiōe, Auicē. & Haliabbate īter frigidos tūores apostēatáue cōputat9 cācer sit. Paul9 [y] tamē īter calidos tūores cōnumerare maluit. Ab=

h. fen. 2. doc. p. 1. cap. 5.
i. in declaratione dictintiōis. 17.
k. tra. sequenti cap. 15. 16.
l. lib. diuisionum cap. 123.
m. 5. breuiarij cap. 24.
n. 8. theoricæ. cap. 12.
o. cap. 10.
p. trac. sequenti cap. 11. cō. 2.
q. cap. 9.
r. cap. 4.
s. cap. 8. 10. 11.
Quomō cācrū ex melācholico fieri succo intelligēdū sit
Expositio. p[a].
t. infra. cō. 4.
Gale. cōtradic[o]. sedatur.
Expositio. 2[a].
u. ut lib. de atra bile cap. 4. et ult. & 3. prognost. cō. 27. inprin. et 3. de locis affectis 5. uersus finem. licet Copus uertat atrā bilē. uide ēt de consti. art. med. cap. 16.
x. ut. 2. de pot. naturalibus cap. 9. ante mediū & 6. aphoris. 53.
y. lib. 4. ca. 26.

» huius.n.expleta curatione: Sic ait [z] Cum de tumoribus qui succis calidioribus contrahun-
» tur disputatum sit: iterùm de contrarijs agemus: Ab eo, quod Græcis οἴδημα dicitur, exorsi.
&c. cuiusmodi opinionis Aetium [a] quoq; , nec non ipsum fortassis Celsum [b] extitisse opinor:
Cùm inter calidos tumores ipsi etiam annumerarint. Hæc autem diuersitas nõ ob aliud eue-
nisse, q̃; ex uaria, penès atræ bilis temperamentum, opinione liquet. Etenim Galenus
non humorem modò melancholicum frigidum esse ac siccum reputauit: uerùm & ipsam pa-
riter atram bilim. Enimuerò non solum absq; feruore (ut de tumoribus præter naturã lo-
quens dicebat [c]) uel non calidam (ut libro ipsimet atræ bili dicato [d]) sed frigidam quoq; ac
siccam esse, quæ cancrum produxerit, atram bilem, de morborũ differentijs uolumine [e] de-
terminauit. Quod in uniuersum de atra quoq; bili in libro de potentijs naturalibus secũdo [f]
(ut quartam qualitatum combinationem in ipsis humoribus inueniret) utranq; nigri succi spe-
ciem, naturalem. s. atq; præternaturalem atræ bilis nomine intelligens, pronuntiauit. Ali-
quantulam nihilominùs illi caliditatem alibi [g] attribuens. Sed quæ ipsius temperamẽtum ad
» calidum conuertere nequeat: qùm ait. Frigida quidem est, quia terrestris: Sed caloris non
» expers: quemadmodum & cinis, & acetum. Paulus uerò [h] calidum esse hunc humorem,
qui uidelicet cancrum (de quo impræsentiarum sermo est) efficit, arbitratus esse uidetur.
Cui proculdubiò & rationẽ suffragari comperimus. Quoniã atra bilis, præternaturalis hu-
mor est, & nõ nisi in corporibus præternaturã affectis (Galeno ẽt didascalo [i]) reperitur.
» Succi uerò oẽs, nedùm atra bilis (eodẽ alibi authore [k]) nõ eandem habent speciẽ, qùm animãs
naturæ opera regitur, qualem qùm præternaturam se hẽt sæpè exhibẽt. Quippè quæ flaua
» est, efficitur uitellina. Ita.n.noĩant, quoniã ouorum uitellis tùm colore, tùm crassitudine sit ad-
» similis. Est aũt flaua (prout idem post aliqua subiunxit) tenuis, humida, & fluida. Quæ aũt
» ad ultimum excocta est, ignea, & crassa uitellis ouorum similis euasit. Sic & nigra lõgè ma-
» lignior ea quoq; , q̃; quæ naturalis est, redditur. Nomen tamen tali succo nullũ est inditũ: Nisi
» ꝙ aliqui uel radentem eum, uel acidũ appellarunt: quoniam s. acris in morẽ aceti fit: & cor-
» pus animalis radit, ẽt terrã, si supra eam sit effusus: quandoq; cũ bullis ueluti fermentationẽ,
» ebullitionemq; excitat. Vbi. s. adscititia putredo nigro illi succo naturaliter se habẽti accessit.
» Mihiq; uidẽtur ueterum medicorũ pleriq; id quod è tali succo naturaliter se hẽt, quod & in-
» frà deijcitur, & sæpè suprà fluitat, atrũ uocare succũ, & nõ atrã bilẽ: Quod uerò ex ustio-
ne quapiam, ac putrescentia in acidam migrauit qualitatem, id atram nuncupare bilẽ. Quem-
» admodum igitur (ut posteà subiunxit) flaua bilis, tenuis q̃dem, humidaq; , & fluida naturalis
» est: quæ uerò ignea & crassa, uitellisq; ouorũ similis euasit, præternaturalis. Pari modo &
» nigrorũ succorũ, quod nõdùm illã ueluti ebullitionẽ, fermẽtatinẽq; terræ efficit, est naturale.
» Quod aũt in talẽ mutatũ est uim, ac spẽm: id iam præter naturã est. Ceu quod ex ustione nõ
» naturalis caloris acrimoniã adsciuerit, ac ueluti cinis q̃dã sit redditũ. Sic quodãmodo & fæx
» usta à nõ usta dissidet. Illa nãq; admodũ calida est, adeò ut carnẽ urat, liquet, ac corrumpat.
» Altera quæ nõdũ est usta ad omnia medicos uti depræhẽdas, ad quæ terra figulari, alijsq; ,
» quæ simul siccãdi, ac refrigerãdi facultatẽ habẽt. Hactenùs q̃dẽ Galenus. E q̃bus porrò uer-
bis calidã esse atrã bilim patet: queadmodũ fæcem ustã, ob acquisitã caloris acrimoniã, esse
ait. Adeò ut carnẽ colliquet, & corrũpat. Non ustam uerò frigidam & siccã posuit. Quãob
rẽ ubicũq; atrã bilim describit Galenus, differẽtias inter ipsam, & hũorẽ melãcholicũ adiun-

z. ibidem cap. 27. in prin.
a. libr. 14. cap. 57.
b. lib. 5. cap. 28. sec. 2ª.

An atra bilis calida uel frigida.

c. cap. 8. in prin.
d. cap. 4. post medium.
e. cap. 12. uersus finem.
f. c. 9 post prin.
g. 3. de sympt. causis cap. 2. uersus finem.
h. lib. 4. cap. 26
i. libr. de atra bile cap. 3. & 4. & in fine libri et 14 methodi. c. 9.
k. 2. de pot. naturalibus cap. 9. circa medium.

gens: hanc ferueſcere, ebullitionemq́; ac fermētationem quandam excitare, quin & corpus radere ait: Adeò ut nullum animal, ne ipſæ quidem muſcæ, aut mures, guſtauerint. Id quod me hercle non ob eius frigiditatem, aut acorem cōtingit, cum acetum conopes, pluraq; animalia non odorent modò, ſed guſtent: uerùm ob eius acrimoniam, & ſalſedinem, aut amaritudinē tali aciditati ſubiectā: præſertim quæ ex bilis combuſtione fit, de quo tamē ſapore, ac ratione ab eo ſumpta, ſequenti commento uberiùs declarandum. Melancholicū uerò fæculentumq́; humorem, ubi ampliùs incaluerit, aut propter putredinem, aut febrē phlegmonodem, nigram efficere bilim uoluit.[l] Nam ueluti naturalis inſitiue caloris συμμετρία, mediocritas'ue, aut moderantia ſanguinis generandi cauſa eſt: Ita & eius ἀμετρία, hoc eſt immoderantia reliquorum (Galeni etiam dogmate[m]) ſuccorum generationē efficit. Immoderātia inq̄: Vt eius à mediocritate defectus, pituitam: Abundantia uerò, bilim: Maior autem ſufficiensq; exceſſus, atram bilem (eodem alibi authore[n]) producat.

l. 14. meth. cap. 9. poſt prin.
m. 2. de pot. natural. cap. 8. circa medium.
n. 2. de criſi cap. 12. uerſus finem.

An idem calor cauſa omnium humorū.

HAVD quidem quia diuerſi fortaſsè calores horum cauſæ ſint: quorum unus deficiens, qui. ſ. pituitam: Alius uerò excedens, qui amaram bilim: Tertiusq; ab ijs diſtinctus, qui atram bilem: Quartus, qui melancholicum ſuccum: Et quintus demùm, qui ſanguinem genuerit. Verùm unus idemq́; numero calor eſt, qui omnes inſimul hos humores, præſertim qui naturales ſunt, maxima ex parte producit. Maxima inq̄; ex parte: Interdùm. n. ex pituita ſanguinem: deincepsq́; ex hoc bilim: ex qua deniq; atram generari poſſibile quidem eſt: itaq; contingit: Maxima tamen ex parte humores præſertim naturales inſimul generantur: quanuis præternaturales ſeorsùm, ac uarijs temporibus fieri ſæpenumerò contingat. Qui nihilominùs tam naturales, q̄; præternaturales ſucci, ob partium materiæ diuerſitatem ab eodem numero calore generantur, atq; harum partium relatione, & diminutus, & ſuperfluus dici poteſt. Reſpectu uidelicet eius partis, ex qua pituitam gignit, diminutus: Reſpū uerò ſanguinis, uel eius portionis, ex qua ſanguinem produxit, moderatus: Quemadmodum aliarum partium comparatione ex quibus. ſ. & amarā bilim & atrā efficit, excedens: Magisq; reſpectu atræ bilis, q̄; amaræ. ILLIVS autem partis relatione, ex qua quidem generare humorem propriè melancholicum ſolitus eſt, etiam (penès Auicennæ[o] decreta) moderatus. Quanuis Galenus hanc diſtinctionem non tetigerit. Vt. ſ. calor melancholicum ſuccum producens temperatus: atram uero bilim generans, immodicus ſuperabundansq; exiſtat. Verùm omnes præter ſanguinem ſuccos ab ametro immoderatoq; calore generationem ſuſcipere ſcripſerit:[p] ſub atra bili melancholicum quoq; ſuccum intellexiſſe uiſus. Vt utriusq; humoris, atræ. ſ. bilis, atq; melancholici ſucci excedentem calorem cauſam exiſtere ſignificet. Quam tamen, inter Auicennam, & Galenum, repugnantiam ſoluere difficile me hercle non fuerit: Hoc præaſſumpto: quòd calor bifariàm excedens eſſe poteſt: Vno quidem modo, ut tenuiores partes reſoluens, craſſioresq́; intereà magis indurans naturalis tamen adhùc exiſtens. Aliter uerò ut comburens, ac præternaturalis iam ſiue putredinalis igneus'ue redditus. Quemadmodum ſi quiſpiam igni decoquēdas, aſſandas'ue carnes uerubus affixas admoueat: quæ lentè aliquo paulatī ac modeſtè reuoluente decoquantur: temperato quidē calore decoctas fuiſſe has (ſiquidē opportunè ac decenter aſſatæ ſint) proferemus. Bifariàm uerò excedentem extitiſſe ignem aliquādò pronuntiare poſſumus. Interdùm quia pluſculùm iuxtà ignem commoratæ ſint. Perindè atq;

An cauſa humoris melancholici ſit calor tēperatus.

o. pa. pi. doc. 4. cap. 2. circa medium.

Gale. & Aui Cōtradictio.

p. 2. de pot. naturalibus cap. 8. circa medium.

Calor excedēs dupliciter Exm.

Sæpenumerò

sæpenumerò mihi met ipsi aduenire, uel inuito, solet. Accersentibus uidelicet me interdùm famulis ad prandium, cœnam'ue: qui tamen aliqua fortassis speculatione occupatus, seu uẽtriculi cruditate adhuc laborans, usq; adeò remorari solitus sum, ut egredeunti demùm arefactas illas ligniq; in modum assiccatas & prandenti, aut cœnanti offerant: meamq; moram ne illos obiurgem famuli accusant. Nonnunq; uerò non meam ipsi moram causari possunt: Verùm ego potiùs illorum incuriam. Qui quidem intantùm carnes igni proximas collocarunt: ut non assiccarentur modò, Sed usq;adeò comburantur, donec nigræ fiant, atq; in cinerem ferè conuerti queant. Dupliciter igitur excedens, superfluu'sue calor fuit: uel quia tenuiores quaspiam humidasq; partes leuiter, ob superfluam remorationem, discussit:

10 donec crassiores partes quasi induratæ remanserint. Vel quia combustionem, & ueluti quãdam in cinerem conuersionem effecerit. Ita quoq; ad propositum de insito, germanoq; nostro calore dicemus: Qui uel in eundem cibum operans: Aliquas tamen partes imperfectè concoquens, ratione quarum diminutus est, in pituitam conuertit. Aliquas uerò adamussim, exquisiteq;, ob illarum temperiem, & substantiæ æqualitatem, concoquit: atq; in sanguinẽ transmutat. Respectu quarum symmetros quidem moderatus'ue dicetur. Non nullas itidem calor hic partes in sanguinem uertere, ob illarum terream naturam, nequit: uerùm tamen id tantùm agit, quòd tenuiores adhuc illarum portiones naturalis existens resoluit: reliquum uerò quod superest crassum & terrestre est: quem humorem melancholicũ uocare ueteres consueuerunt. Cuius comparatione calor & temperatus (ut Auicenna

20 dicebat[q]) & excedens, immoderatusq; (ueluti Galeni sententia fuit[r]) pronuntiari proculdubiò potest. Temperatus quidem respectu remanentis partis terrestrioris, quem nũc humorem succum'ue melancholicum nuncupamus. Cùm neq; hic diminutè concoctus sit, ut ulteriori coctione in temperatum sanguinem uerti sperandum sit: neq; adustus, ut amara, uel atra bilis. Quòd si formam suam temperatam calor innatus minimè impresserit: ob materiæ uitium, atq; inobedientiam euenisse, uel rudibus compertum est. Qua ratione diminutum quoq; calorem dixisse absurdum non est. Excedens tamen immoderatus'ue idem calor considerari potest: quatenùs tenuiorum partium non coctionem, sed resolutionem efficit. Superfluus ergo, excedensq; est, quia resoluens, non autem comburens. Adeò ut medium geometricè, ac secundum latitudinem quandam esse conciliator existimarit.[s] Ve-

30 rùmenimuerò secùs de atræ bilis generatione proferendum. Cùm immoderatus adeò superabundansq; calor illius partis respectu sit, ex qua hæc genita est: ut eam combusserit, adscititiumq; calorem illi impresserit. Maior tamen ac intensior huius humoris, q; ipsius amaræ bilis relatione, calor extitit. Quin (si rectiùs perpendere uelimus) putredinalis quidam extraneusq; iam factus calor huiusce generandi humoris causa existit. Qùm uidelicet præternaturaliter dispositum corpus est. Quam obrem & anteà iam ex Galeno prædictũ fuit[t] in corpore secundum naturam se habente humorem melancholicum fieri: quemadmodum in corpore præternaturaliter disposito, atram bilim. Quod uerò nonnulli, pro sedanda Principis à Galeno repugnantia, dicunt: falsam s. Principis literam: ac pro temperato, legen-

" dum esse, intemperatum: ut sic dicat ❴ melancholiæ autem hypostasiuæ causa est calor in-

40 temperatus ❵ adeò rude est, atq; omninò à Principis intentione alienum, ut puerulis etiam

" liqueat. Cùm extemplò in oppositum Princeps adiungat ❴ Sed causa efficiens adustæ est

caliditas,

Marginal notes:

q. pª pª.doc.4ª. cap.2. circa medium.

r. 2ª.de pot natural cap.8. circa medium & 2ª.de crisi cap.12.

s. differentia 32. §.30.

t. fo. 89

Contra Cardanum.

libro 3.contradic. 19.

caliditas, quæ ab æqualitate est egressa. }. Id quod clariùs etiam iuxtà mantini traductionē patet, sic uertentis { Porrò atræ bilis efficiens, eius quidem quæ fæculenta, & residens ē, calor moderatus causa existit: Eius uerò, quæ usta est, excessiuus quidem calor, qui limites æqualitatis transgreditur &c. } Quomodo igitur calor immoderatus hoc in textu aptè legi possit, cuiuis uel minimo grammatico iudicandum omittimus, ad nostrū propositum reuersi.

Contra Galenum.

Tres ratiões quæ pro Galeno dari possunt reprobantur.

CALIDAM igitur atram bilim ex dominio (tametsi partes aliquas crassiores, frigidasq; & terrestres continere inficias non ibimus) determinandam esse tuta quidem fronte affirmarem. Quanuis.n. terrestres illæ portiones mole quidem plures calidis existant (id quod fortassè Galenus animaduertebat: quùm frigidam & siccam ipsam etiam uerè atram bilim protulit) [1a] Ab affectu nihilominùs, qui in huiuscemodi succo, aut quouis alio præualuerit, temperamenti quoq; dominium cognoscendum est. Qua ratione rhecoma, pluraq; huiuscemodi medicamenta in calidorum, non autem frigidorum catalogo annumerantur. Deducta igitur larua, semotoq; nimio Galeni respectu, atq; amore (cum ueritas præceteris obseruanda sit) Aptiùs quidem ab eo prolatum fuisse opinamur: Si calidam & siccam absolutè atram bilim pronuntiasset (ac præsertim quæ ex uitellinæ bilis exustione, ipsa etiam uitellina acrior, facta iam sit) quam terrestrem, ac frigidam simpliciter proferre (ut sæpiùs fecit) uel etiam caloris non expertem aliquandò adiungere. [u] Haud.n. prima, radicalisq; melancholici humoris temperatura consideranda hic est (si fortè hanc perpendisse Galenum contenderis) [2a] At quam ex putredine, ac nimia superassatione adepta iam atra bilis est. Nanq; ob aliud non differt atra bilis ab humore melancholico: Nisi quia exusta, & superassata hæc est: Ratione cuius quidem ustulationis plurimi effectus insequuntur. Quartam igitur qualitatum combinationem uestiganti, [x] frigidam uidelicet & siccam: satis superq; fuerat in humore melancholico reperisse. Nec oportuit atram bilim, inter calidos & siccos humores reponendam, admiscere. [3a] Quòd si hanc adscititiam esse caliditatem, atq; accidentalem contenderis, frigidumq; ipsius radicale, ac primum temperamentum unà cum Galeno institeris. Nihil id esse respondebimus. Etenim q̄uis accidentalis, tùm putredo, tùm assatio ipsi melancholico humori, sanguiniq;, ac bili (ex quibus perse solis, aut mistis fieri solet) omni abiecto scrupulo existat. Ipsi nihilominùs atræ bili, ut atrabilis est, formalis, atq; essentialis inest. Cum non ob aliud, q̄; ob putredinē, adustionemq; ab ijs, ex quibus genita est, differat. Quemadmodum ergo pituita putrens calida est, & specie ab ea, quæ secundum naturam se hēt, frigidaq; est, differt. Ita & nigra bilis ex combustione iam, putredineq; facta, calida est, specie à naturali, melā cholicoq; succo, nedùm sanguine, atq; amara bili, nec non pituita proculdubiò differens. Sed quid opus est uerbis? Nonne Galenus (prout anteà quoq; retulimus [y]) non eandem seruare speciem succos, qui secundum naturam, & qui præternaturam dispositi sunt, asseruit [z]? Perindè ut ergo sanguis, quùm putrefit, uel aduritur, non ampliùs sanguis est: Sed ex parte, amara, ex alia uerò atra bilis: Ita & exusta flaua bilis in uitellinam, alterius inq; speciei (Galenomet erudiente [a]) conuertitur: Ipseq; etiam succus melancholicus, aut uitellina bilis, quotiès in atram permutantur. Et ne in re adeò manifesta implicemur. An eiusdem speciei lignum est, & cinis? An itidem uinum, & acetum? An pituita salsa, & naturalis (ex cuius partis putredine, atq; exustione factam esse Galenus ostendit [b]) idem

specie

u. ut. 3. de symp. causis cap. 2.

x. 2. de pot. naturalibus ca. ultimo.

y. fo. 89.

z. 2. de pot. naturalibus cap. 9. circa medium.

a. ubi supra.

b. 2. de differentiis febr. cap. 6.

specie existunt? Et demùm quod corrumpitur, & id, in quod corruptum permutatur, quis est, qui specie differre non affirmet? Atram igitur bilim, atq; humorem melancholicum specie differre audacter, intrepideq;, uel Galeni fundamentis, concludemus. (quoniam ex peripateticorũ dogmate specificam in humoribus differentiam inuenire, Apponensi declarante[c], non licet) Eo præsertim Galeni dogmate[d] ad memoriam reuocato, quòd tam simplicium, quàm compositorum temperamenta ipsorum formæ substantiales sunt. Calidam autem atram bilim: ueluti humorem melancholicum frigidum esse determinauimus. Idcircò quẽadmodum caliditas, & frigiditas specie abinuicem distant. Ita & quæ proprio, essentialiq; temperamento calida, & frigida existunt. Quibus de causis diuersos specie morbos progignunt. Illa etenim cancrum, dolorosum quidem affectum, tam sine ulcere, quàm si unà cũ ulcere corrodat, & mollientibus agitandum potiùs, irritandumq; (Galeni quoq; testimonio[e]): Hic uerò scirrhum, sensus quidem, non doloris modò penitùs expertem, siquidem exquisitus (ut de utroq; intelligimus) existat, ac firmum, & mollientibus cedentem generat. Sed cur frigidã atram bilim excogitare possumus, si non sæuissimam modò maniam à melancholia plurimũ differentem efficit: uerùm & omnium grauissimam phrenitin (Paulo docente[f]) producit. Quas obres (ut ad id, unde digressi iam sumus, conuertamur) inter calidos tumores, haud quaq; uerò inter frigidos connumerandũ cancrum recensemus. PRINCIPIS[g] intereà sententiam deridentes: ex congelante nõnunq; frigiditate posse atram bilim suæ generationis initium capere, dicentis: Ex eo fortassis decepti, quoniam Galenus sæpenumerò nigrum fieri sanguinem ob frigefactionem declarauit.[h] Qui tamen ita subiungit:[i] sanguis solus per se ob refrigerationem nigricans, tantùm abest, ut splendorem ullum acquirat: ut etiam eum, quem ab initio habuit, amittat. Sed atra bilis uel sanguine ipso splendidior est: quemadmodum mortui maris bitumen, quod iudaicum uocant. Neq;.n.instar grumi ex refrigerato, sed immodicè assato sanguine fit atra bilis. Vnde & lucidum splendorem obtinet, & feruet, ueluti quidam cinis &c.

NEC minùs aliã Principis[k] phantasiã negligemus, qui ex assata pituita fieri atrã bilĩ adiunxit. De qua tamen infrà[l], ne in superfluum, nimisq; excedentem omninò tumorem id cõmentum reduxerimus, longiori sermone disputandum reseruauimus. HIS ergo omnibus adamussim, atq; (ut oportet) exquisitè pensitatis, quædam Pauli, Aetijq;, quin & ipsius etiam Principis à Galeno discrepantia concordatur. Galenus[m] .n. χωρὶς τοῦ ζεῖν, hoc est, sine feruore. Paulus[n] autem, ἐκ μελαίνης χολῆς ζεούσης, quod est: ex nigra bili feruente, cancrum generari protulerunt. Cui quidem Paulo tùm Aetius[o], tùm ipse Barbarorũ Princeps[p] subscribere uisi sunt. Galenus nanq; χωρὶς τοῦ ζεῖν, Id est, absq; feruore præsenti: quia iam ferbuit sanguis, aut bilis, humor'ue melancholicus: unde atra quidem bilis originem suæ generationis assumpsit. Nam actu iam feruens hæc, anthracem (prout anteà[q] quoq; præscriptum est) efficit. Paulum autem, ἐκ ζεούσης, hoc ẽ, feruente atra bili cancrum fieri dicentẽ[1]: Vel in fine ipsius feruoris, quia.s.ferbuerit, intelligendum est (quanuis.n. præsentem feruorem græcum participium significet: non adeò tamen in grammaticorum subtilitatibus semper immorandum, ut sententiam aliquandò uerborum neglexerimus. Cum tempus pro tempore non grammatici modò sed communis quoq;, ac uulgaris loquendi modus usurpet)[2]. Vel debilem feruorem uoluisse opinandum est: quem quidem

c. Concili. diff. 29.§ p°. in medio
d. p[i]. de usu partiũ cap. 9. & .2. meth. cap. 6. circa finẽ. libro de multitudine cap. 3. & libro de usu respirationis uersus finem. 5. de locis affectis cap. 7. ante mediũ. & sæpe.
e. .5. simplicium ca. 8.
f. libro 3. cap. 6.

Cõtra Auicẽ.

g. p[a]. p[i]. dos. 4. cap. p°.
h. libr. de tumo. præter naturam cap. 7. & .2. prognost. 47. & .3. de sympt. causis cap. 2. uersus finẽ & alibi sæpè.
i. ubi supra de sympt. causis.
k. ubi supra cap. p°.

Cõtra Auicẽ.

l. tr. sequẽti cap. .15. com. p°.

Cõtradictiõis solutio.

m. de tum. præter nat. cap. 8.
n. lib. 3. cap 26.
o. lib. 14. ca. 57.
p. tr. sequẽti cap. 11ex. 2. 6.
q. fo. 85. 8

Solutio. p[a].

2[a].

quidem atra bilis (Galeni etiam documento) corrodens in terram effusa, nedùm in animalis corpore facit. Quem adhuc feruorem Galenus nequaq; abnegasset: quanq; illum intereà penitùs excluderet, qui in anthracis materia febrem, ingentis feruoris ui, necessariò inducente, reperitur.[3] Vel demùm ut à Galeni phantasia prorsùs alienum Paulum, pariterq; Aetium, & Principem condemnare opus fuerit. Quod ultimum tanq; magis impium omninò, alijs duabus responsionibus electis, respuerem. Ex feruente igitur atra bili: quæ .s. ferbuit iam, atq; feruoris ui genita est, cessante nihilominùs feruore, aut saltem nõ adeò uigente, ut febrem (perindè ac in anthrace consueuit) excitaret, cancrum fieri pronuntiabimus. QVO me hercle intellecto ad duodecimum à Galeno descriptum tumorem pertrãsire tempestiuum est. Quam ueluti græci γάγγραιναν, sic latini quoq;, nomen ab illis capientes, Gangrænam appellant: Barbarolatini uerò cancrænam, RaZes[r] anacram quasi græcè νέκρωσιν .i. mortificationem, Aliiq; chiphroniam (perindè ut alibi etiã diximus[s]) nuncupant. Magnas hæc inflammationes, præsertim ex crassiore, prauoq; sanguine ortas, maleq; curatas, æquè ac proles insequi non infrequenter consueuit. Cui deinceps & alius (quem ordine tertiumdecimum collocauimus) tumor plurimũ succedere solitus est. qui σφάκελος quidem græcè, latinè autem sideratio, corrupteq; à barbaris ascachillos, seu askakilos nominatur. Potissimũq; tunc is etiam aduenit: quotiès negligentior, nimis'ue misericors, aut ignauus medicus gangrænam curaturus institerit. Quãuis autem non alius uerè morbus: at idem sit, qui ab initio exorsus est. Ob diuersa tamen, quæ præsefert, symptomata, non aliter sideratio à gangræna, q̃ hæc à phlegmone distinguenda proculdubiò uenit, præsertimq; clariorem doctrinam intendentibus. Quam obrem si tertium quoq; mortificationis gradum à prædictis secernere unà cum Principe libuerit: quem .s. ipse esthiomenon uocat[t] in graue profectò peccatum non cecideris. Verùm de his uberiùs quidem loco proprio. Impræsentiarum nãq; Galeni duntaxat sermonem percurrere certum est, quò tumorum materias uestigaremus. A sanguine igitur maxima ex parte, uel crasso, uel nimium praua qualitate infecto, aut fortassis utraq; ex parte noxio, tùm gangrænam, tùm ipsam quoq; siderationem fieri compertum est. MOX deinde Galenus quartumdecimum tumorem describit ἐρυσίπελας græcè uocatum, à latinis uerò, præter Celsi sectatores, ignẽ sacrum. Celsus .n. græcorum nomine usus, erysipelas hunc nominat:[u] duplicem interim ulcerati herpetis speciem ignis sacri nomenclatura (prout uidebitur[x]) innuens. De quo statim ac ab erysipelate expediti fuerimus, lucidioris quidem doctrinæ gratia, loquemur, q̃uis unà cum erysipelate Galenus de ipsis quoq; herpetibus sermonem peregerit. Erysipelas ergo quod Serapio,[y] ipseq; etiam aliquandò Princeps[z] arabicè almessire nuncupant: Barbarolatini autem, corrupto quadantenùs græco nomine, erysipillã uocant: Duplex, æquè atq; alij etiam tumores, existit: exquisitũ inq;, purũ'ue, ac non exquisitũ, & impurum. Sed ne intelligas quidem exquisitum erysipelas (prout nõnulli machinantur) illud dũtaxat, quod ulceris omninò expers est. ut ulceratum, nõ exquisitum atq; illegitimum, ex illorum placito, appelles. Verùm illud exquisitum (Galeni dogmate) nuncupandum uenit, quod ex sola bili, siue naturali, siue nõnaturali, suæ generationis originem sumit. Nõ exquisitum uerò illegitimum'ue, seu impurum quod ex bili, nõ sola, sed alijs humoribus admista fit. Quade causa nõ simpliciter erysipelas: uerum erysipelas inflammatum, aut ædematosum,

3ª.

Tumor duodecimus.

Gangræna.

r. 13. contin. cap. 8. littera. R.

s. lib. 2. iatrapol. cap. 2. & uide infra cap. 15. cõ. 6.

Tumor 13ᵘˢ.

sphacelos.

De quibus nominibus uide plura libro .2. Iatrapologiæ cap. 2. cũ. 3.

t. Cap. 15. et. 16. trac. præsentis.

Tumor. 14ᵘˢ.

Erysipelas.

u. lib. 5. cap. 2. sec. 4.

x. iufra cõ. 8. et cap. 4. & . 6.

y. .5. breuiarij. cap. 22.

z. .14. 3. tr. 3 c. 5.

Cõtra Tagaultium.

tosũ, uel ſcirrhosũ nominari à medicorũ cœtu conſueuit. Vtrunq; autẽ, exquiſitũ .ſ. et nõ ex qſitũ ulcerari, et ulceris expers eſſe, poteſt. Quod.n.ex flaua, naturaliq; bili, multoq; ma gis quod ex hac aliquatenùs aſſata, ut nonnaturalis euadat, non adeò tamẽ, ut ĩ atram ſed uitellinam potiùs bilim permutetur, generationem ſuſcepit: promptè quidem ulcere uexabitur: legitimumq; nihilominùs, exquiſitum'ue eryſipelas nominari poteſt. Niſi, quia alteri morborum generi componitur, hanc ob cauſam illegitimum, & non exquiſitum eryſipelas dicere uelis. Id quod herclè ridiculum foret. Sic.n.uulneri nunq̃ exquiſita phlegmone, ac legitima ſuperuenire poſſet: q̃uis ex optimo, ſymmetroq; ſanguine gigneretur. Quod autem ex feruenti, tenuiq; ſanguine, uel in bilim feruoris ui conuerſo, aut bili ſanguini ad-
10 miſſa, ſeu pallida ob ſeroſæ humiditatis commiſtionem reddita, factum eryſipelas eſt: cum non adeò talis humor acris exiſtat, ut ſtatim corrodat: abſq; ulcere ad ſanitatem perdurare facillimè poterit. Nec ita ruditer, ac ſicco pede pertranſcundum eſt: ut uiſis Galeni duntaxat uerbis ad Glauconem directis, [a] ex tenuiſſimo feruentiq; ſanguine, aut bili huic admiſſa exquiſitum fieri eryſipelas, attico uultu, pronuntiarimus: Cum ex bili non ſanguine, multoq; minùs ex duobus, bili uidelicet ſanguini commiſſa, exquiſitum eryſipelas fieri, & Galeno, in ſexcentis ferè locis, [b] & ipſi apertiſſimæ rationi, atq; rei naturæ conforme ſit. Sed ne quorundam gloſſula ſufficiens eſt, ⁏ tenuiſſimum, feruentemq; ſanguinem ⁏ hoc eſt ⁏ bilem ⁏ interpretari: Cum uiolenta expoſitio ſit: biliq; ſanguinem quoq;, tam libro de tumoribus præter naturam, [c] q̃; ſecundo ad glauconem [d] admiſceat, ſtatimq; id eſſe
20 exquiſitum eryſipelas præſetulerit, illegitima deindè, nec non exquiſita eryſipelata decla rans, ut phlegmonoſum, œdematoſum, atq; ſcirrhoſum: & ueram puraq; bilim herpetis potiùs cauſam eſſe dixerit. Quaſol res quia uarius Galeni ſermo, pluribus in locis, in tantũ exiſtit: ut ambiguos, & uel ebriorum inſtar titubantes, uel artificioſè, tanq̃ nulla penitùs difficultas ſit, ſicco (ut aiunt) pede ad hodiernum uſq; diem pertranſeuntes interpretes offenderimus: Operæ pretium fore duximus, ſingula Galeni loca perlibrando, ſic inuicem harmonicè concordare, ut ſibi met ipſi Galenum conformem reddamus: Inſimulq; huiuſcemodi exquiſiti eryſipelatis, tam ulcerati, q̃; non ulcerati materiam, continentem'ue cauſam pernouerimus. Itaq; ad glauconem ſecundo tenuiſſimum feruentemq; ſanguinem, aut bilem unà cum ſanguine calidiorem utrũq;, q̃; oporteat, exquiſiti eryſipelatis cauſam
30 eſſe innuit: Puramq; bilim, non huius, at herpetis cauſam exiſtere declarauit. Idem uerò pro parte in libro de tumoribus præter naturam oſtendit: exquiſitam .ſ. puram'ue bilim herpetis: ſanguini autem admiſtam eryſipelatis generationem efficere. Pro alia uerò parte quodpiam diuerſum oſtendit: dùm feruentis, tenuiſq; ſanguinis nullam penitùs mentionẽ agens, quaſi cambium quoddam redidit: bilim.ſ. cui ſanies aquoſa commiſſa iam ſit. Quam obrem duplicem quoq; ibi eryſipelatis cauſam poſuit: Alteram utrobiq; locorum communẽ, ſanguini uidelicet admiſtam bilim: Alterã uerò diuerſam: hoc eſt bilim aquoſæ saniei coniũctam. Cuius loco, ad glauconem ſcribens, ſimplicem quendam humorem tenuiſſimum.ſ. feruentemq; inſimul ſanguinem poſuit: Exquiſitam intereà, puramq; bilim herpeti propriam dedicans. Verùm tamen ſexcentis ferè alijs (perindè ac antea diximus) in locis [e] pu
40 ram bilim exquiſiti eryſipelatis cauſam: non ſecùs atq; ſanguinem, phlegmones: & pituitam œdematis: ac ſcirrhi, melancholicum ſuccũ, omni penitùs abiecto ſcrupulo, ſuppoſuit.

Qua de

a. libro.2.c.p°.
Cõtra Acakiam & Fuchſium.
b. uide Paulo infra lin.39
Cõtra Tagaultium.
c. cap. 10.
d. cap. p°.

e. ut libr. de atra bili cap. 5. tertij de morb. uulg. parte. 3 cõ.9.13. meth.diſt.2.c.p°. 8.de decretis hip. & platonis circa mediũ.14. meth. cap p°.2.3.17. ſecũdi de differẽtiis febriũ cap.5. lib. de rõe curandi per ſang. miſ. .8.ſecũdi de cõpo. med. ſecũd. loca. cap.p° ſec 10 ſecũdi de criſi cap. 12.& ſæpiſſimè.

Qua de causa & sanguinis missionē, ĩ exq̃siti erysipelatis curatiōe, medēdi methodos uestigās [f] prohibuit. Quam tamē prohibuisse indecens proculdubiò foret: siq̃dē ex tenui, feruētiq; sanguine, aut bili sanguineq; cōiunctis, & calidioribus q̃; oportet existētibus, exquisitū erysipelas originem duxisset. Pro tantæ igitur & quidem arduæ difficultatis enodatione sciēdum, exquisitum erysipelas omne ex bili suæ generationis principium obtinere, duplex tamē esse: ueluti & duplex quoq; ipsa bilis existit: naturalis inq̃;, & non naturalis, seu præternaturam. A naturali ergo bili ex pinguiori, tenuioriq; chili portione genita: cuius quidem color flauus est, copiosiori tamen hac, q̃; oporteat, reddita, [g] ut uirtutem ad sui expulsionem incitet: in quopiam deniq; inbecilliori loco recepta, exquisitum erysipelas potissimùm fieri solet. Atq; huius quidem color suo (ex quo factum est) humori conformis est: ut flauum quoq; ipsum euadat. Hoc uerò intellexisse Galenum opinor, ubi ubi simpliciter erysipelas ex bili factum esse, absq; aliqua additione, uel scrupulo determinat. Atq; idipsum in ulceratum promptè conuerti & ratione priùs coniectabile est, & experimento demùm confirmatur. Etenim calida & sicca iam ab initio, uel ante q̃; flueret, existens: bilis ad locum deinceps affectum aceruata: ibiq; astricta, & calidior, & siccior euadit: quādamq; ob excandescentem calorem, exustionem recipiens, ac magis igneam naturam: erodere paulatim, atq; ulcerare (nisi refrigerantium medicamentorum ui retundatur) incipiet. Id quod si sanguini, aut pituitæ, uel serosæ superfluitati cōmisceatur: nō adeò prōptè (cum ab illis hebetetur) efficiet, Pariterq; si humori melancholico adiuncta sit. Quomodo igitur ulceratum non exquisitum fuerit? si ex flaua, naturaliq;, atq; hac quidem pura, genitum est? Aliud uerò exquisitum adhùc erysipelas ex bili non naturali tamen produci (Galeni documento) solet. Atq; idipsum triplex iterum ex eiusdem Galeni monumētis elegimus. 1. Aut. n. ex pallida gignitur: quæ ob aquosæ saniei cōmistionem, flaua nō amplius est. Idcircò neq; ut ab initio fuerat naturalis. Huiusq; tumoris color etiam pallidus existit. 2. Aut ex tenuissimo, feruentiq; sanguine in bilim, ob talis feruoris uim, conuerso. 3. Aut demùm bili, cui non nihil sanguinis, & tenuis, & feruentis admistum sit: pariq; ratione in bilis naturam permutatum euestigiò fuerit. Quorum profectò primum libro de tumoribus præternaturam posuit [h] quùm bilim, cui sanies aquosa, hoc est serosa illa superfluitas admista sit, erysipelatis causam esse protulit: Secundum uerò ad glauconem scribens [i] expressit: Cum ex tenuissimo feruentiq; sanguine huiuscemodi tumorem gigni declarauit. Tertium autem utrobiq; nos docuit: ex bili admistum sanguinem habente, libro de tumoribus absolutè proferens: Vtrisq; autem, tam bili. s. q̃; sibi iuncto sanguine, calidioribus q̃; oporteat, glauconis uolumine adiungens. Quibus quidem Galeni uerbis (ut necessarium fore arbitror) pensitatis: Non ex sanguine, ut sanguis est, etiam bili commisto, erysipelas fieri, longeq; minùs (de quo ibi sermo fit) exquisitum proferre, uel Galeni sententia debemus. Cum non ex sanguine simpliciter Galenus dixerit, sed tenui. Quoniam uerò neq; id satis fuerat, cum ex tenui sanguine phlegmonen adhùc fieri (prout infrà [k] uidebimus) contingit. Hanc obrem non ex tenui modò sanguine: uerùm tenuissimo inquit ac feruenti etiam superadiunxit. Ob quem quidem feruorem, cum tenuissimus cruor existat, cōbustus in flauam conuertitur bilim: Galeno met alibi [h] testante, quòd si supra modum sanguis assetur, pars quidem eius tenuior, ac pinguior omninò in flauam conuertitur bilem: ueluti quæ

f. 14. meth. cap. 3. & 2. ad glauconem cap. 2.

g. ut ex. 14. metho. cap. p°.

h. cap. 10.

i. lib. 2. cap. p°.

k. cō. 6.

h. 2 de differētiis febr. cap. 9. et. 2. de crisi cap. 12.

10

20

30

40

luti quæ crassior, in atram. Tenuior (dixi) pars in flauam, græcè ξανθὰν, conuertitur bilim. Falsum nanq; græcum Galeni codicē libro de febrium differentijs [l] opinamur: ubi pro ξξανθὰν ξ quod est latinè flauā ξ habet ξ ὠχρὰν ξ hoc est ξ pallidā ξ flaua.n.est, tametsi ad rubrum magis, q̃; quæ flaua naturalis est, uergat. Vt flaua hæc obscurior sit. Pallida uerò nō putredine, seu combustione fit, sed aquosæ superfluitatis (quā serosam uocant) admistione. Quemadmodū à Galeno pluriès repetitum est. [m] Idcircò ξ ξανθὰν ξ idest flauam, de crisibus libro secundo [n] īcorruptè ab ipsomet Galeno perlegimus. Alterius ergo libri [o] dictionē deprauatā ēē, tā ipse Galenus, q̃; antiqua, nedū Leoniceni traductio cōfirmat. Nisi malis ὠχρὰν .i. pallidā ξ uel (ut alij uertere apud latinos consueuerūt) croceā, largè pro ipsa flaua intelligere. Verùm ad nos cōuertamur. Ex tenuissimo ergo feruētiq; sanguine erysipelas, haud secùs, ac ex optimo, symetroq; exquisitā phlegmonen gigni, nec nō ex humore melancholico cancrū generari prætactū est, [p] unà cū Galeno intelligemus. Quanuis.n. circa primordia statim, qui ad locū defluit, sanguis aliquandò extiterit: tenuissimus tamen existēs, ac feruens in bilim, uel in ipsis adhuc uenulis persistens, uel ad porulos quamprimùm transuolans (necessariò, quia præter naturā extra uenas egreditur, corrūpendus [q]) cōuertetur. Ocyusq; multò, ac promptiùs in eandem bilim permutabitur, siq̃dē nō tenuissimus modò, ac feruens. Verùm q̃titate minimus, & multæ bili calidioriq; q̃; oportet, seu feruenti huiusmodi sanguis admistus sit. Illicò.n. atq; in aliquam partem defluens astringatur: in bilim permutabitur. Itaq; tam Glauconis, q̃; de tumoribus uolumen alijs omnibus locis appositissimè cōcordabitur. Semper igitur exquisiti erysipelatis causam, bilim esse firmo corde, præsentiq; animo proferendum est: uel naturalem, ut perfectè flauam: uel nōnaturalem, seu præter naturam, Atq; hanc ipsam rursùs trifariàm genitam. Vel.s. ob admistionem serosæ saniei pallidam redditam: uel nuper ex tenuissimo feruentiq; in simul sanguine genitam: uel deniq; ex eodem sanguine nō ampliùs solo, sed feruenti quoq; calidioriue q̃; oporteat bili admisto, effectam. Quarum extremarum color quoq; flauus, ad rubedinem procliuior, seu si mauis dicere subruber est. Quamobrem secundo ad Glauconem duos ultimos erysipelatum modos duntaxat definiens nō pallidum, aut flauum simpliciter eorum colorem, ut in medendi methodo [r] expressit: uerùm phlegmones respectu ξανθότερον, quod est flauiorem ipsa phlegmone (quasi dicat magis ad flauum, q̃; phlegmone uergens) ait: ac statim, eius inditium adiungens, colorem aspectu ἐρυθρὸν, hoc est rubrum, facilè tangente aliquo subterfugere, rursusq; illabi determinauit. Vt qui eas duntaxat erysipelatis species intelligebat: quæ à non naturali, atq; ob sanguinis tenuissimi adustionem genita bili originem duxerunt. SED te admirantem ex tetrico uultu extensisq; inferiori labello, & fronte, ac demùm contractis superciliјs conijcio: simul ac tam uarium Galeni sermonem intellexeris. Etenim licet quatuor iam dictæ species erysipelatis sint: quarum prima ex naturali bile: Tres uerò reliquæ ex nonnaturali (ut pallida ob serosæ saniei commistionē reddita, uel similiter flaua, ad rubedinē tamen declināte, subrubra, ob tenuissimi feruētisq; sanguis. siue solius, siue bili ēt admistæ cōbustionē effecta. Nihilominùs tamē ubicūq; iam ex proposito de erysipelate loqtur Galenus: ibi oēs enarrare debuisset: Nec adeò perplexus atq; incertus esse, ut hic unū, alibi aliud ostēdat. Vt secūdo ad Glauconē duabus speciebus positis, eā quæ ex flaua, naturaliq; bili, & alterā q̃ ex pallida fit omiserit. Quæ tamē ubiq; præ cæteris declarādæ atq; anteponendæ sunt, cùm biliosus affectus

l libro .2. cap. 9. Galeni locus.

m ut li. de atra bil cap. 2. uersus finē & .10. simplic. cap. 14. de felle. et 8. de decretis hip. et plato. post medium.

n cap. 12.

o .2. de diffe. febr. cap. 9.

p supra fo. 88.

q ut ex sexti Aphoris. 20. habetur.

r libr. 14. cap. p°.

Obiectio.

esse huiusmodi tumor perpetim à ueteribus omnibus exclametur. Libro autem de tumori=
bus preternaturam, in quo etiam seriò de hoc, unà cum alijs tumoribus, loquitur, ex pal=
lida bili factum, atq; etiam ex bili sanguini admisto erysipelas posuit: Illud interim negli=
gens, quod ex flaua bili, perindèac aliud, quod ex tenuissimo feruentiq; sanguine ortum ha
bet. In quartodecimo autem de ratione curandi [r] ex pallida, nec non flaua, uel ex ijs mi=
stum erysipelas innuit: dùm .s. de exquisito: intelligit: duabus alijs speciebus omninò sub
silentio præteritis, ea uidelicet quæ ex tenuissimo, feruentiq; sanguine, atq; alia, quæ ex
bili quidem, at sanguini calidiori q̃; oportet composita, gignitur. de quibus porrò ad Glauco=
nem secundo, [s] & quidem solis, determinauerat. In alijs autem pluribus locis non sangui=
nis, nec simplicis, neq; misti, sed bilis prolem esse ipsum erysipelas (uelut anteà [t] prætactũ
est) omni penitùs abiecto scrupo supposuit. Hæc inq; sunt quæ non te modò, sed me quoq;
ac alios fortè plurimos uehementer admirari cogunt: Adeò ut nisi Galenum, quòad possu=
mus, reuereri debeamus, ueluti loquacem græculum, & ad pauca respicientem, sed pe=
rindè ut in mentem uenerit aliquandò scribentem, unà cum pluribus Galenomasti=
gibus condemnaremus. Verùmenimuerò non huiusmodi nostra intentio fuit sed singula
peregrina mente perlibrare. deincepsq;, præter id quod de Galeno sæpenumerò publicè et
dicere soliti sumus, maximam partem contradictionum Galeni, ac uarietatum: quæquidem
sibi inuicem appositè concordes fieri, uel non sine difficultate, nequeunt: mirabile potiùs Ga
leni ingenium, atq; solertiam præseferre. Vt qui non pluribus mẽsibus, aut annis (uti nos
facimus) consumptis, librum ædebat: uerùm expostulantibus amicis, aut discipulis in dies
(propè dixerim) uaria uolumina componebat. Quamobrem quòd in aliquo loco, uel dimi=
nutè, uel non ita fortassis concinnè dixerit: in alio, qùm sibi ex ingenij solertia occurrerit, ad
iungit, atq; exq̃sitiùs, et quasi priora dicta corrigẽdo, satiùs explanat. Præter id inq; quod pro
cõmuni ipsius Galeni excusatione proferre cõsueuimus. Hìc quoq; quod magis piũ est eligẽ
tes, nõ absq; rõne sic scripsisse Galenũ declarabimus. Etenim id priùs supponere debemus,
quod Galenus idẽ ait, [u] duplex erysipelas esse, alterũ .s. ulceratũ, alterũ uerò ulcere destitutũ.
Deindè quod ulceratũ ẽ, eiusdẽ generis cũ herpete ab eo dũtaxat hũoris tenuitate differens
existere. Hac igitur de causa ulceratũ sub herpete ĩtellexisse prõptũ erat: satis ergo superq;
fuerat eã erysipelatis spẽm definire (ubi ubi de herpete ẽt loq̃tur) quæ ab illo differt: cuiusmo
di nõ ulceratũ ẽ. Id aũt ex tenuissimo, feruẽtiq; sanguine, aut bili admisto fieri potissimùm so
let. Nã quẽadmodũ quæ ab initio priùs q̃; flueret exq̃sita bilis nõ erat, calida q̃dẽ et sicca: ue=
rùm sanguinis adhuc naturã participãs, ad locũ uerò affectũ defluẽs, et aceruata, q̃n et uni=
uerso ẽt in corpore feruẽs in bilim exq̃sitã, calidãq; et siccã permigrat, Ita quæ ab initio cõfer
tim exacta bilis fuerat, defluẽs posteà, et in unũ cõgregata, intantùm excãdescit, aridiorq; fit,
ut cõburere, atq; rodere citiùs incipiat: sicq; ulceratũ euadat. Quas obres libro ad Glaucone,
ubi unà de herpetibus loq̃ proposuerat, id genus erysipelatis omisisse certũ fuit, quod per se
notũ erat, ac eiusdẽ generis cũ herpete existẽs, sub ipso q̃dẽ ĩtelligi potuerat. Aliã quoq; spe=
ciem neglexit quæ scilicet pallida ex bili generationem suscipit, ut quæ maxima ex parte
ob humoris tenuitatem, uel per sudorem egreditur: uel uesicas (quas græci phlycte=
nas uocant) generat: aut fortè per sensui abditum halitũ discutitur. Quã tamẽ libro de tumo=
ribus præternaturã, et de morbis curãdis, tanq; aliquãdo cõtingentẽ, adiunxisse sibi placuit.

Quadere

r cap. primo.

s cap. primo.

t fo. 95. in fine.

Responsio.

Galeni excusatio cõmunis.

u 14. meth. cap. 2. & 17. ad Glauco. quoq; libro 2. cap. 2.

Quadere si rectè Galeni uerba ad Glauconem trutinaris, ab eo scriptum non leges, omne erysipelas ex tenui feruentiq; sanguine, uel bili admista fieri. At si ex tenuissimo feruentiq; sanguine fluxio fiat, uel bili ac sanguine calidioribus q̃ oportet mixta sit, erysipelas factũ esse: quod.s. ab herpete differt. Idem quoq; in libro de tumoribus animaduertendum. In quibus etiam locis nunq̃ posse (cum admista desluxio sit) herpetem uocari nobis insinuat, ex quo nec herpetem phlegmonosum, aut scirrhosum, dicere debemus: Pariterq; non œdematosum, etiam si pituita sibi commisceatur: ut in miliari declarabimus. Verùm quotiès ad mista desluxio sit: Erysipelas potiùs, nuncupabimus, cui tùm phlegmonosum, tùm scirrhosum, tùm deniq; œdematosum, cognomina adiungere possumus. Libro aũt de morbis curandis: ubi curãdi methodum, & ex ipsa morbi essentia, & suæ quoq; causæ cognitione, docere operæpretium fuerat, ad bilim, siue flauam, siue pallidam, seu ex ambabus compositum reducit. Quemadmodum quoq; ad Glauconẽ, quãdo ad curationẽ descendit, idem obseruare perfacile est. In alijs ergo pluribus locis, [y] à bile huiuscemodi tumorem generari, tanq̃ uerissimum simpliciter, & absq; alterius intentione, seu comparatione, prolatum esse determinandum. Paulus [z] autem, atq; Aetius [a] unum duntaxat Galeni locum ponderasse uidentur: secundum uidelicet ad Glauconem. Quem tamen locũ rectiùs à Principe q̃ ab illis, tã hoc libro, [b] q̃ primo [c] intellectũ esse liquet. Hic.n. ex pura bili exquisitum fieri erysipelas confitetur. Illi autem uario modo Galeni uerba interpretantur. Si quidem Paulus duplex à Galeno positum erysipelas, absq; ullo cognomine, aduertens, Alterum, quod.s. ex tenui, feruentiq; sanguine factum sit, ἰδιαίτερον, hoc est priuatim, & propriè erysipelas uocatum credidit. Alterum uerò quod ex bili, ac sanguine, calidioribus factis, conflatum est, κοινότερον, Idest cõmuniter, & non sic propriè nuncupandum erysipelas, uel Galeni sententia, reputauit. Minimè aduertens propriè dictum erysipelas ex bili, non ex sanguine, ut sanguis est, fieri. Quo posito à sanguinis missione absq; ulla distinctione curationem suam exorditur. De qua tamẽ infrà [d] uberiùs proprio loco repetemus. Nunc.n. tumoris tantũ causas uestigare propositum est. Aetius autem magis hac in re perplexus fuisse apparet. Vt qui non eam speciem, quam Paulus, elegit: ut propriũ erysipelas reputarit: quòd.s. ex tenui feruentiq; sanguine conflatũ est. At alterã potiùs, ex Galeni (ut opinatus est) sẽtẽtia speciẽ, tanq̃ uerã, ac propriã sumpsit. Qùm uidelicet flaua bilis tenuior, & acrior facta (sic .n. fit, quotiès calidior q̃ oportet euaserit) unà cũ sanguine ad aliquã corporis partẽ effluit. Adeò ut mistum sit, quòd exquisitũ erysipelas esse debet. Videtur.n. nõ in humoris puritate, ipsius erysipelatis exactam, exquisitam'ue naturam intellexisse. at in eo quòd per cutẽ tantùmmodo, intacta carne, diffunditur. Neutiq; aduertẽs id etiã phlegmoni posse nonnunq̃ competere (perindè atq; inferius ostendemus [e]) præsertim quotiès ex symmetro ad tenuius tamen uergente, sanguine, atq; in raro secũdũ habitũ corpore, inflãmatio fit. Flauã igitur, pallidam'ue ab initio statim desfluxus, uel anteq̃ etiã desfluere inceperit, existentẽ bilim: Aut in quam tenuissimus, feruensq; sanguis, solus, seu bili quoq; calidiori q̃ oporteat coniunctus, in ipso fluoris tempore, conuersus sit, exquisiti erysipelatis causam esse, uel Galeni, nedùm Principis monumento, concludamus. ILLVD interim sub silentio minimè pertranseuntes, quòd magnam posset coricæis difficultatem inducere. Nam si huiusce tumoris causa nonnunquàm bilis est, cui sanies aquosa, hoc est, (ut exposuimus) serosa superfluitas, eius

Nota.

x. in declaratione tumoris.17.& infra com.8. et cap. 8.com. p°.

y. ut in omnibus bis quæ notauimus supra fo. 95. in fine ĩ margine.
z. lib.4.cap.21.
a. lib.14.ca.59.
b. ĩfra c.4.et 5.
c. .2.p^i. doc. p^a. cap.5.ante medi.
Cõtra Paulũ.

d. cap.5.cõ.p°.
Cõtra Aetiũ.

e. com.6.& hic fo.102. notabili. p°.

Obiectio.

f. supra. fo. 97. in margine. i pri.
g. libro de atra bili cap. 2. & 5. de usu partiũ cap. 6. colligi pot. & 10. simplic. cap. 14. & uideas de pot. naturali. c. 2
h. 14. meth. c. 17

acrimoniam, sua frigiditate, atq; humiditate obtundens, admista fuerit: eamq; perindè ac etiam declarauimus [f] pallidam (Galeni quoq; testimonio) reddiderit. Hæc autem (Galenomet,[g] quamplurimis in locis demonstrante) tenuior q; flaua, ex qua herpetem fieri certum est, dubio procul existat: tenuiorem erysipelatis humorem aliquandò fore sequetur q; herpetis. Id quod quidem admissum Galeno aduersaretur, eiusdem generis esse dicenti [h] erysipelas cum herpete: Verùmtamen humoris tenuitate differre. Quoniam. s. tenuior herpetis, " q; erysipelatis causa est. Quamobrem & illa ad cuticulam usq; pertransit. Est. n. (ut ait) " admodùm tenuis humor, qui herpetem excitat: adeò profectò, ut non solùm omnes interiores " partes, quæ utiq; carnosæ substantia sunt, transeat: sed etiam cutim ipsam ad summam usq; " cuticulam (ἐπιδερμίδα Græci uocant) quam solam, propterea q ea remoratur, tùm erodit, tùm exedit: quandò si hanc quoq; sudoris uice transiret, haudquaq; ulcus excitaret.

Respon. pª.

i. infra com. 8.

Cui quidem haud negligendæ in Galeni monumentis repugnantiæ, licet promptum, atq; in manibus ferè omnium euestigiò sit, proferre Galini sententiam: Herpetis uidelicet materiã tenuitate illam, quæ erysipelatis causa sit, superare dicentis, Maxima ex parte: ac præsertim in simpliciter dicto, generisq; nomine uocato herpete (de quo ibi, ut uidebimus, [i] loquebatur) uerificari proculdubiò posse. Quùm uidelicet pura ex bili uterq; affectus originem duxerit. Qua de causa eiusdem esse tunc generis protulit. Secùs autem fore, si alteri nõnunq, uel tenuiori, humiditati erysipelatis causa coniungatur. Aut in ipso fortassis herpete esthiomeno sermonem direxerimus. Nihilominùs tamen bifariàm adhuc Galeni uerba sedare, sibiq; inuicem congruentia reddere ualemus. Primò. n. eò refugiendum est.

2ª.

k. 14. metho. cap. 17.

Quòd de ulceratis potissimùm erypelatis, ab exquisita, puráue, ac naturali flaua bili obortis (quæ magis, q; quæ ulceris expertia sunt, genere cum herpete conuenire statim anteà prædixerat) intelligens Galenus, humoris tenuitate ab illo superari adiunxit. [k] Cuius uerba perlibrare facillimum est: Quùm ait ⁑ Atq; huius quoq; magis etiam cum eo quod exulceratum est: Differt autem humoris tenuitate ⁑ Dictio. n. ⁑ ab erysipelate ⁑ repetita in Græco Galeni codice non est, sed ab interprete adiuncta fuit. De ulceratis ergo loqui, nedùm à syncera bili genitis erysipelatis præcipua ipsius intentio fuit.

l. cap. 10.
m. cap. pº.

De quibus tamen libro de tumoribus præternaturam, [l] non secùs ac in secundo ad Glauconem, [m] uerba fecisse non libuit. Verùm sub herpete potiùs, cum eiusdem generis existant, intellexisse placuit. Quam ob rem de ijs duntaxat quæ ulceris expertia sunt, atq; in tumorem magis partem attollunt ibì sermocinans, bilim non exquisitè flauam, puram'ue (cuius uis ad erodendum, ulcerandumq; promptior esset) uerùm aut humido sanguine, aut non humida modò, sed frigida quoq; serosa substantia obtusam bilim erysipelatis causam declarauit. Quæ non erodendo (ni plurimùm cõmorata fuerit) at potiùs in tumorem tollendo, pro suæ substantiæ copia, ualebit. Vlceratum uerò erysipelas à calidiori, sicciori'q; insimul bili (cui mordendi facultas insit) principium suæ generatiõis obtinuit. Qua de causa uniuersam cutim, et carnis interdùm nõnihil exedere consueuit. Herpes uerò frequentissimè cuticulam, raró autem ipsam subiectam ueramq; cutim (ut esthiomenus ab Hippocrate uocatus) intacta interim, penitusq; illesa carne, corrodens exulcerat.

3ª.

Secundò & me hercle, si exquisitiùs uestigaris, non indecenter dicere possumus, quòd tametsi pallida bilis, ob serosæ substantiæ admistionem, tenuior effecta est, quam flaua (ex qua sero commista genita hæc est) priùs fuerit.

Illius

Illius tamen respectu, quæ herpetem generarit, crassior adhuc remansit. Pro cuius intellectu supponendum est flauam bilim, perindè ac & alios humores, quin & singula quæ ad humanum corpus attinent, in puncto nequaq; consistere: at latitudinem aliquandò etiam amplam obtinuisse. Adeò ut non semper flaua bilis eadem quantitate, mensura ue, aut tenuis aut crassa proferenda sit: Verùm ponentibus nobis duos extremos terminos: ut duo. s. & ut sex: intermedia erunt ut tria, ut quatuor, & ut quinq;. Ex ea igitur, quæ ad ultimum tenuitatis gradum flaua bilis peruenerit (ni per halitum sensui occultũ digeratur) Herpes simpliciter, nomineq; generis dictus fiet. V. G. ex ea quæ ut sex tenuis extiterat. Ex alia uerò tenui quidem adhùc, minùs tamen q̃ prima: ut potè quæ tenuis sit ut quinq;, propè illam, quæ ad summum tenuitatis peruenit. Ad quem fortasse gradum & prædicta iam subtilissima bilis, ob aliquantulam pituitæ miscelam retracta est, Herpes miliaris producetur. At ex alia, quæ non adeò quidem tenuis est, uerùm (prout anteà retulimus) ut quatuor, Herpes esthiomenos generabitur. Quòd si adhùc magis ab extremè tenui recesserit: ut quæ ad tertium usq; gradum, multoq; magis quæ ad secundum accesserit, adeò ut crassissima inter biles dicenda sit: non cutim modò, instar Herpetis esthiomeni, sed ipsius etiam tenuis membranæ singulis internarum partium circundatæ (panniculum carnosum barbari appellãt) substantiam subiectæq; carnis extremam summam'ue superficiem erodẽdo interdùm attinget: Erysipelas, atq; idipsum ulceratum quoq;, fiet. Hæc igitur crassissima bilis, siquidem seri nonnihil ei admisceatur, subtilior, quemadmodum si dixerimus ut tria, uel ut quatuor euadet. Ex qua non ulceratum, uel non sic citò, prompteq; derosum erysipelas efficietur. Quamobrem nulli dubium esse debuerit tenuiorem, ob serosæ superfluitatis commistionem, q̃ anteà fuerat, euasisse. Cum hoc tamen omninò stabit, hanc ea quæ herpetum causa sit, grossiorem: uel minùs (si dixisse malueris) tenuem existere. Ob seri tamen eius acrimoniam obtundentis coniunctionem, non sic erodere, neq; ad ulcus prõptè (nisi diutiùs, & absq; præsidijs cõmoretur) perdurare. Nanq; si ad extremam (illius instar quæ herpetem fecit) tenuitatem serosa hæc pallidáue bilis peruenerit: (id quod uel ob multi seri admistionem contingit, uel quia non crassiori, sed tenuissimæ fortassis bili adiuncta compositaq; serositas est) uesicas potiùs græcè φλυκταίνας generabit. Aut fortè per insensibilem halitum, aut per sudorem egredietur. Talis nãq; maximè est (Galenus ait) [n] etiam quæ quotidie cum sudore exit. Quòd si & hanc herpetis quoq; causam fieri posse contenderis. Etiam si à Galeno præscriptum non sit: Nihilominùs tamen id protulisse absurdum non est. Etenim pro uaria ipsius affecti corporis dispositione, præsertimq; in carnium raritate cuticulæq; interim ab exteriori fortassis occasione facta densitate, ac tenella nihilominùs superficie, ab hac etiam uel minimùm commorante, ueluti & à salso nitroso'ue humore ulcus, erosionemq; fieri impossibile non est. Quin sæpenumerò contigisse conspeximus. Licet non sic ab initio statim ulceratus esse affectus hic soleat. Quemadmodum quoq; de miliari (ob pituitæ admistionẽ) Galenus [o] enarrat. Quadere si ex pallida etiam bili herpetem fieri posse concesserimus: eiusdem pariter generis cum erysipelate futurum esse dicemus: quòd scilicet ex eadem pallida bili obortum sit. Differre tamen adhùc humoris tenuitate. Verùm enimuerò usq; adeò, pro exactiori tùm erysipelatis, tùm herpetis causarum cognitione, præscripta iam, ad nauseam fortasse, hoc loco sint. Plura enim deinceps

[n] 14. meth. cap. 1°. uersus finem.

[o] 14. meth. cap. 17. uersus mediũ.

proprio singulorum capite occurrent. Duobus igitur duntaxat prænotatis ad alterius tu-
moris sermonem commigrabimus. Quorum primum id est quod præ oculis perpetim habere

Not^m. p^m.

operæ pretium est: cæteris inq;, quo ad corporis dispositionem, ac uirium robur, paribus
uera hæc inueniri: & quantùm ad humoris attinet naturam. Quiquidem quò tenuior est, eò
magis, & promptiùs ad exteriora transuolabit. Cum quo tamen insimul stare, congrue-
réq; potest, ob intrīsecæ alicuius partis imbecillitatem, & erysipelas, & herpetem in ui-
sceribus fieri. Prout in iocinore, ac pulmone, ipsóq; etiam cerebro compertum est. Quem
admodū contrà. Robustissimæ uires atrabilarium succum, ipsam'ue atram bilim, ac uiscidam
pituitam ad exteriora, cancrum, uel scirrhum, uel scabiem, lepram'ue: quin & ipsas etiam
uerrucas, aut quemuis deniq; nō exteriorem modò, sed cutaneū quoq; affectū gignituros cras
sissimos humores emittunt. Sicq; necessarium non esse liquet. ¿Quia.s. magis intus retine-
tur, idcircò grossior succus causa fuit? Nec etiam contrà ¿Crassior succus causa est, igitur
in interioribus retineri debet? Similiter de tenui perpēdēdum. His de causis maxima ex par
te, & quantùm ad ipsius humoris naturam attinet (quæ potissima diuersitatum causa est)

2^m.

Galeni sententiam uerificandam esse compertum est. Alterum uerò, quòd pernotasse de-
mùm oportuit, est: in quo non paucos ambigere concipio. Quoniam.s. exquisitum fieri etiā
erysipelas ex bili sanguini admista, uel serosæ interdùm superfluitati, pro Galeni etiam sen
tentia, nedùm ueritate, præscriptum priùs est. Præter id quòd erysipelas inflammatum, uel
inflammotio etiam erysipelacea, seu inflammatio & erysipelas dicitur. Quò igitur differūt

Du^o.

exquisitum, & inflammatum, seu aquosum erysipelas, siquidem illud quoq; bili admistum
aliquandò sanguinem, aut serum habet? Prætereà si non simplex humor affectus causa est,
cur exquisitum hunc genitum esse præscripsimus? Hanc obrem bili sanguinem commisceri

Rn^o.

Humores 2^r. cōmisceri pos-sunt. p^o.

posse bifariàm intelligendum est. Altero quidem modo, in minima quantitate, ut nonnatu-
ralis bilis euadat. Quemadmodum serosæ quoq; superfluitatis portiuncula eidem adueniēs
non mistum ex aquoso & bilioso tumorem efficit: sed biliosum. Quæ tamen bilis ob illius ad
mistionem pallida euasit. Ita & minima sanguinis portiuncula bili permista illam quadan
tenùs à sua tenuitate, ac flauo colore in subrubrum deriuat. Quadere præternaturalem po
tiùs fieri bilim, q̄; duos inesse humores proferemus. Vsq; adeò nanq; dominans bilis est, ut
sanguinem aut serositatem ad seipsam conuertat. In qua tamen actione repatiens ipsa ab ex
quisita quidem integráq; propria natura declinat: ut non ampliùs naturalis reputetur. Quem
in modum si centum amphoris uini amphoram aquæ quispiam admisceat: uinum adhùc pu-
rum dicere possumus. Ita & multæ bili minimam uel sanguinis, uel seri q̄titatem sic mistā
fuisse nonnunq̄; continget: ut hi qui adiuncti sunt, humores propria symptomata minimè
præseferant. Præsertimq; si tenuissimus, feruensq; sanguis ille fuerit, qui uel solus eue-
stigiò in bilim conuerti solet: Quantò igitur magis cum bili adiunctus est in eius ut dominantis

2°.

naturam conuerti credendum est? Altero autem modo uel bilis sanguini, uel hic bili cōiungi,
admisceriq; potest, ut sua quisq; symptoma demonstrare palàm queat: uel dominantia, uel
alijs dominātibus subiecta, uel æqualia. Quorum nihilominùs prima coniunctio, composi
tióq; quanuis purum, exquisitum'ue humorem, atq; tumorem, penès physicè singula inda-
gantes, minimè efficiat: Apud medicos tamen cuncta sensu uestigantes, exquisitum humo
rem, saltem præternaturalem redditum: atq; hinc exquisitum tumorem dicere incongruum
non est.

non est. Verùmenimuerò de his infrà [p] (DEO Optimo Maximo permittente) Quicquid reliquum est, uberiùs determinandum reseruauimus. Impræsentiarum nanq; sat superq; fuerit erysipelatis continentem causam, bilim siue naturalem ut flauam, siue nonnaturalē, ut pallidam, atq; subrubram pronuntiare. PERINDE atq; alterius quoq; tumoris, quem ordine quintumdecimum unà cum Galeno [q] connumerabimus, Herpetis inq;, nomine generis absolutè nuncupati Græci ἕρπητα dicunt, causam bilim esse flauam, puramq; à Galeno [r] perlegimus. QVAM quidem & alterius quoq; ἐσθιομένου ab Hippocrate latinè exedentis, corrodentisq; nominati materiam pariter ab eodem edocti sumus. q̃q; illius q dem tenuiorem (quadere cuticulam ueluti deurit tantùm) Huius uerò crassiorem, ac magis adustam (ex quo uniuersam quoq; cutim ad subiectam usq; carnem exedit) bilim esse protu lit. TERTIAE autem speciei, Miliaris uidelicet Grecæ κεγχρίας, à multis post Hippocratem uocatæ causam essem bilim aliquantulæ pituitæ admistam (Galeni etiam opinione) certum est. Quanuis.n. aliorum esse opinionem libro de curandi ratione [s] innuerit: At tamen tanq̃ rationi congruam adeò comprobauit, ut libro de tumoribus præternaturam [t] nō ex aliena ampliùs sententia locutus fuerit: uerùm ex propria, sic dicens. φλέγματι μὲν οὖν μοι δοκεῖ μεμίχθαι τὸ τιοῦτον ῥεῦμα. quòd est, phlegmati quidem igitur mihi uidetur mistum esse talem defluxum. Quam obrem ad Glauconē [u] quoq; scribens, haud temerè miliarem herpetem ex bili minus calida, & acri, q̃ priores fieri protulit. Adeò igitur admistam bili pituitam intellige: ut ipsius bilis acrimonia quadantenùs obtundatur: non tamen ut œdematosus affectus dici mereatur. Perindè ac anteà iam declarauimus. Tres autem esse ipsius herpetis species & à nobis alibi [x] prætactum est, & infrà [y] rursùs, ubi ad propositum magis Auicennæ sermo expostulauerit, uberiùs, ex ipsius met Galeni uerbis, demostrabimus. Licet libro de tumoribus præter naturam [z] duas tantùm innuisse plurimis appareat, Esthiomenon uidelicet, atq; Miliarem: eam intereà (quam nomine proprij generis, absoluteq; herpetē, libro ad Glauconem secundo [a] nominari uoluit) penitùs omittens. At satis quidem hoc in loco fuerit huiuscemodi tumorum causas materiales uestigasse. Quò (ueluti statim ab initio notauimus) quòd apostema, quis'ue tumor calidus, & quis non calidus frigidus'ue existat apertè cognouerimus. AD duodeuigesimum ergo tumorem permigremus. [b] Qui à Græcis σκίῤῥος, & σκληρότης, seu σκλήρωμα, latinè autem duritia seu duri ties, aut aptiùs tumor durus: à barbaris uerò, corrupto fortassis uocabulo σκίῤῥος, sephiros nuncupatur. Qui quidem & si unam eandem'q; speciem tangenti medico præsefert: du plici tamen à causa, materiáue originem duxisse potest: crassa inq; glutinosaq; priùs, dein ue rò sensim assiccata pituita, uel sanguinis fæce (quem anteà [c] melāncholicum succumpropriè loquendo nuncupari tetigimus) aut ex ambobus præscriptis humoribus admistā. Proinde tumores scirrhosi (alibi Galenus [d] ait) omninò aut pituitosæ sūt substātiæ, aut atrabilariæ, aut ex utraq; misti. Qui tamen (ut uidebimus [e]) colore ab inuicem discerni quadantenùs poterunt. Verùm quia tumorum hoc loco materias, causas'ue inquirimus: ut qui calidus, quiue non calidus sit, pernouerimus. Idcircò & quæ penès iam dictas causas intercidunt difficul tates, ambiguitatesq; trutinare, ac demùm pro uiribus enodare operæ pretium fore arbitra ti sumus. Qua de causa & hic sub silentio prætereundum esse minimè sustulimus, Galenum sibimet ipsi, atq; etiam (quod maius est) apertissimæ ueritati, libro de simplicium medica

mentorum

p. Com. sequenti & cap. 4. cō. p°.

Tumor 15°. Herpes simpl.

q. libro de tum. præter natu. c. 10.

r. . 1. ad Glauco. p°. & 14. meth. cap. 17. & ubi supra de tum. præt.

Tumor. 16°. Herpes Esthiomenos.

Tumor 17°. Herpes Miliaris.

s. 14. meth. cap. 17.

t. cap. 10.

u. cap. p°. libr. 2.

x. libro. 2. Iatrapol. cap. 3.

y. com. 8.

z. cap. 10.

a. cap. p°.

18°. tumor. Scirrhus.

b. de tumo. præter naturā cap. 10.

c. fo. 88.

d. 5. simplicium cap. 8. uersus finē

e. tr. sequēti. cap. 11. tex. 2. & 3.

f. libr. 5. cap. 8. uersus finem.
g. cap. 10. uersus finem.
h. 13. meth. cap. 15. 16. 17.

mentorum uiribus, præsertimq́; mollientibus aliquando loquentem, [f] turpissima (ut ita dixerim) repugnantia aduersatum esse. Nam libro de tumoribus præternaturam [g] duplicem scirrhum posuit: Quorum alter ex assiccata pituita: Alter uerò ex melancholico atrabilarióue, ac naturali succo factus sit. Quemadmodum in Lienis scirrho, [h] atq; interdùm quoq; Iocinoris perspicuè considerari potest. Qùm uel frigefacta nimiùm phlegmone, tenuioribus'ue partibus, discutientium medicamentorum ui, superfluè discussis, limosus terrestrisq́; humor in illis remanserit. Vel glutinosis homo crassisq́; alimentis (tam si earum partium phlegmone, q̃; si obstructione laboret) immodicè utatur. Opportunissima nanq; ad scirrhum sunt (Galenus idem ait [i]) hæc duo uiscera, Iecur, & Lienis. Si quis parùm habita de his ratione glutinoso cibo utatur. Quippe Iocinoris substantia (ut post aliqua subiunxit [k]) scirrhis maxime opportuna est: ut potè quæ naturaliter lutosum quippiam continet. Veluti medicus quidam nostri temporis per iocum dixit. Lienis uerò rarior substantia, q̃; Iocinoris est: cæterum crebriùs scirrhosis uitijs affligitur propter nutrimenti, quo utitur, speciem. Monstratum nanq; est [l] quòd crasso nutritur sanguine: qui ueluti limus purioris est, facillimeq́; nigra bilis efficitur. Ideóq; etiam ipsum melancholicum siue atrum appellamus excrementum. Atq; hæc duo uiscera scirrhosis tumoribus tentari uel experientia ipsa clarè indicat &c. Quamobrem non ex pituita modò crassa, lentaq; scirrhus, in ipsis etiam uisceribus fit. Verùm etiam & ex melancholico, terrestriq; succo. Perindèut antea iam ex libro de tumoribus præternaturam [m] intelleximus. Tametsi deprauatus Galeni codex non paucis ambiguitatem reliquerat. Quia.n.dicit ⁏ Alterum scirrhorum genus fæx sanguinis efficit. Est autem ipsa quoq; duplex: Altera quidem species quam Hippocrates nigram uocat: Altera uerò & ipsa quidem nigra est, propriam uerò appellationem hêt: nominatur.n.atra bilis ⁏ uidetur Galenus ex his uerbis, apud græcarum literarum expertes, inter atram, & nigram bilem, differentiam quandam intelligere. Quam in aphorismis [n] etiam, iuxtà Leoniceni traductionem, innuisse apparet: cùm sic ait ⁏ sermo in hoc aphorismo est potentia talis: siue atra bilis (de qua antecedens docuit aphorismus [o]) siue nigra, quæ sanguini assimilantur &c. ⁏ Quòd si græcum quoq; exemplar in libro de tumoribus contemplarimus: alia ratione scrupum adauget: quoniam.s.semper μέλαιναν dicit, hoc est, nigrā. Quid ergo sibi uult ⁏ quam Hippocrates nigram uocat: altera uerò et ipsa quidem nigra est, quæ propriè atra bilis dicitur? ⁏ Si.n.utraq; bilis est, & quidem nigra: quin utranq; nigrā ipsemet Hippocrates nominat. Ergo utraq; atra bilis, seu nigrabilis dicenda est. Nisi inter atram & nigram apud latinos differentiam nouus quispiam ridiculusq́; grammatista fecerit: quæ adhùc in græcis dictionibus minimè reperitur. Pro huiusce igitur nodi solutione, sciendum est, eo in loco deprauatam esse literam: ubi dicit ⁏ ὅπερ ἱπποκράτης ὀνομάζει μέλαιναν ⁏ Dictio nanq; ⁏ μέλαιναν ⁏ .i. ⁏ nigram ⁏ μέλανα .i. nigra in neutro genere, ac numero plurali, legenda est: ut sic legamus ⁏ ὅπερ ἱπποκράτης ὀνομάζει μέλανα. ⁏ hoc est ⁏ quam speciem Hippocrates nominat nigra ⁏ .s. deiecta, seu nigras, intelligendo deiectiones. Idipsum uerò ab Hippocrate in aphorismis, Galenomet enarrante didicimus: Qùm ait. [p] ὑποχωρήματα μέλανα &c. i. deiectiones nigræ &c. Galenusq; in commento, περὶ τῶν διαχωρημάτων αὐτῷ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν, ἅπερ ὀνομάζεται ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν μέλανα, μέλαινα δ' ἀκριβῶς οὐκ ἔστι χολή. Quòd est: de deiectionibus

i. ibidem cap. 15. uersus finem.
k. ibidē. cap. 16. circa prin.
l. 4. de usu partium cap. 15.
m. cap. 10. uersus finem.
n. 4. aphoris. cō. 23. in prin.
o. 5. aphos. 24.
Galeni locus.
p. 4. aphoris. 21.

nunc

" nunc ipsi est sermo quæ à priscis quidem nigræ uocantur (dicit autem nigræ latinè , ut cum
" deiectionibus cōueniat : Græcè autem μέλανα .i.nigra : quia intelligitur ὑποχωρήματα)
" bilis uero nigra exquisitè nō sunt . Itemq; rursus [q] ait : αἷμα ἄνω μὲν ὁποῖον ἂν ᾖ, κακόν.
" κάτω δὲ ἀγαθὸν τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα : hoc est : sanguis quidem suprà ; qualiscūq;
" fuerit , malus : infrà uerò , nigra deiecta , bonum . Vbi Galenus in commento etiam inquit:
" κάτω δὲ δι' αἱμοῤῥοΐδων, ἀγαθὸν, ὅταν ἐκκενῶνται τὰ μέλανα . quod est : Infrà uerò per
hemorrhoidas bonum : quandò nigra euacuatur &c. His igitur , alijsq; omnibus quæ in
proximis aphorismis , [r] tam ab Hippocrate , q̃ Galeno præscripta sunt , perpensis , nigra
simpliciter : aut nigra deiecta , siue nigras deiectiones ab Hippocrate uocari liquet , eum,
10 quem nos hodie unà cum Galeno melancholicum , siue humorem , siue succum nuncupamus:
quiq; naturalis ipsius sanguinis limus existit . Quemadmodum μέλαινα χολή , hoc est atra
bilis , alia quæ .s.exusta est ac præternaturalis , ab ipso etiam Hippocrate , nedùm à Gale=
no propriè nuncupata est . Idipsum igitur & in alio aphorismo [s] Galenus , iuxtà etiā Leo
niceni traductionem , uolebat : dicens ‹ Siue atra bilis , siue nigra quæ sanguini assimilan=
tur , apparuerint , postridie moriuntur › cuiuis.n.nel minimo grammaticulo nigra numeri plu
ralis , neutriq; insimul generis esse liquet . Vt opus quidem non sit ita literam corrigere , ut
nonnulli nuper fecerunt : sic legentes ‹ siue niger quispiā humor atro sanguini similis &c. ›
" sunt autem Galeni uerba (omissis ijs quæ propositum uariare non possunt) hæc . ἐάν τε
" χολὴ μέλαινα , ἐάν τε τὰ μέλανα τὰ τῷ αἵματι ἐοικότα &c. hoc est (si tutiùs omnē
20 amphilogiam deuitasse cupimus) siue bilis nigra : siue deiectiones nigræ sanguini similes,
&c. uerùm de his obiter , ut caudicis de tumoribus præternaturam [t] falsitatem ostendamus:
atq; unà Galeni sententiam satis superq; perspectam habuerimus : dum humoris dicti melan
cholici , naturalisq; fæcis germen scirrhum , atræ uerò bilis cancrum esse demonstrauit . In=
simulq; (ut magis ad nostrum propositum conuertamur) duplicem scirrhi causam ostendit :
Alteram .s. humorem : quem iamiam melancholicum , naturalemq; sanguinis fæcem nuncupa
ri prædiximus : Alteram uerò crassam glutinosamq; pituitam . Cui quidem loco medendi
" methodus appositè congruit : sic dicens . [u] Scirrhosi tumores fiunt , ubi uel crassus , uel ue=
" hementer lentus humor est , qui parti est infixus . Sanè crassus humor quodammodo iam me
" lancholicus magis , minus'ue est . Lentus autem ex glutinosis prouenit cibis . Sed & ex
30 ipsis aliquandò neruosis partibus : utiq; quùm multum excrementi genuerint . Cùm præ=
" sertim (ut anteà Galenus idem præscripserat [x]) earum substantia ex refrigerata , concre=
" taq; humidiore materia sit condita : In quibus quidem Galeni uerbis , scirrhorum causas ex
primentibus id præ cæteris notandum est : crassi nomine melancholicum : lenti uerò pituito=
sum intellexisse . Qui deinceps assiccatus , partiq; affixus , & pertinaciter adhærens scir=
rhi causa est . Aquea nanq; pituita fluxilisq; , aut tenuis , & lentoris minimè particeps ,
exhalabit potiùs , uel in sudorem conuertetur , q̃ scirrhum genitura figi queat . Idem uerò
rursùs & ex proposito magis de scirrho loquentem intellexisse opinandum est : Quùm ait . [y]
" ‹ Siquidem humor unde eiusmodi uitium nascitur , aut glutinosus est , aut crassus , aut utri=
" usq; rationis particeps . › Pariter.n.crassi nomine melancholicum , lenti uerò pituitosum (ut
40 anteà libro .s. tertiodecimo [z] scriptum est : ac de tumoribus quoq; præter naturam uolumine [a]
quin & quinto , perinde atq; uidebimus , de simplicium medicamentorum facultatibus [b] con
fitetur)

q. ibidē apho. 25
r. apho. 22. 23. 24.
s. cō. 23. in prin.
t. cap. 10.
u. 13. meth. c. 4.
x. 6. meth. cap. 2 uersus medium.
y. 14. meth. cap. 4. post mediū.
z. cap. 4.
a. cap. 10.
b. cap. 8. uersus finem.

fitetur) subaudire oportet. Quamobrem sic prænarrata uerba interpretabimur; Aut lentus glutinosus'ue; ut pituita; Aut crassus; ut melancholicus; Aut utriusq; rationis particeps:; ut si fortassis admistus ex utroq; sit: uel pituita insimul crassa, nec non uiscida, glutinosáq; existat. Amplius (ut sibi met ipsum undiq; congruentem, harmoniceq; consonantem Galenum reddiderimus) secundi ad Glauconem ante methodum medendi (ipso met Galeno teste [c]) scripti locum intelligendum omninò fore arbitramur. Vbi sic etiam inquit: [d] Fit aût ex humore lento, & crasso uix solubiliter induratis partibus infixo. Intelligo (ni mutilũ quandoq;, imperfectumq; Galenũ concesserimus) lentum quidem pituitosum: crassum uerò melancholicum, alijs præscriptis locis concordem reddendo. Quanuis.n.lenta pituita, quæ scirrhi causa est, crassa etiam sit (Adeò ut libro de tumoribus præter naturam [e] utrunq; de ipsa dixerit: crassam uidelicet, & glutinosam: à tenui, ex qua œdema factum est, distinguens) lenta nihilominùs magis, q̃; crassa, lentorisq; magis, q̃; crassitiei ratione: quùm firmiter inhæret, paulatimq; desiccatur, huiuscemodi tumoris causa fit. Idcircò quanq̃; & lenta glutinosa'ue, & crassa est: lenti nihilominùs, aut glutinosi nomine ipsam connotare maluit: crassi nomine interim melancholicũ terrestremq; succũ intelligens. Quo etiã modò & alia ipsius uerba subaudire oportet, quùm ait. [f] Oritur aût induratorum affectio ex fluxione uiscosa, & crassa paruis particulæ poris, siue meatibus impacta. Pariterq; de utraq; specie intelligendum est: qùm utriusq; generationẽ interdùm quidẽ ab initio fieri dixit [g] nonnunq̃; uerò ex lapsu conuersioneq; aut inflammationis, aut erysipelatis, aut œdematis: cùm immodestiùs frigefacta sint. Nam qui ex congelata phlegmone uel erysipelate fit: expressis quidẽ tenuioribus partibus, uel inuicem counitis, melancholici terrestrisq; humoris proles scirrhus ille euadet. Qui autem ex frigefacto similiter œdemate originẽ duxerit: pituitæ germen fuerit: quanq̃; non est longinquum (dicet Princeps [h]) Quin sit de genere melancholiæ (quatenùs uidelicet frigidus tunc, siccusq; pituitosus humor effectus est) uerùm nos posuimus phlegmaticũ, quoniã radix illius duri est phlegma. Cui accidit ut desiccaretur grossum. At sequenti cõmento uberiùs quidẽ, & satis superq; de humoribus, atq; eorum generatione sermo fiet. His ergo singulis Galeni locis exquisitè, ac perse priùs consideratis: Deinceps uerò inuicem appositè comparatis, duas esse exquisiti scirrhi materiales causas, lentam.s.siccatamq; pituitam, atq; humorem melancholicum didicimus. Quibus & tertiam addere possumus: Quæ uidelicet ex ambabus composita sit. Quibus deniq; omnibus id mirũ in modũ congruit, quòd de mollientibus medicamentis loquens, [i] ait: his uerbis. Porrò nascuntur scirrhi ex humore crasso & frigido: quales sunt in animalium corporibus duntaxat duo, bilis uidelicet atra, & superexiccata pituita. Proindè tumores scirrhosi omninò aut pituitosæ sunt substantiæ, aut atrabilariæ, aut ex utraq; misti. Quo in loco si rectè aduertis crassum utrunq;, ac frigidũ, (ut re uera sunt) appellat: Paulò tamen infrà (uti uidebimus) crassi nomine melancholicũ, perindè ac alijs etiã præscriptis in locis notatũ est, præse ferre uidetur. Verùm enimuerò quæ nos magnoperè conturbare potest Galeni repugnantia est: Cum sibi & ueritati (quẽadmodũ anteà [k] tetigimus) aduersetur subdens: Sed de agnitione eorũ non est nunc tempestiuum disserere: uerùm de medicamẽtis emollientibus illud, ut nunc dicam, opportunum est. Nempe quòd propriè uocantur emollientia, quæ medentur scirrhosis tumoribus ex pituita resiccata, crassoq; humore prognatis.

c. in fine .2. ad Glauconem.
d. .2. ad Glauc. cap.4. circa prin.
e. cap.10.
f. .5. simplic. 6. in prin.
g. ut lib. de tum. præter naturam cap.10. in fine. & .2. ad Glauc. ca. 4. circa prin. & colligitur. 14. meth. cap. 4. & .5. simplic. cap.6. et 8. & sæpe.
h. infrà. tr. sequẽti cap.4. tex. 2.
i. quinti simplicium cap. 8. uersus finem.
k. fo.104. in prin.
Galeni contradictio.

gnatis. Consueuerunt autem ij potissimùm in musculorum capitibus & qui ex eis prodeũt tendonibus consistere. At quæ ab atrabilario succo duruerunt, cancrosa sunt omnia, & ab emollientibus medicinis exacerbantur: &c. Ex ijs igitur, accuratè perlibratis alteram scirrhi speciem ex atra bili genitam esse, nõ melancholico succo: quin ex hoc cancerosa omnia fieri à Galeno scriptum esse liquet. Cui tamen sententiæ, cùm perse nota ueritas, tum ipsius met Galeni libro de tumoribus [l] præscripta iã determinatio aduersissima est. Ex melancholico.n.humore scirrhum: ex atra uerò bili cancrum, cancerosos ue tumores generari clarissimum est. Itaq; tàm apertæ contradictioni obsistere uolentes (ni Galenum adeò uel somno, uel uino sepultum talia scribentem attico uultu condemnare malueris) ob antiquitatẽ deprauatos esse codices omninò suspicandum esse, respondebimus: Cambiumq;, (ut ita dixerimus) uocabulorum, ex ipsius met monumentis, factum ab aliquo incauto scriptore opinamur. Ita ut ubi duos scirrhi humores ab eo enarratos legentes, atram bilim inuenimus: melancholicum succum humorem'ue, atræ bilis loco, ponendum fore, præsenti quidẽ animo, determinemus: Vt sic græcè legatur [m] τοιοῦτοι δ' εἰσὶν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι δύο μόνοι, χυλὸς μελαγχολικὸς, καὶ τὸ ὑπερξηρανθὲν φλέγμα. hoc est: Tales autem sunt in animalium corporibus duo tantùm: succus melancholicus, & superexiccatum phegma. Cõtrà uerò ubi deinceps quæ ab atrabilario melancholico'ue succo duruerũt, cancerosa omnia esse, & ab emollientibus exasperari offendimus: melãcholici succi loco, atrã nigram'ue bilim, collocandam fore pro comperto habemus. Vt sic etiam græcè legatur [n] ὅσα μὲν γὰρ ὑπὸ μελαίνης σκιῤῥοῦνται χολῆς, καρκινώδη τε πάντα ἐστὶν, καὶ παροξύνονται ὑπὸ τῶν μαλακτικῶν φαρμάκων. quòd est: Quæcunq; enim ab atra bili dura fiunt, et cancerosa omnia sunt, & ab emollientibus medicamentis exacerbantur. Quòd autem de ijs, qui atra ex bili proueniunt, cancerosis tumoribus intellexerit: exacerbari quidẽ eos à mollientibus, utpotè calidis, ac siccis dicens: non de altera scirrhi specie: præter ea, quæ dicta iam sunt, ex his etiam, quæ subiungit apertissimum fiet. quum sic ait: Sed his quo pacto prospicere oporteat, in commentarijs methodi curandi docebimus. Libro autem methodi curãdi nullam in curanda utraq; scirrhi speciẽ differentiam posuit: at emollientibus utranq; curat: [o] Cancris interim aliam diuersamq; curationem admoliens. Cuius etiam sanandi rationẽ absq; hac scirrhi distinctione cuncti post Galenum, & Græci, & Arabes, atq; ipsi etiam Latini sectati sunt. Quando igitur (ut singula patefiant, sibiq; congruentia omni ex parte reddantur) ait [p] quòd propriè mollientia medentur scirrhosis tumoribus ex pituita resiccata, crassoq; humore prognatis, intelligendum per id quòd subdit, crassoq; humore, melancholicum opinamur. Si enim phlegmati uerba illa, crassoq; humore, referre aptareq; uoluisset: ita potius dixisset, ex phlegmate crasso, seu, ex phlegmate, crasso quidem humore, Vtriq; igitur scirrho tam.s. ex phlegmate, q̃ melancholico humore (quem crassi epitheto non hic modo, sed alijs quoq; prænotatis locis ostendisse notauimus [q]) emollientia medicamẽta congruunt. Quæ autem ab atra bili duruerunt, cancerosa sunt omnia: & ab emollientibus exarcebantur. Quam ob rem & rursus adiunxit, Quæ uerò à lento, crassoq; humore congelato indurata sunt, calida poscunt siccaq; medicamenta. Non temerè autem, si ex congelatione duruerunt, superaddidit. Si.n. alia ratione indurata sint: alia quoq; ac diuersa medendi ratione oppugnantibus succurrendum. Nam sicuti plures sunt durandi rationes, &

l cap. 10.

Solutio.

m 5. de simplic. med. facult cap. 3 uersus finem.

n. ibidem post pauca.

o 14. meth. cap. 4. & 5.

p ubi supra de simplic. med.

q supra fo. 106.

nes, & causæ: ita & diuersæ ac singulis propriæ sunt curandi uiæ (prout uberiùs infrà ipsiusmet ex Galeni monumentis ostendemus.[r]) Melancholicus autem humor etiam naturalissimus si ab excedente quidem calore desiccante, non à frigido congelante scirrhi occasio fiat: in Cancerosum proculdubiò tumorem pertransire facillimè poterit. propriè autem dicta durities ea est, quæ congelatis humoribus fit. Quemadmodum immodicè frigefactis phlegmonis, atq; erysipelatis nedùm œdematis non infrequenter contigisse conspeximus. Quibus & propriè dicta etiam mollientia, calida inq; & sicca, tametsi non magnoperè talia, repugnant. Hæc uerò pro manifesta Galeni contradictione dicta sint. Quæ mutatis quidem (prout fecimus) melãcholici humoris, atq; atræ bilis nominibus, appositè sedata est. Haud.n. respondisse ualet: quoniã.s. largè nominibus utrobiq; usus, aut fortasse abusus sit. ut atræ bilis nomine melancholicum succum: atq; huius rursùs nomine atram bilim intellexerit. Etenim quãuis id à Galeno permissum obseruatumq; sit (prout antea[s] quoq; tetigimus) hæc uidelicet nomina confundi sæpenumerò posse: Idipsum tamen ab eo seruari tunc offendimus (& quidem non indecenter) qùm de altero seorsum loqui intentio est. ut. V. G. si nonnunq; ita duntaxat scripserit ¦ Altera scirrhi species ab atra bili: altera uerò ab exiccata pituita fit. ¦ tunc.n. atram bilim communiter, pro humore. s. melancholico subintelligere oportet. Aequè ac si nonnunq; legimus ¦ ab humore melancholico cancrum fieri: aut melancholicum succum ex bilis adustione interdùm generari ¦ Melancholicum proculdubiò succum uel humorem, impropriè tunc, pro atra bili capere necessum est. Sin autem sic dixerit ¦ ex atra bili scirrhus, ex melancholico autem succo uel humore cancerosus tumor fit ¦ (ut libro simplicium medicamentorum quinto[t] dixisse uidetur.) Aut econtrà ¦ ex melancholico succo scirrhum, ex atra uero bili cancrum fieri ¦ scripsisset. (quemadmodum libro de tumoribus præternaturam[u] uoluisse compertum est) Ridiculum profectò est nos in eam glossam peruenire: ut ita differentiam posuisse credamus, utrobiq; nominibus abutentem. At magis hercle ridiculus esset qui hunc sermonem scripserit. Cum propriè nominibus utendum perpetuò sit: quotiès inter ea differẽtiam quampiam demostrare intendimus. Verùm hactenùs hæc de scirrhi materia dicta hic sint. Reliqua nihilominùs multa proprio deinceps loco[x] perscrutabimur. AD undeuigesimum igitur tumorem pertranseamus: Qui scirrho (Galeni[y] etiã dogmate) propinquus est, ἐκχύμωσις græcè, & ἐκχύμωμα dicitur: latinè aũt effusio, quasi dicat extra uenas fusio, respondet: à quibusdam[z] suffusio quasi sub cute fusio. Ab alijs[a] circumfusio: à nõnullis deniq;[b] sugillatio, & exuccatio traducitur. quanuis plurimi unam tantùm ecchymoseos speciem sugillationis, & sugillatorũ nomine intelligãt: quæ. s. in facie fit, ac proprio nomine apud græcos ὑπώπιον, & ὑπωφθάλμον, hoc est (ut sic dixerimus) subocularis: cum in facie sub oculis existente, ac potissimùm in inferioris palpebræ circuitu, propè oculos, fieri nõnunq;, uel ex ictu, uel alia quapiam causa consueuerit. Significat autem utraq; dictio ἐκχύμωσις, & ἐκχύμωμα nil aliud, q; χυμῶν ἔκχυσιν, hoc est: humorum effusionem: quæ plurimùm unà cum contusione ruptioneq; incidit: quanq; & alijs ex causis aduenire solita est: prout alibi[c] etiam ex Galeno præostendimus. Quam obrem Galenus[d] idem inquit. Cum caro contusa in locum sub cute sanguinem προσχέῃ, hoc est transfundit, siue transmittit, talis passio ecchymosis nuncupatur. Fitq; id si ne ulla cutis diuisione: Venas tamen exiguas insimul cum carne rumpi discindi'ue in ec-

chymomatum

r. cap.3. com. 2. 12. & 15. & tr. sequenti cap. 12. com. 3.

Quædam responsio impugnatur.

s fo.88. circa. finem.

t cap.8. uersus finem.

u cap.10. uersus finem.

x tra. sequenti cap. 11. & 12.

Tumor 19[9]. Ecchymosis.

y de tum. præter na. cap. 11.

z ut Vidius. 3. de officina medici.

a ut Augustinus Riccus traducit lib. de tũ. prætern.

b ut Felicianus traducit. 2. de fracturis cõ. 16 et de medici uulnerarij munere lib.3. cõ. 3

c libro p°. Iatrapologiæ cap. p°.

d libro de medici officina. 3. cõ. 31.

chymomatum generatione perspicuũ est. Iterũq; alibì Hippocratis quoq; uerba enarrans: qùm dicebat φλέβια ἐκχυμοῦνται idest uenæ sanguinẽ effundũt siue (ut qdam uertũt) exuccantur Galenus idem ait ἐκχυμοῦσθαι uenas inquit Hippocrates, significare uolens effundere succum extrà, quẽ continent, nempè sanguinẽ. Id quòd fit cùm tunica ipsa uenarũ cõtusa est: quæ.n.cõtunduntur corpora unionẽ naturalẽ amittunt, multis, ac paruis partibus ipsorũ discerptis, è quibus etiam sanguis circũfunditur. Appellãt igitur ecchymosin Hippocrates, & alij multi medici (perindè ac aliàs [f] ab eodẽ Galeno didicimus) affectionẽ circa cutim: cùm tenuibus in ipsa uenis cõtusis, sanguis per fissuras effunditur, nõ uno loco aceruatim, græcè ἀθρόως, ac statim ita excretus in grumos coiens: sed postq; per dissultationẽ (græcè διαπήδησιν uocãt) effusio facta est. Equibus qdem oĩbus perspicuũ fit, per .κ. legendum ἐκχύμωσις, & ἐκχύμωμα: non per .γ. ἐγχύμωσις, uel ἐγχύμωμα: ueluti nõnulli à deprauata, ob librariorũ defectum, litera quinti libri de compõe medicamentorum secundũ loca [g] decepti scribere cõsueuerunt. Diuersos.n.affectus tametsi nõ omni ratione contrarios, ἐκχύμωσις, & ἐγχύμωσις ostendunt. Cùm ἐκχύμωσις (quemadmodum præscriptũ iam est) extra uenas factam sanguinis effusionem significet: ἐγχύμωσις uerò intus factam in uenulis ipsis atq; arteriolis innati caloris spirituũue ac sanguinis fusionẽ, non Hippocratis modò, sed Galeni etiam enarrãtis testimonio, præseferat: qua uidelicet ob irã animiq; excandescẽtiam, uel aliã quãlibet occasionẽ uenulæ, atq; arteriolæ ĩ extremis corporis partibus existẽtes pleniores reddũtur, corpusq; coloratius euadit. Quẽadmodũ aliquãdo Hippocrates scripsit[y] ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα, καὶ ἐγχυμώσιος hoc ẽ: diligẽtia studiũue adhibendũ est, ut animi excãdescẽtia inducatur: et coloris reparandi causà, et sanguinis effundẽdi Haud extra uenas (cũ præternaturalis ille affectus à medico curãdus qdẽ, nõ inducẽdus sit) uerùm ĩ uasa ipsa: quæ in exteris qdẽ partibus, et cuti posita sunt. Id quod naturæ qdẽ ui, nõ cõtusionis, aut ruptionis fieri solet. Quadere diuersos affectus anteà iam diximus. Quoniãuerò à centro ut dici cõsueuit, ipsoq; à corde ad corporis peripheriam sanguinis calidiq; innati effusio fit: Hac de causa non omni ratione contrarios affectus prænotauimus Cùm in eo conuenire uideantur, quòd ab interaneis ad exteriora quædam effusio fiat. In eo nihilominùs differunt, quòd alter extra uenas effusionem connotet: Alter uerò in ipsis uenis: quanuis à maioribus ad minimas fusionem præseferat. Quamobrem ἐκχύμωσιν primũ, ἐγχύμωσιν uerò secundum nuncupabimus. Atq; idipsum à Galeno etiam promptiùs addiscere possumus, quùm Hippocratis uerba enarrans, [z] animi excandescentiam hac ratione insitum calorem excitare posse ait. Qua propter eam in perfrigeratis, & decoloratis, atq; gracilibus (ex quibusdam licet interuallis, temporibusq; opportunis: ne ob continuitatem uires, dissoluto nimiùm calore, offendamus) assumere Galenus ipse præcepit. Quo in loco rursùs, ob typographorum quoq; imperitiam, ἐκχύμωσις, per .κ. legitur: ubi pe .γ. ἐγχύμωσις scribendum fuerat. Verùm de his hactenùs: atq; obiter dictum hìc sit. Ad ἐγχύμωσιν ergo reuertamur: quæ sanguinis, ob contusionem præcipuè, ruptionemq;, sub cuti effusio est. Quamobrem contingit aliquandò (Galenus ait [a]) ubi ita coierit sanguis, temporis progressu liuescere, & denigrari, paruis nimirùm grumulis, ex disperso in multas cutis partes sanguine coactis. Ideq; alibi confirmat: dicens. [b] At effluentem sanguinem loca circum uenam excipiunt

I atq;

e 2. de fracturis com 16.

f supra de cõpo. med. secundũ loc. cap. pri. in princi. & uide. 6. de morbis uulg. parte. 2. com. 9.

g ubi supra.

Gale. locus.

y 2. de morb. uulgar sec. 4. in fine.

z lib. 3. de spirandi difficult cap. 10 in medio.

Galeni locus.

a .5. de compõe med. secundũ loc. cap. p^o. cir. prin.

b 2. lib de fracturis com. 6. circa prin.

atq; ubi exceperunt talem qualis à principio erat, minimè conseruant: Nam mora quadam ibi nigrescit: perindèac si foràs effusus inueterasset &c. Qua de re duas species, penès colorum diuersitatem, posuit Galenus [c] Quarum alteram senibus quidem, quotiès illorum uenæ contusæ, aut alia quapiam ex causa reseratæ sunt, familiarem, ac maximè contingentem, peculiari nomenclatura, μελάσματα, hoc est, nigrores appellat. Nigra .n. ob atri humoris melancholiciq; sanguinis effusionem, affecta pars euadit. Alteram uerò (quæ .s. medium colorem inter rubrum atq; nigrum obtinuit: proprieq; πελιδνά, idest liuida, seu liuores uocari potest) generis nomine priùs ostendisse uidetur: cùm sic dixerit ἐγγὺς δ᾽ ἐστι σκίῤῥου τάτε ἐκχυμώματα καλούμενα, καὶ τὰ μελάσματα. quod est: propinqua uerò scirrho sunt tùm quæ ecchymomata uocantur: tùm quæ nigrores. Qui .s. nigrores (ut subdit) senibus præsertim, contusis eorum uenis, contingunt. ἐστὶ δὲ καὶ τούτων ἔνια μὲν, ὡς εἴρηται, μέλανα, hoc est. Sunt autem & horum (intelligo ἐκχυμώματων effusionum'ue) quædam uti dictum est nigra (quæ .s. μελάσματα nuncupari paulò ante iam dixerat) & in senibus potissimùm leui ex occasione fiunt: ἔνια δὲ καὶ ἐρυθροῦ καὶ μέλανος, ἐν τῷ μεταξύ, τὰ καλούμενα πελιδνά. quod est: quædam aũt & rubri & nigri in medio sunt: quæ .s. liuida uocantur. Hæc uerò sunt generis nomine statim ab initio præfecta: & contra nigrores assumpta. Vbi græcum Galeni caudicem quater in eadem linea deprauatum esse liquet: sic dicentem ξ ἔνιοι δὲ καὶ ἐρυθροὶ καὶ μέλανες ἐν τῷ μοταξύ. ξ legendum nanq;, ut nos anteà iam scripsimus, est. Quem admodum uerò μελάσματα, latinè nigrores potissimùm senibus aduenire, uel ex leui causa, consueuerunt: Ita et πελιδνά, latinè liuores pueris, mulieribusq;, & colore candentibus accidere plurimùm, ex leuissima quauis occasione, soliti sunt. Pueris quidem, ac mulieribus, ob laxam & raram illorũ substantiam: adeò ut statim sanguis persultet, laxaq; in ipsa carne, et cuti conspergatur: Candidioribus autem, quia ex minima cruoris effusione color ipse tingitur, atq; inficitur. Verũ enimuerò unũ est quod sicco (ut aiũt) pede pertranseundũ nõ est. Quoniã Galenus scirrho propinquũ hũc affectũ præscripserit. Paulus aũt de ipso loquẽs, ait: [d] ὥσπερ ὄγκος εὐαφὴς εἴκων ἕπεται. hoc est: tanq; tumor tactu facilis et cedẽs comitatur. Si .n. tactui cedẽs est, ac per hoc mollis (Ea nãq; mollis definitio est, philosophorũ Coryphæo [e] sic definiẽte: μαλακὸν ἐστὶ τὸ ὑπεῖκον εἰς ἑαυτὸ, καὶ μὴ μεθιστάμενον: quod est. Molle ẽ quod ĩ se ipsum cedit, ac minimè obsistit. ipsoq; met Paulo sic de aneurismate dicẽte: τὸ ἀνεύρυσμα ὄγκος εὐαφὴς ἐστὶ, καὶ τοῖς δακτύλοις ὑπείκων: idest, Aneurisma dilatatioue tumor ẽ tactu facilis blãdus'ue, ac digitis cedens. quod uerbum ξ εἴκων ξ seu ξ ὑπείκων ξ à Galeni uerbo clarius fit: cũ ait [f] ξ ὑποχωρεῖ ξ quod est: locũ exhibet prementibus, aut tangẽtibus digitis.) Si tactui inq; cedẽs est, blãdusq; ac facilis. Quo nã pacto scirrho, tumori qdẽ tactui renitẽti duroq; propinquus esse põt? Rursusq; ecõtrà, si qdẽ scirrho propinquus affectus ẽ: quomodo tactui cedẽs existit? Alteruter igitur horũ uel Galenus .s. uel Paulus falsum dicit. Nisi esset quòd insimul hæc ambo stare congruenter possunt. Mollem .s. tumorem esse, ac blandum, tactuiq; cedentẽ: scirrho nihilominùs propinquum: duplici quidem ratione: Tùm quia indolens magna ex parte (Pauli [g] etiam testimonio) ecchymosis est. Qua de causa scirrho prorsùs insensili nedum indolorio proxima est. Tùm secundò, quia cùm sanguinis extra uenam sub cuti effusio facta sit, q locus cõgelatiõi, ob caloris paucitatẽ, promptissimus est. præsertimq; si refrigerãtibus

c libro de tum. præt. na. cap. 11. & .10. simplic. med. cap. 9. circa prin.

Contradictio, inter Galenũ & Paulum.

d lib. 4. cap. 30.

e 2. de genera. et cor. tex. 13. p[i]. 67. 3. celi. 11. 4. meteororum 30. 4. physicorũ. 86. & sæpè.

f lib. de tum. præterna. cap. 12.

Solutio.

g .4. lib. cap. 30.

bus

bus importunè medicus occurrat : Facillimé tenuioribus partibus expressis generari scirrhus poterit. Id quod ipsis etiam œdematis immodestè frigefactis contingere nonunq; solitum est. Aut si fortasse ualidioribus desiccantibus, calfacientibusq; medicus institerit : tenuioribus quoq; partibus ipsius sanguinis per halitum digestis, quæ remanserunt crassiores portiones, in lapideam ferè naturam, uel terream conuersæ, ex ecchymosi scirrhum constituent. Propinqua igitur scirrho ecchymosis est : quoniam promptè (ni sedulò, atq; omni adhibita diligentia curetur) in scirrhum degenerare consueuit. Hæc uerò de apparenti contradictione usq; adeò dicta iam sint. Verùmenimuerò ecchymoseos species pro affectarum partium diuersitate assumptæ à Paulo[b] tres expressæ sunt. Prima est, τὰ καλούμενα ὑπώπια : hoc est : quæ uocantur subocularia. Nonnulli peculiari, atq; huic affectui dicato nomine, sugillata latinè appellant : quanuis alij, perindè ac anteà[i] notauimus, nomen id generaliùs capientes, non eos modò liuores nigredines ue, quæ in facie, atq; sub ipsis oculis fieri ex ictu solent, sugillata nuncupent : Verùm in quauis parte corporis eueniant : Singulariq; etiam numero apud Galenum, ὑϖώϖιον, quod est : subocularis inuenitur. Scribitur uerò græce { ὑϖώϖιον } per .ω. in secunda syllaba, & .ι. in tertia. ut ijs qui græcos saltē characteres legere norint, primo statim obtútu ipsius ab altero affectu differentia liqueat : Cuius quidem non ab oculis, quos græci ὦϖας uocant, sed à pure, quod ϖῦον eadē gēs appellat, deductum nomen est, uocaturq; similiter ὑϖόϖυον, per .ο. in secunda syllaba, & .υ. in tertia. quasi dicat suppuratio. Est.n puris sub cornea oculi tunica congregatio. Quadere ὑϖόϖυον[k] inter oculi affectus : ὑϖώϖιον[l] uerò inter faciei dispositiones à Paulo seorsùm, proprijsq; capitibus, describuntur. At omisso quidem oculi affectu, ad primam ecchymosis spēm reuertamur. ὑϖώϖιον (uti prædictum iam est) græci uocant, Latinorum nonnulli sugillata. Auicēnæ interpres proprio nomine descripsisse non apparet. Sed, nigredinem sub oculo, nonnunq; græco nomini alludens uocasse reperitur.[m] Quanuis non hanc modò, sed omnem siue liuorem, siue nigritudinem in quauis corporis parte factam sanguinem mortuum nuncupet[n] interdum uerò[o] uestigia sanguinis : aut uestigia nigra :[p] Siq; à contundente, percutiente ue quapiam occasione contigerit, quasi specialiùs eundem sanguinem mortuum ex causa determinās, uestigia percussionis appellet[q] Quem tamen affectū aliquandò[r] alfascb seu alfase nomenclatura (prout aliàs[s] etiam prædixisse recolo) Princeps ipse nobis connotasse uisus est. Latini quidem huiuscemodi percussionum uestigia Vibices, quasi ui quadam (uti festus ait) facta nominant. Secunda uerò ecchymosis species à Paulo[t] expressa est, quā græcè ὑϖόσφαγμα, & Galenus & cēs alij nūcupant. Latini uerò simplex huic nomen minimè inuenerūt : sed pluribus circunscripserunt. Qua de re Celsus[u] oculorū sanguine suffusionem uocat, cùm extrinsecùs offendūtur. Alij liuores ex ictu in oculis uertunt. Plurimi autem græcorū nomine utentes hyposphagma perpetuò nuncupāt, quasi latinè diceres subruptionē, uel sanguinis è uase eruptionē, ἀπὸ τοῦ σφάττειν, quod est iugulare atque incidere, seu rūpere : & si qbusdā ὑϖόσφαλμα potiùs proferre libet, ἀϖὸ τοῦ σφάλλειν, quod est percutere, atq; etiam aberrare. Cum sanguis extra uenas præternaturam lapsus aberret. Est enim hyposphagma, seu hyposphalma (Paulo[x] definiente) uenarum adnatæ membranæ ruptura, ex ictu potissimùm eueniens. Quibus uenis (ut Aetius[y] addit) ruptis contusis ue, sanguis sub tunicà subit, ac statim quidem cruentus

Ecchymosis spēs à Paulo positæ.

b Ibidem
i fo.108.
k lib.3. cap. 22.
l ibidem cap.25.
m .2.can. tra.2. cap.158. de calamento. post prin.
n ut 4[a]. 4. tr.2. cap.3. & cap. 6. & 7.4[i]. tr.2.ca. 6. & .2.can tr.2. cap. 161. de calamento aromatico.
o 2. can.cap. de aceto.
p ut 7. 4. tr. 2. cap.4. & 2. can. tr.2. cap. 158. de calamento.
q ut 7.4[i]. tr. 2. cap 4.
r 4[a] p[i] cap. 28.
s lib. p[o]. Iatrapologiæ.
t lib. 4. cap. 30.
u lib. 6. cap. 6. sec. ult.
x lib.3. cap. 22.
y lib.7. cap. 20. in prin.

oculi color exadit, posteà uerò liuidus. Sæpenumerò autem in extima ipsius albæ tunicæ parte ueluti sanguinis puncta conspeximus. Qua de causa Princeps [z] etiam ait de Tarfati loquens, (Sic .n. suo idiomate hunc affectum appellat, uel cum articulo Altarfati) est ,, punctum sanguinis recentis rubei, aut antiqui mortui liuidi, aut nigri currentis à quibusdã ,, uenis ruptis in oculo, propter percussionem &c. Hinc succedit ut qui huiuscemodi affe- ,, ctu laborant rubra putent omnia (Galeni [a] quoq; testimonio) quæcunq; aspexerint. E quo rursùs euenit, ut non ὑποσφάγματα modò, uerùm & αἱμάλωπας, unà cum Archigene, Galenus [b] appellet: quod est, cruentum sanguineum'ue aspectum: haud illa duntaxat ratione, quia sanguineus oculus eum conspicientibus appareat: sed quoniam (uti præscriptum ex Galeno est) sanguinea sibi uideantur quæcunq; affectus oculus inspexerit. Non 10 igitur duos affectus archigenes duobus nominibus intellexit: q̃uis copulatim dixerit [c] { πρὸς αἱμάλωπας, καὶ ὑποσφάγματα } hoc est, ut quidam interpretantur { Ad cruentatos oculos, & sugillatos } at unum eundemq; affectum præseferre uoluit. Galenus [d] αἱματώδεις ὑποχύσεις, idest, sanguineas suffusiones appellat. Omittimus autem hic Hippocratis ὑπόσφαγμα tanq̃ nostro proposito minimè conducens: totius .s. atramenti sepiæ tanq̃ subsidentẽ fæcem, Galeni [r] expositio, nesignificans. Tertia Demùm ecchymosis spẽs à Paulo [e] relata est, quæ sub contusis unguibus fit. Qùm uidelicet sub illis à ruptis contusione uenulis resiliens sanguis congregatur: rubrum ab initio, dein uero liuidum, ac deniq; nigrum ipsum unguem efficiens: quemadmodum & ille iisdem coloribus successiuè inficitur. ὑπόνιχον 20 græcè, latinè autem subunguium: non incommodè (tametsi nouis ac nunc effictis nomenclaturis) uocare nos possumus. Idipsum prætereà notantes quòd non in his modò partibus, facie inq̃, oculis, & unguibus affectus hic aduenire potest: Verùm & in qualibet corporis particula. Adeò ut tot numerari spẽs penès affectam sedẽ queant: quot sedes membraue corporis existunt. Paulus .n. & si tres duntaxat expresserit: Haudquaq̃ tamen determinato numero dixit { tres sunt ecchymosis spẽs. } At hæc tria Ecchymosis esse species uoluit. Vt non ecchymosis species uestigantem: sed ad quem affectum illa tria reducantur: quoniã .s. ad ecchymosim, ut illius species, declarantem cognouerimus. Nos autem rursùs infrà & alios affectus ad ecchymosin reducibiles contemplabimur. [f] Nunc igitur ad huiuscemodi affectus causam, cuius ratione singula hoc loco perpenduntur, commigremus. Quæ non alia quidem est, q̃ sanguis è uenis effusus, nunc professò (ut ait [g]) per tunicas contusas: 30 nunc uerò in finibus reseratas. Sanguis inq̃ causa est, non quarta substantia, quæ ab utraq; bili, nec non pituita secũdũ propriã naturã secreta est. at uniuersus quidem sanguis ex quatuor humoribus, quin & ipsa interdùm serosa superfluitate congregatus: q̃uis uarius, in quibusdam .s. biliosus magis: in aliis uerò pituitosus, aut atrabilarius, pro diuersa corporum dispositione, ac temperamento, existat. ORE autem in arteria facto, uigesimus tumor prosequi nonnunq̃ consueuit: quod græci ἀνεύρισμα, [h] latinè autem à quibusdã dilatatio: corruptisq; barbarolatinorũ uocabulis, Hyporisma, et Emborisma seu Emborismũ et Aporisma nuncupatur. De quo cùm alibi [i] quidẽ uberrimè locuti fuerimus. Breuiùs hic, & per transennam nonnihil attingemus. Quì uidelicet eiusmodi tumoris materiam pernouerimus: quæ non alia, quam spirituosus sanguis, substantia quidem tenuissi- 40 mus, colore flauus, temperamentoq; calidior eo, qui uenarum, sanguine existit.

z .3. fen. 3. tr. 2. cap. 24.

a po. de' sympt. causis cap. 2. uersus finem.

b .4. de compo. med. secundum loca. cap. 6. in prin.

c ibidem.

d ibidem.

r lib. de linguarum Hippocratis expositione.

e 4. libr cap. 30. tertij, ultimo, et sexti 86.

f infra. fo.

g lib. de tum. præterna. ca. 11. ĩ fin.

Tumor uigesimus.

Aneurisma.

h lib. de tu. præterna. cap. 12.

i lib. Iatr ꝑ logiæ cap. 4.

Qui nonnunquam (tametsi rarissimè : ac tùm præcipuè, cùm ab arteriæ fotu sanguis, in quempiam fortasse cuniculum incidens, remotus, prorsusq; destitutus sit) in grumos, quos græci θρόμβους nominant, conuersus, ibiq; astrictus, quinetiam ab imperitioribus medicis perperàm, atq; importunè frigefactus, gangrænam priùs, deincepsq; hac negligentiùs curata siderationem, sphacelon ue parere consueuit. QVO quidem aneurismate affectus alius multò latiorem tumorem repræsentans, coloreq; tamen albidiorem oedema spāli nomenclatura, post Hippocratem, à medicis (Galeno referente [k]) nominatū est. Quanuis in eo quòd prementibus utrunq; digitis cedat, inuicem congruant. Delitescit.n.omnis in aneurismate tumor, recurrente in arterias substātia, quæ eum efficit. In œdemate uerò prementibus materia digitis cedit, foueaq; instar pars ipsa excauatur. Ex alba nihilominùs id tenuiq; pituita, nec non uaporoso spiritu membri substātiæ permisto, nedùm inspersō, gignitur: Illud aūt ex spirituoso sanguine (ueluti iamiam prædiximus) effectum est. Duplex igitur œdematis materia(Galeno[l] præ cæteris declarāte) scilicet una eadeq; tumoris forma tā gentibus quoq; digitis, nedùm cernentibus oculis præsentetur. Vel.n.tenuis pituita: uel uaporosus spiritus eiusmodi tumoris occasio est. Idipsum nihilominùs uerum est, quòd ex pituita factum œdema, morbus quidem existit: perindèac ex uaporoso constitutū spiritu, symptoma. Id quod cùm plurimi negligenter, atq; ineptè à Galeno perceperint, operæ pretium fore arbitrati sumus hoc etiam loco Galeni mentem enucleare. Duplex.n.pro illius sententia œdema est (quod græci quidem ὄιδημα, barbarolatini autem corrupto uocabulo undimiam, alijq; corruptiùs Zimiam, Arabum uerò nonnulli trehel nuncupant) Alterum quidem ut morbus, ueluti præscriptum iam est, atq; idipsum ex pituita, non asiccata (ut in scirrho) uerùm tenui, nec non aquosa, & lubrica, præsertimq; in carne, atq; ipsa etiam cuti, roris instar in lanis & spongijs infusi, originem ducit. Quamobrem à pituitæ quidem euacuatione curationem inchoandam esse necessum est, ac deinceps ad topica perueniendum. Alterum uerò ut symptoma, alium affectum, qui morbus sit, insequens: ut. V. G. aquam intercutem, & quam propriè græci, & præsertim Athenienses nominant, φθόην, Hippocrates uerò nonnunquam (Galeno enarrante [m]) φθίσιν appellat, pulmonis uidelicet ulcera insanabilia consequentem totius corporis cum febre parua extenuationem: Itemq; uehementer malos corporis habitus (καχεξίας græci uocant) qui & in ipsis etiam utero generentibus, ob suppressos menses, aduenire solent. Hos inquam affectus insequi, maximeq; in cruribus ac pedibus œdema tanquam symptoma consueuit. Qua de re nullam (uti Galenus [n] ait) seorsùm propriā curōnem, nisi uehementiùs increscat, requirens. Quippè remoto quem insequitur affectu, confertim euanescere talis quoq; pedum, alterius'ue cuiuslibet partis tumor solitus est. Itaq; huius secundi œdematis, aliorum (ut diximus) morborum symptomatis causa non pituita, quemadmodum prioris est: Verùm flatuosus, uaporosus'ue spiritus est, qualis in cadaueribus (Galenomet erudiente [o]) euenit. Cuius rursum flatuosi spūs non magis pituita, quàm atrabilarius humor, uitiosus'ue sanguis aut serosa superfluitas esse materia potest. Morbos.n.aliquando sequitur, in quibus pituitæ defectus potiùs existit: perindè ut phthisis præsertim diuturna, & prope mortē existens est: quæ corpus usq; adeò quidem cōtabesecit, ut nil aliud præter ossa, & cutim præseferat, exactumq; σκελετὸν conspicientibus repræsentet. Ex caloris tamen imbecillitate plurimi possunt uaporosi spiritus eleuari,

Tumor 21 œdema.

k .5. Aphoris. 65.4. de rōe uic. acut.com.21. post principia. primi prognost. cō. 29. & 30.

l .14. meth.cap. 4.& 2.ad glauco cap.3.

Oedema 2

m ut 7.aphoris. 16 deo leoni. 2. ad Glaco. traducit phthisicis, ubi græce dicebatur φθόας.

n .14.meth.cap. 4.& 2.ad Glauco.3.

o .2.ad Glau.3.

maximeq; in extremis cruribus pedibus'ue: In qbus tanq; à caloris fonte remotissimis imbecillimus calor est. propterea nō temerè Galenus[p] ait ❴ Eqdē scio aliter quoq; œdemata prouenire, sicut in pedibus in aquæintercutis affectibus &c. ❵ Aliter, intellige, q; ex pituita, Quoniam. s. ex uaporoso flatuoso'ue spiritu: quemadmodum alibi[q] etiam ex ipso didicimus. Cuius uerba, & illis denotatam sententiam Paulus,[r] atq; ipse etiam Aetius[s] exscribentes confirmarunt. Qui nihilominus pedum tumor in duabus aquæ intercutis speciebus: tympania uidelicet, atq; ascite, uaporosis ex spiritibus, absq; pituitæ defluxu, fieri consueuit. In alia uerò spē, quæ à græcis (paulo[t] etiam docēte) λευκοφλεματίας, uel ὑποσάρκιδιος ὕδερος. uel ἀνασάρκα nuncupatur, nonnunq; etiam (ut idem ait) in tota corporis mole frigidior, pituitosiorq; sanguis cōtinetur: qualis partim à iecore descendit, partim ex tota carne corporis, ueluti in aquam resoluta emanat. Adcò ut corpus albido, & pituitæ colore, emortui instar appareat. In hac igitur aquæ intercutis specie mistus uidetur affectus fieri, partim. s. ex defluente pituita, partim uerò ex flatuoso uaporoso'ue spiritu. Quamobrē & alia quidem ratione morbus, alia uerò symptoma non immeritò dici queat. Verùm enim uerò ex ijs quæ præostensa iam sunt Linacrum[u] dormitasse liquet, œdema id quod symptoma duntaxat est ❴ multitudinis eius quæ hominem premit ❵ uertentem: græciq; interim codicis lapsum minimè considerantem. Vbi n. ❴ πλήθους ❵ idest, multitudinis, seu plenitudinis habet, legendum uel cæcis apparet ❴ πάθους ❵ hoc est, morbi (Capi. n. posse πάθος latinè passionem pro morbo, licet impropriè, communiterq;, non semel Galenus[x] ipse testis est: q quidem, & aliorum quoq; græcorum morem insequens, πάθος pro permanente affectu morbo'ue sæpenumerò usurpat.) Quam tamen contextus deprauationem, cùm ex Pauli,[y] atq; Aetij,[z] qui Galeni uerba, ueluti prænotauimus, exscribunt, græcis codicibus inspectis cognoscere perfacilè potuerat. tùm etiam ex ipsa re certius id fieri promptum erat. Siquidem, & tabem, & cachexias malos'ue habitus, aut aquas intercutes insequi, præscriptum à Galeno est: in quibus πλῆθος, multitudo'ue, nulla dubio procul existit. tùm tertio ex antiquiori uersione palatum fuerat, sic dicente ❴ in quibus demùm non dispositionem, sed eam consequens symptoma dicendum ❵ Duplex igitur (ut ad id, unde digressi sumus, reuertamur) œdematis species est. Altera quidem ex defluente ad locum tenuiori pituita generationem suscipiens: Quæ morbus est. Altera uerò ex uaporoso potiùs, flatulentoq; spiritu originem ducens, non morbus, at aliorum morborum insequens symptoma: nullamq; propterea sibi propriam curationem efflagitans. Priorē ergo speciem & Galenus[a] et eius sectatores, Paulus,[b] atq; Aetius,[c] intellexerunt, quùm sic aduersanter subiunxerunt. ❴ At si ex pituitoso humore in particulam influente œdema constitit, abundè aliquando satisfacit spongia. &c. ❵ Quibus omnibus exquisitè, ut operæpretium est, pensitatis: à Galeni simul intentione, & ueritate deuios esse liquet eos, quiquidem œdema id, quod symptoma cum Galeno supposuimus, adhùc subdiuidunt, Vel ex pituitoso humore, vel ex uaporoso spiritu generari dicentes: quasiq; differre abinuicem, ex pituitosi humoris defluxu, aut ex pituitoso humore fieri, supponentes. Id quod nonnibil sibi ueritatis adiungere fortassis ualeret: si æquè in cruribus pedibusq; generari pituita posset, ac uaporosus spiritus eleuari ab illorum imbecillo calore contingit. Verùm secùs profectò, q; ipsi opinantur, se habet: Cum ex uenis elargiri pituitā: haud in ipsis cruribus pedibus'ue generari posse perspicuū sit.

VERVM quia

p 14. meth. cap. 4. in prin.
q .2. ad Glauco. cap. 3.
r libro. 4. ca. 27
s libro. 15. ca. p°.
t libro. 3. cap. 48 post principia.

Linacri dormitatio.
u 14. methoe. 4.

Galeni locus
x lib. de sympt. diff. cap. p°. post prin. & .2. meth. .3. de consti. art. med. 15. libro. de morb. diff. cap. 8. post medium. pi. de locis aff. cap. 2. circa mediū p°. libro de officina medici cōm. p°. post prin. et p°. epidē. cōst. p4. cō. 22. & cōsidera pi. aphoris. 4°. 24. & tertij 28. & sæpè.
y lib. 4. cap. 27.
z lib. 15. cap. p°.
a .14. meth. cap. 4. et 2. ad Gla. 3.
b lib. 4. cap. 27.
c lib. 15. cap. p°.

Cōtra Tagaultium.
Libro pri. cap. 10. in prin. & antea in generalibus diuisionibus in diuisione œdematis.

quia secundam œdematis speciem tetigimus: quæ plurium affectuum symptoma est: Hanc autem ad genus althebegi, seu thebegi Princeps ipse (uti uidebimus [d]) reducet. Thebegi uerò ab ipsomet in uentosorum apostematum catalogo præscribitur [e]: Hanc obrem futile non fuerit ipsum quoq; uentosum tumorem hic obiter definire, præsertim quia Galenus libro quem interpretamur, de tumoribus.s. præternaturam, & si multos antea tumores tanq̃ à medicis necessariò pernoscendos, tùm quò ad eorum generationem, tùm etiam quò ad substã tiam, enarrauerat: inter quos & ipsas quoq; πνευματώσεις (inflationes nonnulli ex nostris [f] conuertunt) pari ratione considerandas proposuerat [g]. Alijs tamen deinceps definitis, nil ampliùs de huiuscemodi πνευματώσεος, inflationis'ue generatione, aut substantia meminit. Qua de causa neq; inter tumores à Galeno in illo libro definitos anteà nos, in nostro tumorum catalogo, reposuimus [h]. Tuum uerò est illis etiam hunc adiungere, ac duos & sexaginta numero determinare. Nosce tamen operæpretium, maiorisq; momenti est, Græcos tria distincta nomina, diuersis rebus ostẽdẽdis, imposuisse: Videlicet οἴδημα πνευμάτωσιν & ἐμφύσημα: Quanuis traducentium plurimi usq; adeò nonnunq̃ dormitarint, aut uarij abinuicem extiterint, ut nobis inflationem pro quolibet illorum conuerterint. Qua quidem æquiuocatione græcarum literarum inopes magnoperè perplexos uidimus. Vt modò unum, modò aliud intelligerent. Nuncq; bifariàm, nunc uerò trifariàm capi inflationem, uel Galeni (ut existimant) sententia protulerint. At enimuerò secus esse, ac illi machinantur, ex græcorum nominum definitionibus liquere perfacile poterit. οἴδημα nanq; quod nos œdema latinis characteribus scribere solemus, quanuis apud Hippocratem [i] οἶδος quoq; aliquando [k] proferentem, ueterrimosq; tumorẽ omnem indifferenter, (Galeni testimonio [i]) præsetulerit: Ipsius tamen Galeni æuo & reliquis deinde iunioribus mollem, indoloriumq;, ac laxum tumorem ostendit: siue morbus existat, ab aquosa tenuiq; pituita originem ducens: siue symptoma sit, à uaporoso spiritu (ueluti præostensum iam est) genitum. Id Leonicenus [l] inflationem sæpenumerò conuertit. πνευμάτωσις uerò, & ἐμπνευμάτωσις (quam similiter multi [m] inflationẽm traducunt) commune genus èxistit ad eum tumorẽ, qui ex flatuoso spiritu in spatiolis porulisq; ratione contemplabilibus insperso genitus est, quamq; paulò ante alteram œdematis speciem, ex Galeni monumentis ostẽdimus: & ad alium quoq; tumorem, in quo flatuosus spiritus in spatio sensui exposito colligitur: Isq; ille est, quod speciali quidẽ nomine ἐμφύσημα nuncupabimus. Inquit.n.Galenus [n] ἡ δὲ πνευμάτωσις γίνεται διττῶς: ἤτοι κατὰ τίνας αἰσθητὰς κοιλότητας ἀθροιζομένου πνεύματος φυσώδου, ἢ λόγῳ θεωρητάς. quod est (ut uerbum uerbo reddamus) spirituificatio autem dupliciter fit: nempè collecto spiritu uentoso in quibusdam cauitatibus, uel sensui expositis, uel ratione cõtemplabilibus. Quam porrò distinctionem Glauconi etiam scribens confirmauit [o]. Intelligo autẽ cauitates ratione contemplabiles, quia sensum effugiant, ipsos similarium partium porulos, atq; interposita similaribus spatiola: quæ in mollibus quidem, sensui proculdubiò occulta (Galeni etiam testimonio [p]) sunt. Quamobrem, & euestigiò præscriptis adiunxit: ¶ Fuerunt sanè qui aliquando tumores præternaturã in musculis secuerunt, tanq̃ pus in imo reperturi: Sed nihil aliud præterq̃ spiritum, qui totam per carnem minutatim disseminatus esset inuenerunt. Dicens igitur totam per carnem minutatim disseminatum esse spiritum, id quod iterùm post pauca repetit: in carnis porulis dispersum esse uoluit. Idipsum uerò nil aliud, q̃ secundam

d infrà tra.2.ca. 2.tex.3.
e Ibidẽ cap. po. tex.4. & 2a. p[i]. doc. p[a]. cap. 5. circa finẽ.
f ut Limanus, et Riccus.
g de tum. præter natu. cap. 6.
h supra fo. 77.
οἴδημα.
i 5. aphoris. com. 65. i prin. & 4. eiusdem com. 34. ante mediũ et pri. prognost. 29. 30. & 4. de rõe uic. acut. cõ. 21. post. prin.
k 3. de fracturis t. & com. 8.
l 4. aphoris. 34. & 5. cõ. 65. in prin. licet recentiores Leoniceni literam correxerint.
πνευμάτωσις
m ut Limanus, et Riccus lib. de tumo. præt. nat. ca. 6. et Vassæus. 4. de rõe uic. acut. com. 21. post prin.
n 4. de rõe uic. acut. com. 21. post prin.
o 2. ad Glauco. cap. 5. circa medi.
p lib. de inæqua li intẽperie cap. 2. et 9. de usu. par tiũ p[o]. & 2. de tẽ peramẽtis. 5.
q 4. de rõne uic. acut. 21. ante me.

secundam œdematis speciem nobis indigitare prima fronte uidetur. Nibilo secius tamen & tertiam quandam tumoris differentiam, quæ sub emphysemate quoq; contineatur subtilius ue stigantibus significabit. Fieri.n.posse ἐμφυσήματα (latinè aptius inflationes, quemadmodum πνευμάτωσιν, spirituificationem conuertere latinis possumus) ex flatuoso spiritu, non uno tantùm in loco, amploq́; interstitio aceruatim collecto: uerùm & ex eo per minutulas partes in musculis, aut alia quoq; parte disperso, Galenus idem alibi [r] nobis insinuat. Etenim cùm huiuscemodi tumorum ab œdematis morbis differentias ostenderet: prædixeritq́; eò differre, quòd pressa digitis emphysemata inflationes'ue in foueam minimè concauantur: ac secundò quia sonitum uelut tympanum reddunt: Demùm tertiò subdit, quòd in cauitate sensibili πολλάκις, hoc est sæpè, siue crebrò continentur, atq; hac nonnunq; maxima. Dicendo igitur tertiam differentiam esse, quoniam hæc sensibili sepenumerò in cauitate continentur: innuit nõnunq; in cauitate sensum latente posse ipsum emphysema inflationem'ue generari. Vt tertia quidem differentia in hoc persistat: Quoniam œdema semper ob materiam, in cauitatibus sensui occultis, rationeq́; potiùs contemplabilibus dispersam gignitur: Emphysema uerò sæpè in spatijs sensibilibus aceruato spiritu efficitur. Quamobrem & alteram πνευματώσεως, spirituificationis'ue speciem rursùs distinguere, penès has ratione contemplabiles cauitates oportet. Vel.n in porulis membrum ipsum tales flatuosos uaporososq́; spiritus recipit: Tuncq́; altera, quam diximus, œdematis species fit. Vel nuper effectis ob contusionẽ aliam'ue causam minimis interuallis aceruatim suscipit: Tuncq; altera emphysematis spẽs gignetur. Perindè atq; altera ab hac est: quæ.s.in sensui pernotis, publicisq́; uacuitatibus, ut in uentriculo, intestinis, atq; medio inter hæc & peritonæum uacuo, recepta uentositate, producitur. Hæ nanq; uel cæcis manifestæ cauitates sunt. In rupta uerò ob contusionem, siue aliam quãcunq; causam carne, aut in quo musculi se inuicem contingunt. Quin si rectiùs perpendere uoluerimus (licet seorsum Galenus enarret [s]) sub mẽbranulis etiã tùm musculos, tùm ossa, tùm deniq; singula priuatim uiscera circundantibus, sensui occulta spacia existũt: quæ tamen deinceps latiora fiunt: ut cuiuis pateant, ubi uidelicet prædicto flatuoso spiritu distenta, nec non dilatata iam sint. Itaq; ab inuicem secunda œdematis, atq; altera emphysematis inflationis'ue species differunt (Et si utraq; flatuoso ex spiritu, in minimis ac sensum effugientibus spatiolis insperso genita est) Nam illa ex huiscemodi spiritu fit in minutissimas particulas diuiso: ut roris instar in ipsis porulis inspersus nec nõ disseminatus, ac (uti princeps ait) [t] mẽbri substantiæ admistus remaneat, nec multùm interea partem ipsam tanq; tenuis, debilisq́; existens uapor, ac per hoc leuis à Principe [u] uocatus distendat: ex quo fouea prementibus digitis fieri potest. Hæc uerò quanq; in minimis etiam spatiolis recepto prius uento gignitur: Vsq; adeò nihilominùs insimul materia congregatur, ut magnoperè membrum ipsum distendat, sensuiq; manifestam quandam cauitatem, dilaceratis deniq; partibus, efficiat. Sicq́; in foueam excauari nequit: Verùm instar tympani percussa pars affecta resonat. De hac igitur appositè Princeps ait: [x] „Et fortassè non „ingreditur spatia, immo separat mẽbra coniũcta, & ingreditur ea, & generatur in eis quod „est necessarium disrumpere ea: & uentositas remanet. His ergo sedulò perpensis, πνευμάτωσιν græcè, latinè autem spũificationẽ de tribus posse flatuosis tumoribus, ueluti sub se contentis speciebus, prædicari perspicuum fit. Quorum primus, alterum œdema est:

Duo

ἐμφυσήμα

r 14.meth. cap. 7.circa princ.

s .2. ad Glauco. cap.5.circa medi.

t .2. p[i]. doc. pa. cap.5.in fine. & tra. sequenti cap. 19.tex. p[o].

u tr.sequẽti cap. 19.tex.p[o].

x infra.tr.sequẽti cap. 19.tex. 3.

10

20

30

40

Duo uerò reliqui græcè ἐμφυσήματα, latinè autem inflationes peculiari nomenclatura uocantur. Auicenna [y] primum, ad genus Thebegi reduxit: & quatenùs ex flatuoso spiritu fit, sub uentoso apostemate collocauit: generatim Videlicet capiendo uentosum apostema. ut idem sit, quod græcis πνευμάτωσις. Alibi [z] uerò cùm ex phlegmatis uapore nōnunq; fieri posse idem considerarit, substantiæq; membri sic infusum, & inspersum esse talem uaporem intellexerit, ut in foueam premente digito cauetur, ad œdema reduxisse tandem decreuit, de genere tamen althebegi esse adiungens. quanuis proprij (ut uidetur) sermonis oblitus deinde [a] non amplius thebegi sed illi simile pronunciarit. Est autem Thebegi seu cum articulo Althebegi apud Arabes (teste Andrea. Bellunensi [b] eorum idiomatis peritissimo) idem quod tumefactio quedam similis cachexiæ. unde Cachexia est tumefactio faciei, & extremitatum, causa debilitatis hepatis. Sed Thebegi est nomen commune ad cachexiam ueram s. quæ prouenit uitio hepatis, & ad tumefactionem membrorum similem cachexiæ, prouenientem ab alia causa: Sicut tumefactio oculorum, & facici ex somno prolixo, & alia consimilia. Quæ autem ex uento in unum aggregato, siue manifesta quamprimùm ab initio cauitas extiterit, siue deinceps ab extendente separanteq; materia facta sit, ab Auicennæ interpretibus inflatio dicta est. Verùm de his usq; adeò dictum sit: quò tùm œdematis tùm emphysematis materia pernoscatur. Illius. n. uel defluens pituita, quæ tenuis quidem consistentia sit, uel spiritus uaporosus membri substantiæ admistus (ut infrà [c] rursùm ex ipso etiã Principe declarabimus) materia generationis est. Huius uerò in uniuersum spūs flatuosus. Vocatur autem (Galeno docente [d]) non solùm flatuosus, sed etiam flatus uentus'ue huiuscemodi spiritus crassus, ac uaporosus existens, non secundum substantiam æthereus, neq; tenuis. Velut. n. aer qualis in austrinis constitutionibus, haud qualis in aquilonaribus conspicitur. Fit autem huiusce spiritus uenti'ue generatio (ut eius quoq; substantiam atq; temperamentum unà cum Galeno [e] pernoscamus.) ex crudis glutinosisq; & crassis, ac temperamẽto frigidis in animalis corpore inuentis succis. Qui tamen lente, atq; imbecilliter calefiant. Lentè inq; & imbecilliter. Superfluus. n. ac nimium excedens calor usq; adeò quidem attenuat, ut in halitum deniq; sensum effugientem discutiat: uel fortassis crudum ipsum humorem concoquit. Nimiùm uerò debilis, aut syncera existens frigiditas prorsùs halitus non facit. Atq; uno uerbo (appositissimè Galenus [f] ait) tanq; extrinsecùs tùm frigidissimi flatus sunt sereni, solentq; maximè flãte borea fieri: tùm calidissimi, qui æstatis tempore incidunt, ambientem aera purum reddũt: Qui uerò inter hos sunt nebulam gignunt. Itidem in animalibus neq; in caloris summa imbecillitate, nec cum idem nimiùm est uehemens: Sed in ijs qui inter hos sunt flatibus flatuosum excrementum gignitur. Verùm de his hactenùs hoc loco dictum sit: donec non œdematis modò, sed emphysematis quoq; materia causáq; pernota iam sit. Ad alios igitur tumores progredi tempestiuum est. ITAQVE secundum & uigesimum tumorẽ, ulcerosum alioquin existentem, contemplemur. φαγέδαινα græcè uocatur, ἀπὸ τοῦ φάγειν, hoc est: ab edendo. quasi dicatur latinè exedens, seu corrodens. Vlcus. n semper est (Galenus [g] ait) idq; ἐσθιόμενον, idest exedens: siue ἀναβιβρωσκον, hoc est depascens, corrodens'ue: siue quomodocunq; appellasse libet. Quot in re ab herpete non semper ulcere existente differt. Verùm non ratione qua ulcus est nos hìc phagedænam declarare proposuimus: At qua talis ulceris oræ uitiosissimo succo, præsertimq; (ut uidebimus) atra bile necessariò infartæ sint, ut præter

y infrà tr. sequenti cap. p°. tex. 4. & 2. p¹. doc. p^a. cap. 5. in fine.
z tr. sequẽti cap. 2. tex. 3.

Thebegi.
Althebegi.

a Ibidem cap. 19 tex. p^c et cap. 20. tex. etiam p°.
b In expositione arabi corum nominum littra. T.

c In hoc commẽto in expositione distinctionis 32. et et tr. sequẽti. cap. p°. co. 2.
d 2. ad Glauco. 5. uersus mediũ.

e 12. meth. ult. 14ⁱ 7°. et 2ⁱ. ad Glau. 5. & 3. de sympt. causis cap. 2.

f 3. de sympt. causis cap. 2. post medium.

Tumor 22^s.
Phagedæna.
g 2. meth. cap. 2.

ut præternaturam tumor circumstantes ulceris partes occupet. Alioquin neq; corrosio fieret: Nisi prauis (uti dictum est) succis affecta pars completa, refertaq; iam sit. Nomine igitur (ut appositè Galenus[b] ait) à symptomate, hoc est ab ipsa exedendi, erodendi'ue actione desumpto, phagedæna huiuscemodi tumor, & phagedænicum ulcus nuncupatur. Quanuis & alios pari quidem ratione affectus nomen id præseferre soleat. Quos ne in æquiuocationem aliquandò inscij ceciderimus, pernotasse operæpretium fore arbitrati sumus. Nõnulli.n. (Galeni[i] quoq; testimonio) phagedænas multorum ciborum esus esse uoluerunt: Quos & ipsos à uitiatis humoribus, immodicos edendi appetictus excitantibus, prouenire, ab ipso etiam Galeno conceditur. Adeò ut non esum modò, sed insimul esuritionem quoq; uehementem insinuet. Id quod tùm inter græcos ab authore[k] libri definitionum medicarũ, absq; ulla conditione, confirmatur: sic definiente. Phagedæna est constitutio, in qua multum appetẽtes cibum, sumentesq; immodicum, non ipsum retinent, sed ubi eiecerint rursùs appetunt. tùm inter latinos à Cælio Aureliano[l] declaratum: quùm ait. Est etiam phagædena ex stomachi passionibus: qua affecto sequetur cibi uehemens appetentia: quam græci ὄρεξιν appellant, & coaceruati accipiendi cupiditas, & immasticata transuoratio. Tunc grauedo, atq; tensio, & propterea uomitus, quem sibi coacti, atq; oppressi prouocant ægrotantes: corporis macies, pallor: aliquandò etiam uultus inflatio, oris pædor, &c. Quorũ nuper dictæ definitiones non alium esse affectum, phagedænam ostendunt; q̃ is qui à Galeno,[m] suisq; sectatoribus, Paulo[n], Aetio[o], atq; etiam Principe[p] caninus appetictus, seu fames dicitur. Sic.n huiuscemodi affectus à Galeno definitur: quod. s. eum habentes, & plurima edunt, & maximè grauati paulò post reuomant. Qua de re à canibus nomen affectus desumpsit. non modò quia ueluti canes uehementer esuriunt, comeduntq;: uerùm magis quoniam canum istar (ut Aetius[o] ait) euomunt, rursusq; ad cibum reuertuntur. Itaq; duplicem phagedænæ iam iam prænotatum modum aduertens Plinius,[q] aliquandò ait: phagedænis, quod nomen sine modo exedentium est, & aliàs ulcerum, tithymali medentur &c. Alibiq;[r] non semel distinctionis gratià {ulcerum} adiunxit {phagedænas, aut phagedænis ulcerũ} dicens. Quemadmodum quoq; interdùm[s] ait {Ea uerò quæ phagedænas uocant, in ulcerũ genere, corij bubuli cinis cum melle &c.} Quod phagedænæ nomen (ut maior eius æquiuocatio pateat) alium quoq; à præscriptis duobus diuersum affectum ueteribus (Columella[t] teste) significauit: Apium uidelicet quandam ueluti luem. Sæpè.n. (inquit) uitio, quod græci φαγέδαιναν uocant) intereunt. Siquidem cum sit hæc apium consuetudo, ut priùs tantum cerarum confingant. quantum putant explere se posse. Nonnunq; euenit, ut consummatis operibus cereis, ut examen conquirendi mellis causa longiùs euagatum subitis imbribus, aut turbinibus in syluis opprimatur, & maiorem partem plebis amittat. Quod ubi factum est: reliqua paucitas complendis fauis non sufficit. Cumq; uacuæ cerarum partes computrescant, & uitijs paulatim serpentibus, corrupto melle, ipsæ quoq; apes intereunt. Quin & quartum quoq; affectum ueteres phagedænæ nomine interdùm ostendebant: iumẽtorum. s. quem uulgò uermem quoq; nuncupare solemus, eorum crura sic exedendo corrumpẽtem. Quanuis autem una eademq; in omnibus nomenclaturæ communis ratio uideatur: erodendi. s. exedendi'ue. Quia tamen diuersas erosionum formas, ac maneries obtinent. ut illud[1]. s. tale nuncupetur, quoniã hominis carnes erodat. Aliud[2] uerò, quoniã ipsemet homo uehementer

---

b Vbi supra. s. 2. meib. cap. 2.

Phagedænæ 4[or] significata

i 6i. de morbis uulgaribus cõmẽ. 3. cõ. 37.

k post medium libri.

l libro 3. chronion cap. 3. in prin.

m . 8. de compo. med. secundum loc. cap. 5. & p[o]. de sympt. causis cap. 7.

n lib. 2. cap. 52.

o libro. 9. cap. 21. 22.

p 13[a]. fen. 3. tra. 2. cap. 12.

q lib. 26. cap. xi. ante medium.

r ut lib. 20. cap. 5. circa prin. cap. 13. post pri. & libro 31 cap. 9. uersus finem & lib. 35. cap. 15. circa finem.

s lib. 28. cap. 18. circa medium.

t lib. 10. cap. 13. uersus finem.

Phagedænæ nomen quomodo æquiuocum & quomodo uniuocum.

menter esuriat, comedatq;. Aliud [3] deinceps quia serpens putredo & mel & fauum cor-rumpat: ac ipsas apes interimat. Aliudq; [4] demùm quod iumentorum præcipuè crura qui-busdam præsentatis foraminibus exedat. Idcircò æquiuocum potius nomen phagedænam, q̃ uniuocum determinauimus. Verùm de his obiter pro nominis duntaxat significatione perno-scenda, intantum dicta hic sint. Ad id ergo cuius causa hæc enarrauimus, reuertamur: ul-cerosos Videlicet, phagedænicos'ue hominis tumores. De quibus Galenus [u] quidem loquẽs, ait: Quæcunq; autem ex ipsis (.s. ulceribus) depascuntur, atq; circumiacentia corpora at-tingunt, quod sanum est ea continens erodentia, omnia hæc à græcis φαγεδαινικὰ, nun-cupantur: Quæ uerò ex utrisq; composita sunt: ulcere. s. & tumore circum ambiẽte φαγέ-δαιναν uocant (de qua nos impræsentiarum loqui intendimus.) Depascitur quinetiam & herpes circumuicinas partes, uerùm solius cutis ulceratio existit. phagedæna uerò unà cum cute quæ subiecta sunt attingit. Fiunt autem ex atra bili (prout idem [x] ostẽdit) atq; humo-rum cacochymia corruptione'ue (eodẽ alibi [y] authore) Eoq; maior erosio fit: quò uitiosior corruptiorq; materia fuerit. præsertimq; si uenenositatis nonnihil participaret. Quæ nihilo-minus materia (Galeni [z] etiã dogmate) inter eam quæ cancrorũ, & eam quæ herpetum: atq; erysipelatum quoq; causæ sunt, media crassitie consistentia'ue existit: Suppurationiq; (ut idẽ [a] ait) rebellis. Quod uerò nonnulli aiunt, de qua nunc loquimur, phagedænam νομὴς, hoc est pascentis putredinis speciem esse, nequaquam admittimus. Cum nome serpentem pu-tredinem depascentem'ue: significet etiã si ulcus ipsum minimè serpat. cuius species gangræ-na potius q̃ phagedæna fuerit. Phagedæna. n. ab acribus erodentibusq; uel sine putredine humoribus generationem obtinuisse consueuit. Quamobrem non temerè Arabum Princeps [b] ait: Et putrefactio est alia à corrosione (uel ut alia habet litera) Et putrida est alia à cor-rosiua. Et fortasse corrodens, est corrodens illud: quod continuatur ei: propriè propter acuita-tem absq; putrefactione. Et neq; est febris omninò. Vlcus itaq; putridum σηπεδὼν dicitur: quotiès Videlicet, putridum sit minimè tamen serpat, uicinasq; partes depascat: quin & si-ne ulcere σηπεδὼν putredo'ue ipsa per se ipsam in multis corporis partibus (uti Galenus [c] ait) cõstituitur. Sin uerò absq; putredine serpat, erodẽdo. s. carnem circumstãtem: phagedæ-na dicetur: ab Auicẽna, [d] ulcus corrodens se, nuncupatum est. Sin deniq; utrunq; sit putre-do. s. atq; ẽt erosio. ut putredo ipsa circumuicinas partes unà cùm ulcere depascatur. uel ẽt absq; ulceris extensione sola putredo serpat, cuiusmodi in ipsius nonnunq̃; gãgrænæ primor-dijs fieri contingit. Tunc νομὴ dicetur. De qua Galenus [e] aliquandò loquens, inquit. Ap-pellant nescio quomodo eum affectum omnes nunc medici νομὴν à uerbo νέμεσθαι, quod pa-scere significat: propterea quod pergere pascendo id uitium ab ægris particulis ad eas quæ integræ sint soleat: atq; harum semper aliquid ægris adijcere. Quare non à substantia indi-catæ rei (haud. n. ulcus uel putredinem dictio νομὴ significat) sed ab accessorio (quod est ab ipso pascere) appellationem indiderunt. Tria igitur tanq̃; diuersa Galenus [f] interdùm sup-ponit. Paulusq; apertissimè indigitat: [g] Sic eodẽ capitis titulo proponens περὶ νομῶν, καὶ σηπεδόνων, καὶ φαγεδαίνης quod est de nomis depascente'ue putredine, & putri-dis, & phagedæna, seu corrodente. Quòd si tria nomina confundere nonnunq̃; libuerit: nullum profectò absurdum succedet: modò rerum differẽtias obseruaris. At enimuerò (quod maioris momenti est) nõ parua hic ambiguitas insurgit. Siquidem Galenus alicubi [h] pha-

u libro de tum. præter naturam. cap. 14.
x ibidem coniũgendo cũ cap. 13. & 14. methodi cap. 17.
y 3. de tempera. cap. 3.
z 14. meth. cap. 17.
a 5. apho. cõ. 22.
Contra Manardum, & Tagaultium, et Agricolam.
b 4a. 4. tr. 3. cap pri. ante medium.
σηπεδών.
c 6. apho. cõ. 45.
d ubi supr. cap. 8.
νομὴ.
e 5. meth. cap. 4. infine.
f 4. de cõp. med. secundum genera sec. 10.
g lib. 4. cap. 44.
h ut. 14. meth. cap. 17. et ita colligi põt: licet nõ necessario. lib. de tu. mo. præ na. ca. 14.
Dubitatio.

gedænam à chironio, telephioq;, ulceribus: tanq; commune genus à subiectis speciebus distingui: Alicubì[i] uerò non tanq; genus à speciebus, uerùm non secùs, ac tertiã ab illis maligni contumacis'ue (græcè κακοήθους) ulceris speciem secerni ostendit. Quam porrò in Galeni scriptis uarietatem plurimi nequaquàm olfacientes absolutè, ac perpetim phagedænæ species esse tùm Chironia tùm Telephia ulcera (uel Galeni sententia) supponunt. Cùm tamen non ex Galeni duntaxat monumentis elegisse promptum fuerit: uerùm, & ex ipso et Paulo. qui quidem seorsùm, ac proprijs cuiusq; capitibus de Phagedæna,[k] & Chironijs[l] Telephijs'ue ulceribus determinauit. Itidemq; à Celso etiam elicitur. qui de phagedæna priùs[m] sub theriomate (ut uidetur) atq; herpete esthiomeno intelligens. quin proprio nõnũq; nomine (quùm de colis affectibus loquitur[n]) cancri speciem, more suo locutus, esse supponẽs, determinauit: De Chironijs nihilominùs ulceribus, tanq; à phagedæna, quin à toto cancri genere, atq; etiam theriomate, & esthiomeno, dubio procul omni distinctis, proprio seorsùm loco scripsit[o]. nihil serpere affectum hunc (pro maiori difficultate) adiungens. Ad cuius nodi solutionem nosce quidem, ex Galeni sententia,[p] oportet ꝙ ulcera, quæ semper maiora, & deteriora fiunt, omnia phagedænas antiqui nominabant: quo modo capta phagedæna, communiter inq;, Chironia, & Thelephia phagedænæ species dici possunt: ueluti nonnũq;[q] Galenus enuntiauit. Quidam uerò posteriores (subdit Galenus[r]) ea distinguere cogitarunt, propriam singulis dantes appellationem: & quædam eorum Chironia nominantes, quædam Telephia, quædam Phagedænas, & alias adhùc curiosas magis afferentes appellationes. Hoc igitur secundo modo, propriè Videlicet sumpta phagedænæ nomenclatura, nõ species, Chironia, & Telephia Galenus[s] posuit, uerùm perse distinctas à phagedænis differentias: Quòd si horum nominum uarietas, aut æquiuocatio quampiam fortassis caliginem induxerit: sufficiet nobis (Galeni[t] etiam præcepto) ex ijs, quæ aliquid loci occupant circumstantis, nonnulla quidem herpetas nominare: quando summas tantùm partes cutis occupauerint: Alia uerò communi nomenclatura phagedænas: quæ carnem subiectam corrũpunt. Quinimmò sat aliquandò fuerit ijs præsertim quorum labilis memoria sit) communiori nomine cuncta κακοήθη hoc est maligna (Galeni[u] quoq; uenia) nuncupare. Atq; hæc pro Galeni, suis in scriptis, concordia dicta nunc sint. Nam Celsi, ac Pauli sententia, ex ijs quæ in Chironij, Telephij'ue ulceris sermone post hæc dicentur notissima fiet. Itaq; ut phagedænæ extremam manum imponamus, Trifariàm capi phagedænam ex iam iam præscriptis elicitur. Primò communissimè, ut non exedentia modò ulcera, uerùm & ipsius uentriculi affectum, atq; apium labem, & deniq; iumentorum uulgò dictum uermem sub sua communissima significatione concludit. Secundò & quidem arctiùs prout exedens corrodens'ue duntaxat ulcus indigitat. Quo tamen modo ad Chironia Telephiaq; ulcera genus existit. Tertiò (& omnium arctissimè) ut erodentis adhuc ulceris quædam determinata species est: à Chironio nihilominùs Telephioq; differens. Quæ, si carnẽ ipsam præter cutim exedit: non adeò tamen maligna, ut Chironium, Telephium'ue, aut Cancer est. Hoc autem tertio modo nos anteà sumpsimus: quùm in tumorum catalogo uigesimum secundum ordine statuimus. Sicq; etiam nunc ipsum, ut ab alijs tumoribus distinctum, declarasse intendimus. Cuius materia (ueluti prædictũ est[x]) atra bilis, uitiosus'ue, aut corruptus sanguis; qualis in cacochymia reperitur, est. Sed ne absurdum quidem fuerit salsam nitrosam'ue pituitam,

i ut. 2. meth. cap. 2. et. 5. aph. cõ. 22. 6. eiusdem cõ. 45 & 3. de tempera. cap. 3.

k De phagedæna lib. 4. cap. 44.

l De chironijs et telephijs. ibidem cap. 46.

m lib. 5. cap. 28. sec. 3.

n libro. 6. cap. 18. sec. 4.

o libro. 5. cap. 28. sec. 5.

Solutio.

p 6. apho. cõ. 45 post prin.

q ut. 14. metho. cap. 17.

r ubi supra. 6. aphoris. 45.

s ut. 2. meth. cap. 2. & 5. apho. 22. 6. eiusdem 45. et 3. de tẽperamẽtis cap. 3.

t 6. apho. 45.

u libro de tumo. præ natu. cap. 14. in fine.

Phagedæna Trifariã (p°. capi potest. 2°. 3°.

x supra fol. 117. in fine. & 118. in prin.

tuitã, præcipuè atræ bili, aut melãcholico succo admistã, acrioreq; iã, ob aliquẽ feruorẽ, redditã phagedænæ causam aliquãdò existere. ¶ QVA qdẽ exactius perpẽsa, cõdecens est ad Chironiũ Telephium'ue ulcus pertrãsire. Quæ tametsi Galenus ut duo uidetur[y] distincta ulcera supposuisse. Nihilominùs tamẽ ut unũ tumidũ ulcus anteà nos cõnumerauimus, Itaq; hoc et loco determinabimus: tertiũ et uigesimũ hũc tumorẽ supponẽtes. Id quod ut clarius qdẽ elucescat: quadãtenùs circa nomina Chironiũ, et Telephiũ digrediẽtibus, enucleandũ nobis est. Etenim sciscitãtibus, exqsiteq; uestigãtibus unde Chironiũ ulcus dicatur? uariæ sunt dicendi formæ. Zenodotus. n. (uel Erasmo[z] referẽte) qa Chiron centaurus, in bello aduersus centauros, ictus ab Hercule, uulnus immedicabile accepit in pede: unde & perijt: in parœmiam cõmigrasse autumat. Vt χειρώνειον ἕλκος .i. Chironium ulcus seu uulnus de immedicabili quouis malo, seu uulnere, aut etiam spontaneo ulcere dicatur. Plinius[a] uerò, atq; etiam Ouidius[b] non sponte ab Hercule uulneratum Chironem testantur: At cum hic Herculis amici potius, exceptiq; hospitio arma pertractaret. Sagitta fortè fortunà incidit in pedem (ut Ouidius ait) sinistrum. Indéq; hic mortuum, Plinius uerò centaurea curatum, referũt. Inquit. n. Naso. Dumq; senex tractat squalentia tela uenenis, Excidit, & læuo fixa sagitta pede est. Ingemuit Chiron, traxitq; à corpore ferrum: Et gemit Alcides, Hemoniusq; puer. &c. Quòd si mortem ob sagittæ uenenum obijsse crediderimus: AEquè ac paulò prius dictum ex Zenodoto est immedicabili de uulnere χειρώνειον ἕλκος intelligetur. Sin uerò non mortuum sed centaurea semetipsum curasse Chironem, unà cùm Plinio, atq; alijs quoq; non paucis existimarimus, Rõe cuius quidem curationis, quia semetipsum ab atrocis ueneni ui tam diligenter liberauerit, immortalem poetæ, quin ad perpetuam sui nominis memoriam inter astra locatum effinxerunt: Centaureamq; ipsam posteriores multi Chironicn, ob sanatum Chironem, appellarunt: Chironiũ inde uulnus, ulcus'ue dicendũ affirmabimus: Quoniã. s. usq; adeò cõtumax, malignũq; est, ut salutiferam Chironis manũ, atq; artẽ, pro sui curatione, desideraret. ut qui si uenenosum uulnus curauerit, promptiùs quæ uenenosa non sunt, etiã si malefica quouis modo sint, sanare poterit. Siuè aũt Chirõ mortẽ eo uulnere obierit: Siue semetipsum Cẽtaurea, uel alio quouis alexipharmaco liberarit: cũ plures alij, ante ipsum et Chironẽ, tali uulnere uel mortui, uel liberati fuerint: à qbus nomen deduci nõ minùs poterat. Magis qdẽ inde ulceris nomẽ deductũ esse mihi arridet. Quoniã. s. primus nõ herbarũ modò aut medicamẽtorũ (prout ex Plinio[c] didicimus) uerũ et chirurgiæ, antiqoris qdẽ (per indè ac ex Homero tamẽ Celsus,[d] q; Galenus[e] testãtur) medicinæ partis inuẽtor hic fuerit. Cuius raõe Chironẽ à manibus, manuũq; opere dictũ esse aiũt.[f] Qui et AEsculapiũ educauit,[g] ac Achillẽ erudiuit.[h] Cũq; (uelut Isidorus ait) nõ hominũ dũtaxat, uerùm et iumẽtorũ quoq; medicinã, et præsertim (uti dictũ iã est) chirurgiã inuenerit: hõinis et equi filius à poetis fictus est. Quas ob res qa primus ille tale ulcus (uel Galeni[i] testimonio) sanauit. Idcircò & ab eo tanq; primo, qn et peritissimo curatore nomẽ assumpsit. Quãuis aũt Chironiũ ulcus id dici nõ temerè queat, quodcũq; s. Chironis experiẽtissimi, ac solertissimi chirurgi curatricẽ salutiferãq; manũ ob sui malitiã, cõtumaciãq; & curationi rebelliõẽ, exoptaret. Ne tamẽ indistincta nominis significatio sit: hãc ulceris spẽm à chirone primitùs sanatã ueteres definierũt: Quæ nõ lethale qdem, sed curationi cõtumax, ac soli (si curaturus reuiuisceret) Chironi palmam exhibens ulcus præsefert. Chironium ergo ulcus (ut à Celso[k] definitionem

Tumor 23 chironiũ Telephium'ue ulcus.

y ut. 14. meth. cap. 17. 5. apho. 22. sexti. 45. & licet non expressè idẽ tamẽ uidetur 2 meth. cap. 2. et de tum. præterna turã cap. 14.

Chironiũ ulcus unde dicitur.

z chil. 2. cent. 8. prouerb. 21.

a lib. 25. cap. 6.

b in fastis libro 5. post mediũ.

c lib. 7. naturalis historiæ cap. 56. ante mediũ et colligitur libro 30. cap. 1°. circa me.

d i proœmio p. circa prin.

e libro de salubr. ad trasybulum cap. 32. 33.

f Boccatius lib. de Genealogia deorum. 8. cap. 8.

g uide eundem lib. 5. cap. 19.

h ut idem lib. 7. cap. 16. & lib. 12. cap. 52.

i 2. meth. cap. 2.

Chironium ulcus quod.

k libro. 5. cap. 28 sec.

nacti sumus) appellatur, quod & magnum est, & habet oras duas callosas, tumentes. Exit sanies non multa, sed tenuis: Odor malus, neq; in ulcere, neq; in eius tumore est. Nulla inflammatio, Dolor modicus est: Nihil serpit: ideoq; nullum periculum affert: sed non facilè sanescit. Interdùm tenuis cicatrix inducitur, deindè iterùm rumpitur, ulcusq; renouatur, & maximè in pedibus, & cruribus. Hæc de Chironio Celsus. Qui quidem cum nullibi penitùs de Telephio meminerit, idem esse id Chironio reputasse credendus est. Id quod à Paulo [l] manifestiùs habetur. Qui tametsi malefica malignáue priùs in titulo, quæ Chironia, & Telephia dicuntur ancipiti sermone proposuerat, dicens. περὶ κακοήθων ἑλκῶν ἃ χειρώνια, καὶ τηλέφια καλεῖται: quod est de malignis ulceribus, quæ Chironia, & Telephia uocantur. Ancipiti inq; sermone: cùm an idem, an diuersa sint, à chironijs Telephia, per hæc uerba determinare minimè queamus. Deinceps tamen se ipsum proculdubiò sic determinat, ut idem esse apud ipsum sole clarius sit: Cum subdat, τὰ παλαιὰ καὶ δυσκατούλωτα τῶν ἑλκῶν, οἱ μὲν χειρώνια προσηγόρευσαν, οἷα δὴ τοῦ χείρωνος αὐτοῦ δεόμενα πρὸς ἴασιν: οἱ δὲ τηλέφια, διὰ τὸ τὸν τήλεφον ἐν ἕλκει τοιούτῳ χρονίσαι. hoc est) ad uerbum fideliùs interpretantibus) Inueterata & quæ uix cicatricem recipiunt ulcera, nonnulli chironia nuncuparunt, tanq; Chirone ipso ad sanitatem indigẽtia. Alij uerò Telephia, propterea quòd Telephus in tali ulcere diutiùs perseuerarit. E quibus quidem Celsi priùs deinceps uerò Pauli etiam uerbis patet non in erosione, aut depastu Chironij rationem consistere (ueluti Galenus opinabatur, qui rationẽ phagedenæ in his posuit, [m] ac chironium deinceps, [n] Telephiumq; phagedænæ species existere adiunxit) uerùm in eo quod malignum, & curationi contumax est, ut inueterascere, atq; consenescere soleat, tùm Celsus, tùm etiam Paulus edocuerunt: Quibus & Arabum Princeps [o] assentire uisus est, à corrosiuis id distinguens, quod corrupto uocabulo alkirunie, corruptissimoq; algeromati, & alieronati apud ipsum legitur. Horum igitur sententiam, præcipueq; Celsi, quam à Galeno uetustioribus græcis exscriptam credimus, ueriorem esse omni semoto scrupulo tenemus. Nisi exedens ideò dici posse contenderis, nõ quia ad proximas & sanas partes ulcus ipsum serpat. Sed quia & sanguinem ad affectam partem pro nutrimento, carnisq; generatione defluentem corrumpat, quasiq; suo uitio exedat. Itemq; cicatricem, quam aliquandò efficere uidetur, rursùs depascatur, ac profundam sæpenumerò cauitatem, eminentibus præcipuè callosis utrinq; oris retineat: qua de causa exesum quodammodo ulcus dicere possimus. Verùm enimuerò ad Telephium reuersi idem esse Chironio reputamus, alia tamen ratione sic dictum: Quoniam. s. Telephus Nisiorum (ut aiunt) rex eo affectus sit: siue à Chirone deinceps curatus euaserit: siue Chironis manum desiderans, eo tandem consenuerit. Quod si non ulcus, at uulnus Telepho (prout nonnulli uolunt) ab Achille illatum, & ab eodem quoq; sanitati restitutum intellexerimus: ut Ouidius [p] etiam ijs carminibus innuit.
Vulnus Achillæo quæ quondàm fecerat hosti, uulneris auxiliũ Pelias hasta tulit. Vnde natum quoq; adagium Eusthatius scribit, [q] ὡς ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται: quòd qui uulnus intulit, Ille idẽ persanabit. Quãobrẽ Telephiũ dicetur, quoniã. s. Telephus passus sit & quòd salutarẽ Achillis manũ reqreret. Sic n. nõnulli exponũt. Nosce tamẽ operæ pretiũ ẽ, eadẽ quoq; uia idem Chironum dici posse: Tùm qa Achilles à Chirone educatus fuit. A quo rationabile est aliqua præsidiorum genera didicisse, quibus Telepho quoq; salutem præberet.

siue

l lib. 4. cap. 46.

Contra Galenum.

m 2. meth. cap. 2.
n 14. meth. c. 17.

o 4a. 4. tr. 3. cap. po. post mediũ & uide rursùs cap. 10. circa princi.

Telephiũ ulcus unde dicitur.

p lib. po. de remedio amoris post principium.

q uide Cælium Rhodiginum lib. 19. lec. antiquarũ cap. 10. uersus finem.

siue rubigine æruginéue, siue Achillæo ab inuentore nuncupata herba: siue utroq; usus medicamento, prout nonnulli (Plinio[r] quoq; referēte) uolūt: Telephum Achilles sanauerit. Adeò ut pariter chironium dici queat: Quoniā nō nisi Chironis arte sanari ualeat. Tùm secūdò quia Chiro (uelut anteà diximus) AEsculapiū educauit. A quo etiā plurima in chirurgica facultate Aesculapiū didicisse uerisimile est. Quāobrē Chironiū quoq; illud dici meretur, etiam si ab Aesculapio curatum esset: ut quia Chironis arte saluatum esset. Quoniā uerò nos hic non de uulnere, at de tumoroso, malignoq; ulcere loquimur. Idcircò Achillis tam uulnerantis, q̄ curantis opere neglecto, Telephium ulcus spontaneū intelligemus, ab humorum prauitate genitum, quo Telephus diuturno tempore afflictus est, eundemq; chironij definitione à Celso nobis declarata concipiemus. Galenus autem quanuis pro duobus abinuicem distinctis ulceribus Chironiū & Telephium sumpsisse uideatur. Quia tamen nullibì uel alterum exquisitè definiuit: Quin potiùs aliquandò[s] huiusmodi nomina, tanq; superuacua reputans, satis superq; fore dixit, uel κακοήθη, hoc est maligna, uel (ut alibì[t] uoluit) phagedænas cōmuni nomēclatura nuncupare: Ex aliorū liquet opinione locutum, ac ignorasse potiùs exquisitam prædicti ulceris definitionem: Qua de re sat sibi fore ait, quòd maligna, cōtumaciaq;, & ut credidit exedentia ulcera sint scire: quo etiam pacto ex Asclepiade communē quandā Chironij definitionem tetigisse nonnunq; uoluit,[u] dicens Nominant.n. sic uidelicet chironia, ulcera non mediocriter maligna contumaciáue, sed maximè talia Nos igitur (ut receptui demùm canamus) quod uerosimilius, atq; etiam Celso, nec nō Paulo cōformius est, secuti, unam ulceris speciē, non duas reputauimus. Qua de causa tertiū & uigesimū tumorē numerantes chironium, Telephium'ue diximus. Magisq; ad id accessimus. Quoniam Princeps[x] quoq; chironium ulcus (sub corrupto licet uti diximus uocabulo alkironie) aliquandò nominās, Telephium tamen ut sub illo intellectum prorsùs reticuit. Huiuscemodi ergo ulcera (ne longiùs progrediamur) tumorosa sunt: quæ passim quotidie coram ecclesiis, præsertimq; in sollennibus festiuitatibus conspicimus, in pauperculorum mendicorum quandoq; brachijs, sæpissimè autem cruribus, ac maximè in tibijs, & pedibus. Quæ adeò quidem in illis occalluerunt, ut uix doleant. Et uniuersum ferè per orbem uagantur, elemosynam illius ulceris occasione non orantes modò, sed efflagitantes. Adeò ut ad finem usq; uitæ perdurans tale ulcus, non minùs lucri claudis, ac Ars quælibet sanis reportet. Qua de causa neq; uellent ab eo liberari, tam libenter cum illo, ceu perpetuo eorum socordiæ, ac segnitiei, simul ac gulositatis alitore uiuunt, Cuius quidem ulcerosi tumoris causa, materiáue melancholicus proculdubiò succus est, atræ nonnunq; bilis, ob frequentem corruptionem, non nihil admistum retinens. At de Chironio Telephióue ulcere satis superq;, ut proposito conducit, dictum nunc sit. Ad quartum ergo & uigesimum tumorem deueniamus. Scabiem inq;, græcè uerò ψώραν appellatam. Quam profectò longis, uarijsq; ambagibus circumscribere superuacaneum est: cum sole clarior omnibus, passimq;, affectus sit: Nihilominùs tamen quia lepræ affinis, congenerq; est, ab eadem. s. causa, tenuitate duntaxat aliquantula, minori'ue crassitie (prout uidebimus) differente, originē ducēs: Hac de causa utranq; insimul (perinde, ac sæpenumerò Galenū,[y] ac posteà Paulum[z] obseruasse offendimus) determinare certū est. Quò præsertim Lepræ nomē, in quo nō leuis æquocatio cōcidit, q̄dnā græcis, q̄d'ue barbaris præseferat, perspicuū euadat. Sicq; uigesimū q̄ntū

K ij anteà

[r] lib. 25. cap. 5. & lib. 34. ca. 15.

Cōtra Fuchsium.

[s] de tumo. præter na. cap. 14.

[t] 6. aphoris. cō. 45.

[u] .4. de compōe med. secundū genera cap. 4.

[x] 4[a]. 4[i]. tra. 3. cap. p[o]. post medium: & cap. 10. circa prin.

Chironia, Telephiaue ulcera quæ.

Tumor. 24[9].
Scabies.

[y] ut de tum. præter na. cap. 14. 2. de sympt. causis cap. 6. lib. de cibis boni et mali succi in fine. 14. meth. cap. 17. & sæpè.

[z] lib. 4. cap. 2.

antea propositum tumorem enuclearimus. Quanta .n. Barbarolatinorum dogmatis confusio sit: è qua non semel pernities emanet, uel in huiusmodi duntaxat affectus definitione, confertim cui uis etiam candidato elucescet: Cùm nesciant eorum plurimi lepram à lepra: & elephantum ab elephanto discernere. Græcorum inq; medicorum, Hippocratis, Galeniq; monumenta sectantium, λέπραν, Et Plinij, multorumq; pariter latinorum lepram, à lepra cunctorum ferè medicorum (quos uidimus) Arabum: Et ab alia quoq; Haliabbatis lepra. Quam tertiam à duabus prætactis, non Haliabbatis modò, sed græcorum quoq;, ac latinorum nonnullis diuersam esse declarabimus. Itemq; tam Græcorum, q; latinorum elephantum, ab elephanto Razis, & Auicennæ distinguere nesciunt. Pro quorum profectò nominum cognitione, aduertendum sedulò est, λέπραν Hippocrati, & Galeno, cæterisq; græcis (quos uidere nobis licuit) illorum dogmata sectantibus medicis: Nec non plurimis (perindè ac prædictum iam est) Romanis, aliud nomen minimè uestigantibus, at eadem lepræ nomenclatura, quam græci usurparunt, contentis: affectum quempiam usq; adeò à Razis, Serapionis, Auicennæ, Abenzoaris, atq; omnium penè barbarolatinorũ lepra, grauissimo inq;, pernitiosissimoq;, nedùm fœdissimo affectu differentem, huiusq; respectu leuissimum præseferre: Vt eiusdem generis cum ψώρα (quam nos, Plinio [a] quoq; teste, scabiem latinè dicimus) λέπραν esse protulerint. Solius .n. cutis affectus ambæ (Galeno [b] docente) sunt. Quamobrem de ambabus insimul, lepra uidelicet, ac psora loquens Paulus ait. [c] Vterq; affectus superficiei aspritudo est, cum pruritu, & consumptione colliquatione'ue corporis, originem ex melancholico humore trahens. Dicit autem Paulus { μετὰ ἀποτήξεως σώματος } idest cum consumptione colliquationéue (est .n. ἀπότηξις, qua semper aliquid à corpore abscedit, eliquaturq;) Quoniam, ueluti Galenus inquit, [d] ex mutatione consistunt solidarum partium: haud postmodum oborta, sicuti meliceris, atheromata, &c. Eo tamen differunt (quemadmodum Paulus [e] adiunxit) quia lepra profundiùs, circularibusq; erosionibus corporis cutẽ depascit, & pisciũ instar, squamulas ex se remittit. Psώra uerò scabies'ue summa infestat potiùs, uarieq; figurata, furfuracea ex se corpuscula remittit. Quam porrò sententiã Aetius [f] quoq;, ex Archigenis decreto, cõprobat. Et si latiùs multò passim uulgares scabiei nomẽ (ueluti rectissimè noster olim præceptor Manardus [g] aduertit) usurpãt: ut nõ propriè dictã modò græcorũ ψώραν: sed plures alios, modò uarias insimul corporis partes, tàm cũ uera scabie, q; sine illa molestẽt, affectus, prædicta scabiei nomẽclatura significare cõsueuerũt. Vt Furũculos, Phlegmonas, Erysipelata, Rhagadas, profunda & crustacea ulcera, Psydracia, Exanthemata, Herpetas, & id genus multa. Dixi tã si unà cũ uera scabie eandẽ partẽ affligẽte, q; si absq; illa molestẽt. Modò tamẽ propria scabies nõ penitùs absit: uerũ alias intereà partes erodat. Quoniã igitur lepra, et scabies eiusdẽ generis affectus ĩ cuti, et ab eadẽ cã facti sũt. Idcircò nõ temerè (prout dictũ est) Paulus uno eodemq; insimul capite de utrisq; determinauit. [h] Princeps aũt distincta seorsùm capita de scabie, [i] et græcorũ lepra [k] cõposuit. Quã q̃dẽ leprã ipse modò Albaras nigrã, modo Impetiginẽ excorticatiuã appellat. Verũ de scabie latiùs adhus Prĩceps ipse, q; græci, locutus ẽ: ut ĩ excorticatã (quã lepræ uiciniorẽ reputamus) et nõ excorticatã: ĩ humidã, et siccã: ac demũ ĩ fœdã, et nõ fœdã distinxerit: Nec solũ ab atrabilario succo, sed à salsa ẽt pituita, uel biliosa, aut quouis modo corrupto uitiosóue sanguine originẽ suã ducere scabiẽ uoluit. Fœdamq; uel exitu=

Tumor .25. Lepra.

a libro 20. c. 90.
b lib. de tum. præterna. cap. 14.
c lib. 4. cap. 2.
d 14. meth. cap. 17. circa prin.
e ubi supra.

Lepra, et scabies quò differunt.

f lib. 13. cap. ulti.
g lib. 7. epistо. 2.

Lepra, et scabies eiusdẽ generis affectus.

h libro 4. cap. 2.
i de scabie 7a. 4. tra. 3. cap. 6.
k De lepra ibidẽ tr. 2. cap. 9. 12. & tr. 3. cap. 3.

uel exituras secum trahere, uel ad impetigines (intellige, ut posteà declarabimus, excorticatiuas, quæ nil aliud, q; lepræ græcorum sunt) uel alsahafati (hoc est, ut uidetimus, achorem, ac cerion fauum'ue) conuerti nonnunq; posse determinat. Quæ quidem omnia, (ut causas quoq; scabiei pernouerimus, quas tùm in hac ipsa tùm in alijs præternaturam tumoribus inquirimus) ex ipsomet Arabum Principe discamus, talia scribente.[l] Materia ex qua generatur scabies, [1] Aut est materia sanguinea, cui admiscetur cholera, quæ forsitan cõuersa est in melancholiam, uel conuersa est pars eius in melancholiam: [2] Aut materia sanguinea cui admiscetur phlegma salsum baurachium. Et prima quidem est scabies sicca, ad grossitudinem decliuis. Et altera est scabies humida, & humiditas eius est humiditas ad subtilitatem decliuis. Et illa (ut paulò post subdit) quæ est magis sparsa, & corpulentior, & acutioris capitis ex omnibus Bothor, est acutioris humoris. (intellige magis sparsam, in altum, & corpulentiorem, hoc est in tumorem magis eleuatam) Et quæ est latior, & uehementioris profundationis, eius humor est minoris acuitatis (Quam proculdubiò sententiam ab Hippocrate,[m] atq; eius interprete Galeno desumptam liquet: Quùm lata exanthemata nõ admodùm puriginosa esse conscribunt) Et scabies quidem fœda (in calce inquit Princeps) attrahit exituras, & permutatur ad impetigines, & Alsahafati. Quò autem scabies à pruritu differat, rectè (ut uidetur) Princeps ipse explanat, dicens.[n] Et scabies quidem differt à pruritu in hoc, q; cum pruritu non sunt Bothor, sicut sunt in scabie: quoniam ipsa est à materia grossiore, & minùs declinante ad salsedinem, & in ea generatur. Legimus autem { grossiore } tametsi Auicennæ codex { subtiliore } scriptum habeat. Quam quidem literã dubio procul omni deprauatam esse reputamus ut hinc Gentilis, & aliorum interpretum contentiones deleantur. Atq; idipsum ex eiusdem paulò ante scriptis uerbis primùm ostendemus: deinceps uerò ex Galeno, cæterisq; etiam Arabibus confirmabimus. Inquit igitur Princeps. Et causæ quidem generantes materiam scabiei sunt causæ generantes materiam pruritus: Verùm ipsæ (quæ.s. generant scabiem) sunt fortiores, & appropinquant causis generantibus pediculos, & alsahafati, & furfures, & impetiginem: Et approximant eis in curatione &c. Si causæ igitur scabiem generantes appropinquant causis pediculos, aliosq; prænarratos affectus generantibus, cui dubium crassiores ijs, quæ pruritum duntaxat excitant, existere? Cum præscripti affectus ex atrabilario potiùs succo generentur? Qua de re idem ait. Et ad ultimum materia pruritus aggregatur inter duas cutes. Quòd si de ea aliquid est in corpore (intelligo cutis) tunc est scabies sicca. Quæ uerba crassiorem proculdubiò materiam scabiei connotant, in qua profundiùs aliquid offenditur. In pruritu.n. (prout anteà dixerat) non accidit ex profundo aliquid. Quam sententiam à Serapione,[o] atq; Haliabbate[p] colligere facillimè possumus. At cur à barbaris suffragium mendicare enitimur? Si Galenum singula exactissimè declarantem obtinuimus. Qui quidem de expultricis facultatis motu, unà cum rei molestantis sensu loquens,[q] ait: in quibusdam affectibus non motus esse, at tantum sensus. Cuismodi.s. sensus in ulcerosa lassitudine aduertuntur. Atq; hoc etiam magis in pruritu (qui κνισμός græcè nuncupatur) quippè in quo symptomate prurituosorum excrementorum est tantùm sensus. Neq;.n. aliter ea nominare datur: Nisi quis nitrosa ea, & salsa, uel amara nominare uelit: talis nanq; natura eorũ est. Licet autem id intelligas, tùm per ea quæ extrinsecùs habentur: ueluti urticam, & scillam,

l 7.4.tr.3.ca.6.

Duplex scabiei species.

m .6. de morbis uulg. cõmentario. 2. tex. & com. 29. & .6. aphorismorum 9.

n 7.4.tr.3.c.6.

Scabies & pruritus quomodo differãt.

Auicennæ locus.

o 5. breuiarij ca. 6. & 7.

p 8. theoricæ ca. 17.

q .2. de sympt. causis. cap. 6. post prin.

κνισμός.

& muriam, & mare, aliaq; id genus: Nihiloq; minùs per ea quæ in ipso sunt corpore. ››
Quippè illotos, & sordidos, & qui cruditate laborant, & qui nutrimenta mali succi come= ››
dunt, hos pruritus exercet, Multoq; magis scabiosos, & leprosos. Propterea ꝙ in his affe= ››
ctibus & copiosior, & crassior est uitiosus succus. Quo utiq; & diutiùs & magis sca= ››
bunt, q; ulli alij, qui citra talem pruriunt. Nec tamen iuuantur: Nec si seipsos immodi= ››
cè scabendo excorient. Propterea nimirùm quòd eiusmodi succus infixus in ijs manet: Ac ››
(ut ita dixerim) cuti impactus hæret. Non.n.adeò exiguus, & tenuis est, sicut in illotis, ››
aut sorde affectis: sed plurimus, & crassus, interim uerò & glutinosus. Omnia igitur eius= ››
modi symptomata à uitioso succo proueniunt. Dissident inter se causæ tùm qualitate, tùm ››
magnitudine, itemq; quiete, & motu. Quippè tenuis, salsus, immotusq; succus in ijs est, 10
qui pruriunt. Paruus, tenuis, mordens, & immotus in ulcerosis affectibus. Multus, sal ››
sus, crassus, & immotus in lepra, & scabie. Paruus, tenuis, & mordax, cum exiguo ››
motu, in horroribus. Quòd si uehementiùs mouetur, uel copiosior, mordacior'ue est, concu= ››
tientem rigorem infert, non horrorem. &c. Equibus quidem Galeni uerbis luce clarius fit ››

Materia. Pruriginis. Vlcerosæ lassitudinis. Lepræ, et scabiei. (cor^m. p^m Horroris. (2^m Rigoris.

scabiei materiam ea, quæ solum pruritum induxerit, crassiorem esse. Itemq; uelut ulcero=
sa lassitudo ad horrorem, horrorq; ad rigorem, ut eius quædam præuia dispō comparatur: eo
dem pacto, pruritus ad scabiem, hæc uerò ad lepram refertur. Adeò ut quemadmodū hor=
ror, paruus quidam rigor: & Rigor, magnus quoq; horror; Galeni decretis, dici potest.
Ita quidem indecens absurdum'ue minimè fuerit, pruritum esse leuem, atq; imbecillem sca=
biem: Rursusq; hanc esse maximum firmumq; puritum. Ratione cuius intantùm scabunt pa 20
tientes, ut ulcera, pustulasq;, & dolores, ac deniq; inflammationes in ipsis patientibus par
tibus excitent. Quinimmò nil impedimento fore arbitror, si scabiem, dixerimus leuiorem es
se lepram: Aut hanc fortissimam scabiem nuncuparimus. Cùm in eo, quod magis minus'ue
est, huiuscemodi affectus abinuicem differant. Haud.n.obstare interim poterit: quia.s. pru

Obiectio. Responsio.

rigo humoris tenuitate à scabie differat. Cùm tenuioribus pruriendo, ac scabendo per hali=
tum digestis: crassiores sæpenumerò partes retentæ, ac magis assatæ scabiem: & demùm
magis, ac magis assiccatæ, nec non combustæ, subtilioribus semper portionibus discussis, le
pram quoq; producere queant. Ex præscriptis etiam Galeni uerbis pruritum à scabie, &

3^m.

lepra secretum esse: quùm uidelicet absoluto nomine pruritum, grecè uerò κνισμόν proferi=
mus: At scabiem, & lepram fortiori, ac multo pruritui, necessariò coniunctas esse liquet. 30

4^m.

Nec minùs tam pruriginis, q; scabiei materia innotescit: quæ non solùm atra bilis, at salsa
etiam nitrosáue pituita, uel sanguis quoq; uitiatus, aut multæ amaræ bili nedùm atræ com=
mistus aliquandò est. Quæ rursùs materia quotiès in maiorem adustionem, & crassitiem re
ducta fuerit, lepram gignere nonnunq; consueuit. Serapio lepram, & psoram eodem ca=
pite amplectens, [r] illam impetiginem excoriabilem, & albaras nigram, hanc uerò pruritum
ipse, uel potiùs interpres (quam tamen literam postea corrigemus [n]) nuncupauit: aliudq; de
inceps caput de pruritu [s], aliud autem ab ijs seorsùm de scabie [t] adiunxit: quemadmodum de
uera quoq; impetigine, græcorū.s. lichene seorsùm anteà determinauerat. [u] Quod autem pru
ritus nomine, psoram: albaras uerò nigræ, ac impetiginis excoriabilis dictione, lepram uo
luerit: ex eo statim liquet, quoniam à Paulo uerba de lepra, & psora transcripsit: Di= 40
cens. Istæ duæ ægritudines simul sunt asperitas in superficie corporis extrinseca, Cùm ››
pruritu

r .5. breuiarij cap.4.
n fo. 128.
s ibidem cap. 6.
t ibidem cap. 7.
u ibidem cap. 2.

» pruritu, in quibus excoriatur cutis: & accidunt ex humore melancholico. Verùm
» tamen impetigines excoriabiles (quas iam in capitis titulo prædixerat esse albaras ni-
» gras) ambulant, & reuoluuntur in concauitate corporis secundum reuolutiones, & ca-
» dunt ex eis cortices rotundi. Pruritus autem est pustulæ in eo, quod apparet de corpore: et
» figurantur cum coloribus, & expelluntur ostraca fursurea. Quæ quidem nõ alia, q̃ Pau-
li uerba esse, tametsi uitiosa (ut barbarorum mos est) nemo sanæ mentis est, qui negare po-
terit. Quod.n.Paulus ait: profundiùs lepram depascere: Serapio ❴ in cõcauitate corporis ❴
habet. Quod item ille, circularibus erosionibus lepram depascere inquit: hic, & reuoluũ-
tur, ait, secundum reuolutiones. Aliáq; (ut patet) barbaro modo relata sunt. Attamen eã-
10 dem Pauli sententiã præseferunt. A quo deinceps Serapione Princeps [x] etiam assumpsit:
qui modò Albaras nigram, modò impetiginem excorticatã ipsam lepram uocat. QVA de
causa Leonicenum hìc à principis phantasia deuium extitisse perspicuum est. Qui albaram
nigram Auicennæ, Pauli, & græcorum psoram esse credidit: Itemq; impetiginem excor-
ticatiuam ab albara nigra, penès eundem Auicennam, distingui reputauit: Concedens in-
terim impetiginem excorticatiuam eandẽ esse cum ea, quæ à Galeno, pauloq; lepra dicta est.
Ex eo uerò Leonicenus motus est: quoniam de impetigine excorticata (siue.n.excorticatam,
siue excorticatiuam dixeris, idem est) loquens Princeps, hæc uerba scripsit [y] ❴ Et de im-
» petigine est excorticata, propter uehementiam siccitatis, & multitudinem profunditatis.
» Et est sicut albaras nigra, & sicuti cortices. ❴ Quibus quidem uerbis, aliud esse albaras
20 nigram, ab impetigine excorticata, insinuat. Quod.n.est sicuti alterum, non idem uidetur
esse. Dubitatione tamen dignum esse Leonicenus ait, cur Auicenna hoc in loco impetiginẽ
excorticatam dixerit esse sicut albaras nigram: qui tamen in alio capite superiore [z] Albaras
» nigram ita definierat. Albaras nigra est impetigo excorticatiua, & est scabiositas accidẽs,
» aspera, uehemens, & facit squamas sicuti piscium, cum pruritu, & est propter humorem
» melancholicum inhibentem de eo, quod est iuxta ea, inhibitione fortiore, q̃ in colore impri-
» mat tantùm: Et est de antecedentibus lepram, & est cum malitia. Hæc quidem Auicẽna:
qui sibi quodammodo contradixisse uidetur, cum albaras nigram esse impetiginem excorti-
catiuam dixerit: deinceps uero impetiginem excorticatiuam esse sicut albaras nigram pro-
nunciarit. Pro cuius contradictionis solutione præmissa, quam anteà [a] retulimus, inter le-
30 prã, & psoram, ex paulo, distinctione, subdit. ❴ Lepra igitur apud Paulum, est impetigo
» excorticatiua apud Auicennam ❴ id quod uerum esse confirmabimus. ❴ Sicuti impetigo non
» excorticata, apud eundem Auicennam, est Lichen apud græcos ❴ atq; idipsum uerum quoq;
aliquatenùs esse demonstrabimus. Minimè tamen admittentes quod deinde subdit, dicens
» ❴ Albaras autem nigra, est Paulo Aeginetæ psora. Quamquidem albaras nigram Auicen-
» na ab impetigine excorticatiua separauit. ❴ Quam quidem opinionem Leonicenus ex duo-
bus confirmat, [1] tùm quia Princeps, loco quasi differentiæ, adiunxit ❴ Et est Scabiositas ac-
cidens, &c. ❴ Quod uerbum (.s.Scabiositas) adiunctum inditio esse ait tantum importare
Auicennæ albaras nigram, quantùm græcis authoribus psora. [2] Tùm secundò quia RaZẽ
nonnunq; Baras pro scabie usum esse inuenimus. ut ex quodam illius dicto à Galeni monu-
40 mentis transcripto comprobat. Verũ eninuerò nec uerbum ❴ scabiositas ❴ quod traducentiũ,
non Principis est, mouere ad eius phantasiam potest, neq; RaZis authoritas Principem in-
terpretari

x 7.4.tr.2.cap. 9.12.& tract. 3. cap.3.

Contra Leonicenum.

Libro de morbo gallico.

y 7.4.tr.3.ca.3.

z tr.2.cap.9.prope medium.

Auicennæ cõtradictio.

a fo.124.

Leoniceni solutio.

Impugnatio.

terpretari potest : cum de alia re RaZes loquatur. Vltrà quòd bifariàm capere Baras, & scabiem : communiter inq;, & propriè, absurdum non est. At de RaZe aliàs sermo habebitur. Nunc autem Principis intentionem, ex definitione potiùs albaras nigræ ab ipso datæ, atq; etiam à quo exscripsit authore, Serapione inq;, uenari facillimè poterimus. præsertim cùm legerimus, apud Auicennam, Albaram nigram emittere squamis piscium similia : esse uehementer asperam, adeóq; malignam, ut præuia sit ad lepram suam (idest græcorum elephantiasin) affectio. Et quod non sanatur, si sit antiqua : in hoc.n. à morphea nigra differre uoluit,[b] quoniam excoriatio, squamositas, & testositas in hac sunt : quæ in morphea nigra minimè inueniuntur. Quæ nemo quidem nescit (ueluti perdoctè ante nos Manardus[c] aduertit) scabiei, uel (quod idem est) psoræ non cõuenire : quam in superficie magis consistere, tùm Paulus,[d] tùm ex Archigine Aetius.[e] Nec squamis piscium, sed furfuri similia emittere scripserunt. Atqui Principis mentem, quicunq; Serapionem priùs contemplatus fuerit, ignorare non poterit : modò unum in titulo traducentis errorem anteà correxerit : Cùm ait,[f] ¶ De impetiginibus, in quibus excoriatur, & scinditur cutis : & sunt Albaras nigra, & pruritus. ¶ In quibus quidem uerbis uidetur Serapio pruritum, impetiginis excorticatæ speciem tenere. quod non sic congruum, neq; ipsius etiam menti, uidetur : cũ de pruritu, atq; etiam impetigine seorsùm[g] determinarit. Quadere ex ipsius etiam, atq; Auicennæ, unà cum Pauli, quem transcripserunt, decretis, hoc modo titulus legendus est. ¶ De impetiginibus ĩ quibus excoriatur, & scinditur cutis : & sunt albaræ nigræ : & de scabie. ¶ Adeò ut pruritus loco, nõ in titulo tantùm, sed intùs etiam pro his scripto capite, unà cum Paulo, scabies, uel psora legatur. Id quod, cum per se notum, uel medicinæ candidatis sit : comprobare particulatim non aggrediar. Ad Auicennæ duntaxat contradictionem, quæ Leoniceno difficultatem induxit, conuerti operæpretium esse ratus. Dictio ergo ¶ sicut ¶ hìc similitudinis nota non est, sed expositionis, ipsius diuisionis. Perindè atq; solemus etiam aliquãdò dicere ¶ Animal aliud est rõnale, sicut est homo : Aliud irrationale, ut Asinus : etc. ¶ Quamobrem non aliud, aduerbium ¶ sicut ¶ quàm ¶ ut ¶ exempli quidem signum, & non similitudinis ostendit. Perspicuum uerò est non posse, nec deberi Barbarorum dictionibus omnimoda, concinnaq; series adaptari : præsertim cùm illorum idiomatis expertes simus. At satis superq; fuerit, quùm ex ijs, à quibus exscripserunt, authoribus intentionem nacti fuerimus. Verùm, ut primum nostri instituti propositum tandem absoluamus. Quæ à græcis λέπρα dicitur, ab Arabum Principe, atq; etiam Serapione Albaras nigra, & impetigo excorticatiua nuncupatur : genere interim ab albara alba (uti deinceps ex ipsis met Serapione, ac Principe demostrabimus[h]) differens.

Solutio cõtradictionis Auicennæ.

NEC solum barbari Serapio.s. atq; Auicenna impetiginis nomine, tametsi adiuncto epitheto, excorticatiuæ, græcorum medicorum lepram indicarunt. Verùm & Celsus quoq; pluribus iam annis ante illos, impetiginem latinè appellauit. Qui quidem priùs scabiem, his uerbis definiuit :[i] Scabies est, durior cutis rubicũdior, ex qua pustulæ oriuntur : quædam humidiores, quædam sicciores. Exit ex quibusdam sanies. Fitq; ex continuata exulceratio pruriens. Serpitq; in quibusdam citò. Atq; in alijs quidem ex toto desinit : In alijs uerò certo tempore anni reuertitur. Quò asperior est, quoq; prurit magis, eò difficiliùs tollitur. Itaq; eam, quæ talis est ἀγρίαν, idest feram, græci appellant. A cuius deindè curatione expeditus Celsus, impetiginem describit[k] quam scabiei quoq;

Scabies secundum Celsum.

Serapionis locus.

b 7.4.tr.2.cap.9.circa finem.
c lib.7.epi.2.
d lib.4.cap.2.
e lib.13.cap.ult.
f ĩ titu. capitis.4
g de pruritu cap.6. de impetigine cap.2. ibidem.
h infra fo.
i libro 5.cap.28. sec.15.
k Ibidẽ sec.16.

quoq; remedio curandam edocuit. Vt hinc primùm elici promptissimè queat non aliud impetiginis nomenclatura à Celso intendi, q; Hippocratis lepram. Quamquidem eisdē remedijs, quibus & scabies curatur, sanādam esse non Paulus modò, qui uno eodemq; capite de lepra, & scabie determinauit: [l] Verùm & ipse etiam Aetius [m] confirmat. qui medicamētū (quod ad Protarchum authorem Celsus [n] retulit, quoq; ualentius esse non aliud, ad impetigines, atq; ad scabiem pertinere ait) ex Archigene ad psoras in callum obduratas, & ad leprosos affectus prosperè accomodatum scripsit. Idem nanq; medicamentum est. Nisi quòd loliaceā quoq; farinam Aetius adiunxit: ac pro humida resina terebinthinam determinat. Secundò Celsi impetiginem nil aliud, q; græcorum lepram præseferre, inde eligi potest: Quoniam lichenas intellexisse non licet. Cum nullus author græcus, neq; etiam latinus tot genera in lichene unq; agnouisse inuentus ē. quæ tamen quatuor ī impetigine Celsus enarrat. Duo interim in papulis supponens. quas deinde græcorum lichenas Celso demonstrasse comprobabimus. [o] Quatuor aūt illa genera, siue gradus in lepra (ut uidebimus [p]) adaptare difficile nō est. Atq; idipsum tertio rursus inditio cōfirmatur: quia nullum de lepra caput in Celsi monumentis reperitur. Qua de re si non sub impetigine comprehenderit: nullibi talem affectū intellexisset. Quem nihilominùs Celso incognitum: fuisse ne per somnium quidem arbitrandū est. Cùm uetustissimus author Hippocrates, [q] quem in pluribus ipse æmulari conatus est, non semel leprā nominarit: Multiq; adhùc Romani medici lepram uocantes, ut Plinius, [r] Marcellus, [s] Aemilius Macer, [t] Apuleius Madaurensis, [u] Scribonius Largus, [x] omnibus notam fuisse lepram significent. Quartò idem persuaderi potest: quoniam scabie peior à Celso uel omnium leuissima impetigo ponitur. Etenim prima species (ait) quæ minimè mala est, similitudine scabiem repræsentat: Distat tamen ab ea, quia magis exulcerata est, & Varis similes pustulas habet: uidenturq; esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resoluuntur: certioribusq; temporibus reuertitur. Reliquæ autem species hac prima deteriores sunt: adeò ut quarta curationem omninò non admittat. Quam obrem impetiginis nomine apud Celsum intelligi græcorum lichen minimè potest, quam Plinius [y] latinè impetiginem conuertit. Is.n. λειχὴν (Galeno [z] atq; etiam Paulo [a] testibus) facilè in psoram scabiem'ue, & lepram tanq; in peiores morbos pertransit. quo quidem tempore, ubi s.in psoram, aut lepram pertransierit: non modò ualidè siccantibus medicamētis indiget: quibus solis lichen existēs, contentus erat: Verùm supra resiccantia pharmaca: repurgantia etiā, & extersoria expostulat. Atq; ex ijs quæ prædicta iam sunt, quinta ratio elicitur, Celsi uidelicet impetiginem non aliud, q; græcorum lepram nobis ostendere: Cum papulam dixerit, nisi sublata sit, in impetiginem suam conuerti. Eius uerò papulam nil aliud nobis, q; græcorum lichenem præseferre, ab hac impetigine lepra'ue expediti demonstrabibus. [b] Ad sextam nunc coniecturam permigrantes: quoniam.s. squamas emittere cuncta impetiginis genera Celsus ostendit: quas lepræ potiùs, q; alteri morbo proprias esse, unà cum erosione, aspredineq; insimul ex eius definitione liquet: unde (ut uidebimus) λέπρα quasi λεπιρὰ per syncopen.i. squamosa nuncupatur. λεπὶς.n. græcè squamam significat. Ideò nō simpliciter impetiginem Princeps, [c] ac Serapio: [d] Sed impetiginem excorticatiuam, seu excorticatam nuncupabant. Squamas autem licheni græcorum nullus, quem uiderimus, attribuit: At summæ cutis aspredinem esse cum aliquo pruritu aiunt: leuioremq; cutis infectionē esse,

q; psora,

Impetigo apud Celsum q; significet leprā octo īditijs probatur.

l lib. 4. cap. 2.
m libro. 13. cap. 126. uersus finem
n ubi supra. s. sec. 15. & 16.

o folio.
p infrà in 8. rōne

q ut. 3. apho. 20. & lib. de affectii. post medium & 2. de morbis muliebribus uer. finē
r ut lib. 20. cap. 9 13. 17. 21. 22. & lib. 21. et sæpe. in sequentibus.
s libro de medi. cap. 19.
t cap. de obstrutio de sinapio, de caule, de belleboro nigro & cap. de lolio.
u lib. de uirtutibus herbarum.
x cap. 250.
y lib. 20. cap. pri.
z lib. 5. de cōpositione med. secundum loca. cap. 3. post principia & circa medium.
a lib. 4. cap. 3. in principio.
b infra fo.

c 7. 4. tr. 2. cap. 9. & tr. 3. cap. 3.
d 5. breuiarij cap. 4.

q; psora, uel lepra sint. Dumq; talis manet lichenis impetiginis'ue nomen, apud Celsum uerò Papulæ, quemadmodum apud nonnullos Volaticæ nomenclaturam retinet. Sin autem peior sit, nomen sicuti & formam commutat. Si nanq; per extimam adhuc tantummodò superficiem extenditur, & furfuracea corpuscula emittit: ψώρα à græcis, à nobis scabies uocatur. At si manifestas squamas facit, satisq; profunda est, cutim uniuersā non cuticulam modò erodens, à græcis pariter atq; latinis medicis lepra dicitur. Haud uerò nobis obstat, quoniam Author Introductorij,[e] quisquis tandem ille fuerit, squamas ex cute abscedere inquit: sub quibus rubicundior locus, fereq; exulceratus apparet. Præter id.n.quòd tanq; spurium illegitimum'ue Galeni librum respuere possemus: si quæ squamulæ in lichene, præsertimq; agresti remittuntur: non instar squamarum piscium, quæ in lepra sunt: & ueræ squamulæ dicuntur, ab interiori potiùs cuti, q; à cuticula secretæ: Sed furfuraceæ sunt, à cuticula genitæ: quæ quidē furfures potiùs, q; squamulæ dicendæ forent. Quam ob rem Plinius[f] agrestem lichenem (quam ut uidebimus mentagram usurpato uocabulo nuncuparunt) non squamis, at fœdo cutis furfure, totos utiq; uultus, dein uerò & colla, pectusq;, ac manus occupare testatus est. At secùs Cælium Aurelianum de lichenis iumentorum aliquandò loquentem intelligere oportet: quùm ait.[g] Sunt autem squamulæ anteriorum crurum, sub armorū partibus, in ipsis animalibus natæ: has græci lichenas uocant, siue chelidonas: Nos uerò impetigiues, siue hirundines. Haud enim Cælius morbum in equorum cruribus accidentem declarare, aut curare intendit: uerùm quandam substantiam callosam potiùs q; osseam naturaliter equorum cruribus adnascentem intelligit: quam æquiuoco etiā nomine lichenem, siue impetiginem nuncupabant: & ex Serapionis græci, empiricorumq; sectæ institutoris[h] præcepto, ex castoreo, & equorum impetiginibus lichenis'ue, medicamētum specialiter epilepsiæ congruum refert. Quem rursùs equi lichenē cum oleo infusum per aurem, dentes percussu uexatos confirmari Plinius docuit.[i] Est autem hoc (ut subdit) non Hippomanes: quod alioquì noxium omitto. Sed in equorum genibus, ac super ungulas. Inquit uerò lichenē non esse hippomanes, quod nō in genibus, aut unguibus nascitur: at in frōte. ut de eo iam anteà[k] quoq; scripserat: Carunculam esse dicens, in fronte pulli equini, ab ortu naturæ adnatam, caricæ magnitudine, colore nigro. Quam statim ædito partu mater è fronte dentibus auellit. Quòd si priùs quis abstulerit: pullum mater ad ubera non admittit. quam obrem equis innasci amoris ueneficium hippomanes prædixerat. Virgiliusq; idem innuit dicens:[l] Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus, et matri præceptus amor. &c. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes uertere homines feruntur in furorem: Idcircò ut noxium hippomanes, perindè ac prædictum iam est, Plinius[m] omittit: lichenemq; potiùs oleo infusum in aurem eius, cuius dentes patiuntur, inijcit. Quod autē subdit Plinius, dicens ❡ Præterea in corde equorum inuenitur os, dentibus caninis maxime simile. &c. ❡ nō ampliùs de lichene intelligendum est: at de quodam officulo in illorum corde inuento sermonē habere liquet. Qua de causa non admirari Lodouicum Cælium Rhodiginum nequeo: qui hæc fortassis Plinij uerba coniungens, ait[n] ❡ lichenas ossicula uocant, canini dentis imagine, genibus equorum, & propè ungulas adnascentia: ❡ At de his obiter usq; adeò dictum sit: ad nostrum propositum conuertamur: Celsi uidelicet impetiginem Hippocratis, Galeniq;, ac reliquorum græcorum ferè omnium medicorum lepram significare dicentes. Eo tandem inditio moti:

Obiectionis solutio.

e cap. 13. uersus finem.

f lib. 26. cap. pri post principia.

g lib. pri. chronion cap. 4. uersus finem.

Lichen equorum quid.

h Celsus i proœ. pri. ponit Serapionem primum fuisse empiricæ sectæ Introductorij uero author primum ponit Philinum secundū uero Serapionem.

i lib. 28. cap. 11. circa finem.

k libro 8. cap. 42 uersus finem.

Hippomanes quid.

l 4. æneidos uersus finem.

m lib. 28. cap. 11. uersus finem.

Contra Cælium Rhodiginum.

n lib. 21. lectionū antiquarum cap. 24. propè mediū.

tio moti: quoniam squamas habere cunctas impetiginis species Celsus posuit. Quæ uidentur magis lepræ, q̄ licheni græcorum adaptari. Haud quaq; uerò barbarorum lepram sub impetigine Celsi comprehendere licet. Cum elephantiasis nomenclatura (quemadmodum post hæc ostendemus) alibi[o] talem morbum declarauerit. Sed & alio quoq; signo Leonicenus[p] Celsi impetiginem græcorum esse lepram eligit: quoniam omnia maximè genera (Celsus ait) oriuntur in pedibus & manibus, atq; ungues quoq; infestant. Quod postremum dictum uel ipsum probare queat quod intendimus. Cùm nō solùm græci authores, Sed Plinius quoq; author Romanus ungues leprosos sæpissimè nominet. Demùmq; (ne in immensum probatio hæc excedat) alio, & quidem efficaci, signo, quod demonstrare intendimus confirmatur. Quoniam quatuor genera ponit Celsus, qui gradus quidam uidentur: pro maiori uidelicet, aut minori materiei malignitate, atq; adustione diuersi. Primus.n. gradus similitudine scabiem repræsentat, ac rubet: magis tamē, q̄ scabies exulceratus est: Qua de re & illa peior est: ultrà q̄ squamulas emittit. quo modo lepra à scabie differt. Quoniam uerò lepra cū uehementiùs augetur, ac sæuior euadit in elephantiasim conuerti consueuit: Id autem ueestigiò, ac sine latitudine nō fit: Idcircò sensim, ac ueluti per gradus quosdam sæpissimè pertransit. Quamobrem & secundum genus succedit rubicundius, asperiusq;, ac demùm (ut ex ijs, quæ Celsus illi attribuit, liquet) priori lōgè peius. Tertium deinde genus in deteriùs adhuc labitur. adeò ut nigrum ob maiorem adustionē euaserit. Quoniam autem exurens calor quæ humida sunt denigrat: Sicciora uerò in cinerem cōuertit, ac dealbat. Ideò ad subalbidum quartum, deniq; genus permutatur. ad quem colorē ultimò lepra conuerti solet. Adeò ut (quemadmodum posteà uidebimus) ab albedine lepræ nomenclatura, penès aliquos etiam græcos, imposita sit. Verùm priùs q̄ id ostendamus operæpretium esse duximus singula impetiginis genera apud Celsum perpendere. Quò faciliùs quæ dicta, necnon dicenda sunt, iudicare ualeamus. Impetiginis ergo species (inquit[q]) sunt quatuor. Minimè mala est quæ similitudine scabiem repræsentat. Nam & rubet, & durior est, & exulcerata est, & roditur. Distat autem ab ea, q̄ magis exulcerata est, & uaris similes pustulas habet: uidenturq; esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resoluuntur: certioribusq; hæc temporibus reuertitur. Alterum genus peius est, simile papulæ ferè, sed asperius, rubicundiusq;, figuras uarias habens. Squamulæ ex summa cute discedunt: Rosio maior est: celeriùs, & latiùs procedit: Certioribusq; etiam nonnunq̄ priori temporibus, & fit, & desinit. Rubrica cognominatur. Tertia etiamnùm deterior est. Nam & crassior est, & durior & magis tumet: in summa cute funditur, & uehementius rodit. Ipsa quoq; squamosa, sed nigra procedit: & latè & tardè eminùs serpit. In temporibus aut oritur, aut desinit. Neq; ex toto tollitur: Nigræ cognomen est. Quartum genus est quod curationem omninò nō recipit, distans colore: Nam subalbidum est, recenti cicatrici simile: Squamulasq; habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes: quibus demptis nōnunq̄ profluit sanguis. Alioquin uerò humor eius albidus est, cutis dura, atq; fissa est, proceditq; latiùs. Hæc uerò omnia maximè genera oriuntur in pedibus & manibus: atq; ungues quoq; infestant. Hactenùs quidem Celsus de quatuor impetiginis speciebus. Quarū ultima subalbida est, squamulas interdùm pallidas; interdùm uerò subalbidas remittens. Atq; idipsum ei profecto respondet,

o libro.3. cap.25
p libro de morbo gallico.

Impetiginis, lepræ'ue gradus quatuor.

q libro.5. cap. ultimo sec. 16.

Impetiginis eædem species quatuor.

Lepra quomodo ad album transit.

r cap. 13. circa finem.

ctò respondet, quod de lepra Introductorij Author [r] retulit, dicens: λέϖρα πάθος μὲν καὶ αὐτῆ δέρματος, ἐπὶ τὸ λευκότερον, καὶ τραχύτερον, τρεϖομένου. quod est: Lepra passio quidẽ & ipsa cutis est, ad candidius, asperiusq; conuersæ. Cutis n. est quæ ad candidiùs asperiusq; conuertitur: non passio. quadere nõ ‹ τρεπόμενον › ut in græco textu habetur, sed ‹ τρεϖομένου › legimus, ad cutim referentes, non ad passionem. Nisi ‹ τρεϖόμενον › in actiua significatione, tanq; medium cõmuneq; acceperis: passionem quæ cutim conuertat intelligens. Innominatus uerò Author Scholiorum in Theriaca Nicandri, super uerbo ‹ σπείρῃ λεϖρύνονται › ait: [s] Τὸ δὲ σπείρῃ λεϖρύνονται, ἀντὶ τοῦ ἢ τραχύνονται, ἢ λευκαίνονται. ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἐν τοῖς σώμασι, ϖαρὰ φύσιν λευκότης καλεῖται λέϖρα. hoc est: quod autem dicit ‹ reuolutione leprificantur › uel capitur dictio illa ‹ λεϖρύνονται (quam nos, sententiam potiùs, q; sermonis latinitatem obseruantes ‹ leprificantur › traduximus) pro eo quod est τραχύνονται, idest asperantur. uel idem est, quod λευκαίνονται, idest dealbantur. à qua uidelicet uerbi significatione, quoniam .s. λεϖρύνω, idest leprificor, idem est, quod λευκαίνω, hoc est, dealbor, contigit: Vt ea quæ præter naturam in corporibus albedo fit, lepra nuncupetur, uel (quod mihi magis arridet) non uerbum ‹ λεπρύνω › priùs ‹ dealbor › significat: ut inde ‹ λέϖρα › quæ .s. præter naturam albedo est. dicatur. At potiùs ab eo q is affectus in quo cutis præter naturam alba effecta est, λέϖρα nuncupatur, contingit, ut ‹ λεϖρύνω › pro ‹ dealbor › capi possit. Sicq; uerba illa intelligerẽ ‹ ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἐν τοῖς σώμασι &c. › hoc est: leprificantur dicit Nicander pro eo quod est ‹ asperantur › uel ‹ dealbãtur › ab eo quòd et quæ in corporibus præter naturã albedo est, lepra nuncupatur. Cuius innominati licet Authoris sententiam Lodouicus Cælius [t] admittit. Qua de causa & anteà [u] Persarum consuetudinem ex Herodoto retulerat, dicens; legimus in syncerioribus Herodoti codicibus. Apud Persas si ciuium quis lepra cœperit affici, aut leuca, ad urbem eum minimè commeare, nec alijs promisceri. Obtingere autem ista: quòd is in solem quippiam deliquerit. Si uerò in hasce causationes incidat peregrinus, illum cæteri hinc inde extrudunt. Quin & hoc argumento albas columbas nemo nõ abigit (quãq; Cælius literæ deprauationem non aduertit: ubi apud Nicãdrũ legitur ‹ λεϖτύνονται › pro ‹ λεϖρύνονται › uel si mauis ‹ λεϖραίνονται › Hinc fortassè motus ẽ Author illius libri, qui Hippocrati ascribitur: Cui titulus est ϖερὶ ϖαθῶν (siue polibi, ut Galenus [x] existimasse uidetur, & in græco libri titulo, ϖολύβου. i. prolybi dicitur, siue alterius cuiusuis, aut ipsius etiam Hippocratis sit) ut pituitam lepræ causam esse pronuntiarit, dicẽs ‹ [y] λέϖρη, καὶ κνησμὸς, καὶ ψώρη, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφὸς, ὑϖὸ φλέγματος γίνονται. hoc est lepra, pruritus, scabies lichenes impetigines'ue, aut secũdum Celsum papulæ, ac uitiliginis species, alphos dicta, ex pituita gignuntur ›. Id quod, nisi de salsa pituita intellexerimus, falsum prorsùs est. Quos quidem prænarratos affectus turpitudinẽ magis, q; morbos esse idem Author adiunxit: haud negans (opinor) morbos esse, at magis turpitudinem, q; morbos non iniuria determinans. de qua tamen re aliàs. Nunc uerò lepræ nomen, penès græcorum placita, uestigamus. Etenim, perindè ac prædictum iam est, albedinem præter naturam in corporibus factam nonnulli lepram uocari dixerunt. Quæ quidem albedo si cum aspredine, cutisq; (quam solam apprehenderit) erosione, prurituq;, ac desquamatione fiat: lepra tunc speciali nomine dicetur. Sin uerò absq; prurigine, ac squamis, &

Introductorij locus.

s scholio. 8. uersus finem.

t libro. 26. lectionum antiquarum cap. 9. circa finẽ.
u libro. 5. lec. antiquarũ cap. 8. uersus finem.

Nicandri locus.

x 6. aphorismorũ com. pri. uersus finem.
y uersus finẽ lib.

Descriptio Lepræ

" mis, & omnimoda erosione: quin læuissima (ut Aetius inquit)[z] existente cuti, non eam modò, sed subiectam quoq; carnem præter naturalis hæc albedo occupauerit: leuce nuncupatur. Quã tùm affinitatis, tùm albedinis (quã lepram uocari, apud quosdam etiam Græcos, anteà[a] demonstrauimus) ratione, lepram quoq; nominasse nonnullis placuit. Cuiusmodi fortassis sententiæ fuit Innominatus Author, Nicandri Theriaca enarrãs. Cùm præternaturam factam albedinem, leprã nominari scripserit: quam alij propriè leucen uocant (ut uidetur) intelligens. Quas ob res mirum non est: si non Hali Abbas modò leprã, pro leuce assumpserit: Sed DIVVS etiã AVGVSTINVS lepram coloris esse uitium super Euangelio crediderit. Ab aliquo enim uetustiore etiam Græco id didicisse potuerunt. Nos autem hìc non omnium, sed medicorum Græcorum, ut Hippocratis, Galeniq;, & eorum qui hos sectati sunt, lepram uestigamus. Eamq; psoræ scabiei'ue congenerẽ esse determinauimus. Iudeorum intereà lepram, quã Mosaica lex[b] à DEO Optimo Maximo reuelata ab integris hominibus separandã præcepit: Ne'ue quispiam sanus leprosum tangeret: quoniam extemplò uel contactu, uel sola conuersatione inficeretur: non coloris modò uitium, sed plagas quoq; ac scabiem & morbi (ut patet) contagionem ostendere legimus. Quãq; plura in Leuitico dicuntur quæ figurata potiùs et supra nostri ingenij uires existunt. Quam ergo Redemptor noster CHRISTVS miraculosè sanauit,[c] non Græcorum lepram esse reputamus, sed elephantiasim, & quam Arabes ferè omnes (præter Hali Abbatẽ) lepram nuncuparunt. Parùm nanq; differre Arabum, atq; Hebræorum idioma, cuiuis pernotum est. Qua de re tàm si Græcè nunc, q; Latinè, aut quouis idiomate scribantur Euangelia, Hebræorum semper lepram (cùm apud ipsos facta miracula sint) quæ & eadem Arabum est, intelligendam esse opinamur. Constantini uerò leprã infrà, cùm de elephantiasi sermo fiet, enucleare conabimur. Ex his ergo quæ dicta, nec non dicenda sunt, facillimè cognosci potest, quàm parùm nominibus fidendum sit: nisi res bene fuerit explorata. Quandò & lepræ nomen leuem, apud Græcos propemodùm omnes, morbum à scabie psora'ue non multùm differentem: Apud Hebræos autem, Arabesq; ferè cunctos grauissimum, ac perniciosissimum, maximeq; contagiosum: Apud Hali Abbatem uerò, atq; aliquos alios, & quidem pauculos, difficilè curabilem, non perniciosum tamen affectum, quin coloris potiùs uitium significat. QVEMADMODVM & Impetiginis nomẽ apud Latinos uariam significationem præsefert. Siquidem apud Celsum, prout anteà demonstrauimus,[f] prænarratam Græcorum lepram repræsentat. Apud Plinium uerò, pluresq; alios etiam ex ueteribus Romanis, uulgò dictam uolaticam: à Græcis uerò lichenem indigitat. Id quod hoc etiam in loco, ubi de impetiginibus propter lepras meminimus, consequentiæ ducti necessitate declarandum, ob incidentes præcipuè quasdam difficultates, proposuimus. A Plinij uerbis de lichenis alicubi scriptis, exordium sumentes: quùm sic ait.[d] Sen- » sit & facies hominum nouos, omniq; æuo priore incognitos, non Italiæ modò, uerùm etiam » uniuersæ propè Europæ morbos. Tunc quoq; nec tota Italia, nec per Illyricum, Gal- » lias'ue, aut Hispanias magnoperè uagatos, aut alibì, q; Romæ, circaq;. Sine dolo- » re quidem ullo, aut sine pernicie uitæ: Sed tanta fœditate, ut quæcunq; mors præ- » ferenda esset. Grauissimum ex his lichenas appellauere, Græco nomine: Latinè (quoniã à mento ferè oriebatur) ioculari primũ lasciuia (ut est procax natura multorum, in alienis mise- » rijs) mox, & usurpato uocabulo, Mentagrã, occupantem in multis totos utiq; uultus, oculis tan-

[z] lib.13. cap. ultimo circa prin.

Leuce

[a] fo.132.

Lepra Iudeorum.

[b] quã legẽ uide Leuit. cap. 13. 14.

[c] ut Matthæi ca. 8. & Marci. 1. & Lucæ. 5. & 16.

Nota.

Impetigo apud alios Latinos.

[f] fo.129.130 131

Lichen Plinij & Græcorũ.

[d] lib.26. cap.1.

Mentagra.

tantùm immunibus: descendentem uerò & in colla, pectusq́; ac manus, fœdo cutis furfure. »
In quibus Plinij uerbis, priùs q̃ ultrà progrediamur, nouum fuisse hunc morbum didicimus:
ac, (ueluti post hæc, ex ipsius iterùm uerbis, referemus), ante Tiberij Claudij Cæsaris
principatum penitùs incognitum. Qua de causa cũ inuadere primũ occeperit innominatus erat.
Id quod qui tunc temporis uiuebant aduertentes, nouumq́; morbum alijs significare quopiam
rato nomine cupientes, duo nomina confertìm imposuerunt: quorum alterum à Græcis (ob alte
rius affectus, tali nomine iam anteà penès illos nuncupati, similitudinẽ, ac serpendi, impetendiq́;
symptoma) quasi mutuùm acceperunt: pro Græco nomine Latinũ ei affectui, impetiginem sci
licet reddentes. Alterum uerò à sede affecta nomen imposuerunt. Primũ ergo totum Græcum

e lib. 20°. cap. 1.

Lichen & impetigo unde dicãtur

r cap. 11.

nomen est λειχὴν. quod Græci passim impetigini (eiusdem Plinij testimonio [e]) dedicauerant. 10
Eadem nanq́; ratione dictũ esse, λειχῆνα Græcè opinor (ἀπὸ τοῦ λείχω, quod est lambo:
quoniã s. lambendo proserpat. uelut etiam in petris lichen herba solet) & Latinè impetigo im
petix, & petigo. quoniã uidelicet (uti festus ait) propinqua petat: Quintusq́; Serenus: [r] uitium
est, quod ducit ab impete nomen. Qua ratione Serpiginẽ quoq́; alij, nõnulli uerò Herpiginẽ ap
pellant. Dixi primũ nomen totum Græcum extitisse. Nã secundũ nomen uitiosæ cõpositionis
est, ex dimidio Græcum: ueluti ex altera parte Latinũ: contra Grammaticorum præcepta. Ex

Mentagra, nomẽ uitiosum.

mẽto. n. Latina dictione, et ἀγρεύειν uerbo Græco, quod significat capere: seu nomine ἄγρα.
quod capturam præ se fert. qa. s. mentum caperet: seu menti captura sit. Ad similitudinem Græ
corum nominũ, ποδάγρας, & χειράγρας: quæ pedum aut manuum capturæ sunt. quæ tamẽ
rectiùs, utraq́; ex parte Græca, cõposita sunt. Quam quidem cõpositionis nouitatem, ac uitium 20
aduertens Plinius: ioculari primùm lasciuia, mox usurpato uocabulo Mentagram nuncupa-
uisse Romanos ait. Nomenclaturæ impositionem à se minimè comprobari, per hæc uerba in-
sinuas. At omissa nominum speculatione, rem potiùs ipsam aggrediamur. Oculis enim dun-

Lichen in oculis.

f 5. de cõp. med. secũdũ loca cap. 3.

taxat immunibus totos nonnunq́; uultus occupantem lichenem Plinius refert. Galenus [f] uerò
& oculos etiam aliquandò contingere testatur. Id quod impossibile quidem non est, q̃q̃; raris-
simè contingit. Cùm & ipsos oculos Bothryon, Cœloma, Argemon, Epicauma, Cancer, Vn
guis, ac plura præter hæc: de quibus quidem posteriùs erit sermo, uel ulcerosorum affectuum
genera molestare soleant. Fortassisq́; largiùs oculos Galenus intellexit. ut palpebras etiam ocu
los cooperientes oculorum nomine significarit. Verùm enimuerò an ueterrimis, ac prioris sæ-

g lib. 26. cap. 1.

Mentagra an ueterrimis incognita.

culi uiris notus hic affectus fuerit, contemplandum ex ipso etiam Plinio [g] succedit. Non fue- 30
rat enim (ipse inquit) hæc lues apud maiores, patresq́; nostros. Et primùm Tiberij Claudij »
Cæsaris principatu medio irrepsit in Italia, quodam Perusino Equite Romano quæstorio scri »
ba. Cum in Asia apparuisset: inde contagionem eius apportante. Nec sensere id malũ fœmi- »
næ, aut seruitia. plebesq́;, humilis, aut media: Sed proceres ueloci transitu, osculi maximè, fœ- »
diore (multorum, qui perpeti medicinam tolerauerant) cicatrice, q̃ morbo. Causticis nanq́; cu- »
rabatur. Nec nisi usq́; in ossa corpus exustum esset, non rebellante tædio. Quo mirabilius qd »
potest reperiri? (post pauca subiungit) aliqua gigni repentè uitia terrarum in parte certa, cer- »
tisq́; membris hominum, uel ætatibus, aut etiam fortunis. Tanq̃ malo cligente, hæc in pueris »

Leonicenus cõtra Pliniũ

h libro. de morbo Gallico in prin.

grassari, illa in adultis: Hæc proceres sentire, illa pauperes. Hactenùs quidem Plinius. Ad- »
uersus quem tamen Leonicenus, ac nonnulli deinceps alij insurrexerunt. Inquit. n. post relatã 40
Plinij sententiam Leonicenus. [h] Ego uerò de alijs Europæ partibus non planè habeo statu- ,
tum

" tum quid sentiam. Illud pro certo affirmare ausim: multis, anteq; Claudius imperaret, annis li" chenas fuisse Græcis familiares. Quando Hippocrates author Græcus uetustissimus cùm mul" tis alijs in locis,[i] tùm præsertim in tertia particula aphorismorum[k] in morborum uernalium " mentione, lichenum commeminit. Vt mihi magis fiat uerisimile uexasse id malum etiam Ita" liam: Quanuis fortè longo temporum interuallo ante Claudium, sed nondum Romano Im" perio ad exteras nationes propagato. atq; ideò minùs à Græcis medicis Roma frequentata, " defuisse eidem morbo nomenclatores. Idcircò donec sine nomine perstitit, fuisse interim ob" scuriorem. Sicuti postea Claudio imperante, iam Græcis artibus, ac præcipuè Medicina ui" gente in ciuitate, lichenas, atq; mentagram uocitantes, fecere illustriorem. Simile quoddam " nostro hoc æuo accidit. Iam enim insolitæ naturæ morbus Italiam, & multas alias regiones " inuasit. Pustulæ sunt à partibus obscœnis incipientes: mox totum corpus, atq; ipsam præci" puè faciem occupantes, præter fœditatem, magnum insuper cruciatum plerunq; afferentes. " Huic tamen morbo nondum nostri temporis medici uerum nomen imposuere: sed uulgato no" mine, malum gallicum uocant. Quasi eius contagio à Gallis in Italiam importato: aut eo" dem tempore & morbo ipso, & Gallorum armis Italia infestata. etc. Hæc quidem contra Plinium Leonicenus. Qui tamen aliud nil asserit, q̄ Hippocratem, aliosq; Claudio Cæsare uetustiores lichenem agnouisse: uerisimileq; sibi uideri (& si nulla ratione, uel authoritate comprobat) id malum etiam Italiam uexasse. Eius autem uerba absq; ullo etiam authore, uel ratione dilatans Fuchsius[l] addit, ꝑ paucis ante Tiberij Claudij principatum annis, in Italia cognitus fuerit. Verùm enimuerò quod maiorem ijs reprehendendi Plinium, ansam præbere potest, idipsum est. Quoniam Galenus de hoc morbo etiam sub nomine Romanis usurpato meminit: scilicet Mentagra (quanuis deprauatus Græcus codex {μελιτάγρας} pro {μεντάγρας} habeat) nil tamen an nouus hic morbus sub Claudij Cæsaris principatu cœperit, Galenus tetigit. Vltrà ꝙ pleriq; authores, ex quibus pharmaca huic morbo conferentia citat, ante Claudium uixisse leguntur: & Impetiginis nomen longè ante ea tempora Latinis notum fuit. quod de nullo alio morbo accipi debere uidetur, quàm de lichenibus à Græcis appellatis. Quos ipse etiam Plinius[m] aliquotiès impetiginem Latinè conuertit. Atq; hac quidem ultima, ex Galeno præsertim desumpta coniectura, omninò ueram non esse Plinij sententiam Cornarius[n] etiam comprobat. Nos autem cùm nullam uideamus efficacem rationem, aut priscorum authoritatem Plinio aduersari, Magis illi credendum Historias colligenti, q̄ nostræ existimationi reputamus. Quapropter primùm Plinij uerba considerare oportet. Haud enim toti simpliciter Europæ incognitum esse hunc morbum priori sæculo inquit: Verùm {propè} adiunxit. uniuersæ enim propè Europæ dicit, Maximam Europæ partem, non omninò totam, hoc loquendi modo significans. Ex quo nec ei aduersari dicendum, si quispiam in Europæ aliqua parte huiuscemodi affectum prænouerit. Secundò perpendendum est, quoniam & si Hippocrates de lichenibus alicubi meminerit: Nullibi tamen adeò contagiosum hunc affectum ostendit, ut uel osculo, uel solo contactu plures homines inquinet: quemadmodum de Mentagra Plinius,[o] atq; etiam Marcellus[p] testantur. Quin talem habere discretionem Plinius ait, ut nec fœminas, nec seruos, neq; humiliorem, aut mediam plebeculam, sed proceres duntaxat inuaserit. Quæ omnia propriam quandā noui morbi nunq̄ antea definiti naturam præseferunt. Quamobrem,

i ut lib. 2. de morbis muliebribus uersus finē & li. de affect. post medium.
k aphor. 20.
Leoniceni glossa.
Gallicus morbus. NB.
l li. 2. parad. ca. 17
Galeni locus.
m ut lib. 20. ca. 1.
n in annotationibus super. 5. de cō po. med. sec. loc. cap. 3.
Plinij defensio
o lib. 26. cap. 1.
p cap. 19.
Lichen duplex.

omni penitùs reiecto scrupulo, duplicem esse lichenem opinamur. Alterum quidem de quo Hippocrates, ueterrimiq; illi Græci, uel ante ipsum Claudium Cæsarem, locuti sunt: quẽq; non Plinius modò, sed omnes ferè ueteres Romani, excepto Celso, impetiginem Latinè appellarunt. Alterum uerò prioribus, ante Claudium, temporibus incognitum: quem Romani, ob nominis penuriam, priùs Græcorum nomine, alteri affectui, cui simillimus hic esset, imposito, deinceps uerò usurpato uocabulo Mẽtagram nũcuparunt. Alij autem λειχῆνα ἀγρίαν. idest lichenem syluestrem agrestem'ue aut ferũ (Vt ex Archigene Galenus [q] refert) nominarunt. Hac de causa Plinius [r] scribens {impetiginem, & scabiem: quam psoram, & lichenas uocant.} referendo scilicet scabiei Latinæ dictioni psoram, Impetigini uerò lichenas: uidetur apertè secundùm uetustiores Græcos sic nominatos lichenas intelligere. quare simpliciter ait { uocant } scilicet Græci. Quos tamen quia Romani, respondente Græcis nomine, ĩpetiginẽ dixere, Idcircò ubi ubi Plinius de huiusmodi affectu ĩtellexisse uoluit, ĩpetiginis nomine significauit: [s] derelicto Græco uocabulo alteri lichenum generi: [t] ne uitiosam ampliùs nomenclaturæ compositionem Mentagræ scilicet unà cum uulgaribus, usurpet. Adeò ut mirum non esse debeat, siquidem in uno eodemq; capite lichenum & impetiginis remedia seorsùm distinctis (ut dictum est) nomenclaturis descripserit. [u] Atq; ubi de nouo agrestiq; lichene meminit, [x] nil de impetigine protulerit. Hunc igitur nouum lichenem, usurpato à Romanis uocabulo, Mentagram nominare nos possumus. Alterum uerò & quidem ueterrimum, omnibusq; gentibus communem, uel impetiginem, uel ex Celso papulam uocabimus. Qui tamen (ut uidebimus [y]) utranq; præfati lichenis speciem latina dictione insinuare uolens: duplicem quoq; papularũ maneriẽ posuit: quarum alterã ἀγρίαν, hoc est agrestem, seu feram ex Græcis appellauit. Quòd si non duos, at unũ esse lichenem: aut si duos, agrestem nihilominùs priori quoq; ante Claudium Sæculo uel Italiæ pernotum, obstinatè contenderis: Nihilosecius tamen & huiusmodi affectus contagionem, & contagionis modum, quo uidelicet proceres tantùm osculo inuaderet, nouum esse inficias ire nequiueris. Quam porrò epidemiam Galenus apertissimè innuit, dicens [z] { Cum in Vrbe Mentagra appellatus " morbus inualesceret.} Quo tempore plurima lucratum esse Pamphilum excoriatorio medicamento retulit. Quoniam scilicet plures insimul homines tali morbo inquinati uexabantur. Nam Soranus medicus (referente Marcello [a]) quondàm ducentis hominibus hoc " morbo laborantibus curandis, in Aquitania se locauit: Aduenerunt'q; ex Aegypto, genitrice talium uitiorum, medici (Plinius [b] ait) hanc solam operam afferentes, magna sua " præda. Siquidem certum est Manilium Cornutum ex prætorijs Legatum Aquitaniæ pro " uintiæ, sestertia. CC. elocasse, in eo morbo, ad curandum sese. Acciditq; sæpiùs ut no " ua contra genera morborum medici gregatim sentirentur. At priusq; ad alia progrediamur, Marcellum (cuius anteà meminimus) iterùm consideremus: Quem manifestè lichenem, siue Mentagrã ab impetigine distinctã intellexisse liquet. Quoniã seorsùm hos affectus curat. In primis.n. plura ad lichenem siue Mentagram remedia proposuit: dein uerò impetiginem tã recentem, q̃; inueteratam, atq; etiam scabidam curat. Rursusq; seorsùm hæc subdit. [c] Si locum, quem impetigo adludit, auro circumscribas, postea eum omninò non adpetet. Loco quem " mentagra obsederit, fimũ murinũ tritum ex aceto oportet imponi. etc. E quibus uerbis, oĩ reiecto liuore, Plinij (quã supra declarauimus) [d] sententia liquet: lichenẽ mẽtagram'ue Romanorum

[q] 5. de cõpo. med. secũdũ loc. cap. 3. uersus finem.
[r] lib. 20. cap. p°.
[s] ut lib. 20. cap. 9. 14 lib. 22. cap. 25. et lib. 23. cap. 7. et in proœ. & alibi.
[t] ut lib. 20. cap 19. 13. 21. 22. & lib 21. ca. 19. 20. et sæpè.
[u] ut libro 23. in proœ & cap 7 et lib. 20. cap. 9.
[x] lib. 26. cap. 1. et 3.
[y] fo. sequenti.
[z] lib. 5. de cõpo. med. secundũ loc. cap. 3.
[a] lib. de medicamentis cap. 19. circa principia.
[b] lib. 26. cap. pri.
[c] ubi supra post principia.
[d] fo. præsenti.

rum ab impetigine, quam Græci lichenē quoq; dixerunt, distinctos affectus esse. Id quod pro Plinij defensione assumpsimus. Haud.n.existimãdum est Marcellũ Celsi instar impetiginē, pro Græcorũ lepra cepisse: Cũ & lepræ curationē perse eodē capite posuerit. Latissima igitur (ut his finē imposuerimus) lichenis, post Claudiũ, nominis usurpatio facta est: ut mitem aliquadò, leuissimãq; impetiginem præ se ferat. quæ uel sola hominis saliua deleri facillimè queat. Nonnunq; uerò, pessimum affectum (quam & Mentagram uocarũt) non nisi exurentibus, acerrimisq; medicamentis extirpabilem ostendit. VTRVNQVE genus, papulæ nomenclatura Celsus significasse uoluit. Quemadmodum perdoctè ante nos Leonicenus[r] (ut neminem sua laude defraudemus) sex euidentibus coniecturis ostendit. Quarum prima est, quoniam à Cassio Felice scribitur lichenas nasci rotundo schemate, idest figura in superficie cutis, cum ingenti pruritu, & asperitate: atq; ubi id malum serpere cœperit, Serpiginem dici. Ita & Celsus ait utrunq; papularum genus per minimas pustulas cutim exasperare, rodere, & eandem serpere. Atq; uti id uitiũ rotundum incipit, ita in orbem procedere. Secundo quod intendimus confirmatur: quoniam ubi Galenus,[e] Paulusq;[f] ex lichenibus facilè in lepram fieri transitum scribunt: Celsus ait. Quæ minùs rotunda est, difficiliùs sanescit: Nisi sublata est, in impetiginem uertitur. Tertium inditium est, quia sicuti Galenus,[g] Introductorijq; Author,[h] & Aetius[i] duas lichenum species faciunt. Quarum altera mitis: altera uerò agrestis, feráq; sit (Græce ἀγρίαν uocant) Ita quoq; Celsus papularum duas esse species statuit. Quarum alterã ἀγρίαν, idest feram, ex græcis nuncupauit: Alteram intereà mitiorem esse intelligens. Quò autem tria hæc prædicta inditia considerari à quouis liberè queant, atq; unà papularum Celsi definitio innotescat. Eius uerba subscribere superuacaneum non est. Cùm inquit:[k] papularum duo genera sunt. Altera est, in qua per minimas pustulas cutis exasperatur, & rubet. leuiterq; roditur, medium habet pauxillo leuius: tardè serpit. Idq; uitium maximè rotundum incipit: eademq; ratione in orbem procedit. Altera autem est, quam ἀγρίαν. idest feram græci appellant. In qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur, ulceraturq;, ac uehementius & roditur, & rubet. Interdum etiam pilos remittit. Hæc Celsus, qui tamē de feræ cõtagio nil tetigisse uoluit. fortassis cum eadē curatio sit, siue contagio ad alios homines transferatur, siue nulla alia genita, in eodem homine persliterit. Sat ergo ei fuerat morbi definitionem assignare. Quartum uerò deinceps signum eligi potest ex eo quod in curatione statim Celsus ait, quoniam.s. leuis papula, etiã si ieiuna saliua quotidie defricatur, sanescit. Idē uerò non Paulus[l] modò lichenibus puerorum, atq; Arabum Princeps[m] impetigini commendarunt. Verùm & Serenus[n] cum ait: si uerò uitium est, quod ducit ab impete nomen: hoc matutina poteris cohibere saliua. atq; ipse Plinius secundus,[o] aut quisquis ille fuerit Plinij nomine, inscriptus dicens { saliua ieiuni perfricantur. } Qui quidem curationis modus argumento esse potest Græcorum lichenas Celsiq; papulas esse morbum, quem uulgò plures uolaticam nominant (quanuis prædictus Plinio ascriptus liber[p] pustellas quasdam, ab impetigine distinctas, uolaticas nuncuparit) aduersùs quam, nostro quoq; tēpore, mulierculæ circa puerorum mala sananda præcipuè solicitæ, nullam magis præsentaneam nouere medicinam, q̃ ieiunã saliuam. Sed & eodem Celso authore (ut quinta cõiectura subnectatur) maior papula murali herba commodissimè tollitur: quàm euidens extergendi experimẽtum &

Papulas Celsi. Græcorũ lichenes eē. 7. ĩditijs probatur.

r libro de morbo Gallico.

e 5. de cõpo. med. secũd. loc. cap. 3.
f lib. 4. cap. 3.
g ubi supra
h cap. 13. in fine.
i lib. 8. cap. 16.

k lib. 5. cap. 28. sec. 17.

l quarti lib. cap. 3.
m septima quarti tr. 3. cap. 4.
n cap. 11.
o lib. 3. de re medica cap. 44.

p ibidē cap. 40.

in uasis uitreis præbere Galenus [q] asserit. Qua de causa & uulgus, ob eum quem in uasis uitreis abstergendis exhibet usum, uitriolum appellat, ut minùs mirandum sit hanc ipsam herbam lichenas, sua ui abstersoria, sanare. Quibus omnibus & sextam Leonicenus coniecturam collegit. quoniam Definitionum Medicarum Author [r] licheni pruritum, asperitatemq́;, lepræ autem squamulas attribuit, in quam lepram lichenas conuerti nonnunq̃; posse præscriptum ex Galeno, atq; eius æmulo Paulo, est, Ita et Celsus papulis asperitatem, pruritumq́;. Impetiginis uerò cunctis quatuor speciebus squamulas dedicauit. in quam impetiginẽ aliquandò papulas etiam conuerti prænarratum est. Verùm ne diutiùs in re adeò manifesta tempus frustrà conteramus, adhùc septimo poterimus inditio quod ab initio proposuimus, confirmare: cum nullibi scilicet Celsus de Græcorum lichenibus meminerit. Quamobrem nisi sub papulis intelligantur, omninò à Celso prætermissos esse lichenas proferendum est. Haud. n. sub impetigine comprehendi opinandum, cum hanc Græcorum esse leprã satis superq́; demonstratum anteà sit. VERVM, ut altera rursum æquiuocatio propaletur, aduertendum sedulò est, Celsi papulas à Plinij, pluriumq́; illum æmulantium, papulis differre. Celsi enim papulas esse Græcorum lichenas, communemq́; aliorum Latinorum impetiginem, prædictũ iam est. Plinius uerò papulas, cum nullibì, quod uidisse recolam, definierit: difficile profectò est quidnam præseferre uoluerit iudicare. Compertum nihilominùs est nec impetiginẽ, aut lichenas, neq; lepram Plinio significasse. Cum de his non semel nominibus proprijs meminerit. [s] Quamobrẽ aliud ab his uoluisse opinandum est. Ac ut colligi ex eius uerbis potest: Exanthematum speciẽ, quæ scilicet calidior sit, atq; sublimiùs in acumen eleuatur, intellexisse apparet. Duplicem nãq; exanthemata, ueluti & phymata tubercula'ue, differentiam (Galeno [t] referente) obtinent. Quædam enim sublimia sunt, in acumen tendentia, & altum petentia. Et hæc quidem à calidiore humore, sanguine inq̃;, uel bili, aut ex ijs commisto generantur. Quædam uerò lata sunt, ad maiorem locum extensa: humiliora tamẽ, atq; in altum non elata. Et hæc rursus frigidiori ex succo, ut salsa pituita generationẽ recipiunt. Ex alijs nãq; speciebus pituitæ potiùs œdema, quemadmodũ ex melancholico succo puro, ni sanguini admisceatur: scirrhus, aut aliquis nodosus tumor, ut gãglion, atheroma, steatoma, & huiusmodi, q̃; exanthema fit. Quæcunq; igitur à pituitoso humore orta sunt, pituitæ eruptiones, quæ autem à sanguine, uel altera bili: papulas [x] aut papularum eruptiones [y] nuncupari à Plinio credimus. Quæ quidem papulæ adhùc inter se differunt: quasdam nãq; rubeas Plinius supponit. Boas interdùm [z] nuncupans: inde. s. nomen sortitas, quoniam bubulo fimo illito maximè (ut idem [a] ait) tolluntur, uel fortassis (quẽadmodũ alij scripserunt) quoniam corpora papularum multitudine rubent, ad similitudinem eorũ qui Boa serpente icti turgescunt: fortassisq́; tertia ratione sic dictas, quia Boæ serpentis instar omnes regiones, in quibus habitat uastantis: ita morbus hic cùm erumpere inceperit plurimos præsertim pueros interimit. Ad has enim papularum eruptiones uariolæ uulgò dictæ, ac morbilli (de quibus posteà sermo fiet) reduci appositissimè queunt. Et sunt hæ, rubeæ. s. papularum eruptiones, quæ à sanguine, uel bili, aut mistis his adueniunt: quas deniq; feruẽtes papulas Scribonius Largus [c] atq; Marcellus, [d] appellarunt. Quædam uerò nigræ ab eodem Plinio [e] supponũtur. quas ab atra bile uel sanguine melancholico feruentiq́; insimul genitas esse credendũ est. Atq; huius esse generis eam, quam noxiam uocat, tertiaq́; die hominem

Margin, line 1: [q] 6. simplicium cap. 130.

Margin, line 4: [r] post mediũ libri.

Margin, line 5: 6m.

Margin, line 8: 7m.

Margin, line 10: 10

Plinij papulæ à papulis Celsi differunt.

[s] uide lib. 20. cap. p°. et 9. et lib. 22 cap 22. 25. & lib. 23. ĩ proœ. & cap. 2. 7. et lib. 26. cap. 1. 4. et lib. 28. cap. 4. 12. & lib. 31. cap. 9. et lib. 32. cap. 7. & lib. 35 cap. 15. & sæpè.

[t] 6. aphoris. com. 9 et 6. de morbis uul. parte. 2. cõmen. 29.

[u] lib 20. cap. 13. uersus finẽ & cap. 22. lib. 22. cap. 25. lib. 23. cap. 2. 9. lib. 28. cap. 17. libro. 31. cap. 10. lib. 32. cap. 6

[x] ut lib. 22. uersus finẽ et lib. 23. cap. 7 post principia et. 8. circa finem lib. 24. ca. 8. lib. 35 cap. 15. post mediũ lib. 31. cap. 9. circa prin.

[y] ut lib 20. cap. 8. post prin.

[z] ut lib. 24. cap. 8. et lib. 26. cap. xi.

[a] lib. 28. cap. 18.

[b] de quo serpẽte ui de Plin. lib 8. ca. 14

[c] ca. 243. et ca. 106 numerat cũ calidis.

[d] cap. 4. uersus finẽ. et cap. 20.

[e] lib. 28. cap. 17.

Margin, line 20: 20

Margin, line 30: 30

Margin, line 40: 40

nem occidere liber sibi ascriptus asserit [f]. His igitur singulis unà cum Plinij locis exquisitè perpensis, non idem esse pituitæ eruptiones, & papularum, siue papulas liquet. Cum albas illas esse rationabile sit à pituita præsertim salsa obortas. Has autem rubeas, à sanguine, bili'ue, aut mista materia, uel nigras ab atrabili, sanguine'ue melancholico genitas. Idipsum uerò notandum fore duximus, ubicunq; simpliciter, absoluteq; eruptiones profert, [g] tam pituitæ, q̃ papularum pustularum'ue eruptiones intelligi posse. Addidimus autem & expositiuè {pustularum} quoniã {pustulas papulas'ue} non Plinius [h] modò, sed Marcellus [i] quoq; nonnunq̃ protulisse leguntur. Pliniusq; pustularum quoq; eruptiones aliquandò [k] curat. Est autem pustula (prout inferiùs ostendemus) genus ad papulas, impetigineq;, ac scabiem, pluresq; alios tumores, si Celsi [l] authoritatẽ admiserimus. Decipiũtur ergo q eruptiones simpliciter Græcè ἐπαναστάσεις, papularũ eruptiones interpretantur. Cũq; Galenus [m] dicat {συκώδεις ἐπαναστάσεις} traducunt {ficosas papularum eruptiones} differunt enim ficosæ eruptiones, à papularum eruptionibus. Nec solùm ficosæ, aut papularũ, sed pituitæ, ac pustularum, quin & tuberculorum eruptiones existũt. Multoq; adhùc magis aberrant qui Græcorum exanthemata, quin (quod peius est) morbillos, & uariolas, pituitæ eruptiones latinè appellant, Plinij uocabulo usos esse opinati. Cum nõ omnia, sed pituitosa dũtaxat exanthemata, pituitæ eruptiones dici, uel Plinio docente mereantur. Quòd si Græcorum ἐξανθήματα quispiam latinè {eruptiones} absolutè conuerterit: minimè (ut opinor) reprehendendus ueniret. quãq̃ efflorescentiã quandam potiùs Græca dictio præsefert. Verùm de his posteà. NVNC igitur ad id, unde, plusq̃ opinabamur, digressi sumus, reuerti iã tẽpestiuum est. ψώρα ergo apud latinos scabiem repræsentat. λέπρα autem de qua libro (quem præ manibus hìc obiter, ac ueluti per transennam enarrandũ assumpsimus) de tumoribus: s. præternaturam loquitur: ea est quæ à Celso impetigo, ab Auicenna autẽ impetigo excorticatiua dicitur. Non ea tamen, quæ à Græcis λειχὴν, à Latinis uerò pluribus impetigo, seu uolatica uocatur: nec ea, quam Romani mentagram nuncuparunt. Quam & prædictum lichenem Celsus papulas à Plinij interim papulis differẽtes, appellauit. Verùm quæ arabicè Albaras, & quidẽ nigra nominata est. Nigram dico: Albaras enim alba diuersum genere morbum nobis indigitat. Adeò ut non, ueluti genus in species distinguitur, sic Albaras in albam & nigram secernatur: At ueluti uox tantùm in sua significata. Ipsomet Principe [n] declarante nigram genus diuersum ab alba existere, albamq; ueram albaras ab initio statim capitis nominando: Nigram uerò tali modo (quemadmodum peritioribus liquet) describente: ut ambigi nequeat, quin eum affectum intellexerit, quem plurimi tam Græcorum, q̃ Latinorum, lepram, Celsus uerò impetiginem, uocant. Dispositionem inq̃, morbum'ue disponentem ad Auicennæ pluriumq; Arabum, atq; etiam Hebræorum lepram, Græcorumq; elephantem. Quemadmodum enim impetigo lichen'ue, q a nõ ex solis crassis humoribus fit: uerùm ex misto quopiam humore (Galeni, [o] quem Paulus, [p] atq; Aetius [q] sectati sunt, dogmate) serosis nimirùm saniosis'ue (Græcè ἰχωροειδῶν) ac tenuibus, et acribus succis, cũ crassis permistis: Idcircò nòn in scabiem modò, sed in lepram quoq;, siquidẽ inueterascet, discussis illis saniosis, tenuioribusq; per halitum succis: aut increscẽte corporis combustione, facillimè permutari potest. Ita & lepra hæc albaras'ue, si diutiùs perseueret, in elephantiasim quandoq;, ac præsertim in exustis, melancholicisq; corporibus, cõuerti cosueuit. Eoq; magis

quò

[f] lib. 3. de re medica. cap. 31.

[g] ut lib 24. cap. 4 & lib. 26. cap. 11.

[h] ut lib 31. cap. 9.

[i] cap. 19. uersus finem.

Pustula.

Cor[m]. p[m].

[k] lib. 23. cap. 9.

[l] lib 5. cap. 28. sec. 14. 15. 19. 17.

Cõtra Cornar.

[m] 5. de cõpo. med. secũdũ loc. cap. 3.

ἐξανθήματα.

[n] 7. 4. tr. 2. cap. 9[?]

Albaras nigra.

Impetiginis materia.

[o] 5. de cõpo. medi. secũdũ loca. cap. 3.

[p] lib. 4. cap. 3.

[q] lib. 8. cap. 16.

quò calidior ambientis aeris regionis'ue temperatura sit: deprauataq; uictus ratione leprosus homo utatur. At id quod paulò ante proposuimus exequamur. Albarã .s. Serapionis,[r] atq; Auicennæ[s] in nigram, & albam distingui. Cumq; Albaram nigram esse Hippocratis, Galeniq;, & Græcorum ferè omnium medicorum lepram, ad satietatem usq; prædictum iam sit. Albaras quidem alba (prout ex tùm Serapionis, tùm Auicennæ definitionibus colligi apertissimè pōt) nō aliud est, q̃; quæ ab Hippocrate, suisq; asseclis, λεύκη dicitur: ab innominato autem scholiorum, in Theriaca Nicandri, Authore, atq; etiam à DIVO AVGVSTINO, & Hali Abbate lepra nuncupatur. A Latinis uerò, uel Græcorum medicorum nomine seruato, leuce: perindè ac Celsus[t] appellabat. uel generis nomenclatura Latinis propria uitiligo nominatur: quem in modum Plinius uocat. Qui tamen distinctionis gratià, modò albam uitiliginem, modò nigram dicit. Id quod si exquisitiùs intelligere cupimus, ac multorum circa huiusce nominis (uitiliginis inq̃) usum, errores detegere, Notandũ profectò est: Vitiliginem sic uidelicet dictam uel à uitio & lite: quoniam uitium est, in quo lis quædam ac rebellio fit nutrimenti aduersus alteratricem facultatem: adeò ut illud assimilare facultas nequeat. Qua ratione uitiligatores quoq; ipsos detractores calumniatores'ue Cato eleganter (uti Plinius[u] refert) ex uitijs & litigatoribus nomine composito uocauit. uel (ut alij uolunt) à uitulo, propter eius membranæ, amnij .s. quo nascitur inuolutus, cãdorem. uel quauis alia ratione sic nominatam, genus quodam esse tres sub se species apud Celsum recludens. leucam .s. ac alphon utrunq;, candidum inq;, & atrum: Nec Celsus modò uitiliginis nomẽ, ut genericũ prædictas iam tres species sub se differenter comprehendens usurpauit.[x] Verùm & Plinius quoq; qui tametsi uitiligines nonũq̃; absq; ulla distinctonis nota, simpliciter curauit[y] Nihilominus tamen genus esse uitiliginem ad albam & nigram præ se fert: Cùm aliquandò uitiligines albas:[z] Nonnunq; uerò uitiligines nigras[a] curare præsidijs doceat. Promptum uerò atq; in manu fuerit, albam uitiliginem adhùc subdistinguere. quoniam .s. uel profundiùs ad subiectam usq; carnem uitium occupauit: tuncq; (uti uidebimus) Leuce dicitur, uel superficialiùs cutim duntaxat infecit, tuncq; candidus alphos non à Græcis modò, sed ab ipso etiam Celso[b] nuncupabitur. Quamobrem uehementer non admirari nequeo, Cur sæpè interpretes: ubi uel Hippocrates, uel Galenus Græcè habet {λεύκη} traducunt generis nomine {uitiligo} Alij autem non semel: ubi Græcè legitur {ἄλφος} nobis uertunt similiter {uitiligo} Ex quo nec speciem ab authore intellectam nos generico nomine cōcipere possumus. Cur. n. si Græcè {ἄνθρωπος} legitur, Latinè sonans {homo} generis nomine utentes {animal} uertere debemus? Vitiligo igitur (ut ad id unde digressi sumus, reuertamur) genus quoddam tribus affectibus cōmune Latinis importat. Cui quidem generico Latinorum nomini respondens nullũ apud Græcos inuenimus. quemadmodum neq; speciebus, leucæ .s. ac alpho respondens ullum nomen Latini effinxerunt. Qua de causa hi generis nomenclatura suis interim additis differentijs, candidi uidelicet, & atri: Illi uerò specierum nominibus generis interim uoce subintellecta suas intentiones exprimere consueuerunt. Nos autem quò singulorum causas (prout hic maximè intendimus) pernoscamus: Genus quidem Latinè uitiliginem, species uerò Græcè λεύκην, & ἄλφον, & μέλανα (Celsi instar uocantes: sigillatim cunctas enucleare conabimur. A prima specie, cuius ratione & alias perpendimus, exordium sumentes. λεύκη ergo Latinis characteribus leuce, siue leuca nomen est à similitudine (Galeni[c] sen

[r] 7. fen. 4. tr. 2. ca. 9. 11. & 12.
[s] quinto Breuiarij cap. 3. & 4.

Albaras alba Leuce.

[t] lib. 5. cap. ult. in fine.

Vitiligo unde dicitur.

[u] in proœ. primi libri. in fine.

[x] ubi supra.

[y] ut lib. 20. cap. 13. uersus finẽ. lib. 27. cap. 12. & lib. 35. cap. 15. post prin.
[z] ut lib. 20. cap. 15 & lib. 31. cap. 10. post mediũ.
[a] ut lib. 22. cap. 25 uersus finem.

Contra multos Græcorũ interpretes.

[b] lib. 5. cap. ult. in fine.

λεύκη unde dicitur.

ni[c] sententia) sumptum. λέυκη enim Populus arbor est, cuius folia in candidum uergunt: quin & arboris cortex albus est: Cui quidem cutis leucam patiens assimilari quodammodo uidetur. Nonnunq; uerò Galenus non à similitudine: Sed à uisibili potiùs symptomate nomen id inditum affectui fuisse insinuat. Id quod magis quidem nobis arridet: Cùm {λέυκη} non aliud Græcis q̃; nobis {Alba} significet. Adeò ut eadem pariq; ratione tàm Populus, q̃; præsens morbus λέυκη dictus uterq; sit. Inquit ergo (ut exquisitius iudicare queas) Galenus de alteratricis nutritoriæ'ue facultatis uitio, indeq; succedentibus Symptomatibus loquens.[d] Vitiosè quidem nutritoriæ uirtutis actio fit ob alimenti materiæ'ue uitium: ut in Elephãtiasi, & leucis, cæterisq; id genus. Accidit enim dùm agglutinatur carnibus, nutrimentum, ubi pituitosior sanguis est carnẽ quoq; effici magis pituitosam. Neq;.n.idẽ est carni esse, et pituitosæ carni eẽ: sicuti nec carni eẽ, & melãcholicæ carni esse. Ergo[e] cũ caro longo tẽpore pituitoso simul, ac glutinoso sanguine nutritur, caro q̃dẽ adhùc manet: mutatur tamẽ eius forma, & in alterã speciem uertitur. fitq; media quædam inter sanguineam exanguemq; carnem. Vbi autem talis est reddita, accidit ei ut de cætero allatum sibi nutrimentum non magis uel tentet in rubram carnis speciem mutare, q̃; polipodes, & locustæ. Ita fit ut tùm alba, tùm pituitosa tota q̃citissimè euadat. Cùm nec ipsa possit nutrimentum ad ruborem uertere, & simul pituitosum illud affluat. Ergo qualem ab initio locusta carnẽ habet, fereq; omnes ostreæ: talem ex transmutatione habẽt qui leucis fœdantur. Ita enim carnis uitium nominant ἀπὸ τῆς χροίας τὴν ὀνομασίαν θεμένοι. hoc est: à colore nomen imponentes: sicut nigræ & callosæ carni ab elephante nomẽ ferunt. Hæc Galenus. In quibus ultimis uerbis nõ à similitudine impositum esse leucæ nomen ait: quemadmodum secundo quidẽ methodi uoluit.[f] Verùm (ut patet) à colore. qua de re à synthomate potiùs uisibili, q̃; à similitudine impositũ esse ex ijs uerbis liquet. A similitudine tamen elephantis, reliquo affectui nomenclaturam inditam esse apparet. qui quidẽ ex melancholico nutrimento ad carnem longo tempore confluente, nõ secùs ac ex pituitoso leuca, fit. Τῶν δὲ ἀλφῶν ἡ γένεσις. idest: Alphorum autem generatio cum prædictis uitijs (uti Galenus ibidem adiunxit) similis est generis. Non tamẽ sub ijs tota caro uitiatur: Sed in summa cutis superficie, οἷον λεπίδες τινὲς ἐπιπεπήγασιν. quod est ueluti squamulæ quæpiam superfiguntur, stabiliuntur'ue. Albi quidem ex pituitoso, Nigri uerò ex melancholico succo exorti. In quibus porrò Galeni uerbis animaduertendum sedulò est, ne decipiamur: existimãtes in Alphis esse squamas, ueluti in lepra fore prædiximus.[g] Haud enim dicit hìc Galenus q̃ in summa cutis superficie sint squamæ: at {ueluti squamæ} ait. q. d. ille colorum infectiones, quos alphos nuncupari præscriptum est, ἀπὸ τοῦ ἀλφαίνειν: quod est {immutare} quoniam scilicet cutis color permutatur: non tamen ubiq; cutis conformiter immutatur, at per aliqua interualla: non secùs ac maculæ quædam inspersæ sunt, & ueluti squamulæ quæpiam cuti affixæ: non tamen squamæ uerè sunt. In hoc enim à lepra (quam Albaras Nigrã uocabat) morpheã nigram differre princeps ait.[h] Quoniam in albaras nigra sunt excoriatio, & squamositas, & testositas (ut eius uerbis utar) quæ non sunt in morphea nigra (Intelligere autẽ non Auicennam[i] modò, at Srapionẽ[k] quoq;, Razem,[l] Hali Abbatẽ,[m] atq; omnes deniq; Arabes, Barbaros'ue utriusq; morpheæ, albæ scilicet ac nigræ nomine, Græcorum alphos, tum cãdidos, tũ atros perspicuum cuiuis consideranti est. Quoniam uidelicet noua quædam figuratio corporis apparet. μορφὴ enim, & μόρφωμα, seu μόρφωσις forma est, seu figura, atq; figuratio.

Metamorphosis

c 2. meth. cap. 2.

d 3. de sympt. causis cap. 2 ante medium.

e ibidem post aliqua exẽpla ĩterposita de alijs aĩalibus.

f cap. 2.

Alphi.

An alphi squamas habeant.

g suprà fo. 124. 129. 130.

h 7[a]. 4[i]. tr. 2[o]. ca. 9. uersus finem.

i ibidẽ et cap. 10.

k 5. breuiarij c. 5

l 5. ad almãsorẽ cap. 32. 33. & lib. diuisionũ cap. 118. & . 5. ad almãso. cap. 32 & 33.

m 8. theoricæ ca. 16. & 4. practicæ cap. 4.

Metamorphosis enim quædam fieri ex albo homine in nigrum, & ex nigro in album appa-ret. Non tamen is affectus est, quam uulgares nostri morpheam uocant. Illa enim longè ab hac (ut uidebimus) distat: Græcisq; ἀλωπεκία, & ὀφίασις nuncupatur. De qua tamē posteà. Nunc uerò ad alphos reuertamur, quos Barbari morpheæ nomine describunt: quin & ipse Arabum Princeps candidum alphum non solùm Morpheam albam uocat: uerùm & aliquan-dò [n] Alguada suo idiomate, siue ut alij legunt Algrada appellat. Alphi ergo quemadmodum ex Galeno [o] (cuius uerba Aetius [p] exscripsit) prænarratum [q] est: ueluti quædam squamulæ superiori cutis superficiei annectuntur. quamobrem & Celsus [r] quoq; dicebat, quasdam qua-si guttas dispersas uideri. Qui tamen Celsus (ut omnium sermones, quòad possumus, percipe-re queamus) cùm tres prænarratas uitiliginis species aduerterit: proprijsq; singulas nomini-bus designare cuperet, nullum à Latinis speciale nomen obtinens: Græcorum nomenclaturis hoc modo determinauit: ut scilicet primā speciem leucen, & leucam uocarit: candidum uerò alphum, simpliciter alphum dixerit: Nigrumq; interea, Melana nuncuparit. In quibus porrò tribus uitiliginis speciebus, tametsi ueræ squamæ non sunt, at maculæ tanq̄: squamulæ super-sistunt: Ab asperitate nihilominùs aliqua minimè absolutio fit. Verùm de his plura locis pro-prijs discutientur. Impræsentiarum ergo sat superq; est efficientem humorem considerare. Qui quidem in albo alpho, ac leuca pituitosus humor: in nigro autem alpho melancholicus esse præscriptus iam ex Galeno [s] est. Verùm tamen in hoc differūt Alphi (quos Aui. [t] Morpheas uocabat) à leuca, dicta ab eodem Albara: Quoniam (ut ipse met inquit) materia est in utraq; morphea minor, & subtilior: & uirtus expulsiua fortior. quare expellit ad superficiem. Et materia in Baras est grossior, (quin, ut Paulus ait, [u] uiscosa et glutinosa pituita) & uirtus ex-pulsiua debilior, fixa in interiori parte: & corrumpit complexionem eius etc. Quas ob res in Baras, siue cum articulo Albaras, leucá ue, albi pili sunt, & lanugini (Celso [x] referente) simi-les. Quanq; & ipsi quoq; alphi cum inueterascent, penitiùs (Paulo docente) [y] penetrant: ut etiā albos pilos producant, siquidem candidi alphi sunt. Nigri enim nigros quoq; pilos generant. cum pro humoris qui subest ratione id fiat. Ex quo non semel canos etiam senes aliquam uel barbæ uel superciliorum portionem (ubi uidelicet inueteratus melas, ater'ue alphus extiterit) nigram habuisse uidimus. perindè ac iuuenibus etiam ex toto nigris, quampiam nihilominùs partem leuca quidem, aut inueterato iam alpho affectam, candescere conspeximus. VERVM enimuerò à rerum consequentijs necessariò tracti, hucusq; sermonem protelauimus. ut quanuis de psora scabié ue, & lepra nonnihil enucleandum proposuerimus: de pruritu nihilominùs, ac lichenis utrisq;: Græcorum scilicet, quam plurimi latinorum impetiginem traducunt, & alio Romanorum lichene, ferò ue, quem distinctionis gratia, uel ferum lichenem, uel mentagram usurpato nomine uocabimus: qua occasione de equorum obiter lichenis nonnihil tetigimus, atq; insimul de hippomane. Deincepsq; cùm de lichenis facta mentio sit, quas impetigines plurimi Latinè appellant: operæpretium fuit Celsi quoq; impetigines ostendere: quibus unà Græcorū lepram penès Celsum inuenimus. Quoniam uerò lichenas apud eundem Celsum non legimus: impetiginis enim nomen alteri affectui dedicatum fuerat. Idcircò & opportunū fuit Celsi pa-pulas perpendere, quibus & Græcorum lichenes, & aliorum Romanorum impetigines co-gnouimus. Aliud interim aduertentes, Plinij .s. papulas à Celsi papulis differre. Demùm quia de Græcorum lepra loquebamur. Hali Abbas autem. Diuus Augustinus & quidam alij le-

præ

Morphea uul-garium.

n 7 a.41 tr.2.ca.9. uersus finem.
o 3. de Sympto. cau cap.2.
p li.13.cap.134.
q fol. præcedēti.
r lib.5.cap.ult. sec.ult.
s ex 3. de Sympt. causis cap. 2. ante medium.
t 7.4.tr.2.cap.9 & .10.
u lib.4.cap.5.
x lib.5.cap.ult. i fine.
y lib.4.cap 6.

Epilogus.

præ nomenclatura nõ eum affectum intelligunt, quẽ nũc intendimus. At alium qui à Græcis leuce dicitur: Leuce autem uitiliginis species est: Hac de causa de uitiliginis speciebus aliquid tangere necessum fuit: præsertim quia nonnulli sunt, qui non aptè generis nomen speciebus accommodant. In quibus omnibus, pro Græcorum simul, ac Latinorum, & Barbarorum intelligentia, Barbara nomina ut Baras, & albaras, albã & nigram, excorticatam impetiginẽ, itidemq; morpheam utranq; declarasse opportunum fuit. Præter hæc autem plurima de lepræ nomine discussimus: Cũ non in hoc solùm æquiuocatio consistat. quia. s. nonnulli leucã uitiliginis speciẽ lepræ nomine intelligant. Verùm & alium longe maioris momenti affectum Razes,[z] Aben xoar,[a] Serapio,[b] Auicenna,[c] horumq; sequaces leprã nominarunt Græcorum. s. elephantiasim, quæ turpissimum quidẽ non minùs, q̃: sæuissimũ affectũ ostẽdit: cùm cancer uniuersalis sit. HICQVE tumor est, quem ordine uigesimumsextum anteà numerauimus: quãq; aliquandò Leontiasim quoq; nuncupant, nec non satyriasmon, siue satyriasim. Quæ quidem nomenclaturæ à similitudine, quin & hac multiplici impositæ sunt. Multiplici inq;: Satyriasis enim aliquãdò,[d] interdùm uerò[e] Satyriasmus à Galeno uocatur: Quoniam uultu similes Satyris hoc malo affecti fiunt. Resimatur enim nasus (perindè ut aliàs[f] inquit) et labra crassa fiunt, atq; aures extenuatæ, quasiq; acuminatæ uidentur. Quorum profectò, ueluti & aliorum omnium symptomatum rationes loco proprio[g] demonstrabimus. Nunc uerò quod intendimus prosequamur. Aliam igitur, & quidem ab hac diuersam similitudinis rationem ex Archigene Aetius refert.[h] Quoniam uidelicet malæ faciei ijsdem cum rubore attolluntur: & musculis maxillaribus ueluti conuulsionem patientibus, mentum ipsum dilatatur. Quemadmodum etiam ridentibus euenire solet: similitudine quadam ad picturas Satyrorũ. Quos ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι uocitatos nonnulli (Cælio referente[i]) opinantur. quod est gaudere, ac ridere. Nam σαίρω uerbum, à quo σεσηρέναι formatur, idẽ est quod gaudeo rideo, labia diduco cãtando & ludendo. etc. His igitur de causis aspectu molesti terribiles'ue nonnunq; à Galeno[k] dicuntur. Cùm compressus recuruusq; nasus fiat, labia crassa, aures extenuatæ, atq; etiam oris musculi conuellantur, ut inuiti ridentes appareant. Quin (ut tertia quoq; à prædictis diuersa similitudinis ad Satyros ratio pateat) alacritas etiam uehemens ad coitum ipsis adest (uel Aetio[l] ex Archigenis libro, teste.) Quemadmodum & de satyris fertur. quamobrem & castrari homines docuit:[m] siquidem uel ab huiuscemodi passione immunem, ac tutissimum uiuere: uel si præcaptus sit, ne in peius malum prolabatur, exoptarit. De qua tamẽ uenerea Satyrorum procacitate uberiùs infrà[n] sermocinabimur. Triplici ergo cum Satyris conformitate perpensa, uel si mauis duplici: Quoad uultum. s. ac libidinem, uenereum'ue stimulũ, Satyriasis, & Satyriasmus hic morbus appellatus est. Verùm enimuerò quanuis incipientem affectum sic nominandum Galenus[o] innuerit: Idipsum nihilominùs apud eos, qui rerum corticem, non medullam contemplantur Galeni uerba præseferunt. Secùs autem est ac hi machinantur. Cùm non ab initio statim Satyris præscripto iam uel à Galeno uultu similes huiusmodi morbo correpti euadant: Verùm longo deinceps temporis interuallo. quùm. s. aspectu horribiles reddũtur. Adeò ut oppositũ potiùs ei quod prima fronte concipitur, peregrina mente speculantibus offeratur. Quoniam nõ in principio, sed prope finem Satyris similes appareant. Atq; idipsum (si mihi confidere nolueris) ab ipsomet Galeno intelligas. Quùm ait[p] Τῷ χρόνῳ δὲ πλέων ἡ μέλαινα γίνεται τοῦ αἵματος, ἡνίκα δυσώδεις εἰσὶ καὶ ἀπεχθεῖς ἰδεῖν. ἐνίοις δὲ αὐτῶν καὶ ἕλκη συμπίπτει τοῦτο

Marginal notes:

z 25. cõtin. ca. 11. litera. T. 5. ad almãs. 35. et li. diui. cap. 120.
a 2°. theysir. tr. 7. cap. 12.
b 5. breuiarij ca. 14.
c 3ª. 4ª. tr. 3. per totum.
Tumor 26.
Elephãtiasis.
Satyriasis nomen unde.
d lib. de mor. cau. cap. 6. post prin.
e li. de tum. præt. nat. 15.
f de morb. cau. cap. 7. ante med.
g infra tr. 3. ca. 2
h lib. 13. cap. 120. in principio.
i lib. 19 lec. antiquarum cap. 25.
Satyr unde dicitur.
k lib. de tumor. præt. nat. cap. 15.
l lib. 13. cap. 120. in principio.
Nota.
Cõtra Tagaultium
m Ibidẽ cap. 122.
n In declaratione tumoris. 28ª. in tertio Satyriasis significatũ.
o lib. de tum. præt. nat. cap. 15.
p Ibidem.

τοῦτο τὸ πάθος ἀρχόμενον ὀνομάζουσι σατυριασμόν, ἐπειδὴ τοῖς σατύροις ὅμοιοι γίνονται τὸ πρόσωπον. quod est. Tempore autem procedente atra bilis copia sanguinem exuperat (ex melancholico enim sanguine primam huiusce affectus generationem fieri iamiam prædixerat: ubi sanguinē atro quidem succo dominari supposuerat.) Quo tempore sunt grauiter olentes, atq; ad uisum molesti. horum uerò nonnullis & ulcera contingunt. Hanc affectionem incipientem Satyriasmum appellant: eò quòd Satyris uultu aspectu'ue similes redduntur. Supposita igitur passionis diuturnitate: donec, ob adauctam atram bilim, & malè grauiter'ue olentes, & aspectu horribiles molestiq; fiant: (quia. s. labra facta sint crassa, silusq; nasus, & aures acuminatæ, prout alibì [q] scripsisse prænotauimus) Quin & nonnullis ulcera cōnascantur, Subdit, Τοῦτο τὸ πάθος ἀρχόμενον ὀνομάζουσι, σατυριασμὸν. etc. quod est: hanc passionem affectionem'ue, quùm incipit, q. d. cùm hæc passio ultimò dicta. (. s. malus odor, aspectus molestia, & ulcera: Quæ tamen symptomata, ueluti præassumptum iam est, tempore procedente adueniunt) incipit: Quia tunc satyrorum effigiem præ se fert, nonnulli satyriasmum appellarunt. Fortassisq; Archigenem nobis insinuat. Id quod nihilominùs perbellè Arabum Principem [r] intellexisse liquet. Vt qui non exordientem affectum: Sed postq; plurima symptomata præmissa sunt: ac demùm ingrossantur labia (ut eius uerbis utar) & denigrātur: & apparet super corpus additio glandulosa. Tunc subdit: {Et fit similis animali quod Græcè nominatur satyros. etc.} Atq; idipsum Galeno etiam alibì [s] conforme est. Quùm nō incipientem affectum, sed quādò labra crassa fiunt, resimaturq; nasus, & aures extenuatæ uidentur (quemadmodum prædiximus) satyrorum effigiem præ se ferre ait. Qua de causa & satyriasin (prout anteà [t] nominauerat) à quibusdam nuncupatum fuisse insinuat. Quam etiam ob rem & Archigines (Aetio [u] referente) non cùm incipit passio: satyriasin uocat. Verùm ob faciei cum satyris similitudinem: Quam non ab initio confertim, sed temporis interuallo permutari iam liquet. Quocircà & nos absolutè unà cum Aetio, & Archigene, in quouis tempore affectus sit, ab ea uultus, uel procacitatis similitudine: quæ nonnunq; succedere cōsueuerūt: aut ambæ insimul, aut altera: simpliciter, absoluteq; satyriasin & satyriasmon nuncupabimus. Quòd si refractariè adhùc uelis Galeni [x] uerba de incipiente penitùs affectione intelligere. ut. s. qùm incipit duntaxat Satyriasmos appelletur. Ex aliorum sententia, nō autem ex propria, locutum esse respondebimus. Id quod Phœbo clarius est. Qua de re non satyriasin siue satyriasmum, at elephantis initiū, seu elephantem inchoantem alibì [y] non semel ab eo prolatum offendimus. AT alia contemplari nomina tempestiuum est. Nonnulli enim eundem quoq; morbum Leontiasin uocarunt: multiplici etiam similitudinis ratione. Quanuis enim ex Archigene Aetius [z] unam duntaxat tetigerit: Quoniam scilicet frons ægrorum cum quodam tumore laxior redditur: ad similitudinem pellis flexilis superciliorum leonis. Princeps [a] tamen leoninam ægritudinem appellans, alias tres similitudinis rationes explicauit. Quarū prima est, quoniam non nominatur ita, nisi quia plurimùm accidit leonibus. Secunda, quoniam terribilem facit faciem patientis eam, & ponit eam in forma leonum. Tertia quoniam rapaciter uiolenter'ue tenet quod capit, rapacitate leonis. Sed harum quidem Principis rationum primam satis suspectam atq; ambiguam teneo: Cùm nullus ueterum, quos uidere licuit, authorum huiuscemodi affectu uexari leones prædixerit. Quamobrem deprauatum Auicennæ cōtextum reputamus: qùm ait {& dicitur ꝙ non nominatur ita, nisi quoniam plurimùm accidit leonibus.

Et dicitur

q li. de mor. cau. ca. 7. ante mediū.

r Infra tr. 3. cap. 2. tex. 2°.

s ubi supra. s. lib. de mor. cau. cap. 7

t Ibidem. cap. 6. post principia.

u lib. 13. cap. 120.

x de tum. præt. nat cap. 15.

y ut 6. aphor. cō. 47. uersus finē. & 5. de cōp med. per genera cap. 3. sec. 3.

Leontiasis. unde dicitur.

z lib. 13. cap. 120. in principio.

a infra tr. 3. ca. 1. tex. 9.

Auic. locus.

Et dicitur quoniã terribilẽ facit faciem. etc. Dictionem nanq; {nisi} superfluere, ac per hoc expungendam opinamur: Coniunctionem quoq; {Et} aduersatiuè potius legendam {Sed} ut sic legamus. {Et dicitur quòd non nominatur ita, quoniam plurimum accidit Leonibus: Sed dicitur quoniam terribilem facit faciem. etc.} Adeò ut non tres, quia primam reprobat: Verùm duas similitudinis rationes assignarit. Quarum adhùc primam, quæ ordine secunda priùs fuerat (quoniã scilicet terribilem facit faciem patientis eam, & ponit eam in forma leonum) si eandem cum ea quæ ab Archigene, Aetioq; ponitur, intellexisse malueris: tuum quidem est. Exquisitiùs tamen uestiganti quippiam diuersum inesse manifestabitur. Cùm in altera similitudine (quæ scilicet ab Archigene posita est) frons duntaxat consideretur: In altera uerò (quam à Principe expressam inuenimus) totius etiã uultus terrorem inducentis ad leonis faciem comparatio facta sit. Qua de re diuersam hãc ab illa similitudine quam Archigenes prænarrauerat, arbitramur. Nihilominùs tamen aliam à prædictis, atq; illius quam deleuimus loco, adiungere possumus. Quoniam scilicet tali morbo pressorum anima, leonum instar, fœtet: quorum quidem leonum & anima spiritus'ue, ac uiscera omnia pergrauiter olent. Fœdum nanq; odorem in cibo relinquunt ex suo halitu, Aristoteles[b] priùs, ac Plinius[c] deinde testati sunt. Proscissis etiam leonibus (ut aiunt) interiora grauiter olent. Qua de causa & flatum quoq; acerrimum emittunt, & urinam grauiter olentem. Nõ secùs autem & eorum, qui præscriptum morbum patiuntur anima, sudorq;, ac totum deniq; corpus, nedùm excrementa mirum in modum fœtent. Quadruplici ergo similitudinis ad leonem ratione Leontiasis huiuscemodi affectus nuncupari consueuit. Quarum profectò prima est, quoniam frons ægrorum laxior cum tumore quopiam redditur instar flexilis pellis superciliorum leonis (uelut ex Archigene, atq; Aetio prædictum est.) Secunda uerò fuerit, quoniam huiuscemodi morbo affectorum anima spiritus'ue, non secùs ac leonum anhelitus, quemadmodum & excrementa fœtent. Tertia quoniam terribili turpissimaq; facie homines à tali affectu redduntur. ut leonum instar terrorem ex improuiso conspicientibus inducant. Quarta demùm, quia tenacissimus ac maximè uiolentus morbus est, quin & fortissimus, ut uel omninò insuperabilis, uel cum maxima difficultate, ad leonum imitationem existat.

QVANVIS autem leontiasis, & satyriasis nomina sint nihilominùs tamen quod non, Græcis modò, at Romanis quoq; omnibus commune semper nomen fuit, ἐλέφας est ἐλεφαντίασις, & ἐλεφαντία. Sic etiam apud Latinos prolatum, Elephas, Elephantiasis, uel Elephantia. Idem nanq; nomen intelligo tametsi uariè declinatur. Hac igitur nomenclatura Celsus,[d] Plinius uterq;,[e] Aurelianus,[f] Quintus Serenus,[g] Marcellus,[h] Theodorus Priscianus,[i] Aemilius Macer.[k] Aliiq; plurimi hunc affectum demonstrarunt. Quæ quidem apud HaliAbbatem[l] quoq; inter Arabes obseruata est. Quanq; apud multos Arabes Elephantia diuersum ab hoc affectum: Pedum scilicet quendam tumorem à uaricibus obortum significat. Perindè ac apud Razem,[m] Auicennam,[n] atq; ipsum quoq; Abenxoarem[o] perpendere licet. de quo quidem affectu iterùm deinceps ubi oportebit sermocinabimur. ut Arabum Elephantem à Græcorum elephanto distinguere queamus. Atq; idipsum ultimum nomen: siue Elephantem, siue Elephantiasin dixeris, aut Elephantiam, multiplici etiam similitudinis ratione ab Elephante sumptum est. Primo enim sic dicitur: quoniam nigra tuberosaq; caro in huiuscemodi

Margin notes:

b 3[i] de histo. animalium. 5[o]. uersus finẽ.

c libro.8.cap.16. post principia.

d lib.3.cap.25.

e lib 26.cap. p[o]. & alibi sæpè. Alter quoq; Plinius illi ascriptus lib.2 de re medica cap. 57[o].

f lib.4.chronion cap.p[o].

g cap.10.

h de medic.ca 19

i lib.p[o].ad Timotheũ cap.32.

k cap.de nepeta.

l 8.theoricæ cap. 15.& 4[i]. practicæ cap.3.

m 12.cõtin.cap.2. litera I,&.9.Almans.cap.93.& lib. diuis.cap.107

n 22[a].fen.3[i] tr. p[o].cap.16 17.18.

o 2[o]. Theisir.tr. 7.cap.26.

Elephas unde dicitur.

p 3.de symptom. cau.ca.2.ãte med.

morbo fit, instar carnis elephantum: prout ex Galeno [p] didicisse promptum est. Qum de nutritoriæ facultatis uitio loquens, tam in leuce, quàm in Elephantiasi exemplum ostendit. Vbi scilicet pituitosum in leuca, melancholicum uerò in elephantiasi nutrimentum adeò carni agglutinatur: ut carnem quoq; ipsam, in priori pituitosam, albamq; locustarum carni similem: in elephantiasi uerò nigram, duramq;, siue (ut ipse ait) tuberosam, elaphantum carnis instar, generari contingat. Dixi ex Galeno tuberosam. Græcè enim sic ait. Τῆς „ δέγε μελαίνης σαρκός ἅμα καὶ ὀχθώδους: ἀπὸ τῦ ζώου τοῦ ἐλέφαντος ἐποίησαν τοὔ „ νομα. quod est: Nigræ autem carnis, insimul & tuberosæ ab animali elephante nomen effinxerunt. Quo quidem in loco uehementer non admirari nequeo, unde Copus habuit, ut [Cõtra Copũ.] { ὠχθώδους } traduxerit { pallida } qua de re nigram simul & pallidam carnem intellexerit, dicens { ubi caro nigra, ac pallida fuerit, elephas nominatur } opinans fortè legendum esse { ὠχρόδους } idest { pallidæ } Linacer tamen callosam uertens, ueritatem uidetur potiùs, quàm uerborum uim obseruasse. Cùm ὄχθος apud Græcos tumulum, collem asperumq;, & inuium locum significet: Indeq; apud eiusdem nationis medicos extuberationes, uerrucas, atq; tumores ὄχθοι (unde ὀχθώδης formatur) præseferant. Quamobrem aptiùs fortasse fuerit non callosam legere, sed collosam (si Latinè sic liceat) quoniam scilicet ueluti pluribus collibus monticulisue inæqualis caro fit, & aspera. Hac igitur de causa & nos { tuberosam } Latinè interpretati sumus. Cùm non in omnibus conformiter partibus illud melancholicum uitiosumq; nutrimentum agglutinetur. Ex quo & uarijs maculis uniuersum corpus infici solet: nec similiter illa nigredine intingi. Cutis enim ipsa (ut ex Archigene Aetius [q] inquit) nedùm caro difformis, inæqualis, & aspera euadit: quin & dura, ut stupida sensusq; hebetis quibusdam in partibus reddatur. quemadmodum & ipsorum quoq; elephantum cutem esse Galenusmet testatus est. [r] Quas obres & Celsus [s] (quem Plinius uterq; [t] ac Marcellus [u] propemodùm transcripserunt) ait: Summa pars corporis crebras maculas, crebrosq; tumores habet. Rubor harum pau„ latim in atrum colorem conuertitur. Summa cutis inæquabiliter crassa, tenuis, dura, mol„ lisq; quasi squamis quibusdam exasperatur. etc. Prima igitur similitudinis cum elephante„ ratio est (ut ad id, unde digressi sumus, reuertamur.) Quoniam caro nigra, & in pluribus locis dura, nec non monticulosa extuberansq; instar carnis elephantum est. Cuius etiam carnis uitio cutim (ueluti prædiximus) unà infici necesse est. Quocircà nil de carne tanquàm abdita, nisi ulceretur, proferens Aetius, propter cutis primo intuitu conspectæ asperitatem, quæ in quibusdam accidere consueuit, deductum esse elephantiasis nomen ex Archigene determinauit. [x] Authorq; medicarum definitionum ait [y] Ele„ phas est affectus qui cutẽ crassam, atq; inæquabilẽ reddit: liuor adest tùm cuti tùm oculorũ al„ bis, exeduntur partes manuum, ac pedum summæ: ex quibus sanies liuida, ac fœtida emanat. Fortassis uerò non tumorẽ modò carnis, cutisq; Galenus in præscripta similitudine, dictione illa { ὀχθώδους } considerauit: sed lapideã duramq; substantiam. Cùm (ut patet) colles, montesq; omnes lapidei sint. Qua ratione Linacrum callosam uertisse uerosimile est. Prima igitur similitudinis occasio hæc sit. Ante quam nihilominùs rationem duas alias tùm Archigenes, tùm ab ipso exscribens Aetius [z] enarrauerant. Quarum adhùc prima iam ab elephantis magnitudine sumebatur. Sicut enim inter quadrupeda maximum animal elephas est:

q lib 13. cap. 120. in prin.

r 3. de usu partiũ ca. 12.

s lib. 3. cap. 25. in principio.

t li. 26. cap p°. et li. 2°. de re med. sibi ascripto ca. 57.

u de med. cap. 19 ante medium.

x lib 13. cap. 120 in principio.

y post mediũ lib.

z ubi suprà.

„ Ita inter morbos hic maximus, & ferè inuictissimus existit. Atq; idipsum non modò ad cor
„ poris magnitudinem: Verùm ad eius quoq; animantis fortitudinem unà refertur. Quam-
„ obrem & Quintus Serenus [a] ait. Est elephas morbus tristi quoq; nomine dirus, Non
„ solùm turpans infandis ora papillis, Sed cita præcipitans funesto fata ueneno. Aemi-
„ lius uerò Macer [b] eius magnitudinem ostendit, dicens. Est lepræ species, elephan-
„ tiasisq; uocatur, Quæ cunctis morbis maior sic esse uidetur, ut maior cunctis elephas
„ animantibus extat. Quanquàm in eo proculdubiò deficeret Macer, quoniam lepræ spe-
3°. ciem elephantem supposuerit. Secunda uerò ab eodem Archigene prænarrata similitudinis
„ ratio est, Quoniam diuturnus, elephantum uitæ ritu, hic morbus est. Adeò ut ad mortem usq;
10 comitari hominem soleat. Viuere autem elephantes (philosopho [c] teste) mares quidem alij an-
„ nos ducentos: quin & alij trecentos, alij centum & uiginti aiunt. fœminas etiam ferè totidem:
„ Sed florere ætate circa sexagesimum narrant. Hominum ergo ætates illorum uita supe-
„ rat. E quibus omnibus in animum reuocatis, triplici quidem similitudinis ratione morbum
„ hunc elephantem nuncupari iam liquet. Præter quas & quarta demùm addi potest. Quo-
4°. niam scilicet graues homines, & uix flexibiles reddat, in modum elephanti animalis. Cor
„ pus enim ipsorum (uel Aetio teste [d]) magnum esse uidetur: & cuiusdam intolerabilis gra-
„ uitatis sensus eis adest. Quòd si ob nutritoriæ deinceps, aut attractricis uirtutis imbecillita-
„ tem, corpus emacrescit: os tamen, suræ, ac pedes (uti Celsus [e] ait) intumescunt. Atq; ubi
„ uetus morbus est, digiti in manibus, pedibusq; sub tumore conduntur. Qua quidem postre-
20 ma ratione Razes [f] quoq;, ac Arabum Princeps, [g] & Abenxoar, [h] Alijq; dein qui hos
persecuti sunt omnes, siue Arabes, siue Barbarolatini fuerint, grandem illum, ac diutur-
num pedũ tumorẽ elephantiasis nomine intelligunt. Cũ adeò graue totum crus, nedùm pes ipse
ob atri humoris abundantiam reddatur: ut uix mouere ipsum homines queant. Quamobrem
„ & Abenxoar ait. [h] Accidit cruribus grossitudo præter naturam, quæ dicitur elephantia. Et
„ hoc ideò quia assimilatur cruribus elephanti in grossitudine. Et causa huius est exuberantia
„ humorum grossorum, q̃ sunt ultimi in grossitudine. qui descendunt ibi propter ponderositatem
ipsorum. Verùm de hac Rasis, Auicennæ, atq; Abenxoaris elephantia rursùs infra, quùm
de uaricibus sermo fiet, nonnihil attingemus. [i] Impræsentiarum uerò sat est pro comperto
supponere Arabum elephantiam à Græcorum pariter, atq; Romanorum elephantiasi mirum
30 in modũ differre. Qua in re cùm Leonicenus [k] uberrimè ac satis superq; laborarit. Vltrà quòd
notissima per semet ipsam cuiuis etiam candidato, ac leuiter utrorumq; capita consideranti dif-
ferentia est: Satius hercle mihi uisum est ad ea quæ magis necessaria fuerint, sermonem
nostrum conuertere. Omissa interim ueluti rudibus quoq; notissima differentia, quæ in-
ter lepram Græcorum, atq; Arabum existit: Et ꝙ Arabum Iudeorumq; lepra (quam
nostri uulgò SANCTI LAZARI morbum appellant) non aliud, q̃ Græcorum,
Latinorumq; elephantiasis est. Vltrà quòd ab eodem Leoniceno, [l] & Manardo, [m] atq; am-
borum exscriptore Fuchsio [n] ad nauseam usq; pluribus inditijs comprobatum est. Nosq;
rursùm proprio loco plurima (uelimus, nolimus,) enucleaturi sumus. [o] Cur autẽ Sancti Lazari
morbus dicatur aliud non habemus, quàm summi Redemptoris nostri uerba: qùm ait. [p] Ho-
40 mo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bisso & epulabatur quotidie splẽdidè.
„ Et erat quidam mẽdicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens

a cap. 10.
b de uiribus herbarum cap. 15. de Nepeta.
Cõtra Macrũ
c. 9[l]. de histo aĩa-liũ cap. 46. & 8[l]. eiusdẽ cap. 9.
d lib. 13. cap. 120. uersus finem.
e lib. 3. cap. 25.
f 12. cõtin. cap. 2. litera. I. & 9. Almanso. cap. 93. & lib. diui. cap. 107.
g 22[a]. fen 3[l]. tr. p[o]. cap 16. 17. 18.
h 2[o]. theysir tr. 7. cap. 26.
i In declaratione tumori 46[l]. fo.
k libro de Morbo Gallico circa principia.
Sancti Lazari morbus.
l ubi suprà.
m li 7. epist. 2[a].
n lib. 2. paradoxorum cap. 16.
o infrà tr. 3. cap. p[o]. cõm. p[o].
p Lucæ cap. 16.

saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant: & lingebant ulcera eius. etc. An uerò elephantiasim, siue (ut Iudeorũ more loquar) lepram Lazarus ille patiebatur, an ulcerosus alia quauis ex occasione fuerit: ignotum quidem nobis est. Sat igitur nobis erit elephanticos ulceribus interdùm usq; adeò scatere. ut misserculo illi Lazaro comparandus sit. Quamobrem & hoc quoq; nomen, quemadmodum & prædicta iam, à similitudine impositum est. Elephantiasis ergo, aut quouis nomine appelles, morbus est, qui quidem ignotus penè in Italia Celsi temporibus (ipsemet referente [q]) fuit: præsertimq; ante Pompei Magni ætatem, uti Plinius refert [r] Nos uerò plùres in Sicilia, & maximè Panhormi, atq; etiam Neapoli conspeximus. Frequentissimus tamen in quibusdam regionibus is morbus est (subdebat Celsus) Aegypti enim peculiaris, declarante Plinio, quem & Marcellus, [s] & Plinius alter [t] transcripserunt. Præcipuè autem ex Aegypti regionibus in Alexandria (Galeno docente) elephantico morbo plurimi corripiuntur, propter uictus modum, & regionis feruorem. At in Germania, & Misia rarissima hæc passio uidetur: Et apud Scythas lactis potatores nunq; ferè apparuit. In Alexandria uerò plurimum generatur ex uictus ratione. Comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita: & nonnulli ex ipsis carnes asininas, & alia quædam quæ crassum & atræ bilis humorem generant. (ut hinc ad materiæ, quam præ cæteris hoc loco uestigamus, cognitionem descenderimus.) Nam cùm circumstans aer calidus sit, motus humorum agitur uersus cutem. Cumq; in reges incidisset hoc malum: Aegypti populis funebre (Plinio [x] utroq; ac Marcello [x] testibus) erat. Quippè in balneis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. E quo demum CONSTANTINI Imperatoris lepram, hanc Græcorum elephantiasin extitisse intelligo. Quãuis enim celeriter hunc morbum restinctum esse in Italia Plinius dixerit: Reuiuiscere nihilominùs potuit. quam ob rem & nostris quoq; temporibus in Italia plurimi tali morbo uexantur. Constantinum uerò id genus morbo correptum extitisse, & non Græcorum Lepra, ex eo conijcimus: quoniam maledicto illo, atq; ab omnium auribus exterminando præsidij genere, à diabolis potiùs extuso, q; ab homine uel quantùmuis tyranno: Balneo scilicet ex humano sanguine, præsertimq; innocentium puerorum parato, sanitatem sibi comparere (à falsis Idolis exhortatus, prius q; a DEO inspiraretur) intendebat. Quod remedium (uti Plinius, [y] ac Marcellus [y] aiunt) Aegyptiorum regibus elephantiasim patientibus familiare erat. Haud quaq; tamen obstat, quoniam Romanorum Imperator erat, Romæq; uitam tunc temporis degens lepram pati scribitur. Quanuis enim Romani tunc lepram appellassent, ubi elephantiasim nominasse debuerãt. Quia tamen deflectere iam à sua perfectione Romanorum idioma inceperat, Barbarisq; innumeris dictionibus permisceri, ut in deterius semper ad nostra usq; tempora processerit: Idcircò mirum non est: si non ampliùs Latini, sed Barbarolatini facti Romani lepram potiùs, Barbarorum more, quàm elephantiasin appellarint. Secundò quia non qui Latinum candorem prosequuntur Constantini historiam scripserunt: ut Latinorum dictione à Græcis deducta usi sint. Nec etiam politi medici: uti Celsus, aut Plinius, aut huiusce farinæ quispiam, sed qui sacras literas incolebant, & in illis nutriebantur. Quamobrem & lepræ nomenclatura (prout in Euangelio quoq; scribitur) Constantini elephantiasin demonstrarunt. Forstassisq; aliquis Hebræus, aut Arabs medicus Imperatori familiaris morbum sic primus nuncupauit.

q lib.3 cap.25
r li.26.cap.p°.
Elephas ubi frequens.
s de medic.ca.19 ante medium.
t lib.2.de medic cap.57.
u 2°. ad Glauco. cap.10.uer.finẽ.
x ubi suprà.
Constãtini Lepra seu Elephas.
y ubi suprà.
Obiectionis solutio

nuncupauit. Fœlix tamen, siue lepra, siue elephantiasis dicatur. Vt quæ dignitatis, potentiæq;, & honoris sanctissimæ nostræ Ecclesiæ Romanæ ac summi eius Põtificis principiũ et causa fuit. Quanq; hæc minima & ferè nulla sint, eorũ relatione, quæ deberemus: Atq; hoc præsertim fœlicissimo sæculo: quo sanctissimus, non minùs q; sapientissimus præsul IVLIVS TERTIVS omni procul exterminato liuore, quin omnium Christianorum Principum tranquilla pace, ut a DEO Optimo Maximo potiùs, q; humano consilio electus eam gubernat. Quanq; nonnullos esse minimè nos præterit, qui tali morbo (quouis modo sumatur) laborasse Constantinum inficias eunt. Nisi methaphoricè, quia. s. DIVVS SYLVESTER Imperatorem à lepra, hoc est, grauissimo quopiam peccato, contagiosóq;: ut fortassis Idololatria lauerit, ac liberarit, intelligatur. At hæc obiter, & ulteriùs q; opinabamur dicta iam sint. Quæ autem gregarij plures medici, quorum primi Isaac,[z] & Constantinus Africanus[a] dein uerò q hos ueluti cæcos duces cæciores etiam ipsi consequuntur, ut Conciliator,[b] Gentilis,[c] Simon Ianuensis,[d] Nicolaus florentinus,[e] Guido Cauliacus,[f] Theodoricus,[g] Dinus,[h] Rogerius,[i] Arnaldus à Villa Noua,[k] Philonium uocatum,[l] innumeriq; alij ex Barbarolatinorũ grege medici dicunt: (Quatuor uidelicet lepræ Arabũ species esse: pro quatuor humorũ diuersitate distinctas, qn & quatuor nominibus effictis, ac (ut ita dixerim) chimærizatis, nuncupatas: ut primam, quæ scilicet. ex sanguinis combustione fit, Alopeciam, seu Alopiciam, aut uulpinã uocent: Secundam uerò quæ ex flaua, seu rubra, aut pallida fortassis bili gignitur, Leoninam. Tertiam autem, quæ ex atra bili ortum habet, humoréue melancholico, Elephantiam. Ac deniq; quartam quæ ex pituita phlegmatéue suæ generationis originem ducit. Tyriam appellarint:) deliria perdelira esse reputamus. Quanuis enim quatuor humores huiusce affectus causas esse probabile sit: Haudquaquàm tamen aliqua species determinatum distinctumq; nomen sibi unq; apud ueteres, aut Græcos, aut politos Romanos, aut etiam maioris momenti Arabes uendicauit. Cùm quælibet (à quouis humore generetur) elephantiasis, elephas & elephantia, uel leontiasis, & leonina: uel demũ Satyriasis, & satyriasmos dicta sit: frequentissimeq; usurpato nomine apud Græcos, & Latinos elephas, elephantiasis & elephantia: Apud plures uerò Arabes lepra. Sed qua ratione aliorum & longè diuersorum affectuum nomina tã uiolenter rapere, atq; huius morbi speciebus ineptè applicare, imponereq; debemus? ut Alopeciam, & Tyriam, quam Græci ophiasin uocant, cutis capitis capillorumue affectus in lepræ species transferamus? Qui duo morbi (siue mauis dicere unus, cùm figura tantùm differant, uti Gal.[m] eũq; trãscribẽtes Oribasius,[n] Paulus,[o] Aetiusq; aiũt.[p]) ex utraq; bili, amara inq;, ac nigra, nec non & ex pituita fieri solent: iuxta Galeni,[q] Pauli,[r] Alexandri,[s] & Aetij[t] monumenta: Quin & ex sanguine (uti Princeps[u] addidit) corrupto. De quibus tamen uberiùs loco proprio deinceps sermonem habebimus. Neglecto igitur tali nominum abusu: Elephãtiasis causas (quarũ ratione impræsentiarum singula percurrimus) enarrare tempestiuũ est. Galenus enim ad atram uidetur[x] bilim duntaxat hũc affectum referre. Qua de re unam esse cãm (qua uis ex materia priùs genita hæc sit) præsenti quidẽ animo dicere possumus: aut saltẽ duas, insimul tamen permistas. Cùm sanguini adiunctam hanc atrã bilim, exquisitiùs aliquãdo[y] perpẽdens, Galenus determinarit. Paulus[z] uerò, cui qdẽ & Serapio[a] & Hali Abbas[b] astipulãtur, duos humores cõsiderat: è qbus atra hæc bilis primã suæ generatiõis originẽ duxerit. Adeò ut duas quoq; elephantiasis spẽs enũtiarit: sic scribẽs. Cũ atra bilis, ex qua huic affectui

Iulius Tertius optimus Pontifex.

Cõtra Gregarios medicos.

z li. 7. uiatici ca. 17 circa prin.
a lib. 7. cap. 17.
b diff. 177. §. p°.
c super. 3ª. 4ⁱ. tr. 3. cap. p°. cõm. 13.
d in dictione Lepra.
e sermo. 7. tr. 5. sum. pª. cap. 40.
f tr. 6. doc. pª. ca. 2.
g lib. 3. cap. 55.
h super 3ª. 4ⁱ. tr. 3. cap. p°. cõm. 5.
i tr. 2. cap. 14.
k 2°. breu. ca. 45
l lib. 7. cap. 39.
m p°. de cõp. me. secũdũ loc. cap. p° circa principia.
n lib. curationũ cap. 13.
o lib. 3. cap. p°. circa prin.
p lib. 6. ca. 55. in prin.
q ubi supra: & 14. metho. cap. 18.
r ubi supra.
s lib. p°. cap. p°.
t lib. 6. cap. 55.
u 7ª. 4ⁱ. tr. 5. ca. p°.
x 4ⁱ. aphoris. 2°. & 7ⁱ. 40. 2ⁱ. de elemẽtis cap p°. in fine 2ⁱ. ad glau. 10
y lib de atra bili cap. 4. & de tum. præt. nat. ca. 15.
z lib. 4. cap. p°. in prin
a 5. breu. ca. 14. in medio.
b 8. theor ca. 15.

origo eſt, duplici modo generetur (uel enim ex melancholico ſanguine, fœculentioreq́; & ue- » luti eius limo: uel bile flaua, utriſq; nimiùm uſtis naſcitur) Subrubicundã quidẽ elephantiaſim, » mitiorem quodãmodo: ut autem ueriùs dixerimus, minùs malignã prima ipſius differẽtia pro- » creat. Reliquam uerò & maligniorẽ, in qua totum corpus fœdatur ulceribus, et extrema de- » cidunt, altera flauæ bilis ſupra naturæ modum aduſtæ ſoboles producit. Hæc Paulus: cui (ue- » luti prædiximus) aſtipulatus eſt, præter Hali Abbatem, Serapion: quò ad hoc. ſ. quoniam duo- bus ex humoribus atra bilis elephantiaſim producens generari queat: Quanq; à Paulo inep- tè deuiat Serapion: peiorem uidelicet, uehementiùsq; adurentem eam, quæ ex nigri humoris exuſtione fit, determinans. De qua nihilominùs differentia, proprio loco, unà cũ noſtro Ara- bum Principe,[c] loquemur. Ambas uerò has elephantiaſis cauſas hoc mõ conſideratas Galenus profectò minimè abnegaſſet. Quin et ex ipſius. ẽt monumẽtis elegiſſe promptiſſimũ eſt. quũ ui- delicet ob lienis imbecillitatem corpus uniuerſum à melancholico ſucco expurgare nequeũtis, aut ob hæmorrhoidarum, ſeu menſium muliebrium importunam detẽtionẽ hunc affectũ proue- nire nonnunq; uoluit,[d] Quam ob cauſam, & melancholicus hic humor unà cum ſanguine per uenas uniuerſo in corpore uagans, atq; aliquam deinde recipiens ſupercalefactionem, moxq; aſſationẽ, huiuſmodi affectus cauſa euadit: Vel ob excedentem iocinoris calorẽ, qui flauã priùs bilim, dein uerò atram gignere, ob illius ulteriorẽ aſſationem, aliquandò demonſtrauit.[e] perin- dè ac ſequenti uberiùs commento enucleabimus. Arabum autem Princeps,[f] ſuppoſito iam atram bilim elephantiaſis, lepræ'ue (ut ipſe ait) cauſam eſſe: quinq; huiuſce atræ bilis mate- rias, originiſq; cauſas eſſe de lepra ſermocinans innuiſſe uidetur:[f] ultrà quod de humorum generatione nonnunq; loquens,[g] manifeſtiſſimè omnes expreſſit. In primis enim atram bilim pª. (quã ipſe melancholiam uocat) ex ſanguinis combuſtione genitam innuit:[h] quùm ait {cauſa ef- » ficiens antiquior eſt malitia complexionis hepatis, decliuis ualdè ad caliditatem, & ſiccitatem: » quare adurit ſanguinem in melancholiam: aut complexio corporis totius: aut ſunt ambæ, ita ꝙ » 2ª. faciunt ſanguinem acquirere per cauſas ſuas frigus.} Mox uerò eam, quæ ex humore melan- cholico fit, inſinuat:[i] dicens. {Et cauſæ eius iuuatiuæ ſunt oppilatio pororum: quare præfoca- » tur calor innatus, & infrigidatur ſanguis, & ingroſſatur. Et propriè quando ſplen eſt oppi- » latus, debilis. Quare non attrahit, neq; poteſt mundificare ſanguinem ex humore melancholi- » co. Aut eſt uirtus expulſiua in uiſceribus debilis: ab expulſione illius in uenas ani, & matri- » cis: & ſunt pori ſtricti.} Id quod magis adhuc infrà corroborat,[k] dicens. {Et facta à fæce 3ª. ſanguinis eſt ſaluior, & quietior, & non ulcerat.} Præter has autem & aliam, quæ à bilis amaræ combuſtione gignitur, oſtendit. quùm ſubdit.[l] {Et facta ex melãcholia choleræ eſt ma- » gis fœda, & pluris nocumenti, & difficiliorum accidentium, & uehementiùs adurens. etc.} » 4ª. Eam uerò quæ ex pituitæ combuſtione fit, anteà quodammodo innuiſſe uidetur: qùm ait[m] {Et cauſa eius materialis ſunt cibi melancholici, & cibi phlegmatici iterùm, quando adiungitur eis » ſatietas nauſeatiua, & operatur in eis caliditas: quare reſoluit ſubtile, & ponit ſpiſſum me- » lancholiam, etc.} Quam tamen libro primo, de humorũ generatione loquens, manifeſtiùs oſtẽ- dit.[n] Nos autem hanc ẽ pituitæ uidelicet exuſtione factã atram bilim abnegamus: quemad- modum anteà[o] tetigimus, ac rursùs tractatu ſequenti[p] declarabimus. Nihilominus tamẽ aliã non dico atram bilim, at elephantiaſis ſpeciem unà cum Aetio[q] adiungemus: quæ ſcilicet ex ſalſa nitroſa'ue pituita ſuæ generationis initium ſumpſerit. Omiſſa interim quæ ex acida fieri poſſe

Contra Serapionem.

c infra tr. 3. ca 1. tex. & cõm: 10.

d 2ª. ad glauc. 10

e 2ª. art. med. tex. 44.

Quinq; lepræ cauſæ apud Auicennã.

f 3ª. 4ª. tr. 3. ca. 1.

g pª. pª. doc. 4. cap. 2º.

h 3ª. 4ª. tr. 3. ca. pº. tex. 3.

i Ibidẽ tex. 5.

k Ibidẽ tex. 10.

l Ibidem.

m Ibidẽ tex. 4.

n pª. pª. doc. 4. cap. 2.

o fo. 93. lin. 26.

p ca. 15. cõm. pº.

q lib. 13. cap 120. uerſus mediũ.

posse ab Aetio creditur: cùm frigidus omninò succus hūc affectum efficere, (ni putredinē adeptus in salsum conuertatur,) nequeat. Ex quo tamen salso humore impetigo nonnunq; fieri potest, hæc uerò deinceps in scabiem, scabiesq; in lepram, ac deniq; lepra in elephantiasim permigrasse (præsertim quotiès male curetur) apparuit. Hanc igitur, quæ nitrosa ex pituita originem duxerit, intellexisse Plinium opinamur: Quùm albam elephantiasim aliquandò [r] protulit. Ad obstructionem nihilominùs nōnihil acidam conferre pituitam, aliosq; crudos, & crassos humores, inficias non ibimus. Præter has autem quatuor elephantiasis iam dictas primas causas, quintam quoq; tùm Galeni, tùm Principis Arabum dogmatibus respondentē atræ bilis originem adiungere possumus: eam uidelicet, quæ non ex alio humore genita sit: uerùm insimul ex chili crassa, & calida, nec non exustioni prompta portione, à calidissimo iocinore, unà cum alijs humoribus, genita fuerit. Vt quæ ex salsis carnibus, multisq; ac uarijs tùm aromaticis, tū calidissimis speciebus, uel æstiuo tempore conditis cibis generari consueuit. Quamobrem & ipse Medicorum phœbus Galenus ait, [s] in Alexandria propter uictus modū, & regionis feruorem, plurimùm abundare huiuscemodi morbum. Comedunt.n. (ut inquit) farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita, & nonnulli ex ipsis carnes asininas. etc. Cuius uerba Princeps, de lepra (nomine Arabibus usurpato) loquens, transcripsit. [t] Clariusq; de humorum generatione sermonem habens, ait: [u] spuma igitur est ipsa flaua bilis, fæx uerò, atra: & utræq; eæ sunt naturales. perusti uerò pars tenuior est ipsa bilis, uitiosa: Illiusq; crassum est atra bilis uitiosa nonnaturalis: crudum quoq; est ipsa pituita. Quod uerò ex hac summa percolatum & cōcoctum est, sanguis quidem est. etc. Vbi quidem simul interdùm generari posse atra bilim cum alijs humoribus liquet. Verùm de humorum generatione uberiùs commento sequenti disputabimus. Ex combustis igitur sanguine, humore melancholico, atq; etiam amara bili atram fieri posse compertum habemus. Id quod mox reiectis multorum phantasijs ostendemus. Veluti & ex calidis, ac siccis, substantiaq; crassis aliquandò cibis circa initia statim ab exurente calore præter modum adustis eandem generari sæpenumerò contingit. Ex hac autem atra bili (quouis modo genita sit) quùm uidelicet sanguini (Galeno docente [x]) admista uniuerso corpori, nutrimenti loco, absq; putredine febris inductiua, distribuitur: elephantiasis primam suæ generationis originem suscipit. Quòd si ex salsa interdùm pituita (ueluti & anteà tetigimus) genitum esse nonnunq; huiuscemodi affectum admiserimus: Sanguini quoq; talē pituitam admisceri, nec sine atræ bilis, aut melancholici quoq; humoris permistione fieri unq; posse opinamur. Quamobrem ad calidorum tumorum catalogum reddúcere hunc morbum debemus. tametsi pauca in quibusdam caliditas est: præsertim in ijs quorum sanguis harenosus iam totus, ob nimiam adustionem, siccitatemq; effectus est. Vt frigidus ab ipso Arabum Principe, [y] congelatusq; à congelante melancholia proferatur: uel à gelido continente grumosus, impactusq; iam redditus. (Aetio docente [z]) fuerit. Id quod intelligendum herclè non est, quia frigidus, omniq; calore destitutus cruor sit. uerùm quia multùm à naturali suo temperamento calore ue lapsus. Nonnullas tamen intereà putredinalis, adscititijq; caloris portiones retinens: Quarum ui, ni discutiatur, ulcerare ubi ubi astrictus nimiùm sit, uehementerq; corrodere consueuit. ubi enim discutitur scirrhosos potiùs, ac frigidos, q; cācerosos, in extremis præcipuè partibus, affectusgenerabit. Adeò ut diuersi generis tumores in elephantico gigni absurdū nō sit Verùm de his longè plura loco proprio disputabuntur. Nunc enim sat superq; fuerit affectus nomina,

Contra Aetiū

5a.

r lib.25.cap.5. uersus finem.

s 2°. ad glauco. cap.10. & uide.2 de pot.natural.ca. 8. & .9. et fusius cōm.sequenti.

t 3a.4i.tr.3.ca.p° tex.7.

u pa.pi.doc.4 ca: 2.ante medium.

x li.de.tum.præt. nat.15. & lib. de atra bili cap.4.

y 3a.4i.tr.3.cap. p°.tex.3.5. & .8.

z lib.13.cap.120 post medium.

nomina, & cauſas materiales prænouiſſe: ut ordine ſextum & uigeſimum tumorem expediuerimus. Quem Galenus, libro quem præ manibus obiter enarrandum aſſumpſimus, de tumoribus uidelicet præter naturam,[a] Elephantiaſim uocat: Cumq; fœdus, aſpectuq; horridus fieri homo inceperit, Satyriasmon. Quanq; nonulli ſecundum id nomen non toti affectui, ſed cuidam in temporibus factæ oſſium eminentiæ dedicarunt: Similitudine ut mox uidebimus[b] à Satyris cornua circa tẽpora portãtibus deſumpta. Hæc ãt oſſium temporalium ſiue genarũ eminentia in elephantiaſi aduenire ſæpiſſimè conſueuit: Quanuis & præter elephantiaſim poſſit contingere. QVAE uerò in alijs partibus fieri ſolent, oſſium eminentias (ut ad ſeptimum & uigeſimum ordine propoſitum tumorem tranſeamus) ἐξοστώσεις nũcupari Galenus ait:[c] quaſi Latinè dixerimus, exoſſationes. Sub quibus (ut uidebimus) & eam, quæ in temporibus fieri conſueuit, extuberationem intelligimus. Eſt autẽ quãtitate auctus morbus, Galeno met alibì[d] authore. Cuius cauſa materialis dubio procul õmni terreſtris ac melancholicus ſuccus proferendus eſt. Qui & oſſis quoq; naturale nutrimentum eſt. Verum enimuerò aduertendum hìc duximus, non in alijs modò partibus oſſium factas ſupereminentias exoſtoſes, exoſſationes'ue nuncupari poſſe. At in ipſis etiam temporibus, aut genis: ſiquidem contigerint, generali nomine exoſtoſes uocari nil prohibere liquet. Idcircò ſub exoſtoſi nos intelligere has prædiximus: Tametſi ſpeciali quadam nomenclatura Satyriaſmos à quidusdam (ueluti prætactũ eſt) nuncupatur. QVOD quidem nomen, quia æquiuocum eſt, & uarios etiam genere affectus præ ſe ferre ſolet: Hanc ob cauſam ſatis opportunum, atq; operæpretium ſimul me facturum orbitror, ſi & hanc æquiuocationem explanando, octauum & uigeſimum unà tumorem enuclearimus. SATYRIASIS ergo nomen, & Satyriaſmos octo, penès diuerſa medicorum placita, ſignificare offendimus. Quorũ plurimis, aut fortaſſis omnibus à ſimilitudine impoſitum id nomen eſt. In primis enim libro de præternaturalibus tumoribus, quem nunc exponere [p^m] præ cæteris intendimus, pro iam dicta elephantiaſi[e] capitur, ſimilitudinis rationibus prænarratis. Quas quidem repetere ſuperpondium foret. Sat ergo fuerit nonnulla hinc folia reuoluere. Secundò rurſùs pro eminentijs extuberationibusq; oſſium, quæ circa tempora fiũt, Satyriaſmi [2^m] nomen (Galeno etiam referente[f]) uſurpatur. Apparẽt enim in partibus temporũ quædam, ob oſſium eminentias, turbercula. Nec deeſt ijs quoq; ſimilitudinis Satyrorum ratio. Circa tempora enim utrinq; cornua ſatyris naſci referunt. Quamobrem & qui timida tempora, uel prope illa etiam exiſtentes genas utrinq; extuberantes habuerint, Satyris quodãmodo ſimiles fieri dicuntur. Sunt autem Satyri (Plinio docente[g]) animalia quadrupeda ſubſolanis „ Indorum montibus (Corradulorum dicitur regio) perniciſſimum animal: tanq; quadrupedes „ tam rectè currentes, humana effigie, ut propter uelocitatem niſi ſenes, aut ægri nõ capiantur. „ Nil uerò (prout alibì dicit[h]) præter figuram habent moris humani. tametſi mitiſſimam aliquandò[i] eorum naturam eſſe protulit: quemadmodum efferacior cynocephalis exiſtit. Veteres huiuſmodi monſtra pro Sylueſtribus dijs coluerũt. Vidit autẽ DIVVS ANTONIVS „ in eremis Aegypti: (referente DIVO HIERONYMO[k]) homũculum, aduncis naribus, „ fronte cornibus aſperata: Cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat. Ad hoc „ ſpectaculum Antonius ſcutum fidei, & loricam ſpei bonus præliator arripuit: Nihilominùs „ memoratum animal palmarum fructus eidem ad uiaticum quaſi pacis obſides offerebat. Quo [g] cognito gradum preſſit Antonius, & quis nam eſſet interrogãs, hoc ab eo reſponſum accepit. „

Mortalis

a cap. 15.

b in declaratione tumoris. 28[l].

Tumor. 27.

Exoſtoſis.

c li. de tum. præt. nat. cap. 15:

d 14. meth cap. 17. uerſus finem.

Tumor 28.

Satyriaſmos, ſeu priapiſmus

Satyriaſis octo ſignificata.

e ut dictũ ẽ in expoſitione tumoris. 26[l].

f li. de tum. præt. nat. cap. 15.

Satyri qui.

g lib. 7. ca. 2. poſt med. capitis.

h lib. 5. cap. 8. circa finem.

i lib. 8. ca. 54. circa finem.

k Inuitis patrũ. In uita Pauli p[l]. Eremitæ ante medium.

» Mortalis ego sum, & unus ex accolis eremi: quos uano delusa errore Gentilitas Faunos, & » Satyros, et Incubos colit: Legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis cõmunem Do » minũ depreceris quem pro salute mundi olim uenisse cognouimus. Nam in uniuersam terram » exiuit sonus eius. Hæc pro secundo satyriasmi, siue satyriasis significato Satis dicta iã sint.

3m. Tertium uerò est: quoniam præternaturalem, ac non desistentem pudendorũ tentionẽ huiusce modi nomina præ se ferunt. quam alij Priapismon quoq; uocant. Pro qua quidem tertia nominis significatione, Cùm non contemnendæ difficultates ob authorum diuersitatem insurgere consueuerint, aliquantisper hic immorandum. Præmissa nihilominùs Celsi excusatione me scribentem, nec minùs te legentem à uitiligatoribus, ineptissimisq; susurronibus defendente: Excusatio.

10 Quoniam de obscœnis partibus non hoc tantùm loco, sed sæpiusculè deinceps, ubi occurrerit, » sermonem interseremus. Quarum quidem partium (uti Celsus [l] ait) apud Græcos uocabula et » tolerabilius se habent, & accepta iam usu sunt: Cùm omni ferè medicorum uolumine, atq; ser » mone iactentur: Apud nos fœdiora uerba ne consuetudine quidem aliqua uerecundiùs loquen » tium commendata sunt. Vt difficilis hæc explanatio sit, simul & pudorem, et artis præcepta » seruantibus. Neq; tamen ea res à scribendo deterrere me debuit, Primùm ut omnia quæ salu » taria accepi, comprehenderem. Dein quia in uulgus eorum curatio etiam præcipuè cognoscen » da est, quæ inuitissimus quisq; alteri ostendit. Hæc Celsus. Quibus omnibus & uera nominũ significatio (uelimus, nolimus) antecellit. Magis uerò nobis ignoscendum ueniret: si Stoicorum sententiam à nonnullis, hodierno etiam tempore, comprobatam sectabimur. Nullam scilicet in uerbis turpitudinem fore (uel Cicerone [m] teste) determinantium, modò rem, ut à natura facta est, uerbis significemus. Satyriasmos igitur, siue Satyriasis (idem nanq; significatur, utrouis nomine utaris) apud quosdam pro eodem cum Priapismo sumitur: Apud nonnullo autem pro diuersis affectibus duo nomina, Satyriasis inq; & priapismus, capiuntur. Atq; rursus utriq; ab inuicem differunt. Qui scilicet pro eodem capiunt, inter se met ipsos discordantes: Aequè ac & alij differre Satyriasmum à priapismo reputantes à seinuicem distant. Prout sigillatim omnes enucleabimus. In primis ergo Galenus non alium affectum Satyriasmi nomine intellexisse uidetur (qùm scilicet ad pudenda refertur) q̃ priapismum: hoc est (ut libro de tumoribus [n] inquit) { præternaturalem, ac non desistentem pudendi tentionem. Sic enim legendum in eo loco est { παρὰ φύσιν } idest præternaturalem, seu præter naturam } & non, ut malè in impressis codicibus habetur { κατὰ φύσιν } quod est } secundum naturã, siue naturalem } Id quod interpres Horatius Limanus non aduertit. Vbicunq; igitur de Colis affectibus loquitur Galenus, priapismum duntaxat nominans, Satyriasmum intellexisse illo etiam nomine uidetur.[o] Atq; idipsum nõ inconsultè me hercle factũ à Galeno existimamus, Etenim ne Satyriasmi uoce alium affectum, scilicet ipsam elephantiasim, aut quoduis aliud fortassè significatum æquiuocè caperemus. Quòd si de morbis curandis libro secundo [p] utriusq; insimul nominis meminit: Quoniam scilicet à similitudine imposita sunt: Nil uel obstare, uel fauere nobis potest. Nanq; an pro eodem intellexerit, an pro diuersis: ut Satyriasmon pro elephantiasi, aut quolibet alio, priapismum uerò pro pudendi erectione: minimè constat. Cùm à similitudine, quouis modo intellexeris, nomen assumptum esse uerum inueniatur. Nullibi autem, quod memoriæ suppetat, alium pudendorum affectum à priapismo diuersum nobis Satyriasmi dictione ostendit. Quamobrem ueluti præscriptum iam est, idem Galeno Satyriasmos aliquandò

Marginal notes:

Stoicorũ sententia de nominibus.

Galeni locus.

Limani dormitatio.

l lib.6.cap.18. in prin.

m lib.p°. de offi cijs. cap de tẽperãtia, et lib. 9. epist. famil. epistola. 22. à prin. uerò epist. 172.

n cap.15.

o Vt.6. de locis effec. cap. 6. post. prin. et circa finẽ, et. 3. de sympt. causis ca.4. ĩ fine. et 14. metho. cap.7. post mediũ. et ca. 8. & lib de morb. diff. cap. 9. circa medium. & .9. de cõpo. med secũdũ loc. cap.7. uersus finem.

p cap.2. circa medium.

aliquandò (quùm uidelicet penis affectum præsefert) & priapismus insinuat. Est autē (ut ab eodem assignata definitio magis liqueat) priapismus Cùm coles in longitudine, & latitudine seu circulo totus augetur, nullo quidem (ut ait [q]) stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisito calore: ueluti quibusdam accidere cosueuit, qui supini decumbunt. Quin (perindè ac alibì quoq; inquit [r]) intumescit omninò, inflaturq;, & arrigitur [s] inuito. At breuiori quoq; cōpendio (subiunxit.) dicere potes permanentem colis aut auctionē, aut tumorem. Augetur enim naturalis magnitudo (prout aliàs inquit [u]) non secus ac in ulceribus nōnunq; caro redundat: Ac etiam lingua, testes aut ubera, siue quoduis aliud membrum, præternaturaliter increscere consueuerunt. Deducta uerò denominatio est à Priapo (Galenus idem ait [x]) Nā quasi ei suapte natura huiusmodi coles esset, ita eum finxerunt, atq; pictura descripserunt homines. Quem quidem priapum Aetius [y] Galeni [z] sermonem referens, satyrum extitisse adiunxit. Quod quidem, si sic esset, quemadmodum Aetius ait, utriusq; insimul nominis origo foret: satyriasis inq;, quia satyr ille fuerat, quem erecta uirga stantem pinxerunt: & priapismi, quoniam & illi quoq; priapi nomen erat. Sin uerò (quod potiùs reputo) diuersos esse à priapo satyros conceperimus: Cùm hi bruta animalia sint, priapus autem homo à poetis effingatur. Quin & hic Hortorum Deus Bacchi & ueneris filius. Illi uerò Nemorum potius Dij, ac Fauni ex Senta Fauna geniti ab ijsdem poetis depingantur. [a] Quamobrem nō satyri, sed hominis uultum præseferre Princeps [b] innuit, dicens { & hoc nomen ipermutatur ad hanc ægritudinem ex forma hominis figurati habentis uirgam erectam, qua ludunt quidā. etc. } Si inq; diuersos à priapo satyros intellexerimus: adhuc tamen in idem ferè conueniet. ut priapismus à priapi similitudine, qui erecto perpetim cole depictus est: Satyriasmus uerò à satyris, procacissimis quidem animalibus, ueneresis'ue, ac per hoc erectum sæpissimè colem habentibus nomen susceperint. A quo etiam uirili membro nonnulli satyros huiuscemodi animantes dici asseruerunt. Veteres enim Græci σάτην ueretrum nuncupabant: uel (ut alij malūt) σάθην. Ex quo σάτυρος παρὰ τὴν σάθην τὸ αἰδοῖον. quod est: Satyrus à ueretro quidē pudendo dicitur. Quibus de causis & herba, quæ uenerem stimulat, Satyrion ab eisdē nuncupata est: à quibusdam uerò (uel Dioscoride authore [c]) satyriscos, & satyri testiculus: Ab alijs autem non Græcis modò, sed (Apuleio Madaurensi teste [d]) Italis priapiscos appellatur: Romani Molorticulum ueneris dicebant. Quin (uti Plinius [e] etiam fatetur) in totū quidem Græci, quùm concitationem ueneris uolunt significare, Satyrion appellant: Quemadmodum in coitu pigritiam ob assiduos præsertim labores aduenientem, Prosedamum uocarūt. Deducta igitur priapismi denominatio (ut ad Galeni [f] sermonem reuertamur) à priapo, quē sic erecto pene depinxerūt. Satyriasmi aūt nomen Galenus minimè declarat. Cùm illud elephantiasi potiùs dedicarit. [g] Idcircò illius affectus ad satyros relationem aliquandò [h] denuntiauit. Quòd si nonnunq; satyriasim, ex aliorum placitis, penis affectum uocarit: [i] nullam tamen inter satyriasim & priapismum differentiam posuisse, quin pro eodem penitùs affectu itellexisse, insinuat. Qua de re sub priapismi nomine (ueluti prædictum est [k]) penis tentionē (satyriasim prorsùs reticens) alibì [l] descripsit, ipsumq; curat. Cuius causam esse uoluit flatuosum, inflantemq; spiritum. Adeò ut quicunq; in ijs, quæ in medēdi methodo scripta sint, exercitatus fuerit: protinùs (ait [m]) ex emphysematum inflationum'ue genere esse intelligat. De quibus quidem emphysematibus anteà iam loco proprio locuti sumus. [n] Qui nanq; memoria tenuerit

Pridpismus quid.
q 6. de locis affe cap. 6. post prin.
r 3. de sympt. cau. cap. 4. uer. finē.
s 14. meth. ca. 7. post mediū.
t 6. de loc. eff. 6
u libro de morb. diff. cap. 9.
x 6. de loc. aff. 6
Priapismus unde dicitur.
y lib. 12. cap. 32.
z ubi supra de locis aff.
Priapus quis.
Satyri qui.
a de quibus uide Boccatiū li. de Genealogia Deorū 8 cap. 10. 11. 13. 14. obiterq; de priapo ibidē cap. 3
Satyr unde dictus est. uide et supra fo. 143.
b 20[a]. 3[i]. trat p[o]. cap. 37. in fine.
c lib. 3. cap. 136.
d lib. de uirtutibus herbarū ca. 15
e lib. 26. cap. 10.
f 6. de lo: aff. 6.
g . de tu. præt. 15
h li. de morb cau. ca. 7. ante mediū
i Vt lib. de tum. præt. nat. cap 15. & de linguarum hip. expone ī dic. Satyriasmus.
k sup. hic et f. 152
l ut. 6 de lo affe. ca. 6. circa prin. et finē et 3. de symptom. causis ca. 4 14[i]. meth. ca. 7. et 8. li. de morb. diff. ca. 9 et. 9[i]. de cō: po. med secū loc. 7
m 14. meth. cap. 7. post medium.
n supra fol. 115. 116. 117.

» tenuerit tùm omnia quæ in dissectione eius membri apparent, tùm quæ de functione eius, et usu » in naturalibus libris sunt prodita [o] Is nullo negotio intelliget, quòd cauernosus neruus, qui pro» priam colis substantiã constituit, halituoso spiritu impletus affectum hunc excitat porrò hali» tuosum spiritũ in animalis corpore ex succis, qui lentè excalfiant, sensim nasci didicimus. prout uberiùs, quùm de emphysemate loquebamur, Ex ipsius met Galeni sententia declarauimus. [p]

» Quamobrem & compendiosiùs alibì [q] scripsit, dicens: Est autem flatus uẽtosus uidelicet, qui » membrum ipsum tumefacit ex humoribus uiscosis, ac crassis generatus per moderatam caliditatem. Quanuis autem libro de curandis morbis [r] cauernosam ipsius membri substantiã repleri in huiusmodi affectu determinarit: De colis tamen affectibus alibì magis ex proposito 10 loquens, & exquisitius affectas partes uestigans: [s] tam colis substãtiæ cauernosæ, quàm arteriarum: quæ in ipso pudendo existunt affectum esse ait. Priapismus enim (ut inquit) planè co» lis est symptoma. At fieri potest ut nullo præcipuo, proprioq; ipsum affectu infestante, ad ar» terias referatur: ut pote quæ solæ interdùm huiusmodi habeant præternaturalem dispositionẽ: » quali uidelicet affici consueuerunt, Cùm naturaliter totus coles intenditur. Atqui à spiritu » ipsum in tumorem attolli manifestè patet ijs qui celeritatem eius, & cùm intumescit, & cùm » iterùm residet, perpendunt. Quippè nullus humor tam subitam in alterutram partem mutatio» nem efficere posset. His sic se habentibus cùm in corporum dissectione, magnæ uideantur ar» teriæ in pudendum exiguam scilicet particulam irruere: sitq; coles essentia talis qualẽ in nul» la alia parte uidere est. utpotè cuius corpus neruosum sit, ac omniquaq; fistulosum: excepta ea 30 parte, quam glandem uocãt, quid aliud excogitauerit quis, quàm quòd à uaporoso spiritu ab arterijs » affluente per extẽsiones in tumorem attollatur? Ideoq; glandem æqualem semper habere ma» gnitudinem, quòd fistulosus in ipsam neruus non ingreditur. Ergo quid causæ est, cum libidi» nis impetu quis stimulatur, aut ubi ob supinum decubitum calfacti sunt lumbi ut coles exten» datur? Nempè hac inuenta facile priapismi quoq; dispositionem inuenire nos posse speramus. » Quòd uerò princeps causa sit plenitudo uel arteriarum, uel nerui fistulosi, aut etiam utriusq; » cum ex priore conditione mutantur, palàm constat. At uerò utrius magis, aut si etiam amborũ, » deinceps consideremus. Hæc Galenus. Qui deinceps multis enarratis exemplis, è quibus om» nium qui à uoluntate & consilio pendent actionum instrumẽta per se docta esse cognoscimus: » Ad propositum reuersus est: sic dicens. [t] Non igitur dubites pudendorum facultatem per se 20 doctam esse: ut fistulosum hoc, nerúosumq; corpus, ubi ad coitum insurgit animal, à natura» li facultate, quæ, ipsum potest attollere protinùs distendatur. Cuius rei simile & in corde & » arteria planè uidere est: Nisi quòd horum motus perpetuus est, eò quòd semper necessaria sit no» bis eorum actio: fistulosus uerò neruus non semper mouetur, sed quùm usus requirit. Quùm » ergo sic fuerit extensus, sequitur ex arterijs spiritus: quemadmodum pulmo thoracem ob eã, » quam habet ad motum ipsius sequelam. Verũ posses fortassè replentis fistulosum neruum spi» ritus uim, quùm ad coitum irrumpit animal, ad arterias quoq; referre: quàm quàm multò satius est ut » huiusmodi actionem ad neruum, non ad arterias referamus: Cùm præsertim actiones ex pro» pria partium essentia non ex earum positu prouenire rationi consonũ sit. Nam cor si in alia » quapiam parte poneretur, nihilominùs actionem suam obtineret. Nec aliter quoq; de iecinore, 40 liene, ac reliquis omnibus sentiendũ est. Quare uniuersi corporis arterias eandẽ habere actio» nem probabile est. quippè eodem tempore omnes totius animalis arteriæ inter se similiter producuntur.

o 15. de usu partiũ ca. p°. 2. & 3°.
p sup fo. 117 lin. 20. cũ sequẽtibus.
q lib. 7. de cõpo. med. secũ. loc. ca. 7. prope finẽ.
r lib. 14. ca. 7. in uerbis paulò ante recitatis.
s 6. de loc. aff. ca. 6. post principia.
t Ibidẽ post mediũ capitis.

ducuntur. Itaq; haudquaquàm par esse uidetur, ut arteriæ pudendis innatæ aliquã aliam habeant facultatem, præter eam quam anteà in toto corpore habebãt. Sed ampliora sunt ipsis, q̃ cæteris arterijs ora: & quidem optimo iure, ad celeritatem sequelæ ad id quod euacuatur sic præparata. Semper enim natura quod unicuiq; actioni utile est, undiquaq; explere uidetur. Cæterùm nullam aliam insuper præcipuam habent actionis facultatem, quùm ad pudendum peruenerint. Licet calfactis lumbis, par sit, ut & arteriæ calidiores reddãtur, & magis etiã pateant ipsarum ora. Quamobrem non exiguam tunc spiritus essentiam in fistulosum neruũ effundunt: qui paulatim impletus colem extendit. Ita ut tota ipsius essentia in fistuloso neruo consistere uideatur. His itaq; cognitis ad priapismi dispositionẽ ueniamus. Quippè ex ijs quæ supra proposita sunt constat, uel ob arteriarum ora immodicè patentia, uel uaporosum spiritum in fistuloso neruo ortum hunc fieri affectum. Sed utrum potiùs pro causa sit habendũ, inquirere oportet. Ego quidem ab utrisq; ipsum fieri posse existimo: Crebriùs tamen arteriarum ora patentia sequi. quippè facilius est hæc distendi, q̃ flatuosum spiritum in neruo fistuloso generari. (siue tamen ex arterijs in fistulosum neruum flatuosus ille spiritus effundatur: siue in ipso met neruo genitus sit, Neruosi semper corporis, non arteriarum affectũ esse priapismum, ex ijs quæ paulò antè dicta sunt, intelligito) Ac memini (subdit Galenus) me huiusmodi quidem nerui dispositionem semel uidisse (ubi scilicet in ipso fistuloso corpore genitus flatuosus spiritus sit) Arteriarum uerò sæpenumerò (Quòd scilicet ex arterijs effusus sit) cuius rei coniecturam feci, tùm ex ijs, quæ præcesserunt, symptomatibus, tùm ex modo curationis. In illo enim cui assiduè colis palpitatio præcesserat, causa erat spiritus flatuosus (in ipsa uidelicet colis fistulosa cauitate genitus. Nam colis, non arteriarum palpitationẽ Græce παλμὸν præcessisse ait.) ad quem cùm omnem curationem conuertissem, hominem sanaui. Quibus uerò supra modum arteriarum ora patebant, in ijs nullum huiusmodi symptoma præcedere solebat. E quibus quidem omnibus, præsertimq; ultimò relatis Galeni uerbis patet dissonum eius recitatorem fuisse Fuchsium. qui præassumpta ex Galeno priapismi definitione subdit[u] {quòd si pudendi accedat palpitatio: tunc satyriasis dicitur} priapismi enim alter modus (tametsi rariùs contingens) à Galeno positus est. Quanuis ad Pauli satyriasim (ut posteà uidebimus) in quo palpitatio consistit, affectus accedat. Verùm enimuerò quoniam fistulosum neruum esse colis substantiam à Galeno præsciptum non hoc tantùm loco, sed alibi[x] quoq; non semel est. Vesalius[y] autem Galeno detraxit tauri potiùs aut arietis penem (ut inquit) q̃ humanum describenti, ac per hoc humanum sibi penitùs incognitum, ac nunq̃ uisum demonstranti. Quoniam Galenus[1] unicum neruosum corpus,[2] atq; hunc concauum, sanguinisq; expertem quin & omni humore uacuum, Boum pene (ut aduersarij uerbis utar) delusus malè describit. Duplex enim haud unicum simplex'ue illud corpus esse Vesalius declarauit, nec uacuum, sanguineq; indigum, sed fungosa, & ueluti carnea materia, & plurimo nigricante sanguine instar farciminum utrinq; impletum. Hac de causa digrediendum quadantenùs hoc loco, tametsi per transennam, pro aliquantula Galeni (si possibile fuerit) excusatione atq; insimul maiori ueritatis elucidatione, uisum est. Præmissa interim exquisitissima colis historia: prout ipse met Vesalius Anatomicorum proculdubiò princeps eam scribit. Ex dextro itaq; pubis osse, ubi id crassius & quasi teres ad inferiorem commissuræ pubis ossa committentis sedem uisitur: teres quoddam corpus ualidissimè principium ducit, ligamenti naturam

Nota

Contra Fuchsium.

u li. 3. de medẽdis morbis ca. 49 in princ.

x ut 15. de usu partiũ ca. p°. et 2°

Vesalius contra Galenum.

y lib. 5 de humani corporis fabrica cap. 14.

Penis Anatome.

„ turam prorsùs referẽs: quod ab osse nõnihil sursùm recedens, interno latere aliud cõtingit cor-
„ pus similiter à sinistro pubis osse pronatũ. Hæc corpora in eũ modũ inuicẽ cõmittuntur, ac si
„ utrarũq; manuũ indices internis partibus mutuò iungeres, unitosq; fingeres. Vt.n. interna indi
„ cũ sedes plana, nõ ãt gibba & teres, exterioris sedis mõ est: ita ẽt hæc corpora, quà inuicẽ con-
„ nascũtur, plana sunt, externis aũt lateribus, & superiori sede teretia inuicẽ, iunctorũ digitorũ
„ instar: Qui simul cõmissi latiùs, q̃; profundiùs corpus ad penis modũ efficiunt. Deindè ut infe-
„ rior indicũ, ita cõmissorũ sedes modicè dehiscit, planaq; uisitur: Sic & penis corporũ inferior
„ sedes dehiscit, ac urinariũ uesicæ meatũ sub se ita porrectũ exigit, ac si calamũ quo scribitur,
„ inferiori indicũ sedi exporrigeres, & indices tibi penis corporum loco, calamus autẽ urinarij
10 meatus uice essent. Mox.n. à corporũ exortu ipsis urinarius meatus, seu uesicæ ceruix subten
„ ditur, ac cũ illis ad glãdis usq; initiũ in eũ modũ porrigitur, ut corporũ substãtiã nusq̃ ingre-
„ diatur. Vti in glãdis sede, ubi meatũ ĩ corporũ substãtiã duci paulò post audies. Corpora hæc
„ in hũc modũ enata simulq; cõmissa seorsùm singula oblõgũ referũt corpus, ex neruea cõtextũ
„ substãtia: instar coriaceæ fistulæ, cuius interior substãtia rubra prorsùs, & nigricãs, & fun-
„ gosa, & atro sanguine oppleta cernitur: ad eũ ferè modũ, ac si ex innumeris arteriarũ uena-
„ rũq; surculis q̃; tenuissimis, simulq; proximè implicatis retia quædã efformarentur, orbicula-
„ tim à neruea illa substãtia tãq; ĩ corio cõprehẽsa. Atq; hæc duo penis corpora ad glãdẽ usq; pri
„ uatim singula nerueũ retinẽt inuolucrũ, & fungosam hãc substãtiã summa diligẽtia à naturæ
„ operũ studioso expendẽdã. etc. Quanq; ãt (ut posteà [z] subdit) uenæ & arteriæ ad penis cor-
20 pora pertingãt: Vix tamẽ sectione assequor quo itinere in corporũ illorũ cauitatẽ inserantur,
„ sanguinẽ illũ nigricãtẽ, & crassum, quẽ fungosa corporũ substãtia plurimũ possidet, deducturi
„ ra. Rami tamẽ cuti hæc corpora induẽti, ẽt ante sectionẽ cõspicui offeruntur, illãq; intercurrũt.
Hæc igitur humani penis structura est, cui nullã in uniuerso corpore partẽ (nisi fortè papillã) similẽ inueniri posse ait. [a] Quæq; tã bellẽ, dij me adiuuẽt, à solertissimo iuuene (ne sua defraudemus laude) depicta est, ut res quidẽ ipsa (præter ualde paucula) nõ secùs ac ab oĩum opifice constructa est, cuiuis legẽti, etiamsi nunq̃ oculis eã cõspexerit, promptissimẽ offeratur. Ego aũt, priùs q̃; Vesalius hæc scripserit, Galenũ quadãtenùs diminutũ, ex ijs quæ in dissectione pudendorũ cõspexerã, aduerti. Quẽ nihilominùs (cùm pro uiribus tantũ uirũ, et medicinæ Hippocraticæ sine inuidia lumen defendere, ubi possibile absq; uiolẽtia fuerit, obnoxij simus) hac uia
30 defendere nedùm excusare enixus sum. Vt.s. unũ nõ indecẽter dicere possimus: tametsi duo originis capita existũt. Sic.n. plures corporis musculos, q̃q; duo, tria'ue capita nonnunq̃ sint, ad unũ tamẽ nõ Galenus mõ, sed uniuersa dissecãtiũ academia reducere cõsueuit præsertim qa in unũ usq; adeò coalescũt: ut nõ ampliùs duo corpora, sed unũ duntaxat intermedio nihilominùs septo, ac ueluti mediastino, in dextrũ & sinistrũ diuisum appareat: fortassis pro ualidiori membri robore. Nã satis ĩbecille futurũ erat, si cõtẽta (ut uidebimus) uenarũ atq; arteriarũ, & neruorũ ligamẽtosæq; præcæteris substantiæ textura uniuersa insimul una in cauitate cõsisteret. Vltra cõmunẽ rõnẽ: ne. s. nocumẽtũ uni parti factũ alteri cõmunicetur. Ita & secũdũ quoq; Galeni dictũ defendimus. Quoniã uidelicet cõcauũ fistulosum'ue neruũ, protulit. Ac tertiũ, quòd sanguine siue oĩ humore indigum putauit. Etenim utrinq; concauus proculdubiò ligamentosus
40 ille neruus in primis est, qui ab ossibus enascitur, (quanq; in dextrum & sinistrum in medio diuisum est) sanguinisq; expers. Cùm albus, durusq;, non secus ac cætera ligamenta, existat. (Et si quia acutissimi sensus est, non ligamentum simpliciter, at ligamentosum neruum appellamus.) Qua de causa & siccissimis potestate medi camẽtis, [a] ligamentorum instar, [b] indigere

N (quùm

Pulchra cõparatio.

Penis substãtia.

z ibidẽ post pauca.

a circa principia capitis.

Galeni defensio.

pro p°.

pro 2°.

pro 3°.

a s[1]. metho. cap. ultimo.

b 6[1]. meth. ca. 4

(quùm ulceratus eſt) à Galeno ponitur: in hoc tamen differẽtibus, quoniã ad modũ ſentiens hic morſum acrimoniam'ue medicamẽtorũ facillimè percipit. Cùm tamẽ ligamẽta oĩs ſenſus expertia, penès Galeni.[c] dogmata, ſint. De illis ergo quæ à pubis oſſibus enaſcuntur ſubſtantijs uerum omninò in primis fuerit, quoniã & caua ſunt, inſtar coriaceæ fiſtulæ (prout anteà ipſomet ex Veſalio dictum eſt) & exanguia. Præter quas quidem ligamẽtoſas, orbicularesq; ſubſtantias, in tauro etiam, & ariete intus quædam mollior, aut (ſi mauis dicere) minus dura ſubſtantia continetur. quæ neruea adhuc eſt, cũ à cõtinente circulari ligamento, mea ſententia, naſcatur latis circularibus'ue fibris innumeris contexta. Mollior tamẽ ſiue minus dura, quemadmodum prædiximus, & rarior: qua de cauſa neq; adeò candida ut exterior eſt (priùs q̃; ex diuturna mora exterior pars aſſiccata iam quempiam nigrorem adepta ſit) nõnulla in ſe foraminula continens: ẽ quibus compreſſo pudendo ſanguis, ac interdùm alba quædam ſeroſitas egreditur. Fiſtuloſus igitur, foraminulentuſq;, et intùs rarior ſubſtantia neruus taurorũ, atq; arietũ colis eſt. In homine autem intrinſecùs maior præter ligamẽtoſas fibras & arteriarum, & uenarum nexus eſt, atq; etiam neruorum, non elegantiorem modò ſtructuram, ſed perfectiorem quoq; ſenſum præſeferens. Hinc ergo accidit ut ex ligamenti q̃; pluribus fibris, ueniſq;, neruis, & arterijs retiformis quædam admirabiliſq; ſubſtantia reſultet. Quam non aliter Galenus expreſſit, q̃; arterias, uenas, & neruos per totam colis ſubſtantiam (copioſius q̃; pro membri magnitudine requireretur) diſtributos eſſe inſinuans[d] fiſtuloſumq; neruum ipſum colem eſſe proferens. Maximam uerò illius retis portionem fibræ quædam à ligamẽto circulari atq; ab oſſibus nato ſuam originem ducentes cõſtituunt. Quibus quidem fibris & nerui, & arteriæ atq; etiam uenæ decuſſatim adeò contextæ ſunt ſanguinem continentes quem in compreſſionibus eructant. Vt fungoſa, ſpleniſq; inſtar mollis quæpiam ueluti caro diſſecanti Veſalio apparuerit. Nobis autem exquiſitiſſimè hãc ſubſtantiam ueſtigantibus, & nõ crudam modò, ſed elixatam quoq; diſſecantibus nullam ibi carnem nec aliquid carni ſimile uidere permiſſum eſt: At mirabiliſſimum proculdubiò rete ex prædictis ligamentoſi nerui fibris, ab orbiculari ligamento (ut diximus) exortis, nonnulliſq; arteriolis, ac uenulis, & neruis uſq; adeò diuina quadam arte contextis, & innumeris decuſſationibus conſtructũ, ut carnis cuiuſdam ſpongioſæ faciem primo intuitu. dum. ſ. expreſſus adhuc ſanguis non eſt, præſeferat. Exquiſitiùs uerò, atq; ad amuſſim ueſtigantibus compreſſo uidelicet toto ab arterijs, & uenis ſanguine, atq; interim eius exitum perpendendo, & uncinis hamuliſq; arteriolas, fibraſq; eleuando, nõ aliud, q̃; innumeras ligamẽtoſæ ſubſtãtiæ, quas dixi fibras & uenulas atq; arteriolas mirabilis (ut dixi) retis inſtar ĩtricatas abſq; ulla carne repreſentari cõtinget: Factaq; totius ſanguinis expreſſione, non amplius rubea, uel nigra, ſed penitus alba & neruea ſubſtantia uidebitur, præſertim quotiès decoctã inſpexiſſe placuerit. Mirabilior autem reticularis hic plexus, q̃; qui in capite, aut circa teſtes eſt, dubio procul iudicabitur. Quem profectò plexũ non in contenta duntaxat à circulari concauoq; ligamento ſubſtantia, uerùm & circa urinarium quoq; meatum, qui & idem ſpermatis eſt, ſi diligenter diſſecando perlibraris, orbicularem inuenies. atq; idipſum quoq; Veſalius minimè aduertit. Sanguis uerò in illis arteriolis, uenuliſq; nõ extra (uti Veſalius credebat) uenas aliquantulùm niger craſſuſq; eſt. (quanq̃; rubidior aliquando, ac præſertim quibus ſtatim mortuis, & calidis adhùc, diſſectus colis eſt, apparuit.) Tenuioribus enim portionibus in quauis erectione diſcuſſis, craſſiores intereà remanere neceſſum eſt. Quin & ab ipſa natura ſic decretum eſt: ut uel ante quamuis erectionem ſubniger craſſior'ue ſanguis ad eum locum delabatur: è quo promptiſſima in ſpiritum cõuerſio fieret. E quibus

c ut ibidem. ſ. 6 meth. cap. 4. et. 5

Tauri et Arietis penis.

d 14. de uſu partiũ cap. 13.

f ſupra. fo 156. uer. finẽ & 157 in fine.

Cõtra Veſaliũ

Cõtra Veſaliũ

bus quidem praeostensis nõ penem modò increscere, pleno quidem uniuerso reticularis plexus interstitio, atq; et tota neruea substãtia huiusmodi spiritibus, instar illorũ qui à repletione cõuelluntur, oppleta: Verùm & ipsum quoq; urinae seminisq; meatũ tumefieri, durumq; in erectionibus euadere, necessum esse iam liquet. Cumq; ultra medium, quin propè finem glandis fistulosus utrinq; neruus unà cum contenta retiformi substantia ingrediatur. Idcircò & ipsam quoq; glandem (cuius substantia glãdosa est, laxa tamen ac linguae, ut mihi uidetur, carni adsimilis) increscere, atq; unà cum colis substantia tumefieri manifestè (uel inuito Galeno) [e] conspicimus. Praesertim quia rara (ut diximus) glandis substantia est, pluribusq; arteriolis & uenulis per totam eius substantiam dispersis composita: ut spirituificationis tempore ipsa etiam extendi facillimè queat. tùm extensis tumefactisq; arteriolis, tùm etiam resudantibus spiritibus, ic media spaciola replentibus. Praeter glandis ergo tumorem: In quo Galenũ defecisse uel experimẽtũ cõprobat: quo ad tria iam dicta [f] pertinet, non falsum Galenũ, et qui humani penis anatomen penitùs ignorarit: At obscurum potiùs, uel si mauis dixisse diminutum existimabã. ut qui non adeò perlucidè huiusce membri substantiam, retiformem illum plexum omittens, descripserit. Sic inquàm Galeni manes, uel non adhùc uisa Vesalij descriptione, perspecta nihilominùs ipsius colis anatome defendebam. Sicq; rursus ea perspecta, quin re ipsa exquisitissimè perpensa, excusari posse confirmo. Etenim si tauri uel arietis penem descripsisse opinatus cum Vesalio sis: pariter & eum, qui sub coriacea fistula, ligamentosa'ue substantia à pubis ossibus utrinq; enata contentus fibrosus neruus est, ab eo declaratum non offendes. Cùm diuersus hic à continente omni semoto scrupulo conspiciatur. Quemadmodum in canibus etiã, & mustelis usq; adeò differens apparet, ut ossea prorsùs existat. Vt diminutum ergo, uel si mauis dixisse obscurum potiùs, q̃ falsum (quem uis penem descripsisse admiserimus) Galenum increpuisse licuerit. A qua tamen rursùm calũnia promptiùs fortassè liberabitur. Cùm non ex proposito, ac tanq; Anatomicus ibi [g] loquatur: Verùm ut partium usus actiones'ue uestigans. Quo in loco potiores organi partes, non singulas, nisi multotiès generatim considerat. Similiterq; de locis patientibus [h] interdùm loquenti sat sibi superq; fuerat generatim quae ad propositum suum conducebant tetigisse: cauernosam uidelicet, nerueamq;, aut ligamentosam penis substantiam esse. in quibus uacuitatibus cauernisq; spirituificatione facta membrum erigitur. Fortassis autem libro, quem post eos qui de partium usu (ipsomet authore [i]) inscribuntur composuit: Cui nomen titulus'ue est { περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων } quod est { de Anatomicis Aggressionibus. } distinctè, ut oportebat, humanum colem dissecuit. Vbi (ut quod piũ magis est elegerimus.) cùm ex proposito intentiùs quamlibet minutissimam particulam dissecare docuerit: exquisitiùs haec omnia nobis declarasse uero quidem simile est. Locus tamen, in quo & huius & quàmplurium aliarum partium anatomen aggressus est, à nobis ad hodiernum usq; diem desideratur: Cùm à noni libri dimidio, ad quintumdecimum usq;, tàm Graecè, q̃ Latinè careamus. In quibus quidem deperditis libris & ipse met Vesalius ueriorẽ musculorũ penis anatomen scriptam aliquandò [k] suspicatur. Quòd si neq; in illis (si fortè nõnunq; à tineis iã blattisq; derosi alicubì reperiantur) exquisita, nec nõ uera penis anatome à Galeno scripta sit. tũc proculdubiò tãq; ab oĩ excusatione destitutũ Galenũ ut mãcũ, obscurũ'ue cõdẽnabimus. Etenim si distinctiùs humani penis anotomẽ cognouisset: distinctiùs me hercle, ac exquisitiùs, q̃ libro de locis affectis, ac de partiũ usu scripsit, eũ declarasse autumo. ut aliàs cõsueuit

e 6. de locis aff. cap. 6.

Cõtra Galenum.

f supra fo. 156. uersus finem & 157. in fine.

g .5. 14. de usu partiũ ca. p°. et 2°.

h 6. de locis aff. cap. 6.

i p°. de anato. admi. cap. p°. & 5.

k lib 2°. de humani corporis fabrica c. 49. ĩ fine

Verùm hæc obiter, & præter opinionem dicta intantùm hoc loco sint. Ad nostrum ergo propositum reuersi dicamus priapismum esse præternaturalem, ac non desistentem pudendorum tentionem. Sub cuius definitione satyriasmos, iuxta tertium præassumptum [l] significatum, apud Galenum intelligitur. Cui medicorum phœbo tùm Oribasius, [m] tùm etiam Trallianus [n] astipulari uidentur. Etenim, quia nullam de satyriasi mentionem facientes, at de solo priapismo locuti sunt, Galenum insecuti esse omninò uidentur. Definitionum uerò medicarū Author oppositum potiùs obseruasse uidetur. Veluti enim Galenus sub priapismo satyriasmon comprehendebat. Sic ille innominatus, Galeno tamen ascriptus, Author sub satyriasi priapismum intellexit. Cùm nulla de priapismo mentione facta, satyriasin ijs uerbis definierit. [o] σατυρίασις ἐστὶ πάθος, μετὰ ἐντάσεως αἰδοίου γιγνόμενον, μετὰ τοῦ τείνεσθαι αὐτοῖς τὰ μόρια· ἐστὶ δὲ οἷς καὶ σπέρματος ἐξακοντισμὸς μεθ᾽ ἡδονῆς γίγνεται· παραφέρονται δὲ τὴν γνώμην· καὶ νεύρων τάσις καὶ σπέρματος γίνεται. quod est. satyriasis est affectus cum genitalis membri tensione, simul extensis huius particulis. (ubi αὐτῷ, siue αὐτοῦ, legendum potiùs q; αὐτοῖς, apparet) sunt autem, quibus & seminis eiaculatio cum uoluptate fiat: Mente autem exturbantur, & neruorum tensio, ac spermatis etiam fit.} Intelligo autem non omnes, at quosdam mente, ob cerebri consensum, perturbari: & deinceps neruorum, quibus cerebri passio communicata sit, extensionem ijs accedere: ac demùm spermatis quoq;, ut in epilepticis nonnunq; fieri (Galeno [p] met, præter quotidianum experimentum, erudiente) consueuit, eiaculationem superuenire. quemadmodum nec omnibus, at quibusdam huiusce spermatis cū uoluptate eductionem fieri paulò priùs prædictus author insinuauerat. Id quod Galeno minimè contradicere opinor. Quanuis enim absq; coeundi desiderio talem genitalis membri erectionem priapismo inesse dixerit: Haud quaquā tamen semen eijcere nonnūq; posse abnegat, immò posse iam innuit: qùm de amico loqueretur, cui, ob nimiam concubitus abstinentiam, rigidus, tumidusq; præternaturam factus penis erat. Curationem nāq; tangens ait. [q] Tum equidem, illi consului, ut collectum iam genitale semen excerneret, posteà uerò & à narrationibus, & spectaculis, meditationibusq; libidinem suscitare potentibus summoperè caueret. etc. Quemadmodum neq; inficias iuisse Galenum offendimus, in illius seminis emissione aliquam posse delectationem homini sic affecto inesse. At id duntaxat expressit. quoniam scilicet præter uoluntatem, & coeundi desiderium accidit huiusmodi præternaturalis pudendi extensio, quem priapismum nuncupauimus. Quùm ergo subdit Definitionum medicarū Author {Mente autem exturbantur. etc.} Ad eos, qui cum uoluptate semen eijciunt, minimè referendum puto: at ad alios. Qui enim cum uoluptate eijciunt, perturbati mente non sunt. Quēadmodū neq; exturbatis, aut neruorum tensione molestatis delectatio uoluptasq; adesse potest. Quanq; instar (ut diximus) epilepticorum eijcere semen aliquandò ualent. Ideoq; ad gonorrhœam Galenus [r] reduxit: Vbi quidem inuoluntarius seminis exitus fit. Quas obres sic ultima illius Authoris uerba legerem {καὶ σπέρματος ἐξακοντισμὸς γίνεται.} Nam dictio illa {ἐξακοντισμὸς} idest {eiaculatio} uel supplenda, uel omninò subintelligenda mihi uidetur. Hoc igitur pacto prædictus Author intelligendus uenit. Ni condēnare hominē impiè determinarimus. Quòd si eā ab innominato Authore, Galeno tamē ascripto satyriasin intelligi uolueris, quā Paulus (ut posteà uidebimus) descripsit, tuū ē. Ego āt ad Galeni priapismū potiùs accedo: Cū lōgè magis à Pauli satyriasi distare (siqdē peregrina mēte cōsideraris) appareat.

Verùm

l supra fo.153. et sequentibus.
m lib. curōnum cap.128.
n lib.9. cap. 10.
o post medium libri.
Definitionū libri locus.
p 14. de usu partiū cap.10. in fine
q 6. de loc. affec. in fine.
r 14. de usu partiū ca.10. ĩ fine
Definitionū libri locus.

Verùm de his usq; adeò dictum sit. Nostrum ergo propositum exequamur. Galenus .n. (ut ad id unde digressi sumus reuertamur) satyriasis, siue satyriasmi nomine præternaturalem, ac non desistentem pudendorum tentionem, quam alij priapismon quoq; uocant, tertia iam dicta 4[m]. significatione declarauit.[s] Paulus uerò (ut quarta insimul nominis significatio subiungatur) satyriasin à priapismo distinxit:[t] ut longè diuersos affectus intellexerit. Quamobrem & distinctis seorsùm capitibus de utrisq; determinauit. De satyriasi priùs, hæc uerba scribens.[u] » Satyriasis est pudendi palpitatio, quæ cuidam spermaticorum uasorum inflammatoriæ affe» ctioni cum tensione superuenit. Hæc palpitatio nisi finiatur, in seminariorum uasorum reso» lutionem, aut conuulsionem delabi consueuit. Ac qui conuulsi fuerint, celeriter intereũt. Obeun 10 tes autem uẽtre inflantur: & frigidum sudorem emittunt. Et mulieribus quoq;, sed raro, hoc » mali accidit.} Deinceps uerò seorsùm de priapismo sic loquitur, dicẽs.[x] {Priapismus est firmũ » stàbile'ue genitalis incrementum. quod in longum, atq; circulum latum'ue intumescit, citra ue» neris appetentiam. Flatulentus nimirùm est spiritus, qui particulam in tumorem attollit: ex hu» moribus crassis, & uiscosis, modici caloris opera procreatus.} Quam quidẽ satyriasis, ac priapismi à Paulo positam differentiam & ipse etiam Arabum Princeps obseruasse uisus est.[y] (tametsi apud Barbaros nulla de nominibus: at de rebus potiùs habenda cura est. Diuersis ergo capitibus de ijs loquitur. De priapismo .s. Græcorũ nomine seruato, tractatu primo.[z] dein autem secundo tractatu[a] de Acrain, siue Arsaco. Quibus Arabicis nominibus Pauli satyriasim intellexisse, cuiuis uel leuiter amborum uerba considerãti patere potest. Quanq; circa pria 20 pismi nomen & à Paulo & Galeno bifariàm Princeps differe apparet. Primò quoniam dùm p[o]. in principio affectus est, non adhùc priapismi nomine dignatur: at multitudinem erectionis nuncupat. Quam ueluti medium transitus inter naturalem, ac uoluntariam quodammodò erectionem, & fixum, firmatumq; priapismum posuit. Id quod profectò non ut Galeno, ac Paulo aduersum capio. Sed potiùs ut rem distinctiùs enucleans. Ne absq; ullo medio subitus euestigiò transitus ponatur. Haud enim sic propriè priapismus nuncupandus uenit: siquidem penitùs fixa, permanensq; adhùc talis erectio non sit. Verùm quia naturalem modũ excedit: Cùm sepiùs, ac ualidiùs, firmiusq; contingat, q̃ pro naturæ modo esse debeat. Idcircò non temerè multitudinem erectionis, ueluti quandam neutralitatem, aut si dixisse mauis, leuiorem affectum, & medium, priapismiq; nuntium intelligemus: Qùm uero confirmatur, & omninò 30 præter uoluntatem figitur talis erectio, priapismum tunc fore præsenti quidem animo deter2[o]. minabimus. Secundo Principem à Galeno, Pauloq; differre offendimus: quoniam priapismum ipsis quoq; mulieribus aduenire scripsit: qùm de uteri affectibus loquitur.[b] uehemẽs insatiabileq; coeundi desiderium in illis, tali nomine, (ut maior æquiuocatio propaletur) ostendens. Quem quidem Principem plurimi Barbarolatinorum sectati sunt: ut de mulierum priapismo locuti sint. At id quidem à prædictis authoribus alienum longè magis est. Cùm non fœminis, sed uiris duntaxat priapismum aduenire scripserint. Nec coeundi appetentiam hoc nomine significari, at inuitam, & molestissimã erectionem uoluerint. Quamobrẽ æquiuocè priapismum ab his captum esse, dicendum uenit. Quin (ut æquiuocationis confusio uitetur) non simpliciter, absoluteq;, Sed cum additione {mulierum} priapismũ .s. mulierum, pronuntiandũ fore 40 determinabimus. De quò quidem, ueluti & de alijs æquiuocatis (ut logici dicunt) priapismis posteà sermocinabimur. Nunc .n. Pauli priapismum, atq; satyriasin enarrare propositum est.

s lib. de tu. præt. nat. cap. 15.

Satyriasis significatũ 4[m].

t lib. 3. cap. 56. & 57.

u ca. 56. in principio.

x ca. 57. ĩ prin.

y 20[a]. fen. 3[a]. canonis.

z cap. 37. 38. 39

a cap. 5. & 6.

Aui[a]. à Galeno, & Paulo bifariàm differt.

2[o].

b 21[a]. fen. 3[a]. tr. 3. cap. 15. et 16.

Priapismus æquocè nõnũq; capitur.

c 9¹.theoricæ.ca. 38.& 8¹ practicæ.cap.7.
d cap.80.

Quem non Auicena modò, sed ipse etiam Hali Abbas [c] insecutus est. ut qui Pauli Satyriasim innuit, uirgæ titillationem appellans: atq; hanc à Priapismo, Pauli quoq; instar, secreuit. Razes uero ante hos Arabes distincta, libro Diuisionum, [d] capita scripsit. Quorũ primum est {de multitudine desiderij coitus.} Sub qua tàm mulierum uocatum Priapismum, q̃; uirorum inordinatum, superfluumq́;, & morbosum, ac demùm insatiabilem appetitum intellexisse patet. Quem in uiris quoq; à nonnullis Priapismum: ab alijs uerò satyriasmum nuncupari ostendemus. Alterum caput est de Priapismo propriè dicto. [e] quem ipse, uel potiùs eius traductor assiduam erectionem appellat. Quin & libro, quem Continentem uocat, quùm de matricis affectibus loquitur: [f] De pruritu matricis, uehementiq́; ad coitum cum uiris desiderio determinat. In cuius capitis titulo sic scribitur. {De pruritu matricis, & Priapismo mulierum.} Et rursùs de membrorum generationis affectibus sermocinãs: [g] De superfluo appetitu coitus in uiris, [h] seorsùm à mulierum (ut in titulo scribitur) Priapismo [i] determinauit. Præter quæ adhùc distinctum locum inuenies [k] De superflua extensione & inflatione ueretri: quã corrupto uocabulo priùs passionem Marismi appellat: [l] ac iterùm [m] ex Galeno de locis dolentibus [n] hunc affectum describens, corruptissimis dictionibus, utitur, hoc modo. {Passio quæ appellatur Carbonisius, uel Sittriasis. etc.} C[ar]bonisii. n. nomine, priapismum: sittriasis uerò, satyriasmũ intelligo. Vbi utrunq; nomen priapismum. s. uel Carbonisium, & satyriasim siue sittriasim, ut patet, ex Galeni dogmate confundit. pro uno eodẽq; affectu intelligens. E quibus omnibus quãta sit in Barbarorum monumentis confusio, promptissimè colliges. Verùm enimuerò in Barbarorum nugis longè plùs q̃; decebat, quadam consequentia tracti retardauimus. Ad Græcos igitur conuertamur. Vbi Galenum inuenimus priapismum à Satyriasmo nihil in pudendorum affectibus differre opinãtem. Paulum uerò pro duobus diuersis morbis accepisse. Quẽ & Princeps, & Hali Abbas, nedùm Razes insecuti (quò ad morborum naturas) sunt. Licet quò ad nomina determinare nil possimus. Cùm Arabicis, Barbarisq́;, & corruptissimis nominibus utantur. His ergo expeditis, quatuor satyriasis. satyriasmi'ue significata, & quidem satis diuersa liquent. q̃; q̃; omnia à satyrorum similitudinè desumpta sunt. Primum, quia morbũ, quẽ aliàs elephantiasim, atq; leontiasim, & secundùm Arabes lepram nuncupauimus, ostendit. Secundum est quoniam ossium Malarum, siue temporum eminentias præsefert. Tertium uerò est, quia idem Galeno quod priapismus aliquando indigitat. Quartum deniq;, quoniam quid diuersum à priapismo, & mulieribus ẽt communem affectum penès Paulũ significat. QVIBVS

e cap.81.
f lib.9.cap.2.litera.M.
g.lib.xi.cōtin.ca. 4.&.5.
h litera f.
i litera.t.
k ca.4.litera.q.
l post princ.cap.
m uersus finem capitis.
n 6.de loc. affe: cap.6.

o lib.de linguarum Hip. interpretatione.
p 3¹. aphorismorũ apho.26.

Succedit quintum quoq; significatum iuxta Hippocratis (uel Galeno [o] enarrante) consuetudinẽ: à similitudine quoq; acceptum. Quoniam. s. prælonga tubercula partium adenosarum circa aures præsefert Quomodo Hippocratem in Aphorismis [p] accepisse opinamur: Siquidem ab Hippocrate positam in aphorismo particulam admiserimus. qùm de tertia ætate loquens (eorum. s. qui mediam inter illos, qui iam dentes ædiderũt, & qui sunt pubertati proximi, ætatem habent) ait. {Grãdioribus uerò factis paristhmia, & uertebræ quæ in occipitio ad interiora luxationes, asthmata, calculi, lumbrici teretes, ascarides, acrochordones, Satyriasmi, strumæ, & alia tubercula, sed præcipuè a[b ip]sis dicta.} Si ab Hippocrate inq; in aphorismo scriptam fuisse dictionem {Satyriasmi} admiserimus. Etenim Galenus ea in Hippocratis codicibus particula caruisse apparet. Cùm nil in aphorismi enarratione meminerit. Quanq̃; singulas alias dictiones minutissimè, uel rationibus, enuclearet. Sed ne aliud quidem ex octauo de Hippocratis

tis ac Platonis decretis [q] elicitur. Vbi eundem aphorismum recitans Galenus {Satyriases} in Hippocratis serie refert. Haud enim ibi de huiuscemodi affectu quippiam Galenus enarrat, nisi ꝙ aphorismi uerba simpliciter scribit. Possibile autem est aliquem Galeni uerba transcribentem, & hac dictionem in aphorismo apud recentiores Hippocratis codices legentem eum locum correxisse: ac talem quoq; affectum interseruisse. Galeni uerò literam insecutum esse Philotheum patet, qui nil de tali nomine in aphorismi enarratione tetigit. Quorũ profectò codices & Celsus [r] etiam confirmare uidetur: qui aphorismum quoq; latinè referens, nil de satyriasi meminit. Quanq; neq; Celsi authoritas necessariò nos cogit, ut sic Hippocratis contextum habere opinemur. Cùm plures alias etiam particulas omittere consueuerit. Nam uel
10 in hac sententia uidemus ꝙ asthmata, lumbricos rotundos, ascarides & calculos, in Hippocratis quidem contextu positos affectus sub silentio præteriuit. Atq; ita in multis quoq; alijs ab eo relatis & in latinum conuersis aphorismis obseruare poteris. Sæpenumerò enim omnia quæ ab Hippocrate præscripta sunt, nonnunq; uerò ea duntaxat, quæ sibi placuerint, referre solitus est. At enimuerò siue Galenus, Celsus'ue, ac Philotheus hanc dictionem in aphorismo legerint, siue non: proculdubiò nil refert. Nos autem quia in Græco Hippocratis codice reperimus. Idcircò quidnam Hippocrates satiriasmi nomeclatura intellexerit uestigabimus. Exquisitè igitur cuncta perpendentes tubercula iuxta aures (quemadmodũ præassumptum iam est) in adenosis carunculis oborta intelligimus. à Satyrorum quoq; similitudine impositum esse nomen cognoscentes. Etenim huius uisuntur modi (Cælio Rhodigino [s] teste) sub ipsas satyrorũ
20 aures. Accidunt uerò prædictæ iam ætati hæc tubercula, perindè ac & alij omnes in aphorismo præscripti morbi, non ob pituitæ modò abundantiam, sed ob inordinatos etiam motus, præsertimq; ab assumptis & quidem irregularibus quoq; cibis. Hæc ætas est ad duodecimum ac tertiumdecimum aliquandò annum perdurans: quam Princeps concussionis ætatem nuncupauit, [t] ab eo ꝙ continuo motu, & concussione corporis (ut aliqui uolunt) agitentur. Ea igitur tubercula ex Hippocrate intelligimus: quæ theres & pheres uocari Celius [u] ex Galeno retulit. Quorundam intereà sententiam negligentes, qui inchoantem elephantiasim in aphorismi enarratione intelligunt. Cùm ab atra potiùs bili talis affectus suæ generationis initium suscipere (ueluti præscriptum [x] est) soleat. Quiquidem humor in ea, de qua aphorismus loquitur, ætate non abundat, quinimmò maxima ex parte nullus reperitur. Quòd si alicui ætati magis
30 proprium elephantiasis initium, aut ipsa met elephantiasis est: Iuuentuti potiùs, ubi plurima succorum combustio fit, aut inclinanti ætati (quam semicanam, crudamq; senectutem ex Galeno [y] appellare consueuimus) in qua magis atrabilarius humor aceruari solet, dedicandus morbus, aut morbi principium foret. Quarum profectò ætatũ morbos iam deinceps proprijs aphorismis enumerauit. [z] Quidam autem pudendorũ intensiones intellexerũt: uti Galenus [a] Hippocratis linguas enarrans adiunxit. Verùm in aphorismo talem pudendi dispositionem (quem & priapismum aptiùs nominari prædictum est) intelligere, incongruum reputamus. Haud ea quidem ratione quam nonnulli assignarunt: Quia. s. uirilis membri erectiones in hac ætate non fiant. Falsum nanq; idipsum est: Quoniam priapismus absq; omni penitùs coeundi desiderio, aut uoluptate (Galeno docente [b]) fit. Sepenumerò autem in ipsis etiam infantulis, ob fla-
40 tuosi spiritus abundantiam, stabilem, constantemq; uirgæ erectionem conspeximus: adeoq; dolorosam, ut crucientur, ac genitrices affligant, mirum in modum uociferantes, uagientesq;, do-

nec

q cap. 7°. uersus finem.

r lib. 2. cap. 2°.

Satyriasmus apud Hippoc. quid.

s lib. 14. lectionũ antiquarũ cap. 8. in fine.

t p[a]. p[1]. doc. 3. ca. 3. circa princ.

u ibidẽ. s. lib. 14 cap. 8. in fine.

Cõtra Brasauolum.

x supra. fo. 149 150 & 151.

y 5. de tuẽda ualet. in fine & 2. prognost cõ. 69.

z 3[1]. aphoris. apho. 20. et 30.

a in dictione satyriasmi.

Cõtra musam

b 14. metho. ca. 7. & 6. de locis affectis cap. ult 3[1]. de sympt. cau. cap. 4°. uer finẽ & 9. de compo. med. secun. loca ca. 7. uer. finem

nec adhibitis contra flatuosum spiritum præsidijs, tam deuoratis medicaminibus, aromaticisq; electarijs, q; calidis fotibus, unguinibus'ue, aut suppositis glãdibus, eructatione tandem, uel crepitu uentus discutiatur. Quò tempore statim & eorum penis emollitus iam recidit, & clamor, ac uagitus cessat. Sæpiculè autem & unà meiunt, multotiès uerò & excernunt. Quibus quidem peractis quamprimùm incolumes redditi, pristinæq; iam sanitati restituti suauissimè conquiescunt. Itaq; si aduenire infantibus huiusmodi erectionem uidimus, cur grãdioribus accidere non potest? etiam si perfecti nondùm sint, ut naturalem cum appetitu erectionem habere queant. Multóq; magis cùm in ea quidem ætate ad tertiumdecimum usq; annum protensa, tametsi absq; prolifici seminis reiectione, magna nihilominùs prurigine, ac pudendi tentigine molestentur pueri: ut hinc nonnulli concussiuam à Principe dictam ætatem reputarint: Quoniã scilicet à flatuoso spiritu molestati, quapiam dulcedine, ad illius, non seminis eiectionem incitati concutiantur. Non ea igitur, quã opinati sunt, ratione Hippocratem de priapismo nequaq; intellexisse, compertum habemus. At quoniam huiuscemodi affectus illi ætati proprius nõ esset: ut saltem illi magis, q; alijs, præsertim ex grandioribus, dedicetur. Etenim si cuipiam ætati attribuendus hic morbus, ut ei familiarior esset: Vel iuuẽtuti, cũ Galeno[c] ascribendus foret. Cũ iuuenibus, ob seminis præcipuè retentionẽ, frequentiùs aduenire diuturnus priapismus cõsueuerit. Vel infantulis, quibus ob frigiditatem continẽtis, lactisq; præter modum, & ordinẽ ingurgitati corruptionem, sæpiùs q; ipsis etiam iuuenibus, tametsi minùs durans penis erectio cõtingat. Quamobrẽ ad Hippocratis intentionem, simul & ueritatem propinquiùs accedentes, non id satyriasmi significatum: at alterum in aphorismi enarratione capiemus. ut. s. prælonga tubercula adenosarum propè aures carnium intellexerimus. Quoquidem expedito, ad alia satyriasmi significata pertransire tempestiuum est. Sextum ergo (ut non apud Græcos modò, atq; Arabes, uerùm & ipsos quoq; Romanos æquiuocatio propaletur) significatũ est: quoniam ex certa corporis incommoditate, quæ etiam mulieribus aliquandò contingit, desiderium insatiabile, & tensionem particulæ, cum assidua patratione auidissimam satyriasis facit: quemadmodum Theodorus Priscianus definiuit.[d] Qui nihilominùs inter temporales, atq; et acutas (licet sine febribus, quantum ex se est, adueniat) ægritudines connumerat. ut. s. quãdoq; longus diuturnusq; (qùm leuior est, & grandioribus magna ex parte contingens) quãdoq; autem breuior fiat affectus: quùm. s. fortior est, ac dolorẽ uehementiùs excitans, uelut in ipsis infantulis sæpiusculè aduenire prædiximus. Priapismum uerò pro eodem Priscianus accepit. qua de re quẽadmodum satyriasis apud Paulum mulierculis etiam communis est: Ita (cùm pro eodem capiatur) priapismus utriq; cõmunis dici queat. Hanc enim passionẽ, (Priscianus subdit,) quã scilicet satyriasim prænominauimus, priapismon aliqui appellauerũt. Ni uolueris tũc priapismo duntaxat confundi, quùm uiris contigerit. Intelligo autem Prisciani uerba [cum assidua patratione] hoc est, cum frequenti coitus executione, ac complemento, donec uidelicet semen eijciatur: haud quaq; tamen sacietur. Etenim coire iam qui priapismum patiuntur ex Galeno[e] iam anteà declarauimus.[f] tametsi absq; appetitu coeundi Galenus affectum intellexit. Septimum uerò ab hoc sexto (ut mihi uidetur) diuersum significatum satyriasis; apud Cæliũ Aurelianum[g] colligitur. Differre enim à priapismo Satyriasin uoluit: siquidem hæc celer sit, & non tardet in corpore. Priapismus autem multis etiam mensibus durasse inuentus est: De quo quidem anteà sic dixerat. Sine ullo dolore, uel consensu tentigo ueretri fiet: & appellatur „ priapismos:

Side notes: 10 · 20 · 6m. · 30 · 7m. · 40

c 14. meth. ca. 7

d lib. 2. ad Themotũ cap. xi. in principio.

e 6. de loc. affe. uersus finem.

f supra fol. 159

g lib. 5. chroniõ cap. 9.

" priapismos: Sed uocabulum sumpsit à similitudine Priaporum: quòd ita formetur, ut recto ue-
" retro fingatur. Huius autem passionis meminit Demetrius Apameus libro signorum. ait enim
" senem in se met manu operantem, nec quicq; potuisse peragere: tensionem autem fuisse uere-
" tri nimiam, cum paruo dolore, ut cornu putaretur: & ita perseuerasse multis mensibus: nullo
" quoq; adiutorio cessasse, ac tardè, atq; longo tempore quieuisse. Quò fiet ut à satyriasi discer
natur priapismus etc. Hæc Cœlius: qui quidem licet sine ullo dolore priapismum ab initio sta-
tim capitis fieri prædixerit: quemadmodum aliàs [h] quoq; prænuntiauerat: Cum paruo tamen
dolore: senilis uerectri tensionem fuisse adiunxit. Quamobrem absq; ullo penitus dolore, uel sal
tem cum paruo, & uix effatu digno dolore, pro suorum dictorũ concordia, intelligendũ. quanq;
10 huiusce rei ueritatem, atq; aliorum quoq; sententiã paulò inferiùs discussuri sumus. Atq; hæc
quidem septem satyriasis, siue satyriasmi significata à satyrorum similitudine desumi cui uis
8m. compertissimum est. Octauum uerò ex Oribasiolo [i] collegimus (sic enim diminutiuè, ad dif-
ferentiã Græci Oribasii, aphorismorum Latinum interpretẽ uocare consueuimus.) Qui qui-
dem è uerrucarum genere satyriasim reputauit: in eo nihilominùs ab acrochordone (de quo
priùs Hippocrates meminerat) differentem: quoniam acrochordon singulatim fit: Satyriasis
uerò una excellens uerruca est, cui multæ paruæ circumstant. Tamen utraq; satyriasis. s. &
acrochordon, (ut idem Author subdit) ex pituita fit. Verùmtamen id postremum satyriasis
ex Oribasiolo desumptum significatum, uelut ab omni authoritate, ac similitudinis ratione se-
motum negligimus. Perindè ac plurima etiam alia huiusce farinæ dicta in eius uiri commẽta-
20 rijs inueniuntur. De satyriasmi ergo significatis hactenùs dictum sit. E quibus quidem omni-
p°. bus exquisitè perpensis, priapismum quadrifariàm dici posse iam liquet. Primò ut idem, quod
satyriasmus iuxta tertium significatum, Galeno præ se fert. Quanq; Aetius [k] Galeni priapis-
mum, & Pauli satyriasmum, amborumq; curationem confundit. Atq; idipsum (ut mihi uide-
tur) inconsultè, ac tanq; dissonus Galeni recitator scripsit. Cùm ex Galeno locuturum in capi
tis titulo promiserit. Quemadmodum cui uis tàm Galeni, q; Pauli, ac deinceps ipsius Aetij uer
2°. ba consideranti promptissimè perspicuũ fieri potest. Secundò autem capitur priapismus apud
" Paulum arctiùs, q; ut satyriasin comprehenderet. Quin ut ab ea, penès quartum significatum
3° assumpta, differt. & si non aliud priapismus nunc, q; primo modo, præ se ferat. Tertiò pria-
pismos capi consueuit, Vt idem, quod satyriasis iuxta sextum significatum accepta, apud Pri-
4° scianum indigitat. Quartò demùm sumitur apud Cœlium Aurelianum, ut à satyriasi septimo
30 significatu intellecta differt. Quanuis non aliud quartus hic priapismi modus ostendat, q; quod
primus, secũdusq; præscriptus modus insinuauerat. præternaturalem. s. ac non desistentem co
lis tensionem, sine ullo tamen, aut saltem pauco penès eundem Cœlium dolore. Penès Cœlium
inq;. Galenus enim nullã de dolore mentionem fecit. Sed ne Oribasius quidẽ, aut Paulus: Nec
ipse Arabum Princeps de dolore quippiam tetigit. Nisi ꝙ si perdurat, & non curatur, ad te-
tanum peruenire, atq; calidum apostema phlegmonen'ue inducere ait. Quæ quidem absq; dolo
re proculdubiò consistere nequeunt. Quamobrem nobis uidetur ꝙ in principio dolor necessa
7m. rius non sit: sed temporis progressu, ob nimiam penis, uasorumq; adiacentium extensionẽ. Præ
cipuè si quispiã immodicè membrum calefaciens maximæ dilatationis causa sit, spirituificatio-
40 nisq;: cuius ratione dolorem intendi necessum est. Qua de re nec Hali Abbas cùm de priapis-
" mo loquitur doloris aliquo pacto meminit: Quanq; de titillatione sermonem agens, quæ Pauli
satyriasi

[h] lib. 2°. cap. p°. post principia. Solutio cõtra dictiõis cœli.

[i] 3ᵗ. aphorismorum. cõm. 30.

Contrb Oribasiolum.

Priapis. 4ᵗ.

[k] lib. 12 cap. 32. Cõtra Aetiũ.

An ĩ priapismo sit dolor.

satyriasi correspondet, ibi calidum apostema posuit. quod sine dolore, in membro præsertim adeò sensitiuo, fieri non potest. Aetius uerò qui hanc Pauli satyriasim cum Galeni priapis- mo (ueluti iam iam prædiximus) ineptissimè confundit: uehementes priapismo cruciatus ines- se insinuat: sic dicens.[l] Cæterùm dolores eis contingunt, quales tetanici habent, & hi qui reli- quis membris distenduntur. Inflatum.n. & distentum pudendum, conuulsionis modo, afficitur: & ex præcipiti hoc modo affecti pereunt: Nisi confestim eis auxiliũ feratur. Quùm uerò mo- riuntur, uentre inflantur, & frigidum exudant. id quod & eis euenit, qui alijs conulsionis mo- dis perimuntur. etc. Hæc Aetius, quæ à Paulo de satyriasi, ubi phlegmone inest, loquẽte tran- scripta esse cui uis etiam candidato iam liquet. Quæ si priapismo quidem inessent, non hercle diuturnus affectus esset priapismus, at longè acutior, periculosiorq́; q̃ à ueteribus descriptus sit. In principio igitur uel nullus, uel minimus quidem dolor inest: Temporis autem processu magnus etiam aliquandò superuenire potest. Quanuis autem octo modis satyriasis, & qua- tuor (perindè ac declaratum iam est) priapismus, secundùm uaria priscorum placita, capiatur. Nihilominus tamen Galenum hìc exponentes, pro eodem (ipsius dogmate) assumpsimus. ut iuxta tertium significatum satyriasis, primo autem modo Priapismus, pro uno & eodem tu- more accipiantur. Quamobrem uigesimum octauum tumorem in catalogo connumerantes: sa- tyriasmum seu priapismũ prædiximus. QVO quidem expedito, iam tempestiuũ est ad Acho- ras, nonum.s. ac uigesimum tumorem pertransire: capitis uidelicet cuti, (maximéq; infantium, & puerorum) proprium cum tumore ulcusculum. In cuius quidem enucleatione, insimul etiã de fauo, propter morborum affinitatem, determinabimus. Quemadmodum Galenus, atq; om- nes ferè ipsius æmuli obseruarunt. Dicitur autem Latinè fauus, qui à Græcis κηρίον, à qui- busdã uerò Græcos imitantibus Latinis Cerion appellatur. Qua tamẽ in dictione aduertẽdũ est κειρία per, ει, quod Linacer etiã Galeni interpres {ceria} cõuertit, aliud significare, longũ s. latumq; lumbricum. Sic enim Græci (Galeno etiam erudiente[l]) huiuscemodi uermem ap- pellant: quem nostri uulgò cintam in Sicilia nuncupant. Id quod ob eos quidem notasse uolui- mus, qui Græcarum literarũ expertes sunt. ne in dictione {ceria} decipiantur. Verùm defini- tiones utriusq; affectus contẽplemur. Inter affectiones igitur cutis capitis (Medicorũ phœbus [m] ait) cõnumeratur quoq; ea, quæ Achor appellatur. ex genere tumorum præter naturam exi- stens: propriam autem, & singularem appellationem nacta, ob symptomatum, quæ ad eam consequuntur, proprietatem: Valdè enim tenuibus foraminibus eroditur: quæ tenuem in se humorem modicè uiscosum complectuntur. In quibus quidem Galeni uerbis, nomenclaturæ ra- tionem habemus. cur. s. Achor huiuscemodi affectus nominatur. A consequentibus enim sym- ptomatibus deductum nomen ait. quæ symptomata duo statim adiunxit: & q̃ tenuibus forami- nibus eroditur, & secundò q̃ tenuem in se humorem, modicéq; uiscosum continent. Quorum profectò secundum Alexander[n] declarat, dicens: Achor est uitium, quod in capitis superficie oboritur, exigua habens foramina, ἐξ ὧν ἔξεισιν ὑγρὸν ἰχῶρι παραπλήσιον. διὰ τοῦτο καὶ ἀχὼρ τὸ πάθος καλεῖται: quod est. ex q̃bus (uidelicet foraminibus) humor ichori saniei'ue similis emanat. quam ob causam & huiusmodi affectus Achor nũcupatur. Ab ichore igitur mu- tata, i, in, a, achor hic morbus (Alexãdro docẽte) nominatus fuit. Est autem Græcè ἰχὼρ, La- tinè uerò sanies, atq; à quibusdam tabes, à Serapione uenenum subtile, ab Auicenna autem ui- rulẽtia dicta, sanguine tenuior humiditas, uariè crassa, & glutinosa, & colorata. De qua qui- dem,

Margin notes:

Cõtra Aetiũ.

l li.12.cap.32.

Determinatio dubij.

Tumor 29.

Achor.

m p°. de compo. med. secũdũ. loc. cap.10. in princ.

κειρία.

Cinta qd.

r 14. meth. cap. 17. circa princ.

Achor unde dicitur.

n lib. p°. ca.8.

ἰχὼρ quid.

dem, ac etiam pure, loco deinceps proprio, plura declaraturi sumus.[o] Hæc igitur à Galeno insinuata, ab Alexandro autem expressa nominis ratio, à secundo symptomate sumpta est. Altera uerò à primo quidem symptomate capi potest: quoniam scilicet tenuibus foraminibus eroditur. atq; inde omninò appellatio ἀχώρων ducta uidetur. quòd uidelicet non amplum locũ occupent: Sed angustis terminis conclusi, tenuem etiam in se humorem comprehendant. à uerbo { χωρέω } quod est { capax sum, seu capio } & priuatiua particula. ᾱ. nomine composito.
» quoniam. s. minimè ampla, capacia'ue foramina sint. Conijceres autem (Galenus etiam alibi[p]
» scripsit) pituitæ id salsæ, & nitrosæ sobolem esse. Nempè ab ipso sanies quædam (ichor'ue)
» defluit, neq; aquosa simpliciter, neq; iam crassa sicuti mel: quemadmodum in his, quæ κηρία,
10 hoc est fauos nominarunt. Etenim hæc cum tumore quodã, & pluribus foraminibus eueniunt,
» melleo quopiam humore effluente. Adhùc & horum tumor paruus existit: sed non eatenùs
» paruus, ueluti achores sunt. etc. Maior igitur in cerijs fauis'ue tumor est, seu mauis dicere minùs paruus, q̃; in achoribus. plura nihilominùs, atq; (ut aliàs[q] inquit) maiora foramina sortitus. Quin (ut Alexander[r] ait) adeò minima in achoribus foramina sunt, ut non uideantur: nisi prout ex ijs humor emanat. Quanuis autem libro de præternaturalibus tumoribus[s] achoras duntaxat nitrosæ pituitæ ascribere Galenus appareat: Vtrũq; tamẽ affectum achorem. s. ac cerion ex misto humiditate genitum esse, de medicamentorum compositione loquens[t] determi-
» nauit. Quùm sic ait. Ad similitudinem uerò eius (hoc est achoris) proximè accedit alia cu-
» tis affectio, quæ fauus, cerion'ue nominatur, maiora enim foramina habet: in quibus humor hy-
20 mettio melli similis continetur. Generatio ipsis ex humore misto est, qui partim tenuem, se-
» rosumq;, ac mordacem, partim uerò crassum succũ in se habet. Tenuis itaq; humor utpotè mor
» dax primùm quidem ad scalpendum ipsos impellit, progressu uerò temporis, ad scalpturã, tùm
» tumor augescit, tùm foramina in ipso erumpunt. Quamobrem Paulus[u] utriusq; affectus originem ex nitrosa salsaq; pituita fieri dixit. Anteà uerò ab ipsis achoribus glutinosam defluere saniem ait. Id quod Galeno aduersum esse, apud eos qui corticem duntaxat considerant, præfertur. Cũ Galenus libro de tumoribus nitrosam, salsamq; pituitã: quæ neq; aquosa, neq; ẽt glutinosa sit achoron causam posuit: Paulus uerò glutinosam (uti diximus) saniem defluere ab ijs inquit. Verùm peregrina mẽte speculantibus; nullam esse discoliam, promptissimè liquet. Etenim haud simpliciter glutinosam esse Galenus abnegauit: adeò ut nil penitùs uiscositatis obti-
30 neret: sed, non sicuti mel glutinosam esse ait. quemadmodum & si quadantenùs aquosa sanies ichor'ue sit, haudquaq̃; tamen simpliciter aquosam: q.d. non aquæ instar liquidam esse uoluit. Quasobres & libro de medicamentorum compositione[x] modicè glutinosum, Græcè ἀτρέμα γλίσχρον, humorem ex achoribus emanare ait. Quem locum & Oribasius,[y] & Aetius[z] etiam exscripserunt. Non igitur aquosa simpliciter, nec mellis instar glutinosa sanies est, & leuiter, modiceq; glutinosa. Aduerbium ergo illud { ἀτρέμα } hoc est { leuiter, modiceq; } siue ut Aetius inquit { μετρίως } hoc est { mediocriter, moderate'ue } Pauli codicibus addendum est. Sicq; ne per somnium quidem ulla contradictio apparebit. Cæterùm quia Galenus[a] humorem in fauis cõtentum optimo melli assimilat, hymettio uidelicet, ab Atticæ regionis monte Hymetto appellato. Absurdum uerò Cornario uisum est optimo melli ulcerum sordes con-
40 ferre. Idcircò Galeni literam deprauatam esse Cornarius[b] reputauit, ac pro { ὑμηττίῳ } legendum esse { τῷ ἐν κηρίῳ } idest in fauo, credidit. Id quod ex Pauli codice, cuius uerba iam

à Galeno

o infrà cap. 24. cõm. p°.

Achoris materia.

p li. de tu. præt. nat. cap. 16.

q p°. de compo. med. secũdũ. loc. cap. 10°. in princ.

r lib. p°. ca. 9. in principio.

s cap. 16.

t lib. p°. de cõp. med. secũdũ loc. cap. x. in princ.

Tumor. 30.

Cerion.

u lib. 3. cap. 3.

Apparentis cõtradictionis inter Galenũ et Paulũ Solutio.

x lib. p°. de cõp. med. secũdũ loc. cap. 10. in princ.

y li. curõnũ cap. 19.

z lib. 6. cap. 68.

Q̃uo faui humor sit optimo melli similis,

a ubi supra.

b ĩ annot. cap. 8. secũd. suas distin.

à Galeno transcripta sunt, atq; etiam ex antiqua Galeni translatione confirmauit. quanq; non Paulus modò, sed ipse met Galenus in libro de tumoribus idem insinuasse uidetur: Cùm nil ibi de hymettio meminerit: Deincepsq; Oribasius, Alexander, atq; Aetius cõprobare uidentur. qui Galeni uerba transcribẽtes hymettium reticuerunt. Nos uerò quia nullum prorsùs absurdum, optimo cuiuis melli ulcerum sordes, tametsi pessimas, conferre, arbitramur. Ideò nõ deprauatam, sed tanq; à Galeno proculdubiò scriptã huiuscemodi similitudinẽ admittimus. Haud enim dulcedini, uel perfectioni, siue odori ipsius mellis comparauit. Verùm Glutinosæ potiùs substãtiæ: fortassisq; etiã colori. Probatius enim (Dioscoride [c] authore) mel illud est, quod dulcius, odoratius, acre, colore subflauum, non liquidum fluxileq;, at ponderosum firmumq; est, ut non facilè rumpatur, quin attractum digitos sequaci lentore sequitur. Huius igitur probatioris mellis tenaciori substantiæ, faui iam dicti quidem affectus humorem Galenus cõparauit: Cùm tenacissimam eius substantiam insinuare uoluerit. ad illius profectò differentiam, quod aquosum, fluxileq; est. Itaq; cùm nomẽ à uetustioribus impositum Galenus innuerit, ut κηρίον appellarint, indeq; sic dictum, quoniam maiuscula foramina continet: è quibus humor tenax, crassusq; emanat melli similis: Determinare quidem uoluit similitudinis rationem uestigãs cui nã melli similis ille humor esset. Etenim non cuiuis, sed optimo, quia non aquoso, liquidò ue, assimilatur. Cuiusmodi mel nostri lilybætani, Megarensesq; iuxta hyblæum montem habitantes, ubi perfectissimum (uel Dioscoride [c] confirmante) mel reperitur, terminthinatum mel nuncupare consueuerunt. quoniam uidelicet adeò tenax, glutinosum ue sit instar eius quæ à Venetijs, pro uera exquisitioriq; terminthina, in Siciliã apportatur. Nec substantiæ tantùmmodò mellis humor hic comparandus est: at (ueluti prædiximus) colori. Cùm non albus omninò qui ab ijs ulceribus emanat, uerùm ob acquisitam pituitæ corruptionẽ, atq; aliquantulam affectæ partis erosionem, ultra bilis admistionẽ (ex mista enim humiditate factos tam achores, q̃ fauos ex Galeno prædictum iam est) subflauus, aut flauus etiam quasi (ut uulgo dicimus) rancidus humor exire apparet. Quanq; in colore nõ magis optimæ, q̃ alijs mellis speciebus (quẽadmodum de substantia præscriptum est) assimilare necessum est. Quin sæpiculè ob intensam corruptionem uariamq; succorum admistionem pessimo, quò ad colorem attinet, melli similis egredi sanies uisa est. Galenus uerò quia substantiæ crassitiem, ac tenacitatem insimul considerabat: optimo melli, hymettio uidelicet, similẽ esse ab ulceris foraminibus destillantem humiditatem protulit. Quam nihilominùs salsam esse pituitam aliquãdo (ueluti in achoribus etiã) ab ipsomet Galeno, [d] ac Paulo [e] colligimus. Alexander [f] uerò ab utrisq; diuersus est, qui non unum, aut ex duobus commistum humorem utriusq; affectus causam esse uoluit. Verùm tripli cem, de achoribus loquens, humoralem causam posuit, quam & in cerijs quoq; intellexit, cum achoribus simile cerion protulerit, [g] μεγέθει μόνον διαφέρον, hoc est magnitudine tantũ differens. quamobrem & eadem utrisq; remedia conuenire subiunxit. Est ergo (ut inquit) [h] id quod ab achoribus defluit, interim biliosum, uel pituitosum: interim uerò etiam melancholicũ. Internoscere igitur principalem causam oportet: Non enim eadem in omnibus curatio existit. Nam quùm recrementum, quod superat, biliosum est, tenue substantia existit quod emanat, et colore suppallidum. Sin autem non tenue substantia & colore suppallidum, sed crassum, et uiscosum extiterit id quod redundat, achoremq; efficit, pituita est. Quòd si nihil horum fuerit, loca uerò unde humor effluit, dura magis, cutim excedentia, & strictiora appareant, ut nequicq;

Cõtra Cornarium,

[c] lib. 2°. ca. 73. & uide Gal. 7. meth. cap. 6.

[c] ibidem.

[d] lib. de tu. pret. nat. ca. 16.
[e] lib. 3. cap. 3.
[f] lib. p°. cap. 8.

Alexander à Gal. et Paulo diuersus.

[g] ibidem cap. 9.
[h] cap. 8.

» quicq; ab eis effluat aut uix exiguum: intelligito melancholicum subesse recrementum, quod
» achorem pariat. Cæterùm etiam obseruari debent causæ, quæ præcesserunt, temperamentum
» ægri, ætas, & gustus. Etenim amarorem sentiunt, quibus causa est biliosa: salsam autem quali
» tatem, quibus est pituita. acidam uerò, quibus humor melancholicus. Iam ex tactu internosce=
» re poteris. Calidior enim tibi apparet, in quibus est biliosum: frigidior autem, in quibus pitui=
» tosum. Minùs autem frigidus, in quibus melancholicum. Ita sanè internosces humores achorem
parientes. Hec Trallianus, cuius uerba in medium adducere decreuimus: ut uarium à Galeno (cui Paulus adhæsit) pernouerimus. Pro cuius quidem diuersitatis concilio non aliter dicendũ fore occurrit: q̃ pituitæ nitrosæ sobolem principaliter utrunq; affectũ esse, uti Galenus, eiusq; sectatores dixerunt. Cui nihilominùs pituitæ lentitiem illam, siue paucã (ut in achoribus) siue maiorem (ut in cerijs) habenti, nonnunq̃ bilim, nonnunq̃ uerò melancholicum succum, siue rectiùs loquendo, atram bilim admisceri absurdum non est: qua de causa uel biliosum, uel melancholicum id quod defluit pronuntiemus. Interdùm uerò, absq; ulla effatu digna cuiusuis alterius succi commistione, sola nitrosa pituita esse potest, tuncq; absolutè pituitosum quod defluit esse proferemus. quin & eadem ratione sanguineum aliquando, propter sanguinis admistionem, & Serapionis,[i] & Rasis,[k] atq; etiam Auicennæ[l] sententia pronuntiare possumus. Quid uerò Arabes, præsertimq; Princeps de hisce affectibus, ac materiali causa senserint: deinceps uberiùs enucleare conabimur.[m] Postquàm Romanorum sententias perscrutarimus. Celsus[n] enim sub meliceria uidetur utrunq; affectum comprehendisse: meliceriam intereà, Græcè μελικηρίαν, à meliceride, Græcè μελικηρίδος (quemadmodum aliàs[o] prænotasse recolo) differentiam subintelligens: Cùm melicerida frigidum tumorem, quod eiusdem generis cum atheromate, ac steatomate sit, meliceriam uerò ulcus foraminulentum, melleóq; fauo simile, quod nunc disquirimus nominarit. Quanq; & meliceriam alibì[p] saniei quandam speciem ab ichore distinctam nuncuparit: quæ. s. ex malis ulceribus, ubi nerui circa articulos læsi sunt, & inter hæc loca maximè genibus. Nonnulli autem ex recentioribus fuerunt. qui μελικήρος, & μελικιρον, Celsi literam corrigere cupientes, legere maluerunt. ut in ultima Celsi impressione patet. ubi plures Romani medici coniuncti sunt. Pro qua
« fortassis uitanda æquiuocatione interdùm non Græco nomine, sed Latino usus est, fauum scilicet appellans. Vt qùm in titulo priùs ait:[q] {Malagma Protarchi ad parotidas, & fauum, & mala ulcera.} Deincepsq; propositũ subdit {Protarchus autem ad parotidas, eaq; tubercu=
» la, quæ meliceriæ. i. faui, uel phymata nominãtur: itẽ mala ulcera. etc.} Vbi deprauatã quadantenus Celsi literam esse, ac pro {melicera} legendum, ut nos fecimus {meliceriæ} opinor. Quo quidem in loco, nõ fauos modò, at phymata quoq; nominasse placuit. Quæ adhùc phymata sæpè maiora furunculis (eodẽ enarrãte[r]) sunt. Verũ de phymatis nominis æquocatione rursùs,
» loco proprio, disputabimus.[s] De fauo igitur meliceria'ue sic ait.[t] Est etiã ulceris genus, quod
» à faui similitudine, μελικηρία à Græcis nominatur: Idq; duas species habet. Alterum subalbi
» dũ furunculo simile, sed maius, & cum dolore maiore. Quod ubi maturescit, habet foramina,
» per quæ fertur humor glutinosus, et purulentus: Nec tamẽ ad sanitatem peruenit. Si diuisum
» est, multò plus intùs corrupti, q̃ in furunculo apparet, altiusq; descendit. Raròfit nisi in
scapulis. Hæc Celsus. In cuius quidem uerbis notandum priùs est, quòd fortè ubi legitur {nisi in scapulis} legendum potiùs foret {nisi in capillis} cùm ueteres capiti magis huiusmodi

O affectus

Alexãdri & Galeni concilium.

i p°. Breu. cap 3°
k de morbis puerorũ cap. p°.
l 7ª. 4ᵗ. tr. 3. c p°
m infrà fol. 172 & sequẽtibus.
n libro. 5. ca. 28. sec. 12.
o supra fo. 85. in princ.
p lib. 5. cap. 26. sec. 17ª.
q ibidẽ cap. 18. sec. 15.

Celsi locus

r Ibidẽ cap. 28. sec. 9.
s infrà in declaratione tumoris. 36ᵗ. fo.
t ubi supra cap. 28. sec. 12.

Celsi locus

Meliceriæ quã partem magis affligant.

affectus aduenire scripserint. Modus quoq; loquendi eius nõ est: quòd ibi tantùm, siue in scapulis, siue in capillis capite´ue contingat: Verùm ꝙ raró in alijs partibus, præterq; in ijs locis, in quibus quidem frequentiùs accidere consueuit. Cuiuis igitur corporis parti cõtingere hũc morbum posse non Celsus tantùm, atq; etiam (ut uidebimus) Theodorus Priscianus.[p] Sed Paulus,[q] itidemq; Actius[r] confirmarunt. Quoniam inter ulcera passim occurrentia, nedùm in capitis affectuum catalogo, nonnunq; reposuerunt. Nos autem & in capite frequentiùs, maximeq; puerorum: & in scapulis etiam aliquandò: quin & unà cum capite, ac scapulis, colloq;, alterum latus, ad cauum usq; subcartilagij & Ilium cõmune (qui locus ab Aristotele[s] χολὰς, à Theodoro autem Latinè cholago nominatus est) serpere hunc morbum, suis cum foraminibus glutinosum ichorem eructantibus, conspeximus. Quem quidem affectum Gregarij chirurgici nostri formiculã nũcupare consueuerũt. & in extremis etiã partibus, ut cruribus, brachijsq; aliquandò contingentem, nobis præsentibus, curarunt. Quid uerò secundum Arabes de affecta peculiariter sede proferendum sit, post hæc disquiremus. Nunc autem secundam meliceriæ speciem à Celso definitam intelligamus. quùm subdit. Alterum est minùs super corpus eminens, durum, latum, subuiride, subpallidum, magis exulceratum. Siquidem ad singulorum pilorum radices foramina sunt, per quæ fertur humor glutinosus, subpallidus, crassitudinem mellis, aut uisci referens, interdùm olei. Si inciditur, uiridis intrà caro apparet. Dolor autem, & inflammatio ingens est: Adeò ut acutam quoq; febrem mouere consuerint. etc. Quanuis autem à Galeno, eiusq; sectatoribus in quibusdã Celsus definiendo difformis sit. Mirum nihilominùs non est. Cùm Galeno uetustior Celsus fuerit. qua de re Galeno conformem fieri non oportuit. Nec Celsum propterea condemnabimus. quoniam innumeræ solent morborum complicationes, ac per hoc uarietates aduenire. Quamobrem & aliquandò non aliter, q̃ Galenus descripserit: nonnunq; uerò, perindè ac Celsus definiuit, huiusmodi ulcera apparent. Vtrouis ergo modo contigerint, ad Galeni cerion, siue achoras: aut (si mauis Celsi nomenclaturam usurpare) ad meliceriam foraminulentus tumor, glutinosam saniem eructans, reducẽdus omninò est. Plinius autem nullibì achoris morbi meminisse inuentus à nobis est, tametsi Achorem Aliquandò muscarum Deum à Cyrenaicis inuocatum scripsit[t] Muscarũ nanq; multitudine (ut ait) Pestilentiam afferente, protinùs illæ intereunt, Postq; litatum est illi Deo. Cerion uerò interdùm tetigit, ac etiam fauum. Vt quùm de peponibus loquens, ait[u] {Radix sanat ulcera concreta in modum faui, quem cerion uocant.} Alibiq; rursùs de fici ramulis inquit[x] {Iidem cum melle ulceribus, quæ ceria uocantur, illinuntur} Ob id igitur ulcera hæc ceria uocantur: quoniam concreta sunt, in modum faui, quem cerion Græcè κηρίον uocant. Vt nulla in Plinij codice deprauatio sit: quemadmodum Cornarius[y] opinabatur. Melicerias autem oxilapathi radice (q̃uis ex aliorum experimento) curare docẽs Plinius,[z] hæc uidetur potiùs ulcera intelligere. Cùm & lepris eodem præsidio succurrat. Verùm quia plurima à Dioscoride Plinius exscripsit: iuxta ipsius placitum id remedium dixisse, alia ex parte, uerosimile est. Quamobrem ex Dioscoride[a] meliceridas, hoc est pituitosos abscessus, mellis instar substantiam continentes, intellexisse promptius est. Perindè ac aliàs[b] meliloton peculiariter, & contra meliceridas efficacẽ esse scribens. Ab codẽ Dioscoride[c] assumpsisse potuit. Quanq; Dioscorides ad achoras etiã ualere meliloton ait. Cũ ergo ambiguus Plinius sit: quia nullibì definiuit, remediaq; prætacta, præsertim oxilapathi radix, communia

p lib. p°. cap. 5.
q lib. 4. cap. 35.
r lib. 15. cap. 11.
s li. p°. de histo. aĩal cap. 13.

Celsus à Galeno difformis.

Celsi & Galeni cõciliũ.

Achor muscarũ Deus.

t lib. x. cap. 28.
u li. 20. naturalis histo. cap. 2. post medium.
x lib. 23. cap. 7. post principia.

Cõtra Cornarium.

y in ãnot. super p°. de cõp. med. secundũ loc. capite de achoribus.
z lib. 20. cap. 21 uersus finem
a lib. 2° ca 105.
b lib. 21. cap. 20. in fine.
c lib. 3. cap. 44.

communia ſint. Idcircò ex ijs à quibus tranſcripſit, meliceridas, & melicerias apud ipſum pro abſceſſu potiùs caperem: cerion uerò fauum'ue de ijs, quæ nunc præ manibus habemus, declarandáq; aſſumpſimus, ulceribus, intelligerem. Tuũ uerò eſt unà cum Hermolao [k] melicerias, fauos intelligere, deincepsq; meliceridas pro abſceſſibus capere. Generali autẽ nominis circũſcriptione dum in capite ſunt, manantia capitis ulcera, nonnunq; [d] appellat. Generalioriq; adhùc deſcriptione, abſq; illa dictione {manantia} per quam quidẽ glutinoſus ille humor emanans intelligitur {capitis ulcera} interdùm [e] protulit. Sub qua me hercle deſcriptione nõ achores modò, ac fauos, at ſicoſas etiã eruptiones, pſydraciáq;, exãthemata, & quæuis alia in capite oborta ulcera intellexiſſe incongruum non eſt. At alios quoq; Romanos cõtemplemur. Theodorus ergo Priſcianus [f] Græcorum (ut uidetur) monumenta tranſcribens, ait. » Achoras papillas dicimus, quæ per cauernas breuiſſimas humorem pinguiſſimum mittunt. Hæc frequenter in capite, uel facie, & cæteris membris emergũt. Quibus & ceteræ papillæ ſunt ſimiles, quas cerionеs appellamus. Sed & diſtant, ꝙ cerionеs plures cauernas egeſtionis habent, & humorem multò pinguiorem emittunt. Achora autem unam cauernam habet & humorem egerit aquatiorem. Eſt nanq; utriſq; cauſa una uitiorum naſcendi neceſſitas. « Hæc Priſcianus. qui nihilominùs bifariã defecit. Primò quoniam papillas morbum quidem apud Paulum [g] Aetiumq; [h] ab achoribus, & cerijs diuerſum, conſundit. Secundò quoniam unam eſſe cauernam in achoribus ait. Cùm tamen & ibi plura foramina ſint, quãuis plura, & quidẽ maiora in cerijs exiſtere prædictum iam ſit. Ni per cauernam non foramina: ſed totam ulceris cauitatem, multis interim foraminibus perforata cuti coopertam intellexiſſe malueris. Qua in re laborare nõ curamus. Haud enim horum triuialium proculdubiò medicorum ſententias, at nomina duntaxat ueſtigare, quibus hi uſi ſunt, impræſentiarum intendimus. Aemilius ergo Macer [i] Græcorum quoq; nomine achoras nominat, dicens: » Et Græcè dictas achoras hoc unguine purgas. » Vlcera ſunt capitis humore fluentia pingui. Marcellus uerò communi prius uoce {capitis ulcera} mox & {ulcera in modũ faui cõcreſcentia} nominat, [k] ceria (ut patet) hac deſcriptione intelligens. Poſteà uerò [l] tineam uidetur utrunq; affectum nuncupaſſe. Quem profectò in modum et Plinio quoq; aſcriptus liber [m] appellat. Quãuis enim anteà ulcera in capite manantia generatim uocarit. Mox tamẽ tineas ſpecialiùs nominauit: priuatim de cerijs alibì [n] mentionem faciẽs. Quam deniq; nomenclaturam non Arabes modò plurimi, ut Hali Abbas, [o] Abenxoar [p] & Conſtantinus Africanus, [q] uerùm & multi horum ſequaces Barbarolatini, quin & omnes ferè noſtræ ætatis gregarij medici, uulgaresq;, atq; etiam mulierculæ uſurpant. A ſimilitudine fortaſſis (uti Rhodiginus Cælius ait [r]) ueſtes abrodentium tinearum. Sic uidelicet capitis cute perforata, uti ueſtimẽta mali genere pertuſa euileſcũt. Vel ſi clariùs dixiſſe malueris: quẽadmodum in puluerulentis, uetuſtioribus'ue pãnis repertæ tineæ multo, eoq; tenui morſu, & continua eroſione ueſtes perforant: Sic capitis cutem achores, atq; etiam faui quàmplurimis foraminibus erodũt. Fortaſſis aũt & alia ratione tineas nuncuparunt. Quoniam ſcilicet interdùm animalcula, uermiculiq;, illorum inſtar, qui ex putrida carne gigni ſolent, quiq; ueſtes, aut libros erodunt, in huiuſcemodi ulceribus enaſci uidentur. Præſertim quotiès nudo capite pueruli maneant: adeò ut muſcæ gregatim eò concurrentes excernant. Quamprimùm enim ubi excreuerint tineas uermiculos'ue oriri cuiuis etiam imperito compertum eſt. eoq; citiùs, quò ſordidius ulcus extiterit. Cillam uulgares Neapoli nuncupant. Verùm quia

Marginal notes:

k in Plinij gloſſematibus.

d ut lib. 20. cap. 21. poſt princ.

e ut lib 21. ca. 19 uerſus finem.

f lib. p°. ad Timotheũ cap. 5. in principio.

Ceriones.

Cõtra Priſcianum.

g libro 3. cap. 3.

h lib. 6. cap. 70.

i cap. 7. de Ruta

k li. ſuo de med. cap. 4.

l ibidem cap. 5.

m lib p°. cap. 5.

n lib. 14. cap. 14

o 8. theoricæ ca. 18. & 4ᵗ. practicæ cap. 13.

p lib p° theyſir tr p°. cap. 2.

Tinea unde dicitur.

q li. p°. de morb. curatione & cognitione cap 8.

r lib 25. lectionũ antiquarũ ca. 26. prope finem.

Cilla quid.

non omnes, qui tineæ uocabulo usi sunt, æqualiter illius significationem intelligunt. Nõnulli.n. generalius, nõnulli uerò specialiùs: Quidã adhuc pro eodẽ cũ sahafati. Quidam uerò ut diuersum tineæ significatũ accipiũt. Hac de causa digrediendũ rursùs pro Arabũ nomenclaturis uidetur. Vt cũctos medicinæ scriptores absq; sudore intellexisse perfacile sit. Tineæq; insimul nomen exquisitiùs cõprehenderimus. In primis igitur Serapio de achoribus, ac cerijs eodẽ capite determinauit:[s] achoras quidẽ sub nomine sahafati humidæ, ceria autem fauos'ue sub nomine fauositatis intelligens. Qui tamen de sahafati sicca nullũ speciale caput adiunxit: sub impetigine fortassis intelligens.[t] quoniã (ut ex Principe uidebimus) maioris duntaxat minoris'ue rõne ab ea differt. Rationẽ quoq; Arabici nominis adiunxit: Cur.s. sahafati nũcupatus huiusmodi affectus sit. Etenim asef, & asaf, unde dicitur asafati, siue (ut alij dicũt) sahafati, apud eius nationis medicos eũ affectũ præseferũt, quam Principis interpres {desudationẽ} uertit:[u] cui quidẽ Hippocratis,[x] & Galeni[y] ὑδρῶα, Latinè sudamina respondent. Vt ijs etiã liquere potest, qui Razis caput de alasaph ad Almãsorẽ scribentis,[z] & de asaphati libro diuisionũ[a] considerarint. De quo tamẽ affectu, ob multos quidem sudores, atq; hos mordaciores adueniẽte, infrà determinabimus. Hac igitur de causa Serapio[b] statim ab initio capitis ait. {& deriuatur hoc nomen proprium Sahafati ex accidente proprietatis sequentis eam. quod est, quia acccidunt cum ea quædam foramina parua tenuia ualdè: ex quibus foraminibus resudat aqua & etiã uenenum subtile, in quo est uiscositas parua. etc.} Razes autem aliquãdò Serapionem secutus, sahafati specialiter pro achoribus assumpsit, à fauis interim differre (pro Galeni etiã, ut patet, dogmate) uolens. Quoniã faui foramẽ (ut ait) est latius, & maius foramine sahafati, hoc est achorũ. Vt Diuisionum libro[c] id perpendere possumus. Interdùm uerò & si de fauositate puerorũ, atq; illorũ sahafati, hoc est, achoribus scorsùm distinctis proprijs capitibus determinauit: prout libro de puerorum ægritudinibus[d] liquet. Conformiter quidẽ & Serapioni,[e] & sibi met ipsi,[f] uelut anteà tetigimus. Nihilominùs tamẽ de fauositate loquẽs,[g] ait {passio, quæ dicitur fauositas mellis, est species sahafati.} innuens per hæc uerba bifariã capi posse nomẽ sahafati. speciatim uidelicet, ac generatim. Speciatim quidẽ de achoribus intelligitur, atq; à fauis seu fauositate differt. Generatim uerò, ut commune genus erit nomen sahafati ad achoras, & fauos. Quo quidẽ generali modo ad Almãsorẽ quoq; scribens[h] Arabicam dictionem usurpat. Quin adeò generaliter ibì accepit, ut siccas quoq; sahafati ab achoribus, atq; fauis etiã diuersas cõprehenderit: quibus profectò siccissimæ crustæ, rugosæq; et albæ insint. Quas quidẽ sahaphati siccas non ampliùs sahafati, neq; fauos, aut fauositates: Verùm capitis impetiginem potiùs nominare libro Cõtinente[i] ei placuit. Nõnulli uerò tineam siccã uocant. Priores interim affectus, achoras inq̃, ac fauos, tineã humidam appellantes. Arabum uerò medicorum Princeps (quò Barbarorũ omniũ obscuritates, confusionesq; elucidentur.) Generaliùs adhùc, q̃ ullibì Razes safati, uel sahafati nomenclatura usus est.[k] Etenim septẽ sub sahafati morbos intelligere uidetur:1 Exãthemata inq̃.2 psydracia, siue psydraces,3 & papillas.4 Itẽq; achoras,5 fauos,6 balkiati, seu balchie,7 & malignã agrestem'ue impetiginẽ. Inquit.n. {sahafati est de summa bothor ulcerosorum: et cucurrit consuetudo in pluribus libris, ut dicatur in capite decorationis. Et sahafati q̃dem incipiẽs est bothor paruæ fixæ pruritũ faciẽtes, læues, diuisæ in numeratione locorũ: Deinde exulcerãtur ulceribus crustosis: & sunt ad rubedinem decliues.} His ergo morbis Barbarorũ Princeps exanthemata cõprehendit: quæ quidem (uti Alexander

---

s tr. p°. sui breu. cap. 3.

t tr. 5. eiusdem cap. 2.

Sahafati unde dicitur.

u 7ª. 4¹. tr. 3. cap. 8.

x 3. aphoris. 21.

y ibidẽ in cõm.

z lib. 5. ad Almãsorẽ cap. 30.

a cap. 123.

b ubi supra. s. p° breu. cap. 3.

Sahafati apud Razẽ.

c cap. 110.

d cap. p°. et. 2°.

e p°. breu. cap. 3

f lib. diuisionũ cap. 110.

g lib. s. de morbis puerorum. cap. 2.

Sahafati dupliciter capitur.

h lib. 5. ad Almãsorẽ cap 16.

i lib. 25. Contin. cap. 22. litera. m.

Sahafati apud Auicen.

k 7ª. sen. 4¹. tr. 3°. cap. p° & . 2.

xander,[l] illiusq; simia Paulus[m] aiunt) superficiariæ cutis exulcerationes sunt, subrubicūdæ, et asperæ. Quāuis.n.bothor læues Princeps antea dixerit: Priùs scilicet q; ulceratur, intelligendū est. Nanq; statim q exulceratur, exasperari necessum est. Præsertim cùm plures bothor pustulæ'ue fiant: quod innuit, cum subdit { diuisæ in numeratione locorum . } q.d.multiplicatæ in diuersis locis { deinde ulcerantur ulceribus crustosis.etc. { Cum his uerò & psydracia, exigua quidem capitis (ijsdem definientibus[n]) tubercula, phlyctenis similia, summāq; cutim excedentia, comprehendisse potest, è quibus quidem non rite curatis, facillimè in achoras, fauosq; transitum fieri possibile est. Quos porrò affectus deindè Princeps innuit: dicens. { Quandoq; etiam emittit uirus, & nominatur alfirengi, siue (ut alia habet litera) refrengi: & est sahafati humida. } Sub hac igitur dictione { sirengi } siue { alfirengi } aut { refrēgi } (quouis nāq; modo protuleris, nil refert. Barbara enim corruptissimáq; fortassis dictio est) & achorem, & fauum atq; etiā ἑλκύδρια, Latinè ulculscula à Galeno[o] simpliciter dicta: papillisq; (ut Alexander,[p] Paulusq;,[q] & Aetius[r] aiunt) similia, adeò ut, nomine à similitudine desumpto, { papillæ } Græcè autem { θηλαὶ } nominari queant, intellexisse opinamur. Sunt enim ea (ueluti prædicti authores testantur) parua, densáq;, & subrubra ulcuscula, in capite adnascentia, mamillarum papillis similia, ex quibus sanies eliquatur. Hæc igitur tria, Achorē inq;, fauū, & papillas sub dictione sirengi, quoniā uirus sanguinem'ue horum singula emittunt, comprehensa credimus: Haud quaq; uerò (quemadmodum Leonicenus[s] opinatur) ceria duntaxat. ut uerbum scilicet κήριον in sirengi apud Auicennam deprauatum esse machinemur. tùm quia nulla dictionis { κήριον } ad { sirengi } conformitas est: præsertim si non sirēgi: sed alfirengi seu refrengi (ut aliæ habent literæ) legatur: tùm secundò quia de achoribus, & papillis nil prorsùs meminisset. Demùm Princeps ait[t] { Balkiati uerò, siue (ut in noua litera legitur) Balchiet est de genere sahafati malæ } id quod rursùs repetit,[u] dicens: { Et quādoq; causa eius est morsus albaud maligni.etc. } Est autem Balchiati siue, cum articulo, albalchiati (Raze definiēte[x]) ulcus cū Bothor, & crustis, & cursu uirus: et est simile sahafati malæ.etc. Princeps uerò nō simile, sed ex genere sahafati malæ adiūxit. Sub hoc noīe à Galeno uocata ἐκζέσματα (Latinè quidam feruentes papulas conuertunt) intelligere possumus. Haud.n. πουδράκια in balkiati deprauatum nomen Leoniceni sententia[y] reputo. Cùm Balchiati malignitatem quādā, fortassisq; feruorem, aut incendiū, q; in psydracijs maius præseferat. Quòd si nihilominùs psydracia sub ijs comprehendisse contenderis: ut minimi profectò momenti litē negligemus. Aliud interim Leoniceni glossema nequaq; admittētes. ut scinifes. hoc est, conopum morsui, siue tumori ex illorum demorsu oborto, balchiati comparatum ab Auicenna sit. Arabicus enim textus (ut in Bellunēsis annotationibus liquet) { albaud } habet, absq; aspiratione. quāuis alia litera { albahud } cū aspiratione habuerit. Est autem albahud cum aspiratione (ipso met Bellunensi interprete[z]) idem quod aldidar, quæ est arbor cimicum. quamobrem { cimicis } conuerterat: ut similem affectum intelligamus morsui cimicis maligni. Quoniam uerò subdit Princeps { Et cura eius est cura illius } quasi ad illius maligni cimicis morsus curationem nos remitteret. Eius autem demorsus curam nullibì posuit: quemadmodum neq; conopis puncturam alicubi curare priuatim edocuit. quanquàm horum conopum (quas uulgò zanzalas nuncupamus) punctiones maiorem tumorem, quàm cimices, ac præscripto tumori.s. Balchiati similiorem fortassè producunt. Hac de causa potiùs { albahud } sine aspiratione legerem. Est ergo albahud (eodem

[l] libro p°.cap.5.
[m] lib.3.cap.3.
[n] ibidem
[o] p°.de cōp.med. secundū loc. cap. 11.in principio.
[p] lib.p°.cap.7.
θηλαὶ
Papillæ quid.
[q] lib.3.cap.3.
[r] lib.6.cap.70.
Cōtra Leonicenum.
[s] li. de mor. Gallico ante mediū.
[t] ubi supra. 7ª. 4ª.tr.3°. cap.p°. uersus finem.
[u] ibidem cap.2. circa finem.
Balchiati qd.
[x] li.diuis.c.133.
ἐκζέσματα.
Cōtra Leonicenum.
[y] ubi supra.
Albahud qd.
[z] in Arabicorū nominū interpretatione.

a ibidem.

exponẽte [a]) pediculus Pharaonis. quasi dicat pediculus malignus Regi à Deo Optimo Maximo in supplicium, ac pœnam demissus. Quamobrem sic Auicennæ literam intelligo. { Et quandoq; causa eius } scilicet balkiati, siue sahaphati malignæ { est morsus pediculorũ malignorũ }

Pediculi Pharaonis.

sæpissimè nanq; malignam sahafati, siue (ut uulgò dicimus) tineam in capite puerorũ, ac præcipuè orphanorũ, ob pediculorũ multitudinem erodentium quidem, atq; exulcerantium genitã esse conspeximus. Horum uerò pediculorũ internecionem, atq; suorum morsuum, ulcerũq;, et bothor siue pustularum inde ortorum curationem alibì [b] iã uberrimè pertractauit. ad quẽ quidem locum recurrere promptissimum est. Sunt. autem Pediculi quidam dicti ferales: qui in phthiriasi enasci consueuerunt, in toto etiam corpore: non consuetæ, ac simplicis duntaxat formæ: at nonnunq; ignoti. hoc est latiores, & duri magis, & uehementer morsibus sæuiẽtes. Hos ergo malignos pediculos intilligemus. cuiusmodi quidem fuerunt, qui Syllam dictatorem, ac pherecidem poetã tragædum admiranda erosione (Quinto Sereno [c] teste) enecarunt. De quo tamen affectu, post hæc, loco proprio, fusiùs eloquemur. His ergo sahaphati speciebus enarratis, Princeps demùm de alia tumoris specie insimul cum sahafati, eodem capite, meminit. Cui nomen est, Albothin: corrupto autem apud ipsos etiam pœnos nomine, Aluathin. De quibus quidem (tametsi sahafati non est) in eius tamen capite locutus fuit: quoniam de melãcholicis ibì pluribus alijs Bothor, nedùm sahafati mentionem facturus erat. Idcircò & anteà de huiusmodi albothin loquẽs. [d] Curã eorum esse ait curã uaricũ, & ulcerũ melancholicorum. Quorũ cationem libro quarto dicturum promiserat. Id quod deindè obseruauit libro quarto, fen. s. quarta [e] generatim: fen uerò mox septima [f] de ijs quæ in exteraneis partibus, summáq; corporis cute aduenientes, indecoris, ac turpitudinis occasiones fierent. Itáq; tùm quia ex eodem humore cũ sahafati, præsertimq; sicca, fiunt: tùm quia in summa cuti, uelut illa, gignũtur: Quãuis illa quidem potiùs in capite, rarissimeq; in alijs (ipso met Arabum Principe teste [g]) partibus: hæc uerò in cruribus potissimùm oboriantur: Et de albothin sibimet ipsi placuit in sermone de sahafati meminisse. Est autem Albothin, idquod à Græcis τέρμινθος, & τερέβυνθος nuncupatur, adnascentia quædam (Galeno authore [h]) nigra in cruribus præcipuè facta. Cuius „ nomen à figuræ, coloris, magnitudinisq; similitudine, quã cum terebinthorum fructu habet, de- „ riuatum est. de quo tamen, loco proprio uberiùs loquemur [i] Malignam deniq;, agrestem'ue impetiginem sub sahafati nomenclatura Princeps [a] intellexit: sahafati siccam appellans. De qua quidem sic ait: { Et quandoq; incipit impetiginosa sicca: & causa eius est humor melancholicus plurimus, cui permiscetur humiditas acuta, quare expellitur ad cutem, & corrumpit, & corrodit. Quòd autem non omnem impetiginem sub sahafati comprehendit: nisi (ut diximus) agrestem, & eam fortassis, quam anteà mentagram à Romanis uocatam declarauimus: qùm de impetigine mox loquitur, ostendit, [b] sic dicens. Impetigo non est longinqua à sahafati, & non „ diuersificatur ab ea, nisi cum re occulta, & proprie alsahafati sicca. & pertransit ut sit alsa- „ hafati sicca impetigo malignior, & deterior, & magis corrosiua, & longinquioris profun- „ ditatis. Et causa impetiginis est propinqua causæ alsahafati. Nam est aquosa, acuta (pituitam „ per hæc uerba salsam innuens) permista iterùm materiæ grossæ melancholicæ. etc. Hæc autẽ „ usq; adeò de Principis Arabum sahafati hoc loci dictum iam sit. Mesuas uerò, [k] absq; distinctione humidæ, uel siccæ, sahafati curat. Dùm tamen Galenũ allegat scribentem multos se sanasse, qui sahafatim patiebantur, linimento chartarum combustarum, tritarum, & cum aceto

b 7[a].4[1].tr.3.ca.16.& 27.

Pediculi ferales.

c cap. 5. de Phthiriasi.

Albothin.
Aluathin.

d.22[a].fen.3[1].tr.2.cap.27.in fine

e tr.3.cap.p[o].2[o] 3[o].

f tr.3.per totum

g 7[a].4[1].tr.3[o].ca.2[o].post.princ.

h li.6.de morb. uulg. cõmẽtario 3[o].cõmẽto.37.

i infra fo.

a ubi supra. ca. primo.

b ibidẽ ca.3[o]. in princ.

Sahafati secũdũ Mesuem.

k de ægritudinibus capitis summa 2[a].cap.3.

tẽperatũ (Hoc autem medicamento Galenus[l] ad achoras usum se fuisse testatur) humidam ui detur Mesuas duntaxat saphatim itellexisse, achores. s. ac fauos: sub quibus & eiusdem generis morbos (à quibus uidelicet sanies defluit) comprehendere possumus. Hali Abbas autem nõ sahafati nomenclatura huius generis affectus declarauit: Sed tineam potiùs nuncupat.[m] nisi interpretis nomen {tinea} sit: Arabicè autẽ fortassis sahafati protulerit. Quod quidẽ ex eo præcipuè coniectandum uenit: quia inter curandum: sahafam, & sahafa nonnunq; in tineæ sermone uocauit.[n] Quicquid tamen sit, quia non Arabica nomina disquirere propositum nobis est: Sed ea, quouis modo scripta nostro æuo reperiuntur, intelligere. Idcircò quid tineæ nomenclatura uoluerit, cognoscamus. Quinq; igitur tineæ species Hali Abbas posuit: quatuor. s. humi-
10 dis: & quintam deniq; siccam. sub quibus quidem humidis non solum fauos, achores, ac papil-
» las, sed ficus etiã comprehendit. Cuius uerba in medium afferre inutile non est. {Tinea ergo
» (inquit Hali Abbas) ulcera sunt parua, quæ capiti accidunt: quibus est uesica. Quæ species ha
1[a]. bet multas. Prima est quæ fauosa dicitur: & ex phlegmate fit salso. Cuius signum est: quoniã
» ulcus est, quo capitis cutis perforatur, foraminibus subtilibus: in quo humiditas est fauo (siue
2[a]. rectius dixerimus, melli) similis. Secunda ficosa, & rotunda, & dura. Cuius in superioribus
» rubor est, & in concauitate quiddã granis ficuum simile.} Quem quidem tumorem Galenus[o] inter faciei affectus numerat. Cui porrò & Aetius[p] astipulatus est. Paulus[q] uerò inter capitis, hoc est, cutis eius morbos recensuit. Vt in quo s. frequentius contingat: tametsi & in reli-
» quo corpore nonnunq; aduenire posse adiunxit. Oribasius autem in amborum catalogo capitis
20 inq;,[r] & barbæ[s] de hoc ficoso tumore meminit. Quorum profectò Concilium ex Romanorum medicorum re & nomine Celso[t] didicimus. Qui duas quidem ficosi tumoris species declarãs, alteram barbæ: alteram uerò capillis potissimùm aduenire determinauit. De quo nihilominùs tumore aliàs uberior à nobis sermo scribẽdus est. Nũc igitur Hali Abbatis tineã expediamus
3[a]. quùm subdit. {Est & tertia tineæ species, quæ uocatur ameda. (intellige achorem.) Et sunt ul-
» cera, cũ quibus in capite multa sunt subtilia foramina, minora foraminibus, quæ in fauosa sunt:
» & ab his humiditas aquæ carnis similis egreditur. (quæ humiditas non aliud, q̃ Græcorum
4[a]. ἰχώρ est, aut quædam ichoris species) Est & quarta quoq; species pustulæ. s. paruæ rubeæ:
» figura quarum uberibus similis est mamillarum: à quibus humiditas fluit aquositati sanguinis
30 similis. (& hæc est quam nos quoq;, papillam, ob similitudinem, uocari posse prædiximus.[u])
5[a]. Quinta etiã eius est species, sicca, & colore alba lupino (amaro. s. crudoq;) similis: à qua qua-
» si cortices, & squamæ fluunt albæ: Atq; hanc ultimam speciem Princeps nonnunq; albaras nigram: interdùm uerò impetiginem excorticatiuam uel etiam sahafati siccam: Græci autẽ (uelut anteà iam diximus[x]) lepram nuncupant. Quanuis. n. ab initio iuxta humoris affectum producentis, atræ uidelicet bilis, colorẽ niger affectus locus fiat. progressu tamen temporis, ob nimiam ariditatem, albas euadere squamas in superioribus etiã præscriptũ est.[y] Abenxoar[z] demùm, Constantinusq; Africanus[a] aliter tineam definierunt. Etenim Abenxoar primò de capitis scabiæ locutus est, sagrum suo idiomate uocans.[b] & sunt crustæ, quas in puerorum capitibus sæpenumerò uidimus: & uulgares, mulierculæq; iam dicunt, aliud esse tineam, aliud
40 uerò capitis ægritudinẽ: intelligentes quidẽ per capitis ægritudinem, hãc scabiem, seu crustas in capite factas: Deinceps autem tineam curare aggressus est:[c] nil pro tineæ definitione adiungens, q̃ passionem esse scabie sagro'ue grauiorem: curamq; huius prolixiorem esse prænuntians.

l p°. de cõp. med. secũdũ loc. ca. 10.

Tinea secũd. Hali Abbatẽ.

m 8. theoricæ ca. 18. in medio: et. 4. practicæ cap. 13.

n 4. practicæ capite 13. uersùs finem.

Tinea quid.

Tineæ spẽs quinq;.

Sycosis cui parti proprius morbus.

o 5. de cõp. med. secũdũ loca ca 3.

Galeni et Pauli cõcilium.

p lib. 8. cap. 14.

q lib. 3 cap. 3.

Ameda.

r lib. curõnũ ca. 20.

s cap. 69. eiusdem.

t lib. 6 cap. 3.

u supra fo. 171

x supra in declinatione tumoris. 25[l].

y supra. fol. 131. lin. 18. & 19.

z p°. theysir. tr. p°. cap. 2. & 7°.

a libro de morb. cognitione & curatione ca 6. 7. 8

b ubi supra ca. primo.

Tinea apud Abẽxoarẽ.

c cap. 2.

nuntians. Sub hac igitur tinea, tùm achores, tùm etiam fauos comprehendisse [a] opinamur. à qua nihilominùs tinea scorsùm de sahafati determinauit. [d] nomen illud arctiùs longè, q; Princeps: quin diuerso ab aliorum Arabum modo intelligens. Sic. n. definit. Sahafat est ægritudo rubedinis, quæ accidit in carne, coloris pulmonis, cum paruis pustulis. & accidit in cute capitis hæc ægritudo, sicut in facie. etc. Sub nomine igitur sahafati uidetur exãthemata, psydracia, papillas, ac magis eczesmata, intellexisse (Constantinus autem ijs conuenire nam potest. Priùs. n. de pustulis loquitur. [e] quo nomine Græcorum psydracia uoluisse reor: quæ quidem φλυκτίσιν, idest: pustulis similes à Paulo [f] esse dicuntur. Mox uerò de fauis distinctè, ac per se determinauit: [g] achoras interim reticẽs: ni fortè sub fauis cõprehenderit. Deniq; tineam ueluti à prædictis affectibus diuersam proprio seorsùm capite [h] declarauit. Quo nomine capitis scabiẽ papillas, ficus, exanthemata, & eczesmata quoq; satis quidẽ confusè intellexisse probabile est. Ait. n. {Semotim in capitis cute nascitur scabies uel carbunculi, & nata immiscẽtur. Nascuntur autem ex putrido sanguine, uel ex cholericis humoribus incensis. fitq; pruritus non modicus. De quo pruritu quasi squamæ non modicæ, sed maiores delabuntur. Hoc sæpè euenit infantibus, propter abundantiam sanguinis, & mollitiem cutis.} Quanta igitur apud Græcos, & Barbaros, eorumq; præcipuè traductores caliginosa cõfusio sit: quin apud ipsos etiam Romanos medicos diuersitas: uel huius dũtaxat me hercle uigesiminoni, ac trigesimi iam propositorum tumorũ examen ostendere potest. Quæ adhùc uarietas non in nominum duntaxat usu, ac morborum definitionibus offenditur. Verùm & in causarum quoq; humoralium designatione. Galenus. n. aliquando [i] pituitam salsam: aliquãdo [k] uerò mistum ex tenui, serosoq;, ac mordaci, et ex crasso glutinosoq; etiam succo, humorem esse tùm achoris, tùm cerij causam uoluit. Paulus [l] absolutè utriusq; affectus originem, nitrosam salsamq; pituitã esse ait. Oribasius, [m] & Actius [n] quisnam humor sit, nil determinant: nisi q glutinosum humorem ex foraminibus emanare aiunt. Alexãder [o] (ut uidimus) tres humores in causa posuit, bilim. s. pituitam, & humorem melancholicum: Serapio [p] autem quatuor (addit. n. præter hos sanguinem) Celsus [q] nõ aliud, q; glutinosum purulentumq; humorem ex ulceribus defluere ait. Plinius uterq;, Marcellus, Macer nullũ quoq; humorem nominarunt. Theodorus Priscianus [r] non aliud, q; pinguiorem, uel aquatiorem esse humorem expressit. Razes uerò ad Almãsorem scribens [s] nil de causa tetigit: libro uerò Cõtinente [t] generatim malos humores causas essem expressit: libro diuisionum [u] non aliud, q; humiditatem subtilem, aut uiscosam declarauit: Galeni (ut patet) uerba transcribens. De morbis autem puerorum. [x] achoris (quem sahafati uocat) generationẽ propter sanguinis multitudinem, & cutis humiditatem fieri protulit. Quomodo etiam Constantinus de tinea dixit. [y] qui nihilominùs eã ex putrido sanguine, uel cholericis humoribus incensis: fauos [z] autem ex salso phlegmate, ac pustulas ex nimiùm calidis humoribus, uel infectò, idest putrido, ac salso iam reddito phlegmate [a] generationem suscipere ait. Hali Abbas [b] ex phlegmate fieri salso tineæ originem uoluit. Abenxoar [c] nil in tineæ sermone de humorali causa determinauit. Cui quidem achoras, & fauos respondere prædiximus. Quanq; in sahafati, [d] (ut ipse accepit.) choleram grossitiei. q. d. pituitæ, uel melancholico humori admistam causam esse posuit: scabiei [e] uerò causam, phlegmatis (intelligo salsi) abundantiam expressit, Mesuas autem nil de causa meminit [f] Multæ igitur prima fronte uarietates in humoris producentis determinatione apparẽt. Nihilominùs tamen Galeno cuncti subscripsisse, peregrina mente perpensi

uidebuntur

a cap. 7.
Sahafati apud Abenxoarem
e de morb. curatione cap. 6.
f lib. 3. cap. 3.
g ubi supra. c. 7°
Tinea apud Cõstãtinũ.
h cap. 8.
i ut de tu. præt. nat. cap. 16.
k p°. de cõposi. med. secundũ loc. cap. 10.
l lib. 3. cap. 3.
m lib. curonũ. 19
n lib. 6. cap 63.
o lib. p°. cap. 8.
p p°. breu. cap. 3
q lib. 5. ca. 28. sec. 12.
r lib. p°. ad Thimotheũ cap. 5.
s lib. 5. cap. 30.
t lib. 25 cap. 22. lit. M.
u cap. 110.
x cap. p°.
y de morb. cognitione & curone cap. 8.
z cap. 7.
a cap. 6.
b 8. theo. cap. 18.
c p°. Theysir. tr. p°. cap. 2.
d ibidẽ cap. 7.
e ibidẽ cap p°.
f de ægrit. capitis summa. 2. ca. 3

uidebuntur. Quanuis nonnulli tanq; posteriores, & clarius loqui cupientes, quippiam de alijs, qui salsæ pituitæ admisceri consueuerunt, humoribus adiunxerunt. In primis igitur Galenus[g] (ueluti iam ab initio præscripsimus[h]) salsam nitrosam'ue pituitã utriusq; affectus causam esse uoluit: in qua serosæ, nec non (ut diximus) biliosæ etiam quædam partes glutinosis admistæ sint. Galeno autem Paulus[i] expressè (ut utrũq; Conciliauimus) subscripsit. Oribasius[k] uerò & Aetius,[l] ut qui à Galeno transcripserunt, quãuis nil determinent, idem quoq; insinuare uidentur. Quamobrem & serosarum, & biliosarum partium, atq; etiã putredinis ratione: quarum ui & erosio fit, inter calidos tumores connumerandum utrũq; Galeni, eũq; sectantiũ sententia decernimus. Quòd si Alexander[m] tactu frigidum tumorem, ubi pituitosum, uel melancholicũ sit, quod subest, pronũtiarit: Frigidũ profectò. i. minus calidum intelligimus: ni ab aere, quoniam debili calore munitum (exhalante præcipuè per foramina spiritu, naturaliq; calido) frigefactum ulcus sit. quemadmodum sæpenumerò contigisse uidimus. Intrinsecùs autem actu calida materia existit: quæ suæ nitrositatis, ac putredinis rõne erodit, ulcusq; inducit. Bilim uerò aut melancholicum succum addidisse, Galeno (quemadmodum prædiximus) minimè aduersatur. Sed ne ab his quidem Græcis authoribus diuersum, quò ad causam attinet, à Celso[n] Plinio,[o] sibiq; ascripto libro,[p] Theodoro Prisciano,[q] Aemilio Macro,[r] atq; etiam Marcello,[s] Romanis medicis exquisitissimè perpensis quippiã didicimus. Quinimmò ne ab Arabibus quidem ipsis aliud collegimus: nisi ꝙ ex phlegmate salso cui tamen uel bilis admista nonnunq; foret, uel sanguis, aut humor etiam melancholicus (eodem nanq;, quo Alexandrum intelleximus glossemate ipsos quoq; Barbaros, ut Serapionem,[t] & Razem[u] declarabimus.) Quamobrẽ & Arabum Princeps[x] ait. Et causa quidẽ sahafati est humiditas mala, acuta, corrosiua, quæ permiscetur sanguini, & humores grossi iterum mali. Quare grossum retinetur, & facit apostema, et resoluitur subtile. Et causa eius, quæ de ea sicca est, est humor melãcholicus. etc. Nos autem hic nõ siccum sahafati: nec alios, præter cerion, & achoras, tumores declarare, nisi obiter, & sermonis necessaria quadam consequentia tracti intendimus. Alias uerò extuberationes: ut exanthemata, psydracia, papillas, eczesmata, siue (ut aliqui Latinè uertunt) feruẽtes papulas, cæterasq; id genus sigillatim post hæc, ubi oportebit, enucleare conabimur. Hæc igitur de achoribus, ac cerijs fauis'ue usq; adeò dicta nunc sint. donec tanta penès diuersorum idiomatum authores confusio elucidata sit. Itaq; trigesimumprimum aggredi tumorem occasio præceps accelerat: Quem Græci μυρμηκίαν, Latini formicam appellant: Celsus[y] Græcorum nomine seruato, myrmecia nuncupauit: quanquàm non fœminino genere, sed neutro, quasi à Græco {μυρμήκιον} deriuetur. In cuius quidem parui tumoris sermone, ob affectuum quoq; affinitatem, non secùs hic acrochordonas unà cum formicis definiemus, atq; in achoribus, & fauis anteà iam obseruauimus. Vtrunq; igitur horum (Paulus ait[z]) cutis extuberatio eminentia'ue est, exigua, callosa, & magna ex parte rotunda. Inter se tamen eo discrimine dirimi subiunxit: quoniam formica seu myrmecia latiore, crassioreq; basi insidet, similem in frictionibus sensum, μυρμήκων, hoc est, formicarum demorsibus inducens. } è qua quidẽ punctionis morsus'ue formicarum similitudine id nomen impositum esse Actius[a] quoq; confirmauit. Quanuis nigri coloris hanc esse adiunxerit. Id quod absolutè proferendum non est. Cũ rarissimè contingat, ob atri fortassis humoris abundantiam. Nos uerò maxima ex parte ad albidius huiuscemodi extuberationem uergere conspeximus. In qua porrò formicæ à Paulo posi-

tu

Marginal notes:

g primo de cõp. med. sec. loc. cap. 10. in princ.
h fol. 166. 167. 168.
i lib. 3. cap. 3.
k lib. curõnum cap. 19.
l lib. 6. cap. 68.
Achores et faui calidi tumores sunt.
m lib. p°. cap. 8.
n lib. 5. cap. 28. sec. 12ª.
o lib. 20. ca. 2. et lib. 23. cap. 7. lib. 20 cap. 20. et 21. lib. 21. cap. 19.
p lib. p°. cap. 5.
q lib. p°. ad Timotheum. cap. 5.
r ca. 7. de Ruta.
s lib. de medicamẽtis cap. 4.
t p°. breu. cap. 3.
u lib de morbis puerorũ cap. p°.
x 7ª. 4¹. tr. 3. cap. p°.
Tumor. 31. Mirmecia.
y lib. 5. cap. 28. sectione. 13.
Tumor. 32. Acrochordon
z lib. 4. cap. 15. et lib. 6. cap. 87.
a lib. 14. cap. 4. ante medium.
Cõtra Aetiũ.

ta definitione, tunc pūctionē formicæ animalis morsui persimilē excitari dicitur: qùm ab aliquo cōtrectetur, aut fricetur tumor: Quin & in sola tuberculi compressione, multóq; magis qùm scalpello, aut nouacula, seu quouis alio instrumento incidi tentetur: talem sentire punctionem, qui passi sunt nobis enarrarunt. Idcircò Paulus [b] ait {πρὸς τὰς ἀποψήξεις} hoc est, {ad frictiones, siue attrectationes} quasi dicat, quando attrectantur, seu fricantur, formicarū morsui similem sensum excitant. Dicitur autem {ψῆξις} hoc est {frictio} à uerbo {ψήχω} quod est {frico} ita & {ἀπόψηξις} Latinè {defrictio} à uerbo cōposito {ἀποψήχω} idest, {defrico} per, η. Quòd si per, υ. scriberetur {ψύξις} frigiditatē significat, à uerbo {ψύχω} quod est {frigefacio} ita ēt {παράψυξις,} hoc ē, {refrigeratio, leuis'ue frigiditas} à uerbo {παραψύχω} quod est {refrigero, propeq; frigefacio.} Cùm igitur libro sexto [c] de myrmecijs repetēs quæ iam libro quarto prædixerat, Paulus {πρὸς τὰς παραψύξεις} habeat. literæ deprauationem nō aduertens Andernacus, & {παραψήξεις,} per, η, & nō per, υ legendum fore minimè aduertens {ad frigora} sensum formicarum morsibus similem excitare sessiles uerrucas interpretatus est. Cui me hercle interpreti à se met ipso iam facta libro quarto [d] eiusdē definitionis expositio ueritatis exēplar eē uel sola potuerat: Cū ibì dictiones {πρὸς τὰς ἀποψήξεις} Latinè {si quis contrectet} interpretatus sit. (Deprauatè.n. {non trectet} pro {contrectet} in Latino etiam codice scriptum est.) Sed hæc obiter usq; adeò dicta iam sint. Ad myrmeciæ igitur definitionem conuertamur. In qua, siquidem attrectentur, aut quouis modo fricentur cōprimātur'ue morsus ille in tota eius basi percipitur. Celsus [e] humiliora thymio, durioráq; myrmecia ponens, & quæ radices altiùs exigunt, maiorē quoq; illo dolorē mouere ait: Quem quidem & in compressione, ac frictione motu'ue quopiam facto, tùm ex Paulo, [f] tùm etiam ex Aetio, [g] succedere determinabimus. Infrà etiam lata, supèr autem tenuia myrmecia Celsus comprobat: & quæ minùs sanguinis (q̄; s. thymion) mittunt, Quin si fortassè incidantur, aut uehementiùs exprimantur, Haudquaq; tamen pro apparentis magnitudinis (ut Aetius ait [g]) ratione sanguinem fundunt. Secùs profectò ac in alterius uerrucæ, quam acrochordona uocāt, incisione contingit. Etenim longè maiorē sanguinis quantitatem, q̄; suæ radicis paruitati congruat, acrochordon incisa reddit. Totum uerò corpus formica (Paulo docente [h]) præsertimq; manus infestat. Celsus [i] autem simpliciter aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedū nasci protulit. Acrochordoni uerò nullam cutis partē, in qua frequētiùs nascatur, dedicarūt. Nos autem sæpiùs in palpebris, [k] atq; etiam collo pensilem uerrucā aspeximus. Est autem (ut hanc quoq; Pauli [l] definitione cognouerimus) exigua cutis eminentia, doloris expers, callosa, magna ex parte rotunda, basim uerò angustam habēs, ut suspensa esse uideatur. κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ τῷ ἄκρῳ παρεοικέναι χορδῆς. quod est: Nominata uerò sic est, quoniam chordæ extremitati respōdeat, similis'ue sit. Alibiq; idem Paulus [m] ait {ἄκρῳ χορδῆς ὁμοιωμένη} hoc est. {extremitati chordæ assimilata.} Huic tam definitioni, q̄; nominis etiā rationi Aetius [n] quoq; subscripsit. Quam porrò ad chordæ extremum factam comparationem similitudinemq; diutiùs aliquando considerantes: non aliter illi acrochordonas respondere inuenimus, q̄; si quispiam alicubi chordam resecuerit, extremūq; illius dissectionis adeò dissipari permiserit. Vt hinc et inde lineæ fibræ disterminentur, in amplum undiq; locum dissolutæ. Tunc enim ueluti quoddā chordæ caput, ipsa met quidem latius, resultare cuiuis perspicuū est. Sic ergo dicere possumus huiuscemodi tumorem chordæ resectæ dissipato iam extremo, summitati'ue comparari. Cùm

tenuior

Marginal notes:

b lib. 4. cap. 15.

c cap. 87.

Pauli locus.

Cōtra Andernacum.

d cap 15.

Pauli Latini locus.

e lib. 5. cap. 28. sec. 13.

f lib. 4. ca. 15. et 6[i] cap. 87.

g lib. 14. cap. 4.

Locus formicis paratior.

h lib. 6. cap 87.

Locus Acrocordoni promptior.

i lib. 5. cap. 28. sec. 13.

Acrochordon quid.

k de ea quæ in palpebris. uide Paulū lib. 6[i]. cap. 17

l lib. 6. cap 87.

Similitudinis ratio triplex.

m lib. 4. cap. 15.

n lib. 14. cap 4.

2ª. tenuior in radice ac basi existens, in amplum deinceps progrediatur. Secūdò etiam illi chordæ extremo assimilari potest: eò quòd solent ipsi chordarum artifices, uel quicunq; illis in medio dissectis utuntur (ne filamenta in chordæ usu ab extremo exordientia distrahantur: Indeq; chorda paulatim resoluta ruat) extremis utrinq; nodum quempiam annectere. Cui proculdu-

3ª. biò chordæ nodato iam extremo magis huiusmodi tumor comparari potest. Fortassis autem nō ipse tumor, aut eius uertex chordæ summitati comparatur: Sed eius basis, radix'ue, à qua nō secùs quidem pendere hunc tumorē liquet, ac si quispiam chordæ extremo pirum, uel quod uis aliud subnecteret. Sic igitur tanq; chordæ extremo annexum, & ab illo pendentem acrochordona (quasi Latinè dixerimus extremichordum, aut summichordum) nuncupari proferemus.

10 ἄκρον enim extremum Græcè significat, χορδὴ uerò chordam. E quibus quidem Græcis nominibus ἀκροχορδὼν tumoris nomen compositum est. Itaq; non temerè utraq; nomenclatura, μυρμηκία scilicet Latinè formica: & ἀκροχορδὼν, Latinè, ut diximus (nunc primū formato nomine) extremichordum, siue summichordū, Pauli, atq; Aetij dogmate inter ea quæ à similitudine imposita sunt, connumerari potest. Galenus [o] autem in huiusmodi nominum ordine myrmecias duntaxat adnumerat: Acrochordonas uerò seorsùm declarat. Quas quidem inde sic dictas uoluit: ὅτι κατ' ἄκρας ὀχεῖται τῆς ἐπιφανείας τῆς δέρματος. hoc est quoniam extremas partes cutis occupat, quasi non quia chordæ extremo assimiletur: Sed ab ἄκρα, & ὀχέω, et δέρμα, tribus dictionibus formetur. q. d. ἀκροχορδὼν, idest ἄκρα ὀχέον δέρματος. q. d. extrema occupans seu trahens cutis. uel à duabus dictionibus, ἄκρα, &

20 χορδεύω. q. d. extrema lædens seu ligans. etenim χορδεύω lædo, scindo, ligo, & alia significat. Latinè summicuticeps quasi summa cutis capiens dicere possemus. Quo posito non à similitudine, sed à symptomate sedeq; nomē id impositū esse proferemus. Sed hæc quidē circa nomina contemplationes leuissimæ, ac minimi ferè momenti sunt. Ad tumoris ergo acrochordonis definitionem reuertamur. Quoniam Celsus [p] aliter acrochordonas definiuisse apparet. In primis enim Hippocratis aphorismum libri tertij [q] enarrans: [r] Vbi .s. ætas paulùm processit, glan-

" dulæ (inquit) & uertebrarum, quæ in spina sunt, aliquæ inclinationes: strumæ: Verrucarum

" quædam genera dolentia (ἀκροχόρδονας Græci appellant) & plura alia tubercula oriūtur} Quo in loco dolentes acrochordonas posuisse Celsum uides. Paulus autem φ ἄπονος, hoc est, indolorius sit, in definitione ait. [s] Cui porrò experimentum quoq; aduersùs Celsum astipula-

30 tur. Vel ergo Celsum nō Pauli mō authoritate, sed ab ipsa etiā rei natura cōprobati cōdēnabimus. Vel fortassis depreuatam esse Celsi literam censebimus, atq; ubi {dolētia} legitur: {indolentia} legendum deteminabimus. Vel demùm (quod potiùs reputo) alterum acrochordonis modum Celsus intellexit, ex calida magis, aut mista materia genitum. Quamobrem & nōnunq; subitò, nedùm per se, desinere (eóq; magis, quò minor est) nonnunq; uerò mediocrem inflammationem excitare ait: et quædam ex eis esse addidit, quæ in pus conuertuntur. E quibus quidem uel calidam esse materiam, uel calidæ admistam liquet: cuius ratione dolorem quoq; concomitari uerosimile est. Cui quidē Celsi authoritati innixus Bartholomæus Syluanius, libri Definitionū medicarū ĩterpres, in acrochordonis definitione, proprio marte addidit {Genus quoddam est id uerrucarum dolens.} Quæ uerba sub parenthesi conclusa non Græci authoris, at

40 ipsius Latini traductoris sunt. Inquit enim libri author {ἀκροχορδών ἐστὶ ἔκφυσις περιφερὴς, καὶ διάσενον ἔχουσα βάσιν.} quod est Latinè ad uerbum. Acrochordon est exortus

processus'ue

Marginal notes: Extremichordum. Sūmmichordum. [o] 2ª. meth. ca. 2º. Sūmicuticeps. [p] lib. 2. cap. pº. circa finem & lib. 5. cap. 28. sectione. 13. [q] Aphorᵐ. 26ᵐ. 3ⁱ. libri. [r] lib. 2. cap. pº. [s] lib. 6. cap. 87. Celsi et Pauli cōtradictio. Solutio pª. 2ª. 3ª. Celsi Acrochordon.

processus'ue orbicularis, angustamq; obtinēs basim} Cōgruū uerò non est ex alieno dogmate: praesertimq; diuersi idiomatis, à quo Graecus author exscripsisse non potuit: sed ex proprijs quidem monumentis, aut saltem eius quem aemulatum fuisse cognouerimus, cuiuslibet dicta enarrare. Quòd autem diuersum acrochordonis modum Celsus intellexit, non haec tantùm ostendunt, uerùm & alia plurima: quae in eius descriptione posita sunt. Haud enim ueluti pendentem tumorem, sed cuti potiùs affixum, quin & ipsi etiam carni: modò infrà, in radice, ac basi tenue sit, suprà uerò latius, à Celso data descriptio praesefert. Sic ergo inquit. {Vbi sub cute coit aliquid durius, & interdùm paulò asperius, coloris eiusdem, infrà tenue, ad cutē latius, Idq; modicum est, quia raro fabae magnitudinem excedit. Vix unum tantùm eodem tempore nascitur, sed ferè plura, maximeq; in pueris. etc.} In quo sermone uel hoc speculatione dignum contra Oribasiolum [t] est: qui (uelut antea [u] tetigimus) acrochordonem à satyriasi (ut ipse interpretatus est) uerruca differre ait: quoniam acrochordon singulatim fit: satyriasis uerò una excellens uerruca est, cui paruae multae circunstant. Celsus enim uix unum tantùm eodem tempore acrochordonem nasci, sed ferè plura uoluit. Magis uerò inter latinos Celso, quam Oribasiolo credendum est. Plures autem in facie, & manibus ortos acrochordonas Antonius Musa in suis filijs expertus est. quin & contagiosum fuisse affectum cognouit. [n] Modicum autem esse acrochordonem Celsus ait: quia raro fabae magnitudinem excedit. Modicaq; etiā magis myrmecia significauit, quoniam (ut ait) magnitudine uix unq; lupini modum excedunt. Idcircò Paulus [x] exiguam esse ἐπανάστασιν, hoc est, eminentiā, excrescentiam'ue de utroq; tuberculo definiuit. Ante ipsum quoq; Galenus [y] achoribus, ac cerijs minores esse tumores tū acrochordones, tùm quoq; myrmecias, quin & psydraces etiam, atq; epinyctides inquit. Nos autem acrochordonas, & myrmecias rarissimè ciceris magnitudinem excedere uidimus. De psydracibus aūt, atq; epinyctidibus post haec sermo fiet. Vtraq; igitur, quā nūc disquirimus tumoris species ex toto genere praeternaturam (Galeni [z] dogmate) est. Ex eorum nihilominùs (ut idē [a] ait) numero myrmecia est, quae quidem ex mutatione consistunt solidarum partium. ueluti etiam leuce, alphos, elephas, scabies, & lepra. Non autē sicuti meliceris, atheromata, & steatomata, siue uti elmynthes lumbrici'ue, ac caetera id genus. Quae cùm priùs omninò non fuerint, postmodùm sunt orta. At de hoc fusiùs locis proprijs enucleandum seruauimus. Quoniam uerò non Graecorum modò, sed Romanorum, atq; Arabum quoq; nomina, prout. s. nobis tradu cta sunt, disquirere propositum nobis est: Quò singulorum phantasias intelligere suis ex dictionibus propetè queamus: Idcircò Latinū quoq; nomen consideremus. Quanuis enim distinctè apud Graecos alterutra species iā dicta nūcupetur. ut haec μυρμηκία, illa uerò ἀκροχορδὼν dicatur. Generica tamen dictione apud Latinos, non haec tantùm, sed alia quoq;: ut claui, & thymi, noīantur uerrucae. Quod porrò nomē, nō secùs atq; praedicta, ipsum quoq; à similitudine impositum est. Nam uerruca (ut omnibus quidem Latinis pernotum est) aeditior montis pars est, & (ueluti Gellius Catonis dictum interpretatur [b]) aspera: unde & uerrucosa loca dicuntur quae inaequalia, & diuersas partes eminentes habētia sunt. Vt Persius: [c] {Sūt quos pacuuiusq; & uerrucosa moretur, Antiopia etc.} hoc est aspera, inaequalis, & non satis polita. Inde pro tuberculis quibusdam, qui in lapillis, ceu eorum uitia quaedam, conspiciuntur, uerrucae nomen intelligitur. ut quùm Plinius [d] ait: {increscētibus uariè maculis, ac uerrucis linearū. etc.} Hinc etiam & uestes uerrucatae uulgò dicuntur. q. d. uerrucatae, propter inaequalitatem, asperitatemq;

Cōtra Syluiū.

t 3[l]. Aph. cō 30.

Cōt[a] Orib[m].

u supra. fo. 165.

n uide. 3[l]. Aphorismorū cōm. 26.

x lib. 4. cap. 15. & lib 6. ca. 87.

y lib. de tu. praet. nat. cap. 16.

z 14. meth. cap. 13. in princ. et ca. 17. in princ.

a 14. meth. c. 17 circa princ.

Verruca quid

b lib. 3. cap. 7. post princ.

c satyra p[a].

d lib. 37. cap. 12 post medium.

tẽq; in illis, ob cõtortũ, inuolutũq; sericũ, repertã. Ab his igitur mõticulis, aut lapidũ tuberculis desumpta similitudine, extra cutim eminẽtes carunculæ uerrucæ, aut uerruculæ nũcupari solẽt. Qua de re Columella[c] de caprini pecoris electione loquẽs, ait {Caper cui sub maxillis binæ uerruculæ collo dependẽt, optimus habetur. etc.} Hinc itidẽ & manus, ac pedes, interdũq; etiã reliquas corporis partes exasperãtia callosa tubercula, & dura, uerrucæ appellari à Romanis consueuerũt. Cũ ueluti quidã mõticuli supersideant. Harũ quæ radicibus affixæ sunt, porros uulgò, & porrectos appellãt, eò ꝙ intra se fila quædã sæpiculè continẽt, porrorũ radicibus nõ dissimilia. Cuiusmodi præsertim myrmeciæ sunt. Latissimis .n. radicibus inhærent (Celsus[m] ait) Ideóq; ne excidi q̃dẽ sine ulceratione magna possunt. De oĩbus uerò sub uerrucæ noĩe cõtẽtis spẽbus intellexisse Quintũ Serenũ opinor, quũ inq̃t[f] {Interdũ exislit turpi uerruca papilla: Hinc quondã Fabio uerũ cognomẽ adhæsit: Qui solus patriæ cũctãdo restituit rẽ.} Sicq; genericè nomẽ intellexisse Marcellũ autumo: qùm uerrucarũ genera oĩa fimi canini exusti cinerẽ curare impositũ ait.[g] Quanq; alibì[h] clauos, seu clauellos à uerrucis distinguit: uerrucas intereà minores, congestas, à Græcis myrmecidas appellari adiungẽs q.d. formiculares. Vt ĩde illarũ nomẽ deductũ eẽ appareat: quoniã plures, ĩ simul aggregatæ, ac paruæ, instar formicarũ populi, adsint. Plinius[i] etiã, licet clauos à uerrucis distinguat: plures tamẽ spẽs sub se cõtinere uoluit, dicẽs[k] {uerrucas oĩum generũ tollit. etc.} Idipsum quoq; sibi ascriptus liber[l] obseruasse uidetur. Sub uerrucæ .n. uoce acrochordonas etiã, et thymion comprehendisse apparẽt. Celsus autẽ adeò generale nomẽ usurpat: ut clauũ quoq; cõprehenderit: qn (si exquisitiùs perlibraris) nõ uerrucas, at uerrucis similes quatuor tumores nuncupat: Acrochordonẽ .s. Thymion, myrmecia, et clauũ: Noĩe tamẽ à similitudine desumpto, uerrucæ nũcupari queũt. Nõnulli aũt Latini Græcorũ authorũ interpretes, Hermolai[m] fortassis uenia moti, sic traducẽdo obseruarunt: ut myrmecias Latinè {formicas,} acrochordones uerò generis nomine {uerrucas} cõuerterint. Quod tamen æquiuocationis ansam, Græcarũ præcipuè literarũ expertibus, exhibet. Distinctiùs igitur loquemur, si uel Græcis nomenclaturis alteram speciem, myrmeciã, siue (uti Celsus habet) neutro genere, numeróq; plurali, myrmecia: alterum uerò acrochordonẽ uocemus. Vel (ipsomet Hermolao docente) primam quidẽ sessilẽ uerrucam: siue, ut alij dicunt, formicantem uerrucã: Secundã uerò pensilẽ uerrucã nominemus. Abenxoaris[n] traductor (ut Barbaros quoq; non omiserimus) uerrucas, & porros appellauit, multas esse species sub generico noĩe adiungens: è quarũ numero quædam est, quæ Arabicè dicitur alchalam, siue alchalim. de qua quidem aliàs loquemur. Razes autem formicas à uerrucis aliquandò distinxit. Quas .n. nos formicas, & acrochordonas, Græcorum instar, uocamus: Ipse, quin (ut rectiùs dixerimus) eius traductor, Latinorũ more, uerrucas nuncupat.[o] Formicæ interim nomine longè diuersum affectum intelligẽs:[p] eum .s. qui à Græcis herpes dictus est. Adeò ut quemadmodũ illi miliarẽ quendã herpeta posuerũt: sic et Razes miliarem formicam habuerit. Quinimmò tres libro Cõtinente[q] dicto, formicæ species posuit. quẽadmodum nos infrà[r] tres esse herpetis species declarabimus: 1 miliarem .s. herpetem: 2 et esthiomenon: 3 atq; generis nomine, simpliciter herpetem appellatum. Sic etiam Razes tres formicæ species posuit: 1 formicam miliarem, similem'ue panico 2 corrosiuam, ulcerantem'ue pellem, & carnem: 3 atq; ipsam simpliciter dictam formicam, siue (ut ex Principe declarabimus)[r] ambulatiuam solam. Cuius nomenclaturam & Hali Abbas[s] etiam secutus est, tres pa

P riter

c libro.8. cap. 6. post principia.

Porri.

Porrecti.

m lib.5. cap.28.

f cap.64.

g lib. de medicamẽtis cap.19 circa finem.

h cap.34.

Myrmecides.

i uide li.20.c.12 in fine li.21.c.20 21. lib.22.c.21.22 23.25. lib.23. c.7 & in proœ. li.24 c.8. lib.25.c.5. li. 26.c.14. lib.28.c. 4.16. li.31.c.9. li. 32.c.4.10. lib.33. cap.4.

k lib.24. cap.15 & li.27. cap. 9. post principia.

l lib.3. cap.42.

m in Glossematibus in Plinium super dictione, Thymus.

n lib.2°. theysir tr.7. cap.9.

Alchalim.

Alchalam.

o lib. Diuisionũ cap.124. & .25. Contin. cap.12.

p li. Diuis. c.133. & 7[i] ad Almansorẽ. cap.16.

q lib.13. Cõtin. c. 10. litera 3.

r cõm.8.

s 8[i]. theorice. ca. 10. & .3. pract. c. 29..

riter formicæ ſpecies oſtendens. Qui nihilominùs alibì [t] ſeorsùm de uerrucis determinauit. Quãuis Pauli [u] uerba de uerrucis tranſcribens aliquandò Razes [x] quam ille myrmecim uocat, hic formicã: acrochordonas uerò corrupto uocabulo { Afrochon, } corruptioriq́; { Aforcã } appellarit. adeò ut formicã à formica diſtinguere neſcies Auicenna [y] in turpiſſimũ errorẽ, ob formicæ nominis æquiuocationẽ, ceciderit. Tres. n. herpetis ſpecies, et duas uerrucas, myrmeciam. ſ. atq; acrochordones ſub formicæ nomine comprehendit. Adeò ut non tantùm Græcorum, atq; Arabum formicas, ſed acrochordones etiã, quos corruptiſſimo uocabulo { acruharod } nuncupat, turpiſſimo errore confuſerit. Id quod non abſq; magno mortalium dãno, periculoq́; fieri poteſt. Natus uerò Auicẽnæ hic error eſt: Quoniam Græci puſtulas quasdam ex bilioſo humore, ſiue ſolo, ſiue pituìtæ admiſto genitas, eroſionẽq; cutis, & eiuſdem, quin ipſius duntaxat cuticulæ quandam ueluti aduſtionem, uno in loco minimè fixas, uerùm & uicinas quoq; partes rependo depaſcentes, ab huiuſmodi ſerpendi natura, herpetes uocarunt. Ritu. n. ſerpentis beſtiæ (Galenus ait [z]) ſicuti nomen ipſum indicat, relicto priore loco, ad alterum tranſeunt: haudquaq̃; uerò ſeruata ueteri ſede uicinas partes depaſcunt. Arabes quoq; à ſimili proprietate eoſdem affectus formicas nuncuparunt: Quoniã (ut Hali Abbas inquit [a]) diſcurrunt, & dilatantur per cutem à loco ad locum, quemadmodum formica mouetur. Vt in hoc formicæ ſimilitudo conſideretur, unde nomen impoſitum eſt, quia formicarũ inſtar deambulare uidentur. Præter has autem Arabũ formicas Græcorum uerò herpetes, uerrucæ ſpecies quædam eſt, quæ à Græcis (ueluti præſcriptum eſt) myrmecia, ideſt formica nominatur: non eadem porrò ſimilitudine: at alia, quoniam uidelicet ſimilem ſenſum formicarum demorſui excitat. Arabes igitur nonnulli, ad Græcorũ imitationem, hanc uerrucam, formicam uocarunt. Quò fit ut nomen { formica } penès illos, duobus morborum generibus, q̃uis natura differentibus æquiuocè accommodetur. Hinc Razes confuſioni principium dedit. Quoniam eodem capite libri, quem Continẽtem uocat, [b] ſæpiuſculè pro bilioſo affectu, herpete inq̃, formicæ nomen uſurpat. Semel aũt pro uerruca (propriã fortaſſis uocem ignorãs) ex Paulo, quẽ tranſcripſit, accepiſſe uoluit: ſic dicens. [c] { Paulus dixit: formica & puſtulæ appellatæ, aforcam, debent habere puſtulas in pelle, ſimiles uerrucis, in rotũditate magna. quoniã formica habet radicẽ latã: et tũc penès pruritũ erit ſenſus, quaſi ſenſus morſus formicæ. Sed Afrochoon habet radicẽ ſtrictã, ita ꝙ credatur eẽ aliqua res ſuſpenſa. etc. } Hinc ergo & Auicẽna longè maiori cõfuſione diuerſiſſimos genere morbos, ijſdẽ capitibus, nõ in definiẽdo tãtũ, aut ſignificãdo, ſed (quod peius eſt) curãdo, ineptiſſimè copulauit. Perindè ac ſigillatim locis proprijs [d] enucleabimus. Nũc uerò ad id, cuius cauſa hìc ſingula percurrimus, reuertamur. Ex humore igitur craſſo melancholicoq́; myrmecia, & acrochordon fiũt. Quãobrẽ nulli dubium remanere opinor ad frigidos utrũq; tumores reducẽdũ. { Cauſa ergo (inq̃t Arabũ Princeps [e]) efficiẽs eas prima ẽ expulſio naturæ, et materialis ẽ humor groſſus melãcholicus. etc. } Quòd ſi alibì nõnunq̃; de bothor, paruis'ue apoſtematibus loquẽs, ex bili ſanguini admiſta formicas, clauos, & uerrucas fieri præſcripſerit: [f] Deprauatã potiùs eẽ literã, q̃; præcipiti iudicio impieq́; Principẽ in re tã manifeſta condemnare decernimus. Etenim oſtẽſurũ paulò antè promiſerat bothor eẽ ſecũdũ numerũ magnorũ apoſtematũ. quoniã. ſ. uel ſunt sãguinea, uel biliosa uel miſta, uel ex pituita, uel melãcholico ſucco oborta, demũq; uel aquoſa, uel uentoſa. uel quouis mõ exhorũ aliq̃bus cõmiſta. Ideò ſubdit. { Earũ. n. aliæ ſunt ſanguineæ: ſicut uariolæ: aliæ ſunt

[t] 8[l]. theo. cap. 17 & 9[l]. pract. c. 13.
[u] lib 4. cap. 13.
[x] 13. Contin. ca. 10. litera ϽƆ. ante mediũ capitis.
[y] 3[a]. 4[l]. tr. p[o]. ca. 6. 7. & 8.
Cõtra Auic.
[z] 2[o]. meth. ca. 2.
[a] 9. theor. ca. 10.
[b] lib. 13. cap. x[o]. litera. Ͻ.
Cõtra Razẽ.
[c] ante mediũ capitis.
Aforcam.
Afrochoon.
Cõtra Auic.
[d] infrà c. 6. 7. 8.
[e] 7[a]. 4. tr. 3. c. 12. in principio.
[f] 2[a]. fen. p[l]. doc. p[a]. ca. 5. in fine.
Cõtradictiõis Auicen. ſolu[o]. et Auic locus.
Vide etiã ſupra de his fo. 32. co. p[o]

» sunt ex cholera rubea pura sicut esseræ colericæ, & desudationes (sic enim potiùs legen- dũ, ut antiqua traductio habebat, nõ {formica miliaris,} quæ ex bili pituitæ admista fit, ex re- centiori litera corrigendum autumo: Desudationes uerò, ut loco proprio uidebimus, pura ex » bili fieri magis consueuerunt) Et aliæ sunt ex eis permistæ: sicut morbillus, & scabies, & horum similia. Quæ. n. interponuntur, ut {formica, & claui, & uerrucæ} deprauatè inter- posita esse opinor. Etenim quia secundùm numerum apostematum esse prædixerat: idq; de- claraturũ professus est: Idcircò addenda hæc uerba uidentur {& quædam ex eis sunt melan cholicæ, ut formica, & claui, & uerrucæ, & horum similia.} Cur. n. Galeni, uel Hippocra- tis, aut alterius cuiusuis Græci authoris tanq; amici uerba, suismet ex dogmatibus, corrigere ac ad libitum transmutare licet: Auicennæ autem dicta, ubi expressè deprauata uidentur,

Auicen. locus.

Alter Auicennæ locus.

10 hac sola nominis macula, uel importuno liuore moti, quia. s. Arabs Barbarus'ue est, non secùs ac perniciosissimi inimici sint, emendare, uel suis ex canonibus alibì declaratis non debemus? Sed omni reiecta excusatione reprobare, ac tanq; ab ineptissimo uiro prolata condẽnare fas est? Formicas autem, & clauos, & alias etiã uerrucas, ut acrochordonas, atq; Tusios Ara- bicè uocatos ex melancholico humore fieri iam ab ipso Arabum Principe determinatum ali- bì [g] offendimus. Fortassis uerò & pituitosa bothor, apostemata'ue parua, eodem loco, ubi sin gula connumerare proposuerat, [h] adiunxit: scribentium autem defectu, deleta uerba sunt. » Subdit autem {et plerunq; sunt aquosæ, sicut uesicæ: Et quandoq; uentosæ, sicut inflaturæ} Nullam ergo, si amicè potiùs definire, q; odiosè redarguere intenderimus, quò ad hoc, in Aui cennæ dictis, contradictio est. Melancholicus ergo tumor trigesimusprimus, ac trigesimus

g 7ª. 4ᶦ. tr. 3. cap. 12. 13.
h 2ª. pᶦ. doc. pª. cap. 5. in fine.

20 secundus uterq; est: myrmecia uidelicet, atq; acrochordon. Qua de re inter frigidos (uelu- ti prædiximus) affectus connumerandos esse palàm est. Verùm enimuerò propter nominum ambiguitatem, quæ nostro seculo, & quidem infœlici reperitur: usq; adeò digredi operæpre tium fuit. Quanq; Galeni tempore omnibus notissimæ affectiones nõ hæ modò. s. myrmeciæ, & acrochordones fuerint: sed psydraces etiam, atq; epinyctides: ut absq; ulla definitione, uel solo nomine, intelligendas, tanq; per se notas, Galenus de tumoribus præternaturam loquens [i] pertransierit. Nunc temporis autem obscurissimæ, ac multa æquiuocatione perplexæ no- menclaturæ sunt. Magisq; aliæ duæ: psydraces inq;, & epinyctides. Itaq; nostrum propo- situm secuti, singula declaremus. A psydracibus exorsi. quò insimul & trigesimum tertium tumorem absoluerimus. PSYDRAX igitur, uel psydracion, siue (ut aliqui proferũt) psy

i cap. 16.

Tumor. 33.
Psydracion.

30 drachion, ꝙ tumor præter naturã sit, à Galeno decretũ habemus, ut potè in illorũ catalogo re censente: [k] Quin & alibi [l] specialiùs inter eos, qui capiti proprij sunt connumerante. Cuius modi uerò tumor sit, ab eo declaratũ non legimus: nisi ꝙ oĩbus notã affectionẽ esse protulit [m] Liber aũt sibi ascriptus, de facilè acquisibilibus ad Solonẽ, sic definiẽs, ait: [n] {Psydracia sunt » paruæ efflorationes factæ in capite, similes uesicis eminentibus in superficie.} Quã profe- ctò definitionẽ Alexãder [o] priùs, deinceps uerò Paulus [p] ferè ad literã exscripserũt: dicẽtes » {ψυδράκια μὲν εἰσὶ μικραὶ ὑπεροχαὶ, φλυκτίσιν ὅμοιαι, ὑπερκείμεναι τῆς ἐπιφα- » νείας.} quod ẽ: {psydracia (latino. n. noĩe caremus) exiguæ q̃dẽ eminẽtiæ sunt, uesiculis bul- » lis'ue, siue (ut alij uertũt) pustulis similes, summæ cuti superpositæ} Vtriq; ãt ĩter capitis af

k li. de tu. præt. nat. cap. 16.
l pº. de cõp. med. secũdũ loc. ca. 10. & 11.
Psydracia q̃d
m lib. de tu. ubi suprà.
n cap. 5. secũdũ antiquã literam Græco n. codic caremus.

40 fectus cõnumerarũt: Idcircò nil ĩ definitione, de capite meminerũt. In qua nihilominùs defini tiõe aduertẽdũ sedulò ẽ: quoniã q̃cq̃d alteri simile ẽ, illud idẽ cui assimilatur nõ ẽ. Differũt. n.

o lib. pº. cap. 5.
p libro. 3. cap. 3.
Notᵐ.

(ut patet) idem, & ſimile. Si ergo pſydracion ſimile phlyctenis, hoc eſt, ut diximus, ueſi-
culis bullis'ue eſt: idem non eſſe proculdubio ſequitur. Quòd ſi non idem cũ phlyctænis eſt,
ſed aliquo modo ab illis differt: nec idem quod φλυζάκιον ſignificare ψυδράκιον, liquet.
quẽadmodum nonnulli determinarunt. Cùm non aliud phlyzacion ſit, q̃ phlyctænæ: ſi Gale-
no medicorum coryphæo confidimus. qui phlyctænas interpretatus, eueſtigiò ſubdit [q] {τοῦτο
γὰρ σημαίνει τὰ φλυζάκια} quod eſt {id enim, ſcilicet phlyctænas, ſignificant phlyzacia.}
Quemadmodum igitur φλύκταινα, & φλυκτὶς, ἀπὸ τοῦ φλύω dicuntur: ita & φλυζά-
κιον, ἀπὸ τοῦ φλύζω: quod idem præſefert, & φλύσεις (ut ab Hippocrate nonnunq̃ dici-
tur) ἀπὸ τοῦ φλύσσω. Etenim φλύω, φλύζω, & φλύσσω idem nobis oſtendunt, quod bul-
lio, ferueo, uomo, eructo. Ex quo φλύκταιναι, pariterq̃ φλυζάκια, & φλύσεις, pro bul-
lis ueſiculis'ue, quæ à feruẽtibus, acerrimisq̃ humoribus excitantur, & ijs, quæ ab igne, aut
feruenti aqua generationem recipiunt, ſimiles ſunt, apud Græcos medicos capiuntur. ψυδρά-
κιον uerò, & ψύδραξ, ἀπὸ ψύχους, hoc eſt, à frigore denominari à quibuſdam ſcribitur,
quoniam & ab ipſa etiam frigida exteriori cauſa: ut continentis fortaſſe cutim denſantis: ac
per hoc humoris exitum impedientis frigore, uel ab ipſo quoq̃ frigido ſucco generationem
ſuſcipere queat (Id quod tamen de ſalſa duntaxat pituita uerificari poſſe opinor.) Fortaſ-
ſis autem ψυδράκια, hoc eſt ψυχρὰ ὑδράκια, ideſt frigidæ, ſeu frigefactæ guttulæ, ſi-
ue ſudores nominantur. Ea propter Celſi [r] literam corrigentes, non phlyzacion (ut nonnulli
uolunt) ſed ex Hermolao [s] potiùs, ac Manardo, [t] pſydracion legendum fore decreuimus. Cel-
ſus. n. ad frigidius uel ſaltem minùs calidum uergere hunc tumorẽ inſinuat. quùm expedito de
ſuis exanthematibus ſermone, ſubdit. Pſydracion autem paulò durior (prædictis uidelicet
exãthematibus) puſtula eſt, ſubalbida, acuta: ex qua ipſa quod exprimitur humidũ eſt. Quar-
ti uerò libri de acutorum uictu Author (Hippocrates. n. Galeni teſtimonio, nõ eſt: quem ſe-
ctari Celſus conabatur) calidum potiùs, non frigidum affectum intellexit: ut qui παραφρο-
σύνην, ideſt delirium aſſociari uoluit, & ἐρυθήματα, hoc eſt rubores, & σκληρὴν φλεγ-
μονὴν, quod eſt, duram inflammationem (intilligo quam nos hodie ſpecialiter phlegmonen
uocamus, ab Hippocrate, cæterisq̃ uetuſtioribus Græcis οἴδημα σκληρόν τε καὶ ἐπώδυ-
νον, ideſt tumorem durum & dolentem nuncupari conſuetum. ut loco deinceps proprio de-
clarabimus [u]) Mirũ igitur nõ eſt, ſi diuerſis locis Paulus de pſydracijs, & phlyctænis tãq̃
ſ. de diuerſis affectibus meminit: aliũq̃ curationis modũ ſingulis adiũxit. De pſydracijs inq̃
libro tertio, [x] in morborũ numero, qui capitis cuti proprij ſunt, recẽſens: De phlyctænis ue-
rò, bullis'ue, libro mox quarto: [y] inter eos quidem affectus, qui uniuerſo corpori cõmunes fie-
ri queunt, adnumerans. E quibus quidem præoſtenſis adhùc liquet: ſi puſtulæ nomen, apud
Celſum, genus tribus tumoribus cõmune ſit, exãthematibus, pſydracio, et epinyctidi. Haud-
quaq̃ tamẽ genus eſſe poteſt phlyctæna (ut Hermolaus innuit) phlyctænas Græcorũ, Celſi
puſtulis æquè cõfundens. [z] Etenim phlyctæna & ab exãthematibus, & pſydracijs, atq̃ ip-
ſis etiã (ut uidebimus) epinyctidibus differt. Qua de re Paulus, [a] atq̃ ẽt Aetius [b] ſeorſum de
ijs oĩbus, diſtinctis inq̃ capitibus, locuti ſunt. Ad pſydraciõ uerò reuertamur. è quo noĩe {ψυ-
δρακιώτου} formari põt, quod eſt, pſydracijs occupatũ: quaſi diceremus pſydraciatũ corpus
& {ἀψυδρακιώτου}. i. à pſydracijs liberũ. Vnde et Dioſcorides de butyri poteſtatibus lo-
quẽs ait [c] {καὶ ἀψυδρακίατον τηρεῖ τὸ σῶμα} hoc eſt: {à pſydracijs ĩmune corpus cõſer-
uat.}

Cont[a] Muſã, et Cornariũ.
q 4[I]. reg. acut. cõ. 63. uide Hip. li. de coacis præ-not. poſt princ.
Phlyzacia.
Plyctænæ.
Celſi locus.
r lib. 5. cap. 28. ſec. 13.
Contra Cornarium.
s in Gloſſematibus in Pliniũ.
t lib. 7°. epiſt. 2[a]
Contra Muſam.
u infrà c. 3. cõ. 6
x cap. 3.
y cap. x.
z in gloſſem. in Plinium.
a li. 4. c 8. 9. 10.
b lib. 13. cap. 128 lib. 6. cap. 68. & lib 14. cap. 61. 63
Catra Hermolaũ Barbarũ.
ψυδρακιώτου.
ἀψυδρακιώτου.
c libro. 2°. c. 64.

nat.} Introductorius autem Galeno ascriptus liber [d] in oculorum quoq; candido, qu.n & uniuerso etiam corpore aduenire communiter dictum psydracion uoluit. Sic dicens {ψυδράκιον δ' ἐστὶ κοινῶς λεγόμενον ὃ περὶ πᾶν τὸ σῶμα, καὶ περὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ γίνεται, οἷον ἐξάνθημα ἐξ ἄκρου ἐρυθές} quod est {psydracion autem cõmuniter dictum, est quod circa totum corpus, & circa oculi album fit, uelut efflorescentia, in summo rubicundum.} Cælius autem Rhodiginus, [e] qùm in naso nascitur, mendacij signum esse psydracion ex antiquorum lectionibus, testatur. Sic.n.inquit {superstitionis antiquæ uestigia in Græcorum commentariolis pridèm obseruauimus: quæ & uarietatis gratia, quam anxiè nimis, ac sollicitè affectat plerunq; humanus animus, huic loco suppingã. Moris est (inquiunt) nonnullis quæ naso adnascuntur psydracia (est autem eo nomine pustula durior, acuta, & subalbens) nuncupare mendacia, quoniam ferè sint mendaciloqui argumenta. Sed & ad ipsum id spectat, quod lectum quoq; est: Siculos consuesse ionthos, qui se parte eadẽ ostentant: ψεύστας appellare, idest uanos, mendacesq;. quia id genus homines per ea naturæ indicia planè significarentur.} Atq; huius quidem psydracij (ne quod præcipuè intendimus obliuiscamur) causã est salsus nitrosus'ue humor, uel si bilis, aut sanguis in causa sit: cũ in summo rubicũdũ esse Introductorij Author adiũxerit: nõ sine huiusmodi pituitæ admistione fieri opinor. Quamobrem inter mistos ex calido & frigido hunc tumorem connumerari posse apparet. Ego autem ob pituitæ sub cuti putredinem, atq; etiam sanguinis, uel bilis admistionem, inter calidos reponendum assero. Eo tamẽ longè calidior phlyctæna est, Phlyzacion'ue. quod uel ipsum nomen præsefert. Arabes uerò sub sahafati huiusmodi tumorem cõprehendisse, præscriptum iam est. [r] SED trigesimum quartum ordine tumorem, Epinyctida inq; Græcè, Latinè uerò nocturnum aggredi tempestiuum est. In quo longè præstantiores nodi soluendi occurrent. Adeò ut multi non secùs, atq; morbi nomen præsefert, in nocte, ac tenebris palpantes, præsertimq; Barbari, & eorum sequaces magnoperè aberrarint. Epinyctis ergo æquiuocum nomen est. Commentarios.n. (Hermelao teste [f]) nocturnos.i.rerum noctù gestarum aliquandò significat. quemadmodum & alios interdiù.s.factarum rerum cõmentarios, ephemeridas nuncupant. Somniorum quoq; libros (ut ait Synesius) epinyctidas appellant. Plinius uerò [g] ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humorem emanans, ita uocari ait. id quod αἰγίλωψ à Græcis medicis (ut posteà uidebimus) nuncupatur. Nos autem hìc neq; cõmentarios, neq; oculorum anguli ulcus aliquod intelligimus: Sed tumorem quendam inde sic (uel Galeno [h] erudiente) nominatũ, ὅτι νύκτωρ ἐγένετο. idest quoniam noctù enatum est. Oritur enim (Celsus [i] quoq; ait) in eminentibus partibus, & ferè noctù. Vnde nomen quoq; à Græcis ei ἐπινυκτὶς impositum est. Quòd si tùm Paulus [k] tùm etiam Aetius [l] non ab eo quòd noctù oboriatur: at Potiùs quoniam uehemẽtiùs per noctẽ eiusmodi cum tumore ulcus hominẽ excruciat: sic nominari autumant. Galeno tamen ac Celso minimè aduersantur. Eadem nanq; hora, qua ortum est, & exacerbari ob refluentes succos, atq; cutis etiam superuenientem eo tempore condensationem, uerissimum est. Vtraq; igitur insimul iuncta ratione à Græcis epinyctis dicitur. tùm quia noctù enasci consueuit. tùm quia noctu quoq; dolore homines torquere plurimùm inuenitur. Quid uerò tumor huiusmodi, qualis'ue sit: à Galeno definitum non legimus. Etenim omnibus notam affectionem de tumoribus præternaturam loquens [m] reputauit. A Paulo igitur hanc definitionem priùs edis-

[d] cap.15. de oculorũ affectibus. post mediũ.

[e] lib.24 cap.26

Psydracion Mendacij signum.

Ionthi mẽdaces.

Psydracij humor.

[r] Supra fo.172. 36.et fo.173.post med.fo.176.6.7

Tumor.34.

Epinyctis.

[f] in Glossematibus in Plinium.

[g] lib.20.cap.6.

[h] 2°.meth cap.2 uersus finem.

[i] lib.5.c.28.sec. 14.

[k] lib.4.cap.9.

[l] lib.14 cep.61.

Cõcordia Pauli & Aetij, cũ Galeno et Celso.

[m] cap.16.

camus, ſic ſcribente.[n] {Epinyctides ulcuſcula ſunt, ſua ſponte erumpẽtia, φλυκταινώδη, hoc eſt, phlyctænis, bullis'ue ſimilia, ſubrubra: Quibus diruptis cruenta ſanies defluit. Per diemq; non magnoperè excruciant: per noctem uerò graui, magis, q̃; pro ratione ulceris, dolore torquent.} Paulo autẽ Aetius[o] ad uerbum ſuſcripſit. Pollux puſtulas ſubliuidas, modicè tumeſcentes, & plenas ſanguine, in tibijs et pedibus, ferè noctù maximè infeſtantes eſſe ait. Indeq; Plinius[p] fortaſsè inquit {quidam eo nomine appellant puſtulas liuentes, ac noctibus inquietantes.} Celſus uerò non uno tantùm colore infectã, ſed tribus hanc puſtulam deſcribit. Quin & peſſimam eſſe dicens, ex alijs quoq; ſymptomatibus eã longè maniſeſtiùs oſtendit: Sic ſcribens. {Peſſima puſtula eſt, quæ ἐπινυκτὶς uocatur. Ea colore uel ſubliuida, uel ſubnigra, uel alba eſſe conſueuit. Circa hanc autem uehemens inflammatio eſt: & q̃um adaperta eſt, reperitur intùs exulceratio muccoſa. Color eſt humori ſuo ſimilis: Dolor ex ea ſupra magnitudinem eius eſt. neq;. n. ea faba maior eſt. Atq; hæc quoq; oritur in eminentibus partibus: & ferè noctù. Vnde nomen. etc.} E qua me hercle Celſi, ac Pollucis etiam, & Plinij definitione exquiſitiſſimè perpenſa, horum epinyctida à Pauli, & Aetij epinyctide differre ſtatim apparet.[1] Quoniam hi puſtulas, Illi uerò ulcuſcula:[2] Itemq; hi liuentes, aut ſubliuidas, quin (uti Celſus addit) interdùm ſubnigras, interdùm uerò albas huiuſcemodi puſtulas definierunt: Illi autem ſubrubra ulcuſcula pronuntiarunt. [3] Præterea Celſus adaperta puſtula muccoſam intùs exulcerationem reperiri, atq; hanc humori, ex quo facta puſtula ſit, perſimilẽ colore dixit: Paulus uerò, atq; Aetius cruentum ſanguineum'ue ichorem, ac per hoc ſubrubrũ ex ulcuſculis emanare protulerunt. Celſo autẽ & ratio, & quorundam Barbarorum authoritas aſtipulatur. ut ipſe potiùs, q̃; Paulus, & Aetius epinyctidas cognouerit, uereq; definierit. Etenim ſi albus tumor eſt: à ſalſa nitroſa'ue pituita gignitur: perindè ac ſubliuidus, aut liuẽs, ex atrabili: magiſq; ſi ſub niger extiterit. Vtriuſq; uerò ſucci motus, atq; exacerbationes in nocte maiores, uehentiores'ue fieri cuiuis pernotum eſt. quemadmodum ſanguinis, aut bilis, interdiù uehementior, & acrior exagitatio fieri ſolet. Atq; idipſum à Serapione quoq; de eſſeris loquente,[q] ac ipſum exſcribentibus, Raze,[r] et Hali Abbate[s] comprobatur. De quibus tamen Barbaris poſtmodùm ſermo fiet. Vera igitur epinyctis eſt, quam Celſus, Polluxq;, ac Plinius deſcripſerunt. Cuius quidem cauſa, nitroſus præcipuè ſuccus eſt. cuius ratione albus tumor conſpicitur. uel huic atræ bilis portio quædam admiſta fuit: unde ſubliuidus ſit, aut (ſi maior copia ſuperuenerit) liuidus, uel deniq; ſubniger, ubi plurimum huiuſmodi bilis atræ coniungatur. Ob adiunctam nihilominùs in omnibus, quam diximus, pituitam, adaperta (ueluti Celſus ait) puſtula, muccoſa intùs exulceratio reperitur. quemadmodum anteà de achoribus quoq;, ac cerijs dictum iam eſt. Quæ autem à Paulo, atq; Aetio ut epinyctis definitur, aptiùs (mea quidem ſententia) ἐφημερὶς hoc eſt, Latinè diurnus, diarius'ue affectus nuncupari debet: quoniam ex bilioſo cruore generationem ſuſcipiens, interdiù frequentiùs, & acriùs moleſtare hominem ſolet. Quanq; & hunc noctù interdùm, ueluti, & epinyctidas nonnunq; die inuadere, ac uehementiùs torquere poſſe inficias non ibimus. Dummodò affectum, ab eo, quod maxima ex parte euenit, denominaſſe placuerit. Quòd ſi refractaria nihilominòs minerua eundem eſſe morbum, qui à Paulo, & Celſo definitur, contenderis: differreq; duntaxat humoris diuerſitate. Adeò ut ab initio ſtatim ſuæ generationis puſtula exiſtens, abrupta mox ulcuſculũ reſultet: idipſum quoq;

n libro. 4. cap. 9

o libro. 14. cap. 61. in principio:

p libro. 20 ca. 6. circa principia.

Pollucis, Celſi, & Plinij epinyctides à Pauli & Aetij epinyctidibus differunt tripliciter.

1°. 2°. 3°.

q 5°. Breu. ca. 8.

Quæ uerior epinyctis.

r 25. Cont. ca. 18 circa medium

s 8. theori. ca. 17 & 4. pract. c. 8.

Cõtra Paulũ, & Aetium.

10 20 30 40

circa principia fortassis subrubrũ, in liuidum, aut nigrum deindè permutetur. Illud interim abnegare neutiq; potueris: eam, quæ à sanguine, uel bili, aut ex ijs misto humore facta pustula est, interdiù magis: quæ uerò à pituita, uel atra bili, aut cõmista ex his materia genita sit, noctù potiùs hominem torquere. Quã etiam ob rem & Pollux in tibijs, & pedibus subliuentes huiusmodi pustulas generari ait. quoniam. s. atrabilarius sanguis libentiùs eò descẽderet, q; ad superiora persultet. Cui porrò sententiæ Cornelium Celsum aduersari offendimus. Etenim de quibusdam anteà pustulis ulcusculis'ue loquens, dixerat. {Maximeq; id euenit in ætate puerili: rarò in medio corpore, sepè in eminentibus partibus} eodem quoq; pacto de epinyctide pustula, mox scribens, subdit. {Atq; hæc quoq; oritur in eminentibus partibus. et ferè (q. d. maxima ex parte) noctù. etc.} Si ergo in eminentioribus partibus, supra medium corpus aduenire huiuscemodi tumor consueuerit: Non in tibijs, & pedibus contingere Pollucis opinione decernendum. Id quod proculdubiò uerum, uti Celsus refert, maxima ex parte opinor. Cùm ex feruore quopiam, & humoris cuiuscunq; existentis quadam corruptione huiuscemodi pustula fiat. Cuius feruoris ratione sursùm petere liquet. qua etiam de causa et circa hanc uehemens inflammatio (Celso itidem referente): & dolor ex ea, supra magnitudinem eius est. Vt hinc etiam quod præsertim disquirimus elucescat: calidum. s. non frigidũ epinyctida, omni semoto scrupulo, determinandũ. Magisq; adhùc si Pauli, et Aetij, à cruenta bili obortum epinyctida intellexerimus. Pollux uerò id quod rariùs aduenerit, considerat: inferiores inq; partes epinyctide uexatas. Vbi enim grauior, minusq; feruẽs atra bilis fuerit, ac præcipuè si ualidior Natura extiterit, cuius propriũ munus est ad ignobiliores plurimũ partes demittere: Crura, tibiasq;, & pedes tũc magis, q; supremas molestare partes offendemus. Quam non adeò calidam, & pessimam in hisce locis, quemadmodum in superioribus experiemur. Paulus uerò, Aetiusq; nullam determinatè sedẽ nominantes: toti corpori aduenire suas epinyctidas posse reputarunt. Verùm hæc omnia leuissima sunt. Si quidem ad Barbarorum confusionem referantur, Itaq; Græcorum pariter, & Latinorũ epinyctidibus omissis: ad Arabum esseras Pauli (ut uidetur) atq; Aetij epinyctidibus, pro parte, respondentes conuertamur. In primis igitur Serapion[t] duplicem esserarum speciem posuit, absq; ulla tamen (ob uulgarem fortassis morbi aduentum, ut unicuiq; notissimus per se ipsum affectus sit) definitione, Alteram ex sanguine cholerico factam declarauit: quam ex caliditate (ut ait) complexionis infirmi cognoscere possumus, & acuitate ipsius tumoris, & ex rubedine, quæ apparet in eo, & ex æstuatione eius in die secundum plurimum. Alteram uerò ex phlegmate salso, albaurachi (hoc est nitroso) deinceps ostẽdit: ex æstuatione. s. eius in nocte, & paucitate rubedinis, quæ apparet in ea.} Quarum primam (si speciale nomen quispiã uestigarit) ephemeridem, siue diurnam, aut diariam: Secundam uerò, epinyctidem siue nocturnam uocare condecens est. Serapionis uerba Razes[u] interdùm exscripsit: quãuis unam duntaxat speciem libris Diuisionum,[x] & Almansoris[y] curauerit: eam. s. quæ ex cholerico sanguine generationem suscipit. utpote quæ frequentiùs aduenire conspicitur. Quibus in locis nil de huiusce affectus definitione tetigit, Libro autem Cõtinẽte Hippocratis, Galeniq; exanthemata, & epinyctidas cum esseris confundit: Sic à primo statim exordio incipiẽs {In primo capitulo libri Megategni dixit de uitio appellato, sera, filia noctis: eò q sera excitatur magis in nocte} intellige per megategni Methodum medẽdi. Voluit autem id ueluti balbutiens

Quã partẽ magis affligat epinyctis.

Cõtra Pollucẽ

Epinyctis calidus tumor.

Essere Arabum.

t 5. Breu. cap. 8.

u 25. cõtin. c. 18

x cap. 122.

y lib. 5. cap. 29.

z cap. 2°.

z cap. 2°.

Razis locus.

butiens insinuare, quod 2°. libro methodi[z] de epinyctide legitur. Qua de re legẽdum potius {In secũdo capitulo. etc.} sæpenumerò. n. capitulum pro libro accipere consueuit. Id quod uerba statim sequentia confirmant: quùm subdit {In sexto capitulo dixit pruritus pustularum " capitum acutorum uehementior fit. quia humor de quo fiunt, est calidior, & acutior. tamen " capitum applanatorum alborum, erit minor: quia humor ipsorum est frigidior.} Quæ uerba "

a aphor. 9°.

quis non apertè uidet ex libro sexto aphorismorum[a] transcripta fuisse? quùm Hippocrates ait. {Lata exanthemata non admodum pruriunt.} Quòd si non sextum aphorismorum uolumen intellexisse per sextũ capitulum libeat: sed de morbis uulgaribus sextũ. Idem quoq;

b cõmentario. 2° tex. & cõm. 29.

ab Hippocrate, Galenoq; ipsum enarrante ibi perlegimus.[b] Quùm lata exanthemata (pustulas Celsum imitati interpretes uertunt) non admodũ pruriginosa esse ait, quales Simon hyeme habebat. etc. Vides igitur quomodo epinyctidibus exanthemata, propriam (ut uidetur) "

Cõtra Razẽ.

uocẽ ignorãs Razes cõfundit. Deinceps aũt post pauca Pauli epynictidas commiscet, earũq; curationem, sic dicens {Paulus dixit: si accidit sera in nocte uehemens: dissolue assam fœtidam in aqua. etc.} σίλφιον, Græci uocant, Latini laserpitium & laserem, corruptè autem Barbari assam appellant. Hinc ergo, quia Razes non Pauli modò epinyctidas, uerùm & ip-

c 8. theoricæ. ca. 17. & 4°. pract. cap. 8.

sa quoq; Hippocratis exanthemata essere nomine, siue (ut ibi legitur) sera confusit. Cæcũ ducem insequens Hali Abbas,[c] ita serie definiuit (idem. n. uolunt essere, sera, serie, seria,

Cõtra Hali Abbatem.

uel quouis alio corrupto nomine protulerint) {Serie autem pustulæ sunt aliæ paruæ, aliæ " magnæ extensæ, & lati capitis: quæ cum prurigine incipiunt magna. quæ cum scalpuntur, " humiditas ab eis fluit rubiginosa. etc.} in qua quidem, si exquisitè perlibraris, definitione, tam exanthemata prædicta, q̃; Pauli epinyctis cõfunditur. Mox uerò Serapionis distinctionem prosequitur. quoniam. s. quæ ex cholerico sanguine ortum duxerunt, in die uehemẽtius: quæ autem ex salso plegmate oriuntur, noctu magis molestare consueuerint. Hos igitur tã Græcos, q̃; Arabes cùm legerit Auicenna, eãdem auget potius q̃; diminuat confusionem. Si

d infrà cap. 13. tex p°.
e lib 4. cap. 9.
f lib. 14. cap. 61.

quis enim ab ipso[d] datam esseræ definitionem, atq; unà Pauli,[e] Aetijq;[f] pro epinyctide assignatam descriptionem exquisitiùs perlibrarit: Idem proculdubiò Auicennam esseræ nomenclatura, quod illi epinyctida uocant, itellexisse q̃; primũ denuntiauerit. Præsidiorum uerò mox utrobiq; genere perpenso, aliud à Principe intentum reputabit. Cũ ex ijs, quæ ad epinyctidas illi scripserunt, nullum assumpserit. quæ tamen haud secùs ac ipsam definitionẽ exscripsisse opportunius fuerat. Verũ à Raze, ac Serapione, atq; etiam Hali Abbate (ut loco

g ibidem. ca. 14.

deinceps proprio scrutabimur)[g] ferè singula transcripsit. Nostrã igitur in tam ardua confusione sententiam interseruisse certum est, quò manifestiùs rei ueritatem, atq; unà uulgatas Arabum esseras pernouerimus. Enimuerò quolibet abiecto scrupulo, firmiter tenemus Arabes quidem præscripto nomine eum affectum intelligere, quem nos in Sicilia uulgò di-

h sermone. 7°. tr. 5°. summa p[a]. cap. 29.

cimus scotulum: nonnulli uerò pilum ceruinum appellant. Florentiæ (ut Nicolus[h] ait) artetica ab idiotis uocatur. Quin communissima nostrorum omnium idiotarum cõparatione fabescere corpus dicimus Vulgò farse faue faue. Quippè tuberculis fabarum sæpenurò magnitudine, paulo'ue maioribus, aut minoribus uniuersum corpus quasi ex improuiso nonnunq̃;, præcipueq; in æstate, circumuenitur. Perindè ac si à uespis undiq; demorsus esset. uel sæuiori quauis urtica perfrictæ carnes eius extitissent. Quiquidem affectus ex biliosi sanguinis feruore magna ex parte aduenire consueuit. Tuncq; (prout experimento quotidie cernimus

cernimus) interdiù frequentiùs hominem inuadit. Magisq; horam circiter undeuigesimam excruciat. Interdum uerò duodeuigesimam, aut etiam decimamseptimam. Quo tempore tũ præassumptus cibus in corpus distribui occeperit, tùm diei calor & lumen uehemẽtiùs præualuerint. Fieri autem & talem affectum nitrosa ex pituita impossibile non est: huncq; noctũ magis, q̃ luce ipsum ægrotantem affligere Serapion,[i] eiusq; authoritati innixus Razes,[k] & Hali Abbas[l] testes sunt. Princeps uerò phlegmaticæ uehementiã in noctu plus esse ait,[m] q̃ sit uehementia sanguineæ. Sed quia rariùs ex pituita huiuscemodi morbus fieri consueuit: Ideò priorem duntaxat Razes libris Diuisionum,[n] & Almansoris,[o] (ubi propria magis ex opinione loquebatur) curare aggressus est, ueluti sæpiùs occurrentem. Quanuis li- 10 bro, quem Cõtinentem uocat,[p] ubi præter ordinem uarias authorum sententias refert, ambas ex Serapione recitarit. Quinimmò Iudei authoritate, quatuor humores, quatuorq; inde obortos esserarum modos ostendit. Eueniunt autem subitò essere, præsertim cholericæ, atq; tertianam febrem patientibus, maximeq; continuam. Sæpiusculè autem ipsæmet febrem antece„ dunt. quamobrem Princens quoq; ait.[q] {Cùm essere (sic enim indeclinabiliter ait) inuadit „ locum amplum: tunc, si non fiat phlebotomia, timetur febris tertiana. Et oportet ut fiat phle„ botomia in spacio, quod est inter initium.} Esseras autem sæpissimè lassitudo phlegmonosa, uel ulcerosa præcedere solita est. Nullo tamen topico medicamento deleri, uel in memetipso febriente expertus sum. præter innumeros, quos quotidie sanatos conspeximus. At sola uenæ incisione, interaneaq; feruentis bilis, ac sanguinis facta, uel frigidæ copioso potu, uel cuiuspiã 20 alterantis cremoris ui, refrigeratione. Quin interdũ sanguinis dũtaxat missione corpus adeò refrigerari periculum fecimus: ut extemplò detumuerit cutis, atq; ex aspera læuis euaserit. Qua de re in synonimis Serapionis ita scriptum legimus.[r] {Sara, idest tumoribus, qui citò fiũt, et citò redeũt, & præcipuè cũ aliquis se scalpit.} Sæpè aũt & bilis adhùc feruorẽ excitãtis purgatio necessaria, pro tumorũ quiete, fuit. Ad topica uerò peruenire nõ nisi rarissimè opus fore occurrit. Quamobrem nec Serapio, nec Razes libro Diuisionũ, & quinto ad Mansorem, ubi quæ sibi magis placuerunt, refert, Neq; etiam Princeps loco huius libri proprio,[s] locale quopiam in exterioribus admouendum medicamen declararunt. Extincto enim feruore, semotaq; illius causa, quamprimùm deferuescit sanguis, & frigefit tandem, atq; pristinã corpus læuitatem, coloremq; recuperat. Sed ne pustulam quidem ullam, è qua uel sanguis, uel 30 ichor, aut quæuis alia humiditas emanarit, conspexisse nobis permissum aliquandò est. Per halitum nanq; sensui occultum difflantur. Cùm uapores ad locum (ipso etiam Principe[t] ac Raze[u] testibus) non humores aceruentur: Adeò ut uaporosus tumor nũcupandus ueniat. Indéq; succedit tam subita tumoris tùm generatio, tùm resolutio. Sin autem id euenisse nonnunq̃; ab aliquo excedenter, ob acrem, sæuamq; pruriginem, acutis nimiùm unguibus scalpente uisum sit: Phœnice quidem rarius id contigisse opinamur: tuncq; scalpturæ, non tumoris naturæ tale ulcus, indéq; fluens liquor referenda sunt. Aliud itaq; non modo epinyctidum uniuersaliter ferè, ac perpetim, nocte magis (unde & nomen obtinuerunt) q̃ die molestantium pustularum uoce apud Celsum, Polluceq;, et Plinium intilligimus, q̃ sint Pauli, Aetijq; ulcuscula phlyctænosa, epinictidis quoq; nomenclatura ab ijs Græcis authoribus expressa: Verùm & 40 Serapionis esseras uaporosos quidẽ absq; ulcere tumores, diuersum ab utrisq; epinyctidibus affectum esse opinamur. ut qui præter id, quòd ulceris, ac pustularum (q̃tum ex se est) expers

i 5º. Breu. cap. 8
k 25. cont. c. 18.
l 8ᵃ. theoricæ cap. 17.
m infrà cap. 13 text. 3.
n cap. 122. l
o lib. 5. cap. 29.
p lib. 25. cap. 18.
q ibidẽ tex. 4.
r litera S. ĩ prin.
s infrà cap: 14.
t ibidẽ c. 13. text. 2º.
u lib. Diuisionũ cap. 122. in prinº.

pers inuenitur: Interdiù quoq; plurimùm, noctu uerò rarissimè hominem excruciat. Ab illis er go tametsi doctissimis uiris omninò dissentimus, qui Græcorum pariter, atq; Latinorũ epiny ctidas cum esseris Serapionis, cæterorũq; Arabũ confundunt. Cuius porrò phantasiæ causa fuit primò Razes in confusissimo illo chao quem continentem uocat.[x] Vbi Pauli epinyctidas, & Serapionis esseras pro uno eodemq; morbo accepit. Ex eo quidẽ fortasse deceptus: quo niam phlegmaticæ apud Serapionem [y] noctu magis hominem grassari leguntur: quamobrem non indecenter illis nomen id (epinyctis inq;) aptari potest. Hic igitur & generatim cunctis esseris conuenire censuit: Rursusq; nominis ratione deceptus Pauli epinyctidas idem cum es seris Arabum esse opinatus est. Quem deinde secutus, absq; ulla (uti fas erat) consideratio ne, Princeps, à Paulo definitionẽ,[z] à Raze autem, Serapioneq;, & Halia Abbate diuersa præsidiorum genera transcripsit.[a] Oblitus interim quod à Serapione, illũq; æmulantibus Raze, atq; Hali Abbate præscriptum iam erat: quæ. s. ex cholerico sanguine genitæ sint, per diem frequentiùs inuadere, atq; inuadentes uehementiùs ægrotantem affligere. ut sub epi nyctide comprehendi non debeant. Speculatione igitur digna morborum diuersorum à Ra ze prius, dein ab Auicena facta commistio est. ut qui Græcorum simul, atq; Arabum libros coràm se apertos retinentes, hinc, & inde (ut sibi offerebantur) plurima exscribebant. Nos autem loco proprio specialiùs, ac sigillatim cuncta perlibrabimus. Nunc uerò nostrum exe quamur propositum. Epinyctis ergo Pauli, & Aetij, quidnam sit, definita iam est. Itemq; Celsi epinyctis, cuiusmodi & à Polluce, et à Plinio intellectã esse rati sumus, descripta etiã, ipsomet ex Celso, est. Dubium uerò interim haud negligendum occurrit. Etenim si Arabum (præcipueq; uetustioris inter eos, qui præ manibus nostris existunt, Serapionis) esseræ ad Pauli epinyctides reduci nequeũt: Aut ergo nouũ esse morbum, Græcis quidem authoribus ignotum proferre oportet: aut aliquem à Græcis definitum affectum inuenire necessum est, ad quem reducẽdus huiusmodi uaporosus tumor sit. Cui me hercule ambiguitati respondere cupientes, ad Græcorũ exanthemeta generatim capta, quæq; ulceris expertia sint, referendũ rati fuimus: q.q; nullibi Galenũ, aut alius quisuis Græcorũ speciatim huiuscemodi affectũ cu rauerit. De quibus quidem exanthematibus plura post hæc declaraturi sumus. Nunc autem ad epinyctidas reuertamur. Quas quidem non esseras, apud Arabes, præsertimq; Auicẽnã, sed Benat noctis (quicquid Alij scripserint) uocatas esse arbitramur. Atq; idipsum à nomi ne primitùs indicatur. Etenim Benat noctis (uti bellunẽsis [b] quoq; interpretatus est) sunt ea, quæ mouentur, uel excitantur in nocte. Sed ne aliud quidem epinyctis Græcum nomen præ se fert. Secundò ex modo generationis morbi à Principe descripto confirmatur, qui & idem proculdubiò epinyctidarum est. In quo quanuis definitio non exprimatur. Colligi tamen po test, ut dicamus q; est Bothor, siue pustulæ paruæ, nocte aduenientes, & uehementiùs, pru ritu priùs, deindè etiam uehementiori dolore, q; pro pustulæ ratione sit, excruciantes, ob fri goris cutem densantis, porosq; oppilantis aduentum. etc. Vbi autem dolorosus pruritus inest ac per hoc fortis frictio, scalpturaq; ab ægrotante fit: multas illarum pustularum rumpi ne cessum est, & ulcuscula oboriri. Adeò ut nil ad epinyctidis uel à Paulo datam definitionẽ deficiat. Præsertim si ex eruptis bothor, genitisq; ulcusculis quippiã defluxerit. Haudquaq; uerò obstat, quòd epinyctidis definitionem expresiùs de esseris loquens à Paulo uenatus sit. Quoniam perindè ac præscriptum iam est, propriam ibi uocem ignorasse, suo cum authore (quem

Margin notes:
Cõtra Manardũ, et Tagaultium.
x li. 25. cap. 18.
Cõtra Razẽ.
y 5°. Breu. ca. 8.
z infra cap. 13.
a ibidẽ cap. 14.
Contra Auicennam.
Dubitatio.
Responsio.
Cõtra Manardũ, et Tagaultium.
Benat noctis.
b in interpret. Arabũ nominũ.

(quę exscripsit) Raze apparuit. Esseras.n.ab epinyctidibus plurimùm distare præostensum est. Præter hæc autem, quod maioris momenti est, id perpendendum uenit. quoniam quæ ad benat, siue (ut quidam uertunt) plantas noctis præsidiorũ genera Princeps edocuit: epinyctidibus omnia conferre nulli dubium fuerit. quanq; ea non sunt, quæ Paulus, uel Aetius posuit: Quòd si eadẽ pro utrisq; remedia disquisiueris, neq; ullum à Paulo Aetioq; pro epinyctide præscriptum in Auicennæ dictis esseris inuenies. ut autẽ Benat manifestiùs cognouerimus: ipsius Principis uerba contemplemur: quùm ait [c] { Si quis passus est densationem cutis, & oppilationem pororum, & bonitatem digestionis, quandoq; accidunt in frigore noctis pruritus, & asperitas, & bothor paruæ, quæ nominantur benat noctis. } In quibus quidem uerbis non cutis tantùm, pororumq; oppilationem huiusmodi affectus causam esse uoluit: quæ ob aeris superuenientem in nocte frigefactionem fit: uerùm & coctionis bonitatem insimul adiunxit. Cuius ratione sanguis libenter ad extrema distribuitur. Fit uerò (uti iam liquet) ualidior noctu, q; interdiù concoctio, indeq; alimenti distributio. Quicunq; igitur ob diurnam lucem, caloremue, & exercitia, superficialem ad partem tracti humores sint, superueniente statim cutis (ob nocturnam simul frigiditatem, & quietem) densitate, ac pororum obstructione, retineri sub cuti, ac repentè astringi cõsueuerunt. Id quod eò faciliùs aduenit, quò densior cutis, propria ex creatione, sit. Quamobrem & ipsemet Princeps statim subdit { Et causa est retentio eius, quod oportet ut resoluatur, propter constrictionem ultimam in radice, seu creatione. quam adiuuat, & in qua addit soliditas frigoris, & propriè in hora, in qua multiplicatur digestio. & sequitur multitudinem eius multitudo uaporis, & aer noctis. & propter illud nominatur benat noctis, quia plurimum accidentium eius est in nocte. Et de dispositionibus huius passionis est, ꝙ pruritus in ea fit uehemens, & delectat priùs, deindè perducit ad dolores uehementes, quos efficit in locis pruritus. } In quo Principis contextu deprauatam esse literã circa principia existimo: etiam si Arabicus textus idem haberet: & pro uerbo { desudationem } legendum fore, uti nos legimus { densationem } si quis uidelicet passus est densationem cutis. etc. De sudoribus.n. præcedenti capite locutus fuerat. [d] Quòd si { desudationem } legisse malueris: in idem profectò redibit. Nam præsudasse corpus supponit. Cuius ratione multæ crassiores partes, uel atræ quidem bilis, uel nitrosæ pituitæ, ad cutim cõmotæ, exeunte interim sudore, pertrãsierint: ibiq; ob superueniens nocturnum frigus, cutim ipsam porosq; cõdensans, remansissent. Vt deinde prænarratũ pruritum induxerint. Verùm enimuerò haudquaq; ob id sequitur hunc affectum oĩnò idem ipsi desudationi fore: quã Arabicè Princeps hasef, Græciq; (ut uidebimus) ὑδρῶα nuncupant. Etenim benat noctis, post sudorem, aut factam nutrimenti distributionem, superueniente, quæ resolutiouem impediat, constrictione, fit: hasef aũt sudaminá ue, ipsimet sudores sunt proprio uitio, uel horũ fœces cuticulæ annexæ in ipso etiã caloris tempore mordentes. Vltra quòd non adeò acris, moderásq; materia in ipso benat est. Vt potè quæ nisi ob noctis frigiditatem adstringeretur, magisq; corrumperetur, non eroderet. Sudamina uerò, siue hasef usq; adeò ex se acria sunt: ut aquæ frigidæ balneo, alijsq; tùm refrigerantibus, tùm humectantibus medicamentis, eorum quidem acrimoniam retundentibus occurrendum sit. Quamobrem (quia.s. acerrima sudamina sunt) non ulcerare modò cõtingit: uerùm increscere mox intantùm Princeps posse ait: [e] ut nõnunq; ad finem maximum corruptionis affectam partem perduxerint. Quare erit cura eorum, cura

Marginal notes: c 7ª fen. 4ª. tr. 3 cap. 10. — Auicen. locus. — d cap. 8. & 9. — Hasef. ὑδρῶα. Sudamina. Desudationes — e cap. 9. in fine eiusdem.

ra adustionis ignis. ex flaua.n. bili potiùs, uel aliquatenùs assata fiunt. Mihi tamẽ magis arri-
det legendum esse {densationem cutis} quemadmodum prædiximus. tibiq; similiter peregri-
na mente si. gula perpendenti uidebitur. Sunt autem sudamina, Græcè ὑδρῶα (Galeno [f]
enarrante) ex genere exanthematum, in summa hærentium corporis cute, quæ ἑλκωδῶς. i. "
ulcerosè cutem exasperant. Proueniunt autem (quemadmodum & ipsum ostendit nomen) "
propter multos sudores, qui uel biliosiores, uel omninò mordaciores existunt. Mordẽt.n. hi cu- "
tem, & pruriginosam efficiunt, & ulcerosè exasperant.} De ijs ergo Hippocratẽ in apho- "
rismo intellexisse Galenus uoluit: quũ inter affectus æstati familiares connumerauit. quanq;
non hæc Celsus, [g] at resoluentes hominem sudores aphorismi uerba enarrans, retulit. quos ta-
men sudores ex alio potiùs aphorismo collegisse debuerimus, quùm ait. [h] {quãdo æstas fit ue- 10
risimilis, sudores in febribus multos expectare oportet.} Hæc autem, quæ ὑδρῶα ab Hippo- "
crate, & Galeno uocata prædiximus, à Plinio [i] papulas sudorum aliquandò nuncupari offen-
dimus: qùm. s. de oleo lentiscino loquens, ait {utuntur eo & contra nimios sudores, papulasq; "
sudorum. etc.} Appositè autem exanthemata sudorum, Plinius papulas sudorum Latinè ap-
pellat. ut qui papularum uoce (quemadmodum & anteà [k] demonstrauimus) calidiora, necnõ
acutiora exanthemata intelligit. Quæ igitur Græci ὑδρῶα dicunt, nos Latinè sudamina, &
papulas sudorum nuncupare possumus. Razes [l] autem, atq; ipse etiam Auicenna [m] asef, uel
cum articulo, alasef, siue hasef, & albasef, seu albasaf. quin interdum [n] asafati scriptum legi-
mus. Hali Abbas [o] asefa, & asafa similiter habet. Quouis.n. nomine utaris, idẽ significat. E
quibus quidem illud quoq; confirmatur, quod suprà [p] nos diximus, nomen. s. sabafati ab asef, 20
siue asaf (iuxta Serapionis [q] sententiã) deriuari, quod sudorem significat. Inquit.n. in Conti-
nente [r] Razes, Galeni (ut patet) uerba in commento aphorismi [s] iam iam præscripta [t] referens
{Ideò Græci appellant asaf: cum nomine deriuato à sudore} quasi asaf significet desudatio- "
nem, siue sudamen à sudore deductum. Nos uulgò in Sicilia huiuscemodi affectum nomina-
mus, Bruxóli, seu Brusóli, quia ueluti combustio quædam cutis apparet. Alij sunt qui uulga-
ri etiam idiomate in Italia cocturas appellãt: à coquendo similiter deducto nomine. ex ingen-
ti.n. & quasi coquente calore fieri solent. Notissimus hercle affectus & pueris, & iuueni-
bus, præsertimq; temperamento calidioribus, & præter ordinem interdiù, æstatis tempore
motis, agitatisq; est: & præ cæteris in collo, pectore, ac brachijs aduenieñs, & feminibus, q̃q;
toti potest corpori accidere. fiunt autem (Princeps [u] ait) bothor spinosi: hoc est (ut in Arabi- 30
corũ nominũ interpretatione Bellunensis edocuit) qui habent extremitatem acutam, Itaq; iã
esse non semel experti sumus, ut spinarum instar acutæ appareãt, & ipsos etiam patientes
expungant. Milij tamen grano, circa initia, magnitudine persimiles existunt. qua de re Nea-
poli uulgares {miglarino:} quasi miliare, seu Miliarinũ dicerent. quia. s. granis milij similes
pustulæ sint. Celsus [x] uerò papularum uoce (uelut iam prædixisse [y] recolo) non exanthe-
mata, sed Græcorũ lichenas, Latinè uerò à Plinio, Cæterisq; Romanis impetigines uocatas
intellexit. Nec sudamina (prout nonnulli uolunt) exanthematis nomine significauit. Cùm si-
milia ijs pustulis, quæ ex sudore nascuntur exanthemata dixerit. Quod aũt simile est (quẽ-
admodum aliàs [z] quoq; præassumpsimus) idem non est: Verùm sub tali Græcorum nomen- 40
clatura, tùm uariolas uulgò dictas, tùm ipsos quoq; morbillos comprehendisse autumo. Dicun-
tur.n. uariolæ à uaris, quibus similes, præsertimq; ab initio suæ generationis, sunt. Pustulas
autem

Sudamina q̃d. ὑδρῶα.

f 3ª. aphoris. cõmento. 21º.

g lib. 2º. cap. pº. ante mediũ.

h 3ª. aphoris. 6.

i lib. 23. cap. 4. ante mediũ.

Papulæ sudorum.

k suprà fo. 138.

l 25. Cõtin. c. 23. & lib 5. ad. Mansorẽ cap. 30.

m 7ª. 4ª. tr. 3. c. 8º. & 9º.

n ut lib. Diuis. c. 123.

o 8ª theor. c. 17º. & 4. cap. 8.

p fo. 172.

q pº. Breu. ca. 3.

r lib. 25. cap. 23. in principio.

s 3ª. aphor. 21.

t hic paulò antè.

Brusóli.

Cocturæ.

u 7ª. 4ª. tr. 3. ca. 8. ante medium.

Miglarinum.

x lib. 5. cap. 28. sec. 14.

y suprà fo. 137. 138.

z suprà fo. 138.

Variolæ unde dicuntur.

autem uaris similes esse exanthemata Celsus posuit. Exquisitiùs autem singula considerabimus, si Celsi uerba referemus: qùm ait.[a] {Pustulæ maximè uernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. Nam modò circa totũ corpus, partem'ue aspredo quædam fit, similis his pustulis, quæ ex urtica, uel ex sudore nascuntur: ἐξανθήματα Græci uocant: eáq; modò rubẽt, modò colorẽ cutis nõ excedũt nõnũq; plures, similes uaris oriũtur: nõnũq; maiores pustulæ, liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato: Subestq; his humor. Vbi hæ ruptæ sunt, infrà quasi exulcerata caro apparet, ἑλκώδεις Græcè nominatur. fiũt uel ex frigore, uel ex igni, uel ex medicamentis.} In qbus quidẽ uerbis, quadruplex eiusmodi exanthematũ causa, pro quatuor succorũ diuersitate indicatur. In primis. n. sanguis, aut flaua bilis, uel ex ambobus cõmista materia significatur: qùm ait {eaq; modò rubẽt.} Mox uerò salsa nitrosá'ue pituita ostenditur: qùm subdit. {modò colorẽ cutis nõ excedũt} deinceps uerò atrã bilim, atrabilarium'ue sanguinẽ, liuidæ, aut nigræ pustulæ præ se ferũt. queadmodũ pallidæ bilim quoq; pallidã demonstrãt. Quæ oẽs, cũ ex feruẽtibus ijs, putrefactisq; humoribus gignãtur, in calidorũ numero proculdubiò reponendæ sunt. Nec temerè inter Græcorũ exãthemata, generatim nihilominùs capta, cõnumerari possunt. VERVM enim uerò quoniã de exãthematibus obiter hìc meminimus, uariolisq;, & morbillis, itemq; de uaris. Idcircò ut expeditior, penitusq;, oĩ reiecto scrupulo, manifestus sermo reddatur: De ijs quoq; hoc loci nõnnihil adiũgamus: Ab exanthematibus (quæ Hippocrates nõnũq;[b] ecthymata etiã nũcupasse uisus est) exordiũ sumẽtes. Dicũtur. n. ἐξανθήματα, ἐξανθήσεις, et ἀνθήματα: q. d. Latinè efflorescẽtiæ, siue efflorationes: quoniã florũ instar, foràs exiliũt. Dicitur aũt, ἄνθος, Latinè flos (unde ἄνθημα, ἐξάνθημα, et ἐξάνθησις deriuatur), παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, ἐν τῷ αὐξάνεσθαι, quod est, quoniã sursùm currit, acceleratq; dũ augetur. Sic itaq; tumores hi sponte in cute aut ipsis etiã aliquandò uisceribus efflorescẽtes, nõ secùs ac plantarum gemmæ ad florẽ uergentes, tument: à crassioribus quidẽ humoribus originem ducentes. Tenues. n. (uti Galenus[c] ait) humores exulcerationem potiùs faciunt, q̃; tumorem: (fortassisq; per insensibilẽ halitũ discutiuntur) crassi uerò in tumorẽ cutim extollunt. Crassos intellige, qui nõ adeò tenues sunt, ut hi qui erodunt, ulcerantq;, aut per halitum digerũtur: haudquaq; uerò propter hoc frigidos, crassissimos'ue: ut pituitam, uel humorem melancholicũ obaudias: nisi eos tãtùm, q pruritus quoq; causæ fiunt: ut salsam, nitrosam'ue pituitam, sanguinẽ uel atrabilariũ, uel biliosum, aut ipsam quoq; crassiusculam, & quadantenùs adustam bilim: aut fortassis atram aliquandò bilim intelligere debemus: adiuuante intereà primã expulsionis causam, uirtutem inq; expultricem, sanguinis feruore, quemadmodum in uariolis, ac morbillis, conspicuũ est. quæ exanthematũ quædã species sunt. Hippocrates[d] eadẽ (ueluti prætactũ iã est.) quæ alibi exanthemata prædixerat,[e] ἐκθύματα, q. d. ĩpetuosas, feruidasq; eruptiões, παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν, (uti Galenus [f] idem ait) quod est, ab impetuosè erumpẽdo, nuncupasse uidetur. Quãuis nõnulli differre ab exanthematibus ecthymata, proprio potiùs marte, quàm ullius authoritate fulciti dixerint. Horũ ut dixi quædã spẽs sunt uariolæ, ac morbilli uulgò noĩati: quoniã. s. nõ ad aliũ ab antiqoribus præfinitũ tumorẽ, q̃; ad exanthemata, siue ecthymata, apposite reduci possũt. Quãq; aliqua ex parte nouos eẽ morbos, uel nõ adeò ueteribus Græcis, aut Romanis medicis cognitos apparet. Etenim longè distinctiùs descripsissent: Pluresq;, si non omnes, differẽtias, quas uel mulierculæ indies conspiciunt, annotassent. Curamq; deinceps & propriã

a lib. 5. cap. 28. sec. 14.

b 3[i]. de morbis uulg. cõmẽtario 3[o]. tex. 51.

Ecthymata.

ἐξανθήματα.

ἀνθήματα.

ἄνθος.

c ibidẽ in cõm. colligiturq; lib. de tum. præt. nat. 10

d 3[i]. epidem. sec. 3. tex. 51.

e p[o]. de. morb. uulg. cõmẽtario 3. tex. 19.

f 3[o]. de morbis uulg. cõmẽtario 3[o]. cõ. 51. ĩ prin[o].

Cõtra Fernelium.

Variolæ & morbilli morbi aliquo mõ noui sunt.

eius methodum minimè postergassent. Qua proculdubiò distincta, & affectui peculiari, iam indigere, quotidiano quidem experimēto, pernouimus. Cur. n. Hippocrates in puerilium morborum albo affectum nullo minùs familiarem puerulis non recensuisset: [g] siquidem huius naturā exquisitiùs nouerit? Quanuis etiam inter uerni temporis morbos ἐξανθήσιες ἑλκώδεις, idest efflorescentiæ, siue (uti Celsus Latinè conuertit) pustulæ ulcerosæ ab Hippocrate[h] cōnumeratæ sint: Haudquaq; tamen ob id uariolas magis, q̄; morbillos, aut potiùs hæc, q̄; aliam quā uis ulcerosam pustulam, efflorescentiam'ue intelligere cogimur. Quēadmodū et si in epidemijs, uel ecthymata, [i] uel exasperationes miliaceas, culicumq́; morsibus maximè similes, [k] aut exanthesies, uel exanthemata [l] protulit: nihilominùs tamen uariolas, morbillos'ue, satis confusè, atq; imperfectè definitos intelligemus. Quòd si nonnunq̄; distinctiùs, ac specialiùs, exanthemata descripsit, [l] dicens " ἐξανθήματα ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ, οἷον ἴονθοι " quod est " pustulæ siue efflorescētiæ rubræ, rotūdæ, paruæ, uaris similes " in quibus uerbis uariolas descripsisse, aut (si mauis) ipsos morbillos apparet. Verùm tamen uti rem aliquandò contingentem definit, Galenusq́; sic etiam in cōmento, & medendi libro [b] pertransit: Non, uti nos quotidie cernimus, homini familiarissimū, atq; (ut multis ex Arabibus uisum est) ab ortu naturæ congenitum. Quem profectò Arabes, præsertimq́; inter eos Auicenna, & proprijs inditijs depinxerunt, & exquisitè (ut potuerunt) curare enixi sunt. Epidemius. n. affectus uterq; sæpenumerò est, tam. s. uariola, q̄; morbillus: quin, ut posteà uidebimus, rossalia, & ab aeris dubio procul omni continentis uenenosa quapiam cœlitùs inducta qualitate commotus. Intrinsecam nihilominùs affecti corporis dispositionem, ob remanentem quandam menstrui sanguinis, quo infans genitus: nutritusq́; est, aut lactis etiam infectionem, potissimam eiusmodi morbi causam esse, unà cum Arabibus, teneo. Id quod multæ mehercule coniecturæ persuadent. Ac maximè. Cùm uideamus adeò cuiuis destinatum esse: ut si puerulus adhùc existens passus non sit: Iuuenis tandem, aut etiam senex, modò ualida expultrix facultas remanserit, afficiendus ueniat. Quòd si adamussim plurima exanthematum copia expurgatum corpus sit: Rursùs non afficitur. Sin uerò paucis id genus pustulis emundatū exquisitè non fuerit: iterùm & secundò (q̄uis raròe) quinetiam & tertiò (q̄q̄; rarissimè) corripi ab eodem morbo corpus experimento comprobauimus. Cumq́; uariarum materierū, ac diuersæ qualitatis, pro diuersa exanthematum specie, mundificatio fieri soleat: diuersi quoq; affectus generari contingit. Variolæ. n. crassiora, & quidem sanguinea recremēta. Morbilli autem (quas etiam blaccias Razis interpres, [m] nuncupat) biliosa, uel sanguineis, aut pituitosis admista expurgant. Præter quas ambas species, & alias adhùc duas passim aduenire conspeximus. quarum alteram nostri uulgò Rossaniam, siue Rossaliam uocant. alteram uerò Crystallos. quoniam scilicet in hac quædam per uniuersum corpus dispersæ pustulæ efflorescunt, lupini magnitudine, plus. minus'ue, albæ, ac instar crystalli resplendentes: quibus deindè apertis, aquositas quædā effluere uisa est. Alteram uerò idcircò rossaniam nuncupāt: quoniam maculæ per uniuersum corpus plurimæ magnæ, ac paruæ, ignitæ, ac rubræ, cum uix effatu digno tumore, instar multa seorsùm distincta erisypelata, dispersæ sunt: ut totum corpus ignitum appareat. Vtrunq; horum uulgares, ut eiusdem generationis cum uariolis, ac morbillis existimant. Verùm crystallos non aliud, quàm phlyctenas, bullas'ue (Auicenna [n] uesicas nuncupat) esse opinor. de quibus posteà sermo fiet. Quod autem

[g] li. 3°. aphoris. ab aphorismo. 24. inde.
[h] lib. eodē aphorismo. 20.
[i] lib. 3. cōmētario. 3. tex. 51.
[k] ut lib. 2°. tēpestate. 3ª. post principia, et lib. 5.
[l] ut lib. p°. eiusdē cōmētario 3. tex. 19.
[b] lib. 5°. methodi, cap. 12.

Variolæ.
Morbilli.
Blacciæ.
Rossalia.
Crystalli

[m] 18. Contin. ca. 8. litera. R.

Crystalli qd.
[n] 3ª. 4ⁱ. tr. p°. ca. 11. & 12.

autem nonnulli aiunt, morbillos ab Hippocrate ſub herpetis nomine comprehenſos: qùm
ſcilicet ait.[r] { Herpetes multi magni } ſatis nouum, & ab Hippocratis mente alienum opi-
namur. Herpetes.n. intelligimus, in proprio à Galeno ſemper definito ſignificato, ulcera ſer
pentia, præſertimq; eſthiomenos: atq; hos magnos cum Galeno etiam in cõmmento audimus,
uel quia magnum occapabant locum, quia plurimũ.ſ.extendebantur: uel quia cum maligna
contingebant eroſione. quorum utrunq; humoris efficientis uitio contingere palàm eſt. Non-
nulli cunctas eiuſmodi affectiones, quas ad exãthemata reduximus, peſticias uocant. At Nea
poli ſolas rubras, ac lenticulares quaſdam abſq; tumore maculas, quæ in peſtiferis, ac mali-
gnis febribus repente nõnunq; per uniuerſum corpus diſperſæ apparere ſolent, peſticias uo-
cãt, nomẽ haud temerè à peſte deducẽtes. Tres igitur dũtaxat eius eſſe naturæ opinor: ut ſan
guinis mẽſtrui quãdã occultã infectionẽ inſequãtur: Variolas.ſ.morbillos, et quã nuper à uul
garibus roſſaliã, ſiue roſſaniã uocari prædiximus. Quorũ quidẽ affectuũ duos tantũ primos
Auic. plurimiq; Arabes expreſſè definierunt. Roſſaniã uerò ab illis deſcriptam nõ offendi
mus. ni ſub dictione. { Albamica } ipſam cõprehẽderimus, ut ego cõprehẽdendã opinor. Eſt.n.
Alamica (Auicẽna[o] definiente) ſiue, ut antiquus codex habebat, Albumera, aliquid de uario
lis, & morbillis, hoc eſt, ex genere uariolarum, et morbillorum. & eſt ſaluior ambobus. quæ
definitio (ut expertis liquet) uulgò dictæ roſſaniæ congruit. Hali Abbas[p] uerò ſolus hãc ſpe
ciem diſtinctè definiſſe apparet, ſub nomine rubeolæ, morbillos interim ſub uariolæ nomine
cõprehendens. qui ſic ait. { & in rubore, ſpecies eſt aliqua, quæ uocatur rubeola, quæ ex ſan
guine fit calido & ſubtili, & non multũ malo, & hæc ſpecies, cùm ad ſtatum peruenerit, ſi-
milis fit milij granis, aut paulò maior, et eius color rubeus, nec aperiũtur puſtulæ. ſed fluũt }
ideſt reſoluuntur. Serapio[q] ſub nomine uariolæ cũctas ſpecies cõprehẽdit. Dicitur autem ab
Auicẽna[r] etiã morbillus, uariola. Razes aũt morbillos interdũ[s] aliquando uerò[t] blaccias uo
cat. Abenzoar,[u] & Auerrhoes[x] uariolas, & morbillos diſtinctè, ut Aui: uocarunt. Itaq; ſic
ſolent hi tres affectus unicuiq; aduenire. ut cũ uehementiùs febricitent pueri, uel infantes, non
medici modò, ſed ipſæ etiã expertæ mulieres aliquẽ horũ futurũ pertimeãt. Præſertimq; in
æſtate, ac multò magis ſi exuperãs in urbe quæpiam ſpecies ex ijs ſit. Nec decipiuntur po-
ſteà: ſed ita, ut timebãt, ſæpiſſimè ſucceſſit. Quinimmò, quod maioris momenti eſt, ſi puer qui-
dem febriens uariolas anteà paſſus ſit: non eas, at morbillos expectant. Quòd ſi utrunq; horũ
præceſſerit, iam roſſaliam timent. Præſenti autem animo permanent, nil horum formidantes:
cũ omnes iam ſpecies expertus anteà puerulus fuerit. Rariſſimeq; falſæ ſunt. quia.ſ. bis aut
ter eandẽ morbi ſpeciem repatiantur. Idipſum uerò maxima ex parte obſeruatum à nonnul-
lis eſt: ut uariolæ morbillos præcedant, ac demùm roſſalia, ſiue rubeola adueniat. Priùs.n.
craſſiorẽ ſanguinẽ natura expurgat, dein uerò bilim ſanguini tamẽ adhùc miſtã: & deniq; pu
riorẽ bilim, ſanguinẽq; nõ adeò impurũ eijcit: nõ ſecùs ac in cæteris etiã expurgationibus cõtin
git. ut.ſ. quod ſecũdo feruore reijcitur tenuius, ac minùs recremẽtoſũ ſit. Quanq; nõnulli ſunt
qui morbillos idẽ cũ roſſalia eſſe exiſtimãt. Nos aũt ſæpiſſè diſtinctos eſſe affectus, noſtris
met oculis, nõ aliorũ dũtaxat relationi confidentes, inſpeximus: Vltra id quod tùm ex Princi-
pe, tùm ex Hali Abbate prædictũ eſt. Nec ſolum cuti, ſed uiſceribus etiam oculiſq;, & au-
ribus, ac demùm (ut uno uerbo me expediã) toti corpori efforeſcere ſingulæ ſpecies uiſæ
ſunt. Quanq; morbilli racematim (ut ita dixerim) uenire ſolent. qbuſdã.ſ. per interualla par-

Contra Maſnardũ, & Tagaultium.

r 3°. de morb. uulga. cõmẽtario. 3. tex. 52.

Albanica.

Albumera.

o p[a]. 4[i]. tr. 4. ca. 6. circa finẽ.

Rubeola.

p 8°. theoricæ. c. 14. & 4. practicæ cap. p°.

q 5. Breu. ca. 22.

r p[a]. 4[i]. tr. 4. c. 6 & 8.

s ut lib. diuiſionũ cap. 159. & 10. ad Almanſo. 18.

t lib. Cõti. 18. ca. 8. litera M.

u 2. theyſir tr. 7 cap. 3. in prin°.

x 3. colliget cap. 8. in fine.

Cõtra Gẽtilẽ et Nicolũ.

tibus aceruati: Variolæ aũt nõ ſecùs ac ſtellæ tũ diſperſæ ſingulatim per ſe, tùm alicubì etiã aggregatæ adueniunt, profundiusq́; interim occupantes. id quod cauæ cicatrices poſt ſanitatẽ oſtendunt. Quibus porrò uariolis diruptis, atq; in cruſtas deniq; reſolutis, tanta corporis fœditas, grauiſſimusq́; fœtor inde ſuccedit. ut ægrotantem ſui quoq; uel neceſſariiſſimi auerſentur. Nil.n. turpius hoc ſpectaculo ad deterrẽdos pueros excogitari poteſt. Quæ quidem ſymptomata, ueluti & alia q̃; plurima, proprio loco uberiùs enucleanda, nullus Græcorũ, quem uiderimus, aut Romanorum antiquorum expreſſit. Quãobrem uel prioribus illis ſeculis incognitas tres exanthematum ſpecies, uel ob exquiſitiorem uictus rationẽ, maioremq́; in tuenda ualetudine diligentiã, rariſſimè contingentes decernẽdum. qua de cauſa ut ſymptomata potiùs peſtilentialium exitioſarum' ue febriũ, q̃; ut in proprio per ſe capite reponẽdas, propriãq; curationem efflagitantes, affectiones reputarunt. Noſtro autem æuo, tùm ob uitioſiſſimã uictus rationem, tùm fortaſſis ob occultam quampiam è cœlo, ſtellisq́; influentem, noſtrisq́; corporibus inductam aliquandò qualitatem, indeq́; ſpermati, ac menſtruo potiùs ſanguini communicatam, notiſſimus hic morbus, & cuilibet ferè homini, uel in ipſa infantiæ ætate, uel in ſequentibus ætatibus, proprius familiarisq́;, & quaſi ab ortu naturæ deſtinatus, redditus eſt.

Cur non adeò priſcis cognitæ uariolæ morbilli, & roſſaliæ fuerint.

Cur ijdẽ affectus noſtro æuo frequentiores.

Quemadmodũ alios quoq; priſcis ignotos affectus habemus, ipſiq́; ueteres multos cognouerunt noſtra ætate penitùs aboletos: perindè ac infrà demonſtrabimus. Fiunt aũt (ueluti prædiximus ex feruenti ſanguine uariolæ, ex bili morbilli, & roſſaliæ, q̃uis & nonnihil ſanguinis bili admiſtum quoq; hic (& in ipſis præcipuè morbillis) ſit, Quamobrem calidos eſſe affectus nulli dubium fore opinamur. Cùm non calidus tantùm eos generans humor ſit, ſed & ob feruorẽ excitatus. quo feruore ipſius à natura expurgatio fiat. Qua de re feruidus humor effectus eſt. Quem quidem feruorem non intrinſeca ſolùm uitioſa qualitas, ſed ambientis quoq; aeris calor, aut uitium, uel deprauatum regimen, adiuncto expultricis facultatis robore, concitare ſolet. Verùm de his plura loco deinceps proprio diſputabuntur. NVNC autẽ digredi quadantenùs placuit. Ne quiſpiam, anteq̃; ad proprium caput de uariolis, & morbillis perueniamus, anceps, indeq́; ſolicitus remanſerit. quoniam ex menſtrui ſanguinis, aut ſeminis etiam, infectione huiuſcemodi morbos prouenire prædiximus. Id quòd multis nõnulli perſuaſionibus reijcere conati ſunt: ad communẽ potiùs, abditamq́; quandam cauſam toti aeri conſperſam huius morbi originem referentes. Futile igitur minimè fuerit horũ coniecturas hìc obiter pro uiribus enodare. In primis ergo ſic arguunt. Ex ea ipſa cauſa mulieres, quibus ſuppreſſi menſes in omne corpus redundant, ijſdem malis obnoxiæ iacerent. quod tamen rarum uideas. Secundò Galeni ſententiam redarguit, quæ aſſeuerat fœtum in utero non è fœdiore illo ſanguine menſtruo, ſed è materni puriſſima portione alimentum capeſſere. Tertiò, neq; ſi quid menſtrui ſanguinis fœtui cædit in alimentum, id tandiù poteſt per multas febres, per multos morbos ſuperatos, in annum ætatis trigeſimum, aut quadrageſimum perdurare. qua nos ætate nõ paucos uidimus hiſce exanthematis grauiſſimè conflictari, alios occumbere. Adde & quartò unumquenq; his aliquandò in uita neceſſariò conflictari debere. Et neminẽ deniq; his poſſe ſecundò, aut tertiò prehendi. Quorum utrunq; maniſeſtè falſum animaduertimus. Hæc ſunt quæ nonnullos ex recentioribus etiam Latinis oppoſitam ſuſtinere ſententiam induxerunt. Quibus quidem & ſexta poterit ratio adiungi quoniam ſanguis menſtruus in ſubſtantiam membrorũ pueri conuerſus eſt. Mẽbra uerò illa feruere nequeũt.

Quòd ijdẽ affectus calidi ſint.

An ex menſtrui sãguinis uitio hi morbi gignãtur.

Poſitio Fernelij.

Rõ prima

2ª.

3ª.

4ª.

5ª.

6ª.

10 20 30 40

Ex

Ex illo igitur menstrui residuo non fiunt. Septimò adhùc firmari potest. quoniam si ab in= 7ª.
teriori causa originem hic morbus nancisceretur, q̃ primùm in lucẽ æditus infans est, feruor
concitaretur. Quòd si exterior etiã causa necessaria est, ut feruens aeris constitutio, uel de=
prauatus uictus: Cur ijs existentibus, non semper, neq; oĩbus egrediuntur: hyeme autẽ, atq;
ordinato & irreprehensibili regimine utentibus interdùm adueniunt? Octauò rursùs, et præ 8ª.
dictis fortasse ualidiùs quod dicitur comprobari potest. Quoniã Hippocratis ætate, atq; ante
ipsum quoq; à mundi prima origine, exceptis Adamo, et Eua protoplastis, ac primis nostris
parentibus, reliqui oẽs hoĩes è menstruo sanguine, ac uirili semine formati sunt. Itaq; primus
oĩum natura morbus hic fuisset: uetustissimisq;, non secùs ac hodierno tempore conspicimus,
10 notissimus affectus, & eiusdem sanatio foret. Cuius tamen oppositum iam iam præscriptum
est. Præter hæc autem & Nonò sic arguere possumus. quoniam infectio contracta ex con= 9ª.
ceptione fœtus, tempore menstruationis, cuius ratione leprosus secundũ Arabes, elephanti=
cus'ue homo euadit, deterior est, q̃ ea, quæ in sanguine fœtum nutriente infectio cõsistit. Sed
„ illa non adeò citò demonstratur: nisi ut Azarauius inquit { Si aliq̃s concipiatur prima die, qua
„ mulier incepit mẽstruari: fiet leprosus duodecimo anno, et antè (hoc est à primo usq; ad duo=
„ decimum.) Et si concipiatur in secunda die, fit leprosus in anno decimotertio, uel usq; ad uige
„ simumquintum. Et si concipiatur tertia die: fiet leprosus à uigesimosexto anno usq; ad trige
„ simũ sextum. Et si die quarta menstruationis suæ: fiet leprosus à trigesimo septimo usq; ad
„ quadragesimum octauũ annũ. } Si ergo naturalius, ac opportunius conceptionis tẽpus, cessan
20 tibus mensibus (Hippocrate, [y] atq; Aristotele [z] docentibus) est: Quanuis & incipiẽtibus
„ ijsdem, naturalis quoq; nonnunq̃ fieri (uel Galeno teste [a]) queat: Eorum qui abeuntibus mẽsi
bus geniti sunt, uariolæ, ac morbilli, ultra quinquagesimum annũ egrederentur. Id quod ma
xima ex parte contingeret. Quod tempus tantò diuturnius fuerit, quantò post quartum men
struationis diẽ tardior conceptio facta sit. Contra uerò, eorũ, qui aduenientibus mensibus cõ=
cepti sint, exanthemata, usq; adeò accelerarent: ut magis dũ in utero adhuc embrio persistit,
eũ iuaderẽt, q̃ posteà, qùm ab aere tũ frigefacta tũ assiccata cutis durior reddita est. Quorũ
profectò nullũ conspicimus. frequentissimè. n. infantibus morbi huiusmodi cõtingũt: deinceps
uerò ad septimũ usq; annũ. Eoq; rariùs, quò maior natu febriens extiterit. Decimò sequere= 10ª.
tur, & equi, & boues, cæteraq; animalia uiuipara, quæ mẽstruari magis minus'ue solita sunt,
30 ut Aristoteles [b] testatur, non secùs atq; homines præscriptis exanthematibus uexarentur.
Deniq; idipsum quod propositum est, astruere possumus, quoniã si ex menstrui sanguinis em
brionẽ nutrientis uitio, nec ambientis aeris maligno feruore huiusmodi affectus fierent, fe= 11ª.
bris necessaria non esset, ac feruor. Sed quemadmodum aliæ quoq; pustulæ, ac lepra, & sca=
bies, expultricis facultatis uitiosos humores ad exteriora eijcientis ratione, absq; ulla fe=
bre, aut feruore, siue ebullitione aduenirent. Hæc sunt, & alia parùm ab ijs differentia ar=
gumenta, quibus fulciri posset, qui à menstrui sanguinis uitio primã suæ generationis originẽ
sumpsisse uariolas, & morbillos, atq; ipsam quoq; rossaniam, inficias ire decreuerit. Verùm
enimuerò quia non penitùs contẽnendi uiri eam tuentur sententiam. quoniam scilicet ex men=
struι sanguinis residuo talis infectio facta sit: eaq; potissimùm ratione astruunt, quia nullus
40 ferè ab ijs liber, immunisq; est, nisi morte præreptus fuerit. Quamobrem appositè (ut mi=
hi uidetur) Auerrhoes [c] inquit. { Et etiam fiunt ex hac (. s. expultrice facultate) uariolæ,

Deter°. cõtra Fernelium.

[y] libro de fœtus natura post prin.
[z] 7. de histo. animaliũ cap. 2.
[a] lib. de dissec. uteri uersus finẽ
[b] 6ᵗ. de histo. aĩalium. 18. post. mediũ & 7ᵗ. eiusdem. 2°. post medium.
[c] 3°. colliget. ca. 8. in fine.

& morbilli. & propterea quia nullus euadit ab ijs duobus, nisi habeat hæc. Et non potest dici ꝙ fiant à causis extrinsecis: quia illæ non sunt necessariæ in omni homine. & ista ægritudo est sicuti naturalis: & propter hoc dicitur, ꝙ hæc ægritudo prouenit à mala materia fixa

d pª. fen. 4ᵗ. tr. 4. ca. 6. in prinº.

in cibo embrionis. etc.} Id quod à Principe prius dictum quoq; est, ijs uerbis [d] {Et de hoc est, cuius causa est res quasi naturalis, faciens ebullitionem sanguinis: ut expellatur ab eo illud, quod admiscetur ei de reliquijs nutrimēti sui mēstrualis, quod erat in hora impregnationis.}

e 2º. theysir. tr. 7. cap. 3. in prinº.

Atq; idipsum clariùs Abenxoar [e] exponit, dicens. {Et accidūt quidem in hominibus uariolæ, & morbilli: ita generaliter, ꝙ pauci, uel nulli reperiuntur, quibus non eueniāt. Et materia harum passionū est sanguis corruptus, & malus mēstrualis, ex quo embrio in utero matris per umbilicum nutritur, & augmētatur. Cùm autem post natiuitatem natus incipit inualescere, & fortificari, natura confortata expellit hūc humorem malum, & corruptum ad exteriora: Et qùm mouetur natura ad hanc expulsionem faciendam, excitatur pro maiori parte febris

f 8ᵗ. theoricæ. c. 14. circa prinª.

ualida: & aliquandò cum ea fit alienatio. etc.} Hali Abbas [f] autem non in sanguine tantùm, ex quo tùm genitus, tùm nutritus embrio sit, uerùm & in lacte, quod itidem ex eodem menstruo sanguine ad mammas regurgitante, ibiq; recocto fit, huiusmodi latens uitium considerauit. ex quo mox lacte ab ortu infans nutritur. Oportuit ergo naturam aliquandò roboratam, & ab exterioribus causis excitatam, quod infectum paulatim huiusmodi uitio sit, extra pellere. Id quod siquidem exquisitè robusta expultrix est, decenter, atq; optatò succedit, ut crisi quidem facta, expurgatoq; admussim corpore, salubrior deindè homo euadat. Sin uerò uel nimius feruor adueniat, uel diminutè, aut superfluè corpus euacuetur: ad mortem aliquandò, uel ad insalubriorem statum conuerti nonnunq; solet. Est autem eorum motus (inquit idem

g Ibidem.

Hali Abbas [g]) uel ab exterioribus, nūc. s. assistentibus causis, ut pestilenti aere, uel aliorum propinquitate, qui uariolas patiuntur, morbillos'ue, ita & rubeolam. Adeò ut eorum anhelitu alter inficiatur. Adde si nimiùm feruens cœli status sit, uel alia quæpiam abdita, cœlitusq; influens, & aeri communicata malitia. Hæc. n. intrinsecos humores iam dispositos, & prænarrato uitio infectos exagitant. Præter hæc autem & præcedens uictus, calidos, feruoriq; promptos succos aggregans, atq; uitiosos, huiuscemodi ebullitionis, et exagitationis causa fieri,

h pª. fen. 4ᵗ. tr. 4. c. 6. circa principia.

uel in hyeme optima'ue quauis aeris constitutione, fieri potest. Princeps [h] autem considerans fortassè quoniam Serapio, ac Razes ad humorum potiùs ab ortu genitorum, ac sensim aceruatorum in uenis uitium, uel ad aeris malignam pestilētem'ue qualitatem hanc ebullitionem, & exanthematum egressum referunt: nullam de menstrui sanguinis malitia mentionē facientes. Ex alio tamen latere Hali Abbas, Isaac, & Abenxoar ad menstrui prauitatem, ac uitiosam qualitatem redducunt: deprauatum uerò regimen, atq; aeris infectionem, excitantia feruorē aiunt: Vtranq; uisus est causam acceptasse. Vt. s. nōnunq; hæc, nōnunq; uerò illa prauitatis humorum causa sit. Quamobrem prædicta naturali causa, ob menstrui sanguinis residuum, alteram innuit, subdens. {Aut generatur in ea post illud ex cibis fœculentis etc.} in quibus uerbis ciborum, è quibus geniti humores sunt, uitium publicat. Aeris uerò qualitatem posteà subdit, dicens {& de hoc est, cuius causa est res extrinsecùs aduenies, ebullire faciēs, occulta, siue (ut alia habet litera) spargens quæ permiscet humores cū sanguine etc.} Adeò ut, si mauis tres dicere uarias ebullitionis causas, unà cum ipso Arabū Principe queas. Quarum porrò Prima, quæ ad menstrui qualitatē refertur, & Secunda, quæ ad succorum ex ma

lo regimine ortorum prauitatem reducitur, quodammodo naturales sunt. Vbi. s. natura no-
xios humores expurgare conatur. Tertia uerò quæ. s. ab exterioribus tantùm causis ortum
habuerit præternaturalis omninò est, & quæ maxima ex parte ruinam, non secùs ac pestis
minatur. Verùm de his omnibus, proprio mox capite, uberiùs loquemur. Nunc autem ad id
quod propositum est reuertamur, Principis sententiam ut magis à contradictione remotã su-
stinentes. Vt neq; ob menstrui uitium semper aduenire cum Abenxoare, Hali Abbate, atq;
Auerrhoe determinemus: Neq; ob uictus uel aeris uitium duntaxat fieri ex Serapione, ac
Raze colligamus. Verùm fieri maxima ex parte ob menstrui qualitatem: nonnunq; uerò &
ex aeris infectione, uel succorum uitio, præter ullum menstrui uitium decernimus. Haud. n.
10 tantorum philosophorum, ut Auicennæ, atq; Auerrois: nedùm medicorum, ut Abenxoaris,
Hali Abbatis, & Isaac sententia penitùs negligẽda: quia. s. Arabes sunt. Cùm non æquè om
nes condemnandum fore Aristoteles[i] præceperit: sed uidendam esse rationem uoluerit, qua
mouentur. Nam ubi quidem Barbari, quicunq; sint, uel Hippocratis uel Galeni, aut alterius
cuiusuis Græci authoris mentem enarrantes, rem acu non tetigerint, sed dissonè recitarint:
proculdubiò tanq; dissoni recitatores, ac mendaces reprehendendi ueniunt. Vbi autem uel il-
lis aduersari decreuerint, uel (ut hìc habemus) rem nouam contemplati sint: non (prout ali-
qui temerariè obseruant) liuore præ oculis inducto, condemnandi sunt, quia. s. Græci talem
sententiam non scripserint. Itaq; ad rationes in appositum factas cõuertamur: singulasq; eo-
dem, quo proposita sunt, ordine soluamus. Ad primum ergo dicendum simile non esse de mu-
20 lieribus, quibus quidem suppressi menses fuerint. Etenim quicquid uitio menstrui, à genera-
tionis initio, atq; etiam lactis, diuturni quidem nutrimenti, contingit, aut inseparabile penitùs
est, aut nõ sine maxima difficultate secerni põt. Quinimmò nec reijci unq; possibile foret: nisi
ab ipso statim initio naturæ molestũ fuerit. Adeò ut tunc euestigiò si fortis natura extitisset,
illud proculdubiò secreuisset. quemadmodum in salubribus simpliciter semper corporibus, ut
tẽperatissimis contingere opinamur. Ea igitur cõditione, ac pacto, eius interim prauitatis mi-
nimè oblita, sustulit: ut quamprimùm occasione sibi, atq; extrinseco nonnunq; refugio succe-
dente, reijceret. Quemadmodum in simpliciter dictis tertij significati neutris etiam cõtingit:
ut à generationis quoq; primordijs elephantici, uel hæreditarij podagrici, atq; alij, qui à gene
ratione prima intermediam quandam naturalem potentiam sortiti sunt, ut in adolescentia salu
30 bres, in sequentibus uerò ætatibus insalubres, uel contrà, uitam degerẽt. His de causis non si-
ne maximo (ut diximus) labore, ac difficultate secerni tale uitium potest. Idcircò uehemens
feruor, indeq; sæuissima symptomata contingunt. Adeò ut plurimi etiam in tali pugna, supe-
rata demùm natura, uitam cum morte commutarint. In mulieribus uerò ipsis adultis, quibus
suppressi menses fuerint, quia non à generationis initio, nec in membrorum substantia commi
sta uitiosa qualitas est, at in uenis retẽti humores, ad caput, & alias quoq; partes euaporatio-
nem, fumosq; transmittunt, uaria symptomata, uariosq; morbos producentes: faciliùs à natu-
ra, & absq; feruore, uel ad cutim, uel ad aliam quam uis partem eijciuntur, uel abscessus ibì
908 genituri, aut quẽpiam ex alijs tumoribus præter naturam, uel fortassis per insensibilem ha-
litum, aut aliquem manifestæ uacuationis modum expurgandi. Quin & si quæpiã illius men
40 strui, uitiosiq; sanguinis portio, nutrimenti uice, in membrorum substantiam permutata fue
rit: Cùm non à primordijs generationis infixa, atq; exquisitissimè commista sit (quemadmo-
dum

Auicẽnæ sententia ĩter alios Arabes melior.

Nota pro Arabibus.

i 2[l]. de cœlo & mundo text 34.

Ad argumenta in oppositũ

Ad p[m].

dum in embrionis generatione cõtingit) ab expultrice facultate longè promptiùs, et facillimè, abſq; ullo, uel ſatis pauco fortaſſis interdùm feruore, cùm ualidior natura euaſerit, uel ab aliqua cauſa irritata ſit, expelli cõſueuit. Et hæc quò ad primã rationem intantùm dicta hìc ſint.

Ad 2^m^.

Ad ſecundam igitur accedamus, ita dicentes, decantatam eſſe non Galeni modò ſententiam, at ipſius etiam Ariſtotelis, menſtruum ſanguinem, & generationis, & nutritionis quoq; materiam eſſe. Etenim quanq; Galenus carniformes, pingueſq; duntaxat partes ex eo ſanguine principium duxiſſe determinat: Ariſtoteles uerò cunctas etiam ſolidiores partes ex huiuſmodi ſanguine primã generationis originem duxiſſe credidit. Vterq; tamen, eorumq; ſectatores, quinimmò ante ipſos medicorum non iniuria protoplaſtus Hippocrates, cuncti quidem ex menſtruo ſanguine ſingulas nutriri, augeriq; partes affirmant. Quapropter ceſſantibus iam, uel incipientibus menſtruis, aptiſſimũ concipiendi tempus (uel ipſo Galeno [k] referente) eſt maximeq; ceſſantibus. perindè ac non ab eo [l] tantùm, ſed ab Hippocrate, [m] atq; etiam Ariſtotele [n] didicimus. Quo quidem tempore tantum ex huiuſmodi ſanguine remanſit, quantum ſatis eſt pro conceptione: ut ſpermatis alimentum fiat. Vbi.n. affluxerint ſatis (inquit Ariſtoteles. [o]) quod remanet, conſiſtit. Cùm igitur multum quidem effluxit, ſed adhùc effluit, tamen non tantum ut ſemen elabatur, tunc concipiunt. etc. Qua etiam de cauſa quæ menſibus carent fœminæ, ſteriles (ut idem ait) [p] magna ex parte exiſtũt. Verùm fieri poteſt, ut aliquæ etiã ſine eorum profluuio concipiãt: uidelicet quibus tantum humoris colligitur, q̃tum ijs, quæ purgantur, reſtare ſolent: q̃q; non tanta copia, ut & foràs poſſint profluere. Itaq; generationẽ ex menſtruo ſanguine fieri, ratione optima apertum eſſe alibì [q] etiam ſcripſit. Sunt.n. menſtrua (ut ait) non purum ſemen, ſed indigens confectionis. Quemodo in fructuum generatione adhùc imperfecta, ineſt quidem alimentum, ſed confectionẽ ad puritatem deſiderat. Quãobrem ut menſtrua geniture admiſta generant: ſic alimentũ in fructibus gignendis miſtum alimẽto ſyncero alit. etc. Hinc ergo eſt, ꝙ natura uenarum uteri ad mammas conſenſum (Galeno docente [r]) fabricauit, ut menſtruus quidem ſanguis in conceptionis tempore, pro embrionis generatione, ac nutritione retentus, ad mammas deniq; à partu regurgitet, quò ibi recoctus, atq; in lactis ſubſtantiam commutatus, æditi iam infantis nutrimentum euadat. Vnde lac menſtruo germanum eſſe ait Hippocrates. [s] Quæ cauſa eſt cur eodem tempore menſtrua bellè procedere nequeant, & fœmina lactare. Altera.n. pars, dùm ſanguis ad alteram transfertur, ſicca ſemper relinquitur. Quamobrem (Hippocrates etiam inquit) [t] ſi mulier, quæ neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet: huic menſtrua defecerũt. Ac mulieri utero gerenti ſi lac multum è mãmis effluat, fœtum imbecillem ſignificat. [u] Siq; purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum: [x] ſiquidem ille, qui fortis eſt, ad ſui alimentum utitur illo ſanguine, qui ex toto corpore ad uteros fertur. [y] Sed quid multis immoramur? Ex menſtruo enim ſanguine tùm generari, uel totum, uel partes, tùm nutriri, atq; etiam augeri fœtum omnibus nedùm Galeno confeſſum eſſe inuenimus. Quam ob cauſam & de corpore illo interdùm loquens Galenus, quod prima noſtræ generationis materia fuit, noſtrãq; ſubſtantiã compleuit { quid aliud quæſo ſit, q̃ ſanguis menſtruus ſemenq;? } adiunxit. [z] Atq; idipſum alibì [a] confirmat, dicẽs. { Et quidem alterum noſtræ generationis principium, ſanguis menſtruus uidelicet, humidum natura eſt. etc. } Quinimmò Galenus non materialem tantummodò nutriendi rationẽ huiuſcemodi ſanguini attribuit: uerùm illi uim quandam, ac facultatem in ipſa generatione actiuam

k lib. de diſſec. uteri uerſus finẽ
l p^o^. de ſem. ca. 2. in fine.
m lib. de fœtus natura poſt principia.
n 7^i^. de hiſt. animalium cap. 2. et p^o^. de generatione aĩaliũ cap. 19. uerſus finem.
o p^o^. de generatione aĩaliũ 19
p 7^i^. de Hiſto. aĩal 2.
q p^o^. de generatione aĩaliũ cap. 20 poſt prin^a^.
r 14. de uſu partiũ cap. 8. & 7^i^. eiuſdẽ ultimo.
s ex libro colligitur de natura fœtus. & li. de glandulis in fine. & lib. p^o^. de morbis muliebribus.
t 5^i^ aphoriſ. 39.
u ibidẽ aphoriſ. 52.
x ibidẽ aphoriſmo. 60.
y ut Galenus in cõm. 60.
z lib. contra Lycũ cap. 9.
a p^i^. aphoriſ cõ. 14. ante mediũ.

uam ascribit.[b] E quibus me Hercule non uehementer admirari nequeo: unde nam moti sint qui menstruum sanguinem, pro Galeni dogmate, generare, ac nutrire fœtum, inficias eunt. Idipsum nihilominus uerissimum, ac phœbo clarius est (etiam si nullus dixisset) ex illo puriorem, ac perfectiorem omninò portionem ab ipso embrione, pro sui nutrimento, attrahi. Cũ id attractricis præcipuum munus sit, quod perfectius uidelicet sit, trahere. Peindè ac expultricis aliud ab hoc diuersum est, scilicet quod peius, naturæq; molestius fuerit, eijcere. queadmodũ ex Galeno[c] etiam didicisse promptum est. Quanuis autem natura quod perfectius est, ac purius ex menstruo, pro embrionis nutrimento, ac totius uel saltem maximæ partis, musculosæ. s, ac pinguis generatione attraxerit: Aliqua tamen uitiosa qualitas in pluribus ex ipso menstruo, atq; infecta etiam matrice remansit. quæ alimentum quoq; paulatim, & quotidie superueniens inficit, expurganda nihilominùs, quũ id naturæ possibile fuerit. Nec mirũ alicui esse debet ex ijs, qui in aliquo fortassis uase allia, carnes, & oua, siue quoduis aliud commiscuerit, effatuq; digno spacio permista dimiserit: dein uerò abiectis allijs, reliqua secreta iã comesse tentarit. Etenim, uelit, nolit, redolere in eis allia percipiet: Ni multo mox feruore, longáq; elixatione, usq; adeò repurgentur: ut omnis penitùs alliorum odor deleatur. Itaq; experti sumus in purissima etiam phiala: si quis aromaticum uinum, uel Hippocraticum dictũ, uel claretum imposuerit. Posteà uerò huiuscemodi uino remoto, quoduis simplicissimum uinum, aut ipsam quoq; aquã iniecerit, etiamsi ter, & quater, atq; exquisitissimè lauerit. adhùc illius aromatici uini odorem, quodcunq; deinceps appositum fuerit, redolere inueniet. Donec pluriès, feruentiq; etiam aqua perpurgetur. Immò, quod maius est, non odor modò, sed uirtus quoq; præpositæ rei per aliquod effatu dignum spatium remanere consueuit. Queadmodum si lac in aliquo etiam uitreo uase reponatur, in quo uinum anteà extiterit, coagulari lac illud experimento demõstratur. Itidemq; in Abenxoaris[d] exẽplo manifestum fit. si quispiã in uase uel optimè uitreato diutiùs reclusum fermentum obseruarit. post multam. n. ablutionẽ (ut ait) si posueris ibi pastam azimam, fermentabitur absq; fermento aliquo. quod non fiet in uase nouo, in quo fermentum non extiterit. Et hoc scemate forma'ue commiscetur aliquid modicum ex dicto sanguine in embrione. sed fortitudine matricis, & ex alio multo & bono nutrimento, quod recipit, non læditur dum permanet in matrice. Post exitum autẽ ipsius ab utero, nutritur infans, & coadunatur calor naturalis in eo, & augmentatur, & confortatur natura, & conatur digerere, & subtiliare prædictum humorem malum, & nociuũ. Et ipsum exteriùs expellere. Et hoc fit cum labore forti, & angustia magna, & febre ualida, atq; graui. quemadmodum & illi qui extrahunt butyrum à lacte, non faciunt illud nisi cum labore magno, atq; forti ualde, & motu laborioso, atq; graui. etc. Ex optimo igitur, puróq;, ac laudabili sanguine nutriri embrionẽ Abẽxoar prædixerat, quanq; ex hoc aliquatenùs mala menstruorum qualitate (ueluti prænotauimus) infecto. Si. n. ex menstruali sanguine, qualis est ille, qui à mulieribus expellitur, & purgatur, embrio generaretur, aut nutriretur, non uiueret ullo modo (inquit idem Abenxoar) aut saltem (ut ex Azarauio prædiximus) leprosus ille fieret. q̃q; Azarauius de prima generatione duntaxat loquens in menstruationis tempore facta, leprosum euadere determinat. Quòd si continuò deinceps eodem corrupto sanguine nutriretur, minimè uitalem fore cum Abenxoare opinor. Qui iã (ut patet) Galeni atq; ita Hippocratis, Aristotelisq; authoritatẽ glossat, qũm hi ex menstruo sanguine gigni, ac nutriri embrionẽ

[b] lib 2. de. sem. cap. 2°. in fine.

Cõtra Fernelium.

[c] 3°. de pot. natural. cap. p°. 8. 11. 12. 13. & sequentibus, & alibi sæpè.

Ex[m]. primũ.

2[m].

3[m].

4[m].

[d] lib. 3. theysir tr. 3. cap. 4. uersus finem.

Abenxoaris opinio.

brionem pronuntiarunt. Quoniã.s.omnem sanguinem ad uuluã descendentẽ menstrualẽ appellant. Nos uerò eius quod Abenxoar de hac re scripsit, magnã partem admittimus. Quoniam uidelicet ex puriori sanguine fœtus generetur, ac nutriatur, atq; eodem aliqua uitiosa menstrui qualitate infecto. Præter id autem, & aliquam eius menstrui portionẽ in fine purgationis retentam, cuius ratione retentum semen est, ipsius conceptus generationem ingredi concedimus. Quem nihilominùs, tametsi uitiosum, ac minimè concoctum sanguinem à semine persici, concoqui, & exquisitissimè elaborari cum Aristotele [e] decernimus. Itidẽq; de aliqua eiusdem menstrui sanguinis portione ad nutriendum descendente proferendum est. Coquitur.n.ibi rursùs quæ melior pars est, & ad cauam iocinoris perueniẽs, repurgatur. Impurior uerò pars ad circũstantes uenas, ueluti ad promptuarium quoddam (Galeno docente [f]) retruditur, à partu statim expurgãda. Cuius adhùc aliqua portio ad mãmas ob uenarũ consensum ascendẽs in uitiosissimum lac (quod colostrum Latinè uocamus) cõuertitur. Non ergo sic, ut à mulieribus expurgari solet, crudũ, impurũq;, ac uitiosum generationis, & nutritionis materia est. haud.n uiueret. ueluti prædictum est: sed eius perfectior pars, atq; hæc seminis ui elaborata, nec non perfecta, & repurgata, et si aliquam in pluribus uitiosam qualitatem redoleat. Cũ uerò eãdẽ esse facultatem quæ in semine reclusa corpus efformat, ac deindè ad finem usq; uitæ nutriat, augeat, ac deniq; custodiat, tùm ex Aristotele, tùm etiam ex Galeno reputemus (prout alibì disputandum reseruamus) Vitium, quod conceptionis tempore imbecillior, ac multa humiditate summersa existẽs natura, secludere in pluribus nequiuit: Ab ortu postea, cùm uigorata hæc fuerit, per uariolas, morbillosq;, & ipsam deniq; rossaliã, expurgare, præsenti quidẽ animo, determinamus. Quibus quidẽ uisis, ad tertiũ aduersantium argumentum conuertamur, dicentes primò absurdum non esse, aliquã radicalis humidi ex uitiosa menstrui parte conflatam portionem, atq; alijs perfectioribus partibus commistam, diutiùs perdurare. Cùm ad finem usq; uitæ radicale humidum, spiritũq; innatum, uel eundem numero, q̃uis copia diminutum persistere, iam alibì demonstrauerimus. Secundò longè minùs absurdum esse uitiosam duntaxat, absq; ulla materia, qualitatem, atq; infectionem, pluribus annis, quin ad senectutẽ usq; immutatam perdurare. Id quod pluribus exemplis facillimè ostenditur. Etenim hæreditarios podagricos uidemus: quibus à patris spermate nonnunq̃; infectio communicata est: Ad annum tamẽ trigesimum usq;, plus, minus'ue, abdita perdurauit, nec filio podagram ad illam usq; ætatem publicauit. Idem quoq; de leprosis aliquando conspeximus. Lucidiusq; id fit, si Azarauij sententiam admiserimus, de ijs, qui nõ in secũda modò, aut tertia, sed quarta etiam menstruationis die concepti sint. A quibus quidem, & si q̃; plurimi intercesserint morbi, multæq; purgationes, haudquaq̃; tamen deleri ea qualitas potuit. donec cũ induxerit morbũ, qui sibi proprius est. Verũ quid multis immoramur? siquidẽ Gallica nostra tempestate oborta lues manifestissimè idipsum cõprobat. Multos.n. uidimus, qui huiusce modi contagio turpiter, ac sæuissimè infecti sunt. Mox uerò siue unctionibus ex hydrargiro cõditis, siue ex cinaprio uocato, uel alio quouis medicamẽto tali morbo dicato cõpositis suffitibus, aut demùm guaiaci ligni decocto, tenuissimoq; interim uictu, & pluribus interpositis purgationibus, pristinæ (ut optarũt) sanitati restituti sunt. Post multos tamen annos. atq; interdũ post trigesimum quoq;, reuiuiscere, absq; ulla noua conuersatione uisa est. Non ob aliud quidem, q̃; ob retentam, atq; in intimis uisceribus reseruatam uitiosam qualitatem, quæ paulatim

adue

Abẽxoaris aliqua laudãtur.

Cõtra Abenxoarem.

e ut colligitur p° de generatione animalium. cap. 20. post principia.

f 14. de usu partium cap. 8.

Ad 3^m.

Ex^m. primũ.

2^m.

3^m.

aduueniens nutrimementum infecit. donec uigere supra corpus huiuscemodi nefanda lues potuerit: doloresq; tunc immodicos, exãthemataq;, ac instabilia quidem, & insana (ut ita dixerim) symptomata renouarit. Itaq; mirum non est, si per multos morbos atq; annos etiam superatos uitiosa menstrui qualitas, aut seminis quoq;, occulta permanserit. donec uel fortior effecta naturam superarit. quemadmodum in elephãticis, podagricis'ue hæreditarijs liquet, uel eam potius natura potentior reddita debellarit, penitusq; expurgarit. Perindè ac in uariolis, ac morbillis patere sæpenumerò potest. Quasobres non temerè Galenus g ait. {Qui minimè „ exercentur summa æstate, qùm uehementi calore urgentur, fontis aquã bibant, niuisq; usum „ uitẽt. Hæc.n.q̃;uis protinùs nullam iuuenum corporibus sensibilem læsionem inferat: sensim 10 tamen, occulteq; crescente uitio, quùm iam ætas progressu temporis inclinarit: articulos, neruosq;, & uiscera ijs morbis uexat, qui uel difficulter admodùm, uel omninò tolli non possunt. „ Neq; id quidẽ temerè. Nanq; ea pars corporis, quæ natura imbecillissima est, à lædente quolibet patitur. etc.} Iam ergo uides quomodo niuis læsio in iuuentute homini inducta sæpissimè ad senectutem usq; abdita reseruatur. Ad Quartum uerò argumentum dicimus minimè necessarium fore unumquenq; in uita huiuscemodi morbo conflictari. Tùm quia tametsi naturalem affectum diximus: Haudquaq; tamen omnibus eam qualitatem, infectionemq; inesse determinauimus. Cùm ipsos simpliciter semper dictos salubres, optimè'ue cõstitutos exceperimus. In quorum profectò generationem quodlibet à natura uitium superatum esse, atq; adamussim expurgatum supponimus. Aliter.n. semper sanum permanere, ex intrinseca aptitudi-20 ne, ac naturali potẽtia, aptum dici non poterit. Tùm secundò quoniam usq; adeò magna menstrui sanguinis infectio, aut alijs fortassè uitijs adiuncta esse nonnunq; potest, ut insaluberrimum simpliciter semper corpus generetur, uel elephanticum, uel continuò leprosum, aut scabiosum, uel ulceribus, siue in capite, siue in cruribus, aut in alia quauis parte scatens, ut non modò insaluberrimum simpliciter semper nominandum tale corpus ueniat, uerũ & semper ægrotans. In hoc igitur quia semper natura uarijs morborum generibus occupata, non eiusmodi tantùm uitio, sed pluribus quoq; alijs succumbit: Nunq; poterit naturalem expultricem accersens, uariolas, aut morbillos, siue rossaliam generare. Tum tertiò prædictis morbis unumquenq; in uita uexari necessarium non est. quia uel febre, uel quopiã alio exitioso morbo, aut fortassis uiolentè, ob aliquam exteriorem causam præoccupari ad mortem põt: priùs 30 scilicet q̃; horum tumorum ullus apparuerit. Cùm præcipuè non omnibus idem præfinitum uariolandi tempus sit. Quanuis.n. maxima ex parte in infantia, uel ad septimum usq; annum contingant. Nihilominùs tamen quibusdam in sexagesimo anno, nedùm intermedijs ætatibus, aduenisse compertum est. Quin & medicus quidã Neapolitanus (ut aiunt) ferè septuagenarius eiusmodi morbo cõuictus ĩterijt. Itaq; si priùs, q̃; talis feruor superuenerit, mortuus ille fuerit, absq; uariolis, & morbillis, atq; etiam rossalijs, ad aliud proculdubiò seculũ pergrasset.. Ad Quintum uerò sic respondebimus, dicentes mirum non esse bis, ter'ue ijsdem affectibus prehendi. Tùm primò, quia si exquisitissimus, feruor, perfectaq; expurgatio facta non sit (quia fortassis nõ adeò robusta uirtus fuerit, uel exterior irritans causa imbecillis, aut aliquod impedimentum superinciderit) iterùm secundò, ac rursùs tertiò natura commo-40 uere, atq; euocare pugnam potest, quò exquisitiùs à tali uitio corpus expurgarit. à qua quidem perfecta purgatione, salubriùs degere hominem, pro compertissimo habemus. Tùm

etiam

g lib. de cibis boni & mali succi ĩ fine. & libello de renũ aff. dignot. & rem. cap. de aqua. in fine.

Niuis usus q̃; læsiuus.

Ad 4m.

.1.

.2.

.3.

Ad. 5m.

etiam ſecundò, quoniam poſſibile eſt primam ebullitionem (ut aiunt) perfectiuã eſſe. quemadmodum in exemplo muſti à Principe aſſignato liquet. Quùm reſidentia ſequitur, ac uinũ puriſſimum reſultat. Secundam uerò ex humorum à uitioſis cibis genitorum praua qualitate, ac per hoc naturam ſtimulante contingere. Atq; hanc rurſùs, ſiquidem ualida uirtus ſit, perfectiuam euadere. uel fortaſſis hanc ſecundam, aut deniq; tertiam, uel (ſi quandoq; contigerit) quartam, poſſibileq; etiam eſt in optimè conſtitutis ſaluberrimiſ'ue ſimpliciter ſemper dictis corporibus accidere, ex aeris epidemia quapiam corruptione, aut praua quadam abditaq; qualitate. Atq; hanc corruptiuam potiùs nuncupant, & maxima ex parte ad mortem, peſtis inſtar, perducentem, feruoriq; uini ſimilem: qùm corrumpitur, aut in acetum permutatur. Ad

Ad.6^m^. Sextum quoq; dicimus, quoniam illud menſtrui ſanguinis reſiduum impurum, quod à natura expurgandum tali morborum genere quæritur, in uenis non eſt, ſed praua præſertim qualitas in membrorum ſubſtantia remanens, & à primordijs impreſſa, necnon radicalis humidi, calidi'ue innati excremẽtoſa quædã portiũcula, ſunt quas natura ſecernere intẽdit. Horũ uerò rõne humores, qui in uenis exiſtunt, atq; in dies gignuntur, eadem inficiuntur qualitate. Idcircò non membri ſubſtantia feruet, ſed humores in uenis infecti iam, mox uerò & ipſa etiam in membri ſubſtantia conſiſtens caliditas incenditur, excandeſcitq;, ut feruere non indecenter dici queat. donec. ſ. impurioris partis expurgatio fiat, uniuerſumq; ferè corpùs immutetur, et calidi ſpiritus'ue innati ſubſtantia rectificetur: diſcuſſis nimirùm non qualitate modò, at aliſquibus quoq; minimis illius menſtrui humoris impurioribus portiunculis, ipſi quidem puriſſimæ radicalis humidi ſubſtantiæ admiſtis. Quòd ſi non membri calorem, at membrum ipſum

Ad 7^m^. feruere dixeris: haud graue quidem loquendo peccatum commiſeris. Ad Septimum uerò conuertamur, dicentes non eſſe neceſſarium ab ortu ſtatim pueris aduenire, niſi quando diſpoſitum corpus ſit, naturaq; potentior reddita, & exteriores cauſæ irritantes opportunæ ſint. Quæ pro uaria corporum diſpoſitione, atq; aptitudine, in diuerſis quoq; temporibus, aduenire ſolent. Vt huic in æſtate, illi uerò in hyeme præparatum corpus exiſtat. Quamobrem & plures homines uiſi ſunt, quos in æſtate, ac feruentiſſima temporis conſtitutione, nulla febris, aut caloris excandeſcentia inuaſit: Hyeme autem, & quo tempore alij ſalubriùs degunt, acutiſſima etiam febris aggreſſa eſt, aut etiam aliqua prædictorum exanthematum ſpecies. Itidemq; nonnulli reperiuntur, qui nil tempore peſtis paſſi, dein uerò ſaluberrimo ſuccedente tempore, uarijs morbis, ac peſtifera etiam febre correpti ſunt. Cùm in corpore duntaxat diſpoſito, ac parato anchoras ſuas iacere uel Galenus [b] ipſe cõprobarit. Eodẽ igitur modo nõnullis in infantia, nonnullis uerò in iuuentute, aut alijs ætatibus ſic diſpoſitum corpus reperitur: ut tunc, & non alia ætate prænarratum ſanguinis menſtrui uitium à natura expellatur: ut uariolæ, uel morbilli, aut alia deniq; exanthemata (quouis nomine appelles licet) generentur.

Ad 8^m^. Reſpon^o^. p^a^. Ad Octauum prætereà ſic reſpondebimus: uerum. ſ. eſſe admittentes, menſtrualem infectionem à mundi prima origine extitiſſe. Attamen non adeò malignam, ob exquiſitiorem ab illis obſeruatam uictus rationem, fuiſſe: Quemadmodum noſtro corruptiſſimo ſeculo contingit. Qua de re nõ ſic natura à uix effatu digna malitia (ueluti nunc) irritabatur ad eius purificationem. Cùm penitùs abdita, & à temperamenti robore ſuperata recũberet. Præſertimq; in temperata Græcia, & magis in temperatiſſima Hippocratis regione in quibus quidẽ plurima (Galeno [i] referente) corpora temperata inuenta ſunt. tùm ob aeris temperiem, tum etiam

[b] p^o^. de diff. febriũ cap. 4. & li. de morb. cauſis cap. 2.

[i] 2°. de tuẽda ualetudine cap. 13.

etiam ob exquisitissimam antiquorum uictus rationem. Indeq; semen, & menstruus quoq; sanguis purior. Etenim quicunq; rectiori utitur regimine, rectiores etiam humores hunc gignere cui uis perspicuum est. Eoq; magis, quò temperatius corpus extiterit: Quam ob rem tametsi antiquissimus hic morbus dici potest: Græcis tamen (è quibus omnis ars principium, & perfectionem recepit) rarissimus intantum fuerat, ut non (ueluti nos) naturalem ferè morbum cognoscerent. at exitiosæ potius febris, pestiferæ'ue nonnūq; adueniens symptoma, & inditium reputarint. Nouum ergo non simpliciter, sed aliqua ex parte, pronuntiauimus. Videlicet quia non sic ueteribus communis, nec adeò pernotus fuit. Possibile autem est ex cœlesti quapiam abdita causa, influxu'ue nouam esse huiusmodi corporum, siue menstrui sanguinis, aut etiam seminis infectionem. Vt quæ antiquitus in pestilentibus duntaxat febribus, atq; natura malignis adueniebant, Nunc pluribus (impressa iam ea infectione, ut posteris communicetur) naturaliter contigant. Multos enim nouos, & ueteribus prorsum ignotos morbos nostra ætas experitur. quemadmodum contrà, priscis quidem plurimi accidere consueuerunt, hodierno tempore penitùs incogniti (perindè ac ab ijs, in alio tumorum catalogo recensebimus.) Iidem nihilominùs humores, eademq; hominum species, atq; idem sol, & luna à mundi prima origine, ad nostra usq; secula sunt. Fortassis autem non secùs ac de Gallici uocati morbi ortu nonnulli referunt: Ita & huiusmodi specialium exanthematum origo prima fuit. Ex celeberrima enim quadam meretrice, cum qua elephanticus quidam concubuerat, uenerea nunc dicta lues originem suam primam duxisse referunt. quoniam scilicet ab elephantici concubitu, plurimi deinceps coeuntes, in illius utero impressam malignitatem susceperunt. Quam & hi mulieribus alijs, illæq; iuuenibus adeò communicarunt, ut in uniuersum ferè orbem tale contagium à Valentia Hispaniæ Ciuitate exordiens extensum sit. Nouus ergo hic morbus, & ueluti quidam filius elephantiasis spurius, celeriùs tamen contagio inficiens, præsertim circa sui ortus initia, genitus est. Cui non corporis modò aptitudinem, at cœlitùs quoq; aliquam eo tempore defluentem dispositionem suppetias tulisse autumo. Aliàs enim pluriès elephantiosi cum fœminis coiuerunt, Haudquaquàm tamen huiusmodi morbus genitus apparuit. Quòd si (ut alij uolunt) ex nuper inuenta quadam insula ueteribus incognita ubi frequentissimus, uti endemius morbus, est, in hanc quam nos incolimus habitabilis terræ portionem, per Hispanos, qui illùc nauigarunt, importatam apparuisse huiusmodi luem crediderimus: magis adhùc quod de cœlesti dicimus influxu, aerisq; peculiari contagio, pro morbi prima, & antiquissima origine, comprobatur. Quemadmodum igitur uenerea iam dicta lues ex elephantiasi sub tali cœli costitutione orta uehementiùs, ac celeriùs mouetur, & hominem excruciat, celerioriq; contagio inficit, Adeò ut ab elephantiasi longè diuersum affectum quisq; iudicet: Ita mirum non esse debet, si uel ex quopiam degenerans morbo, aut pestifera febre talis infectio, in hominum corporibus, aliquo sub cœli statu inceperit, mox uerò deindè maiori contagio non eos modò, qui cum infecto conuersati sint, sed ipsos etiam hæredes afficiat. Videmus enim aliquos podagricos, non à patre, sed prauo ipsorum regimine redditos, dein uerò filijs, ac nepotibus etiam podagram communicasse. Cur igitur alijs uel frigidis affectibus hæreditate quadam descendere licet: Variolis autem, ac morbillis calidissimis, & exquisitiùs afficere substantiam nostram potentibus non licebit? Siue à cœlo siue à terra primam suæ generationis originem susceperit? A qua uis autem cau-

2ª.

3ª.

Gallici morbi origo prima.

Gallicus morbus filius spurius elephantiasis.

Optm.exm.

sa inceperit: idipsum nostro, & Arabum quoq; scriptorum seculo compertissimum est: quasi Dei filium uulgò nuncupari eum, qui ab huiusmodi exanthematum speciebus intactus, immunisq; euasit. Cuiusmodi rem à nullo ueterum Græcorum, aut Romanorum scriptam esse inuenimus. E quibus quidem præostensis adhùc sequitur, eius infectionis ratione, aut nullum, aut phœnice (ut dicitur) rariorem hominem saluberrimum simpliciter semper, optimeq; constitutum nostro æuo inueniri. Salubrem uerò simpliciter multùm, qui alia qua uis intemperie, aut uitio destitutus sit, hac duntaxat menstrui qualitate reseruata, quanquàm rarissimè, reperiri tamen aliquandò contingit. Reliqua uerò omnia, uel neutra simpliciter, uel (quod frequentiùs contingit) insalubria simpliciter nata sunt. Cùm non à menstruo tantummodò sanguine, sed à uirili etiam (ueluti prædictum est) semine tam huiusmodi uitium, q̃ reliqua multa originem duxisse consueuerint.

Ad. 9m.

Ad nonum uerò respondemus: Azarauij priùs sententiam perpendentes. Etenim an uerum sit experti non sumus, nec alium ex antiquis authoribus id dixisse uidimus. Auerrhoes [k] *tamen ut rationabile dictum approbat, ac se expertum ait.* {*Cùm fiant mutationes tempore crisis annorum (ut subdit) quod natura ordinauit: & hoc testificatur mirabilis Zacharam (intelligo Azarauium) & ego expertus sum.*} *Est autem annorum crisis (perindè ac ex Galeno,* [l] *quin & ipso etiam Hippocrate* [m] *interpretari possumus) pro quatuor ætatum diuersitate. Prout illarum temperamenta uariantur. Quam obrem si prima die menstruationis conceptus embrio sit: In pueritia, ad annum uidelicet duodecimum usq;, leprosum fieri, elephantiosum'ue determinauit. Quoniam prima die maior est sanguinis malitia, Cùm ab initio quod molestius est, impuriusq; à natura eijciatur. Hac de causa non potest longiori tempore perdurare, quin temperamentum naturale superetur. Eoq; citiùs aduenit, quò imbecillior pueri natura fuerit. Meliùs autem, aptiusq; dixisset, si ad pubertatem usq; protulerit. Quæ à quintodecimo circiter anno exorditur. Vt primam hanc ætatem ad quartumdecimũ usq; annum determinarit. Et si quia certo annorũ numero determinari ætates nequeunt: ad duodecimum, uel quartumdecimum protulisse parùm interest. Qui uerò in secunda menstruationis die concepti sunt: quoniam non adeò malignus qui excernitur sanguis est, diutiùs quidem abdita sæuities illa remanet: ut in prædicta ætate discooperiri adhùc nequeat. Quoniam uerò in pubertate magnæ fiunt (Galeno* [n] *docente) corporis mutationes. tunc enim (prout aliàs* [o] *inquit) effulgescentiæ caloris gignuntur. Idcircò tunc temporis etiam elephantiasis, lepra'ue à Barbaris nuncupata propalatur. Quòd si non ab ipso statim pubertatis initio: In ea tamen ætate, quæ à quintodecimo anno, uel (ut ipse AZarauius ait) à tertiodecimo ad uigesimum quintum usq; protenditur, fiet. Pubertatis enim tempus (ait Galenus* [p]*) est post quartumdecimum annum, usq; ad uigesimum quintum. Sin uerò in tertia menstruationis die conceptus embrio fuerit: In iuuentute potiùs discooperiri uoluit. Cùm remissa eius sanguinis malitia sit. Itaq; à uigesimoquinto anno, uel uigesimo sexto, usq; ad trigesimum quintum, seu trigesimum sextum, huiusmodi morbus comparere solet. Quinta enim septimana (uti Galenus ait* [q]*) hæc ætas terminatur. Nil autem refert (ueluti iã iã diximus) unum, aut duos annos adiungere, uel demere. Cùm has ætates certo annorum numero circunscribere, quemadmodum nonnulli fecerunt, Galeno admonente,* [r] *non deceat: nisi fortè in latitudine quadam. In iuuentute igitur elephantiasis leprá ue detegitur, ob mutationem ex humido in siccum. quia calida & sicca temperies adustionem efficiens resultat. Sin autem in quarta die*

k 3°. colliget ca. 7. post principiũ.

l lib. 3°. aphoris. cõ. 28. 2l. eiusdẽ 45. 5l. eiusdẽ. 7° Et. 6. de morbis uulgaribus commentario p°. cõ. 26. libro de salubri diæta cõ. 7. et alijs pluribus loc.

m Ibidẽ & lib. de carnibus uersus finem.

n 3l. aphoris. cõ. 28. in fine.

o 6. epid. cõmẽtario p°. cõm. 4°.

p 5l. aphoris. 7° in fine.

q 3l. aphoris. cõ. 30. in principio.

r 6°. de tuenda ualetudine post principia.

conceptus embrio sit. Cùm satis diminutum eiusmodi sanguinis uitium remanserit: tam citò na-
turam superare non ualet. Nisi diuturno tempore atræ bilis copiam aceruarit. tuncq; iam supra
naturæ uires poterit. Ab anno scilicet trigesimo quinto, uel trigesimo sexto, ad annum usq;
quadragesimum octauum, uel quadragesimum nonum, aut etiam quinquagesimum. quæ
quidem ætas constituta, uel semicana, crudáq; senectus, ab Hippocrate, ac Galeno[s] appella-
tur. atq; in duabus post quintam septimanis (Galeno met[t] didascalo) terminatur, atræ bilis co-
piam, q; præcedentes ætates, magis aggregans.[u] Qui autem in quinta die cõceptus sit: Cùm ma-
xima ex parte perpurgatus uitiosus ille sanguis sit, si quid remanserit quidem, ad uariolas po-
tiùs, ac morbillos, uel Græcorum fortassè lepram, q; elephantiasim, Arabum'ue lepram per-
10 ducetur. Nec enim in senectute quùm iã pituita plurimùm abundare inceperit, calórq; diminui,
huiuscemodi Arabum lepra generari potest. Ni fortassis in præcedentibus iam ætatibus an-
choras suas iecerit. Ad aliam ergo ætatem Azarauius, post quadragesimum octauum annum,
non pertransiuit. Hæc porrò uoluimus dixisse pro Azarauÿ sententia ab Auerrhoe[x] comproba-
ta. Nos autem (ut supra iam diximus) experti non sumus, difficillimumq; (si rectè perpen-
derimus) est, ut experimento sæpissimè fallaci cognoscatur. Etenim si nõnunq; id accidisse
compertum sit, per accidens tamen contigisse potest. Cùm iuxta uariam temperaturam, men-
struiq; malitiam, siue in prima, siue in quarta die conceptus embrio sit, pro uaria quoq; re-
gione, ac uictus ratione diuersitas hæc aduenire queat. Rarissimè autem huiusmodi morbus
elephas inq;, lepra'ue à Barbaris dicta oritur. Cumq; aduenit paucissimi ex ÿs qui affecti sunt
20 in medicorum examen ueniunt. Cum Sancti Lazari procuratores præripiant, extráq; urbem
secludant. Qui uerò à medicis opem efflagitant, quoniam adulti iam plures sunt: raro ma-
tres uiuentes adhùc habent, à quibus conceptionis horam, an menstrui tempore facta sit, uel
non, disquiramus. Quin si hæ superstites adhùc sunt, nil certi maxima ex parte proferre ua-
lent. Cum uel conceptionis horam ignorarint, uel si menstruorum tempore facta sit, diem
non scripserint: aut fortè, quia statim suppressi menses ob conceptum sunt, finitam esse pur-
gationem reputarint. Et nos puerulum quidem triennem elephanticum aliquandò uidimus, na-
tuq; paulò maiores. Vnde autem aduenerit, cognitu non difficillimum modò, sed impossibile
fuit. Quinimmò (si exquisitè perlibrarimus) cùm incipientibus quoq;, nedùm cessantibus men-
sibus conceptio fieri naturaliter soleat, Quicunq; incipientibus conciperentur, leprosi, pro Aza-
30 rauÿ sententia, euaderent. Id enim ex menstruo sanguine deterius, quod ab ipso statim ini-
tio natura secernere tentarit. Quod si à semine concoqui, atq; elaborari adamussim id potest:
Cur & illud quod in secunda, uel tertia, aut etiam quarta die expellitur, ab eodem semine con-
coqui, & exquisitè elaborari nequit? Itaq; (ut ad argumenti uim conuertamur) pro iam di-
ctorum, atq; aliorum quoq; multorum uarietate tùm lepra, tùm uariolæ, aut morbilli diuersi-
modè generari queunt. Quanq; lepra elephantiasis'ue magis in iuuentute, crudáq; nonnunq;
senectute accidere solita est. Ob nimiam uidelicet atræ bilis copiam. Variolæ autem frequen-
tiùs in pueritia, magisq; in infantia, ob intẽsiorem corporis cum calore humiditatem. Quorum
profectò ratione, maior putredo, atq; ebullitio fieri solet. Qua de causa, quoniam scilicet in-
fantibus, puerulisq; familiarior morbus est: cùm Plinius (quemadmodum anteà[x] tetigimus)
40 Boas, ipsas rubentes papulas nuncuparit, pueruli fortassis mala omnia buas, siue ob illorum bal-
butiem, repetita prima syllaba Bubuas uocare docentur. Quoniam uerò nõnulli bouas etiã dicũt,

s 1[a] aphoris. 13[o] 2[a] progn. cõ. 69: & 5[o]. salubriũ. in fine.

t 3[a]. aphoris. cõ. 30. circa princ[a].

u ut ibidem & 2[a]. art. medicæ tex. 44. 48. & libro de atra bile cap.

x 3[o]. colliget. ca. 7[o]. post principiũ

Elephas cui ætati familiarior.

Variolæ qua ætate frequẽtiores.

x suprà fo. 138.

Inde opinor Neapoli Bonas nuncupare consueuerunt: quasi boas, siue boonas, uel (quod potiùs reputo) bouas mutatā litera { u } in { n } ob alicuius primi scriptoris defectum. quod nomen deinceps ab alicuius medici ore promanans, in uulgarium consuetudinem permigrauit.

Ad.10^m. Ad decimum quoq; promptissima solutio occurrit. quoniam quicquid uitij ex utero relinquitur, in pennas, uel pilos, ungulasq;, aut cornua permutatur. Id quod paucissimum quoq;, & uix effatu dignum in illis est, ob eandem causam: quia scilicet in eadem quoq; maxima ex parte conuertebatur. Adde ꝙ nec ulla uictus mutatio facta in illis animalibus est: quemadmodum hominibus contigisse prædiximus. E qua maximam principij partem huiuscemodi affectus generationi exhibitam retulimus. Idcircò talis uariolarum, siue morbillorum generatio necessaria in alijs animalibus non est.

Ad.11^m. Ad undecimum deniq; argumentum respondemus, dicẽtes in alijs quidem siue pustulis, siue quibusuis cutaneis morbis necessariam non esse febrem ac feruorẽ, uel non adeò ualidam: Cùm nonnullos in uenis præcipuè contentos, aut nuper inspersos humores expurgandi necessitas insit. Hìc uerò quoniam eius quoq; impuræ humiditatis, ac uitiosæ qualitatis in ipsa solidorum substantia à generationis initio infixæ, tenaciterq; adhærentis mundificatio complenda est: Idcircò necessarius omninò feruor, ac febris est, quin sæuissima quoq;, & periculosissima symptomata (uelimus, nolimus) adueniunt. In lepra uerò à Barbaris uocatā, etiā si ex generatione ortum hæc habuerit: quemadmodū prædictū iam est, necessaria tamẽ febris non est, aut feruor. Cùm non expurgatio prauæ illius qualitatis, ac malignæ humiditatis superante natura fiat: Verùm corruptio potiùs membrorum substantiæ, nedùm in uenis contentorum humorum fit, ac uictoria eiusdem, quæ sensim detegitur, qualitatis contra naturam. Haud parùm ergo uariolæ (post quas mundum, ac salubrius maxima ex parte corpus remanet, ni pestilentis aeris uitio aduenerint) à lepra elephante'ue, morbo quidem satis tyranno, atq; ad mortem usq; concomitante, differūt. Hæc autem obiter, & ulteriùs q̃ opinabamur, dicta nunc sint, propter eos, qui uariolas, & morbillos à menstrui sanguinis uitio superuenire posse, toto pectore, omnibusq; neruis obnegarunt. RELIQVVM Est (si quæ promisimus complere uoluerimus) de uaris, unde uariolæ nomen deductum esse prædiximus, nonnihil adiungere. Hos ergo Græci ἰόνθους uocant: quoniam scilicet instar ὄνθου, idest fimi, dehonestamento faciei (Cælio [y] referente) sint: eamq; conspurcent. quò ὀνθιλεύειν dicitur. Vel alia fortassis ratione: quoniam scilicet in ætatis flore, qui Græcè ἄνθος appellatur, protuberent. Quo Ionthi nomine primùm quoq; prodeuntes pilos nuncupare solent: ἀπὸ τοῦ ἰέναι quod est, uenire, atq; egredi, & ἀνθεῖν, quod est, efflorescere. Inter ea uerò nomina Galenus recenset, [z] quæ nec locum affectum repræsentent, neq; causam, quæ eos effecit. Subindicare nihilominùs affectam sedem id nomen potest: eo ꝙ faciei morbo impositum est. De quo sic interdùm Galenus [a] quoq; ait. { Tumor durus, & paruus in faciei cute oritur ionthos appellatus: à crasso uidelicet succo congregatus. } Differunt autem ab eo ficosi tumores (Perindè ac posteà Galenus subdit) eo ꝙ non solum crassus sit, qui hos tumores efficiat, humor: Sed & serosa tenuitate participet. ob quam etiā citò exulcerantur, si nō appositè curentur. etc. Ionthus ergo, uarus'ue, quoniā serosæ huiusmodi tenuitatis expers omninò est: Idcircò pruriginosus nō est, neq; ad sui scalpturā stimulans. Vnde ἄκνη etiam à quibusdā (Aetio [b] teste) nominatur, siue ἄκνα, q̃q; Hermolaus [c] nō ἄκνας legit, sed ἀκμάς. ut sic uidelicet huiusmodi affectus uulgò à Græcis nūcupetur, quoniā in uigenti maximè ætate, quæ ἀκμὴ dicitur, prouenire cōsueuerit

Vari.

Ionthi unde.

y lib 24. lectionum antiquarum cap. 26.

z 2°. meth. cap. 2. circa medium.

a 5°. de compo. med. secūdū loc. cap. 3. et libro. de rem. parat. fac. cap. 51.

Ficosi tumores.

ἄκνη

b lib. 8 cap. 13.

c In glossematibus ī Plinīū.

ἀκμη.

10

20

30

40

cōsueuerit. Galeno aūt Paulus,[c] ac magis ipse Aetius[d] subscripserūt. Celsus uulgo notas affe
ctiones tam uaros, q; lenticulas ait. quas quidem curare penè ineptias esse ait: nisi fœminis, à
quibus eripi cura cultus sui non potest. Dicuntur autem à Latinis uari fortasse quia uarios ho=
mines ostendunt. Siculos enim anteà [f] quoq; Cælij rhodigini [g] testimonio diximus, consuesse
ionthos qui sese in naso ostentant, ψεύστας appellare, idest uanos, mendacesq;: quia id genus ho
mines per ea naturæ inditia planè significarentur. Arabum Princeps [h] (ut mihi uidetur) bo=
thor lenes, siue lacteos, appellat. Varis enim siue ionthis illorum bothor definitio cōgruere qua=
dantenùs uidetur: quanq; deinceps curatio non ionthis, at ephelidibus propria sit. Quoniam non
mollientibus, atq; unà discussorijs medicamentis (ut ionthorum curatio est) sed resoluentibus,
insimulq; desiccantibus occurrit. Mirum uerò non est. Cùm non semel diuersi generis morbos
commiscere consueuerit. E præscriptis ergo patet Marcellum Virgilium [i] à uero mirū in mo
dum aberrare, dum ionthos non tumores pustulas'ue, at pustularum exanthematum'ue cicatri=
ces esse, Pauli etiam sententia, opinatur. Parui enim tumores sunt à crassis humoribus geniti,
ac per hoc duri, quemadmodum prædiximus. Quamobrem inter frigidos tumores reducendi,
omni reiecto scrupulo sunt: præcipueq; callosi. alijs enim aliquandò solet nonnihil inflammatio=
nis adiungi. Sed tunc simplex uarus non est. Verùm enimuerò de his intantùm hoc loco dictum
sit. Nāq; productus hucusq; sermo est. quanuis de epinyctidibus loquendum fore statuerimus:
Quia diuersa Celsi, ac Plinij, et Pollucis etiam epinyctis, à Pauli, atq; Aetij epinyctidibus ui=
sa est. Propterea & horum, atq; illorum epinyctides contemplari operæpretium duximus. Quo
niam uerò Arabes, & præsertim Razes, atq; Princeps sub esseris ab ipsis uocatis Pauli epi=
nyctidas comprehenderunt. Idcircò quid sint esseræ pluribus ostendisse necessarium fuit. Rur
sùs quia Princeps caput habet de benat, seu planta noctis, quæ aliqua ex parte cum epinycti
de congruit: ob id etiam de uocatis ab eo benat noctis locuti fuimus. Atq; huius deindè cau
sa de ipsis quoq; desudationibus siue sudaminibus. Cùm nonnulli Benat noctis, non epinycti=
das, at Græcorum ἱδρῶα, Latinè uerò sudamina esse crediderint. Quoniam uerò his sudami
nibus exanthemata similia esse Celsus posuit: Nonnulliq; benat noctis Auicennæ, Celsi exan=
thematibus respondere uoluerunt: Idcircò de exanthematibus etiam loqui consequentiæ neces
sitate ducti fuimus. De quibus deniq; sermocinati, species adhuc nonnullas percurrere decreui
mus. Inter quas & uariolas, & morbillos, & robeliam, siue rossaliam inuenimus. Qua de re
neq; sub silentio præterijsse huiusmodi exanthemata libuit. Rursùs quoniam hoc loco nos sin=
gulorum tumorū causas, pro septima Principis præposita [k] distinctione, uestigamus: Quò dein=
ceps an calidi, an uerò non calidi sint pernouerimus. Eapropter horū quoq; exanthematum ge=
nerationem disquisiuimus. In cuius examine uariolas ex putrido magis sanguine fieri, Mor=
billos autem ex bilioso, Robeliam uerò, siue Rossaliam ex tenui feruentiq; nihilominùs sangui=
ne, haud maligno, inuenimus. Adeò ut necessariò in calidorum, quinimmò feruentium tumorum
albo connumerandos huiuscemodi affectus decretum sit. Demùm quia uariolæ nomenclatu=
ram à uaris, quibus similis aliquandò sit, deductam esse nonnulli autumant. Ideò & de ua=
ris quoq; obiter hìc nonnihil tetigisse opportunum fuit. Quos tamen inter frigidos deniq; tu=
mores adnumerandos præsertimq; callosos recensuimus. QVIBVS tandem enucleatis ad
quintū & trigesimum ex Galeno propositum tumorē pertransire tempestiuū est. Dothienem
scilicet. de quo quidem, libro, quem interpretamur, de tumoribus inquàm præternaturam, sic

c lib.3.cap.25.
d lib.8.cap.13.
e lib.6.cap.5.
Vari unde
f supra fo. 185. linea. 12.
g lib.24.ca.26.
h 7ª.4ᵗ.tr.3.c.5
Bothor lenes.
Bothor lactei.
Contra Marcellū Virgiliū
i In cōmento Dioscoridis lib.pº.ca. 53. de lilino unguento.
Epilogus.
k supra fo.76. 27.
Tumor 35.
Dothien.

post nominatas myrmecias, acrochordones, psydraces, et epinyctides, quas omnibus notas esse affectiones prædixerat: statim subdit {γνώριμος δ' οὐχ ἥκιστα καὶ ὁ δοθιὴν ἐστίν.} quod est " {Notus uerò non minimùm est etiam dothien, furunculus'ue.} Quibus me Hercule Galeni " uerbis intellectis, non uehementer admirari, simul ac non dolere nequeo maximam nostri seculi infœlicitatem. ut in quo uarijs, & innumeris ferè morborum speciebus continuò uexamur, præsertimq; ob deprauatam uictus rationem, huiusmodi tumore indies affligimur: adeò ut notissimus proculdubiò affectus sit, Nomen tamen eius non secùs atq; epinyctis, & psydracion plurimis adhùc in ambiguo sit. Vt inde morbi proprium caput, & curationis methodum apud Latinos, atq; ipsos etiam Latinè loquentes Græcos, aut Arabes inuenire difficilimũ nobis fiat. Marcellus.n. Virgilius uir alioquì tùm Græcæ, tũ Latinæ linguæ peritissimus hallucinasse penès huiusmodi Græcũ nomen {δοθιὴν} uisus est. In primis enim non eos modò tumores, quos Græci chœradas uocant, sed ab illis etiam nuncupatos dothienas, à Plinio Latinè strumas, absq; distinctione, appellari ait.[l] Mox uerò deinde, quanq; huiusmodi Plinij traductionem minimè comprobauit (longo enim interuallo dothienes à strumis differre non temerè uoluit) Nihilominùs tamen in eam, quam refutauit, interpretationem cecidit. Adeò ut pro dothienibus apud Dioscoridem aliquandò[m] strumas Latinè conuerterit, nonnunq;[n] uerò, ut inconstans in huiusmodi Græci nominis interpretatione existens, furunculos Latinè traduxerit, interdùm[o] autem nominis Latini ambiguitatem ueritus, pluribus quidem dictionibus circũscripserit. Veluti qùm Græcè Dioscorides habet.[o] {φύματα, καὶ δοθιῆνας} Marcellus Latinè interpretatus est {tubercula, & in carnosis partibus ex crassa materia tumidi abscessus.} Quinimmò, quod peius est, in eodem capite[p] reprobatam à se Plinij traductionem omninò sectatus, cùm {δοθιῶνας} priùs,[q] dein[r] uerò {χοιράδας} in textu noster Græcus Dioscorides habeat: utrunq; {strumas} ipse traduxit. Bifariàm igitur peccat Marcellus, dum {δοθιῶνας} Latinè {strumas} nuncupat: tum quia in id incidit, quod à semetipso reprobatum aliquando[s] est, tùm ante id, quoniam Plinij sententiam esse hanc reputauit. Id quod proculdubiò falsissimum est. Nam si quæcunq; Plinius dixit, à Dioscoride transcripsisse, uelut eius interpretem hunc uolueris, Cùm quæ de Galbano,[t] Pycnocomo[u] Sale[x], atq; aphronitro[y] Dioscorides ad dothienas ait: ad furunculos Plinius[z] applicuerit: non hercle strumas, at furunculos potiùs à Plinio uocari Græcorum dothienes agnoueris. Ac præsertim in eodem considerans capite seorsùm furunculos, atq; strumas nominasse.[a] Sin (quod potiùs reputo) non semper Dioscoridis interpres Plinius est: sed ab eo, atq; alijs etiam plurima præsidiorum genera transtulit. Quid mirum si quodpiam remedium Dioscorides uni morbo applicuerit, Plinius tamen alteri, cui & conferre quoq; potest, ascripserit? Cùm nullum penè præsidium uni duntaxat morbo sic proprium sit, quin alteri, atq; etiam pluribus conferre queat. Nil ergo miri est si asphodelum, ac fici, & caprifici grossos Dioscorides[b] dothienibus furunculis'ue conferre ait: Plinius[c] tamen, nulla de furunculis mentione facta, strumis congruere testatus est. E quibus fortassè, aut similibus deceptus Marcellus Græcorum dothienas à Plinio strumas nũcupari existimauit. Cum ergo sexcentis in locis Plinius de furunculis seorsùm à strumis meminerit, Græcorum dothienas ab ipso furunculos, quemadmodum à Celso etiam, uocatos: Græcorum uerò chœradas, ab ijs strumas nuncupari certo certius opinor. At hæc obiter, ne quispiam in nomine decipiatur, Plinium (Marcelli dogmate)

sectari

Contra Marcellũ Virgiliũ

l lib. 2°. ca. 156. de asphodelo.
m ut lib. 2°. ca. 141. de nasturtio in fine & lib p°. cap. 149. deficis, post prin.
n ut lib. 2°. cap. 76. de tritico & lib. 4. cap. 165. de Pycnocomo.
o ut libro. 2. cap. 156. de asphodelo ante medium.
p lib. p°. ca 149 de ficis.
q post prin[a]. cap.
r post medium.
s li. 2°. cap. 156. de asphadelo uersus finẽ cõmẽti.
t lib. 3. cap. 89.
u lib. 4. cap. 165
x lib. 5. cap 80.
y lib. 5. cap. 85.
z lib. 24. cap. 5. de galb de pycnocomo. aũt li. 26 cap 12. de sale li. 31. ca. 9. de aphronitro lib 31. ca. 10
a ut lib. 20. cap. 17. post prin[a]. li. 24. cap. 5. uersus finẽ li. 28. cap. 7. uersus finem.
b lib 2. cap. 156. de asphodelo. at de grossis lib. p°. cap. 149.
c. lib 22 cap. 22. de asphod. 53. de gros. lib. 23. ca. 5.

sectari existimans, usq; adeò dicta nunc sint. Quæ autem maioris sunt momenti prosequamur. { Passim ergo, & in quacunq; parte, ac maximo incommodo nascuntur (perbelle Plinius [d] ait) qui furunculi uocantur: mortiferum aliquando malum confectis corporibus. } In quacunq; ait parte. s. corporis nasci. Quamobrem inter nomina ponitur { δοθιῆν } à Galeno, [e] quæ nec locum affectum repræsentant, neq; causam, quæ morbos effecit. Mortiferum uerò aliquandò malum est, qùm uidelicet multùm inflammati sunt, ac profundiùs consistentes. { Mitior enim huiusmodi tumor est (inquit Galenus, [f] cui Paulus [g] ad uerbum subscripsit) quùm in sola cute constituitur, Malignus uerò, quùm profundiùs magis'ue in altum consliterit. } Vidimus autem huiusmodi: & quidem extremè malignos dothienes diebus elapsis quendam ferè sexagenarium plurimos insimul obsidentes, in multis quidẽ thoracis partibus, ac brachijs etiam, et hypochondrijs adeò altè obortos, ut uix in exterioribus tumor effatu dignus appareret. Magis tamen ex rubore, ac duritie unà cum aliquantulo dolore affectus deprehendebatur. quo mox dissecto maxima puris, & quidem crassissimi copia emanabat, donec ampla cauitas, ac fouea, fieret. Vnde medicorum fœx, ac ineptissima chirurgorum grex anthracem ab antro nuncupare, nobis interim subridentibus, minimè desistebat. Vsq; adeò nihilominùs maligni erant, ut promptissimè gangrænam efflagitarint, & quibuslibet demùm præsidiorum generibus medium unguem porrigentes, plurimiq; continuò uoui renascentes, ac uix aliquibus ex primis ad sanitatem reductis, ualidissima cum febre, affectum hominem ad Iouis cœnam, quanuis inuitum, & omni penitus appetitu destitutum transmiserunt. Interdum uerò absq; ulla ferè, aut q̃; minima inflammatione roborati dothienes oboriuntur. Qua de re duplex horum genus esse Galenus [h] ait. { Aliqui enim (ut quispiam dixerit) ἰονθώδεις, Latinè uarosi, duri, & ægrè concoctiles: aliqui uerò inflammati, in quibus aliquandò etiam febres consistunt, & tumor in magnitudinem excrescit, & in pus transmutatur } primum genus nonnulli clauum, aut spinam appellare consueuerunt. Quanuis autem ex similibus, aut natura uicinis humoribus ijs, ex quibus uari generantur, furunculos etiam fieri Galenus [i] prædixerit: Haudquaq̃; tamen ob id ex eodem penitùs succo generari furunculos, & uaros opinandum est. Cũ inter calidos tumores furunculi, quemadmodum inter frigidos uari numerandi sint. Verùm ex crassiori sanguine, ac pituitoso, uel fortassis etiam atrabilario, dothienes furunculos'ue generationis originem suscipere, uaros autem ex pituita, cui nonnihil atrabilarij crassioris'ue sanguinis admisceri consueuit, factos esse reputo. Adeò ut, quia in his pituita superabundat, in illis uerò sanguis, hos ex calidorum, illos uerò ex frigidorum albo deleuerimus. Idcircò & Galenus [k] dothienes, & phymata, de quibus posteà sermo fiet, inflammabundos affectus nũcupat. Paulusq;, [l] ac Arabum Princeps [m] inter calidos hunc tumores connumerant. Inquit enim Princeps. { Aldemenul (sic enim Græcorum dothienem Arabes uocant, siue absq; articulo demenul) iterum sunt de genere exiturarum. Et plurimum eorum fit ex malitia digestionis ex motibus super repletionem, & quæ currunt cursu illorũ } Razesq; ante ipsum scripsit [n] { Adememil (sic enim ab eo nonnuq̃; uocatur) est genus apostematis calidi, quod multiplicatur in eo, qui multùm utitur cibis multiplicãtibus sanguinem plurimum. } Alibiq;, [o] sub nomine Carbunculi, ait { Carbunculi ex multo sanguine, & uectatione, & labore post saturitatem oriuntur. } Hinc uulgares nostri uocare consueuerũt { Carbuncho. } Quo in nomine, priùs q̃; dothienis naturam exquisitiùs uestigemus, commorandum quadantenùs uisum

est

d lib. 26. ca. 12. post principia.

e 2°. meth. ca. 2.

f lib. de tu. præt. nat. cap. 17.

g lib. 4. cap. 23.

Historia.

h 5° de cõp. med. secundũ loc. cap. 3 post principia.

Clauus.

Spina.

i Ibidem.

Furunculus siue Dothiẽ calidus tumor.

k li. de tu. præt. nat. cap. 18.

l lib. 4. cap. 23:

m Infra cap. 33. & 34.

Aldemenul.

Demenul.

Adememil.

n lib. diuis. cap. 131.

o lib. 7. ad Mansorem cap. 10.

est, Præsertim quia Razes q; plurimis chirurgiculis non paruam errandi, ac uarios morbos cō
miscendi ansam præbuit. Ἄνθραξ enim Græcè dictus affectus (quem ordine decimum anteà
[p] declarauimus) Latinè carbo dicitur, quia scilicet instar igniti carbonis prunæ'ue comburat,
ac demùm ut extinctus carbo niger euadat. Ex combustis enim lignis factus carbo apud Græ-
cos ἄνθραξ nuncupatur, à cuius similitudine huiusmodi morbus nominatus etiam ἄνθραξ est,
eademq; ratione ab Arabum Principe [q] pruna, & ignis persicus uocatur. Idcircò non temere à
Galeno [r] inter ea nomina quæ à similitudine imponuntur connumerata hæc dictio est. Razes au-
tem (uel eius fortasse ineptissimi traductores) Libro Diuisionū [s] uocato, erysipillam, & ignē
persicum, utroq; insimul nomine, prædictum Græcorum anthracem appellat. ad Mansorem ue-
rò scribens [t], ignem persicum duntaxat eundem nominat. In confusissimo autem continente sa-
tis uaria, & inconstanti nomenclatura describit. Aliquandò enim, uel in eodem capite, [u] modò
ignem sacrum, modò ignem persum nominat. Aliquandò autē Galeni uerba [x] transcribere co-
natus, in uno insimul etiam capite, [y] priùs [z] erysipillæ nomine, deinceps [a] uerò ignis sacri di-
ctione circūscribit. Quodq; peius est, in eodem quoq; capite, idem nomen scilicet erysipilla, non
modò pro Græcorū anthrace, sed etiam subinde pro erysipelate, [b] atq; interdùm pro herpete [c]
capitur, addita nihilominùs dictione {procedens} ut Græcorum herpes, apud eum {erysipilla
procedens} nuncupetur. Anthracis autem uoce [d] Razes eam uel anthracis maligni pestiferi ue
speciem intelligit. quā ipsemet alibì [e] {thaim,} & {apostema pestilentiale,} nonnunq; [f] uerò
{epidimiā} nominat. Princepsq; infrà [g] altoin, & thahun siue althaū uocat. Carbunculi aūt no-
mēclatura idē Razes (ut ad id unde digressi sumus reuertamur) nec Græcorū, neq; suū anthra-
cē, sed leuiorē longè morbum intelligit, [h] eum scilicet, quem à Græcis δοθιῆνα, à Romanis ue-
rò furunculum, atq; ab ipsomet alibì, [i] nedùm ab Arabum Principe, [k] aldememil nūcupari præ-
diximus. Ex ijs ergo patet cur triuiales chirurguli Razis monumēta insequentes, eademq; Aui-
cennæ duntaxat capiti comparantes, Græcorum interim caudicibus minimè perpensis, anthra-
cem, atq; althoin pro eodem perpetuò, ac uniuersaliter assumunt. Idquod tametsi in Rasis &
Auicennæ doctrina, error nequaq; (nisi penes nomina) est, perdelira tamen sententia est, Ra-
zis anthracē, Galeni, reliquorumq; Græcorum anthraci confundere. Longéq; sæuior demen-
tia est {ἄνθραξ} Græcum nomen ab antro, Latina dictione deriuasse. Præsertim (quod peius
est) quoniam nonnulli satis ineptè, atq; insipidè antrum deinceps, idest cor interpretantur. Ex
prædictis etiam euenit nonnullos Razis carbunculum (quem & anthracem, ob foueam, uocāt,
ab antro, perinde ac dictum iam est) Romanorum carbunculo confundere. Vnde quanta in re-
medijs incommoda, & uitæ pericula succedant, cuiuis iudicare in promptu est. Verùm enimue-
rò quoniam de Romanorum carbunculo meminimus, hìc etiam obiter, ac ueluti per transennam
Plinij, & Celsi carbunculos indigitare, non inutile, quin operæpretium fore iudicauimus. An
scilicet ab ijs uocati carbunculi, Græcorum medicorum anthracibus respondeant? Inspecta.n.
Celsi [l] descriptione, quod dubium excitare magis potest idipsum est, quoniam sensu destitutum .1.
affectum morbum'ue siue (ut rectiùs diximus) affectam partem ait: Galenus [m] autem effer-
uescentem, grauemq; dolorem inferre uoluit. Deinceps te ambiguum reddet, cū Celsus disiun- .2.
ctiuè inquit {nonnunq; horror, aut febris oritur, aut utrunq;.} innuens quidem per hæc, nō sem-
per febrem adesse: Galenus uerò inquit [n] {quod autem necessariò febricitent qui ita sunt affecti,
idq; non minùs, immò magis, q; illi, quibus erysipelatosa est phlegmone, id utiq; latere neminem
potest.}

p supra fo. 85.
Anthrax.
q infra cap. 9. et 10.
r 2. meth. cap. 2.
s cap. 133.
Erysipilla.
Ignis persicus
t lib. 7. ad Mansorē cap. 17.
u lib. 13. Contin. ca. 8. litera. S.
x 2°. ad Glauc. cap. p°.
y 13. Cōtin. c. 10
z circa medium capitis signo. §.
a uersus finē capitis litera. S. et R
b sæpè ibidem signo. §.
c ante mediū capitis signo §. ex Pauli autho. & uersus finē capitis signo. § e. 9.
d lib. Diuis. cap. 135. & 18. cōtin. cap. 8. signo. R R
e 13. Cōtin. ca. 4 litera. G.
f Ibidē cap. 10. litera G.
g cap 17. 18. & 2ª. pⁱ. doc. pª c. 5.
h 7. ad Māsorē cap. 10. & 13. Contin. cap. 4. litera E.
i li. Diuis. c 131.
k īfra ca. 33. 34.
Carbunculi Romanorū.
l lib. 5 cap. 28. in principio.
m 2ⁱ. ad Glauc. p°. post medium.
n 14. meth. ca 10 post prinª. idēq; innuit lib. de atra bili. cap. 4. post principia.

potest.} Adhùc magis anceps me hercule fies Plinij monumentis attētè consideratis, quùm ait.[o] {Paulo. Q. Martio censoribus primùm in Italia carbunculum uenisse annalibus conscriptū est. peculiare Narbonensis prouinciæ malum: quo duo Consulares obiere. Nascitur in occultissimis corporum partibus, & plerunq; sub lingua, duritia rubens uarijs modis, sed nigricans capite aliàs liuido, corpus intendens, neq; intumescens sine dolore, sine pruritu, sine alio, q̄; somni inditio, quo grauatos in triduo aufert, aliquandò & horrorem afferens, circáq; pustulas paruas, rariùs feriens stomachum: faucesq; cùm inuaserit, ocyssimè exanimans.} Ex ijs enim Plinij uerbis diuersum esse carbunculum à Galeni anthrace apparet: Cum in occultissimis corporū partibus fieri dicat, quod Hippocrates,[p] & Galenus,[q] cæteriq; deinceps Græci medici[r] in exterioribus gigni descripserunt. Itémq; sine dolore, sinéq; pruritu Plinius posuit. Id quod non modò grauiter dolens esse Galenus ait: uerùm & ab initio pruritum necessariò inducens.[s] Cuius quidem pruritus ratione scabunt ægrotantes, indéq; pustula quædam oritur, aut crebræ instar milij pustulæ gignuntur: quibus disruptis mox ulcus cum crustra euadit. Quas ob res nō inter inflammationes modò Galenus[u] annumerat, uerùm &, crustosum ulcus aliquandò[x] appellat. Cùm aliter (ut ait) consistere nequeat. In carbunculis autem qui per Asiam populatim sunt grassati, etiam citra pustulas nonnullis excoriata statim cutis est.[z] omnibus tamen (ut dixi) crustosum ulcus fit. Quid quod Plinius non intumescere huiusmodi affectum protulit: Galenus autem in tumorum præternaturalium catalogo connumerauit. Demum ipse quoq; Plinij æmulus Marcellus Romanus[b] uelut ab anthrace diuersum carbunculū nominat, dicens {ad carbunculos sanè, & anthraces, & escharas. etc.} Vt hic quoq; dubitandi ansam adaugeat. Quos tamen nodos dissoluere promptissimū fuerit, Romanos interim ostendendo Græcis, nedùm sibimetipsis congruere. Illi enim præsertimq; Celsus, ac Plinius quandam uidentur anthracis speciem, non ipsum genericè sumptum anthracē intellexisse: maligniorem scilicet, ac (ut ita dixerim) uenenoso ex sanguine genitam anthracis formulam. Quæ destructa quidem affectæ partis essentia, temperie'ue sensum quoq; abolere cōsueuerit. Id quod in gangrænam priùs, deinceps uerò in sphacelon conuersa phlegmone, atq; etiam (uti ui debimus)[c] Cancer interdum efficere solent. Quantum uerò ex se est, ab inflammatione, prurituq;, ac pustulis exordium suscipit. Quamobrem doloris expers esse nequit. Dolentem ergo Quintus quoq; Serenus suo carmine supposuit,[m] dicens {Horrendus magis est, perimit qui corpora carbo, Vrit hic inclusus, uitalia rumpit acerbus. Nunc ueteres quondam uarijs pepulere medelis. Tertia nanq; Titi simul & centesima Liui, Charta docet ferro talem cādente dolorem, Exectū. etc.} Fortassisq; circa suæ generationis primordia (maximéq; si in extremis corporis partibus oboriatur) absq; ulla febris nota suas anchoras iacere huiusmodi morbus potest: q̄;q̄; temporis processu, cùm increscere occeperit, necessariò sibi febrem (Galano docente)[d] comitem adiungit. ac si neruosam quampiam partem inuaserit, uel in suppurationem conuertatur, rigores quoq;, aut horrores uel ordine interdum destitutos obtinere potest. Qua de re Celsus[e] disiunctiuè ait. {Nonnunq; horror, aut febris oritur, aut utrunq;} In primis enim (ueluti prædictū iā est) absq; his exordiri aliquandò potest: mox aūt horror, ab hoc uerò febris, ac demū et horror & febris uicissim affligere hominem solent. Præcipuéq; si thoracis, capitis'ue, aut infimi uentris quampiam partem talis affectus comprehenderit. Itáq; Paulus[f] etiam non semper, at magna potiùs ex parte annexam esse febrem insinuat, dicens {τοῖς δὲ πλείστοις καὶ πυρετοί

o lib. 26. cap. p°.
p 2ª. epid. ī pri° & 3ª. eiusdē cōmentario. 3. tex. 12. 50.
q 14. meth. cap. 10. 2ª. ad Glauc. p° 6ª. aphoris. 45 & de tum. præt. nat. ca. 7. et p°. de tēperamētis cap. 4. lib. de atra bile cap. 4. & sæpè.
r ut Paulus li. 4 cap. 25. & Aetius lib. 14. ca. 59
s 2ª. ad Glauc. cap. p°.
t 14. meth. ca. 10 & ita Hip. ī principio 2ª. epidem.
u 2ª. ad Glauc. p°. 14. meth. c. 10 de tum. præt. nat. cap. 7.
Ad p^m.
x 6. aphorism. cōmento. 45.
y lib. de morb. diff. capite. 12.
z 14. meth. cap. 10 in principio.
a tā lib. de tum. præt. nat q̄; 2° ad Glauconē. et. 14. meth. & sæpè.
Ad 2^m.
b lib. suo de medicamentis cap. 7 uersus finem.
c īfra ī declaratione distin. 21ª.
m cap. 39.
d 14. meth. cap. 10. & lib. de atra bile cap. 4.
e lib. 5. cap 28. ī principio.
f lib. 4. cap. 25.

γενοὶ συνεδρεύουσι. } quod est { Plurimis uerò febres etiam insimul contingunt. } Quamuis autem non secus ac phlegmone, uel erysipelas uiscera huiusmodi tumor aggredi queat: Extimos tamen subcutaneos'ue musculos maxima ex parte molestare conspicitur: sicq; à medicis omnibus tam Græcis, q; Arabibus, atq; etiã Latinis describitur, hocq; modo ab ijsdem curatur. Haud enim Plinius in occultissimis corporum partibus nasci scribens, in uisceribus generari eo loquendi modo uoluit. uerùm occultissimas quidem partes sub cuti positos musculos intellexit. Quemadmodũ & ante ipsum Celsus (à quo nonnulla Plinius surripuit) intellexisse perspicuò apparet: Quùm ait. { Eius hæ notæ sunt. Rubor est, superq; eum non nimium pustulæ eminent, maximè nigræ, interdùm subliuidæ, aut pallidæ, in his sanies esse uidetur. infrà color niger est. Ipsum corpus aridũ, & durius q; naturaliter oportet. Circa quem quasi crusta est: eaq; inflammatione cingitur. Neq; in eo loco leuari cutis potest, sed inferiori carni quasi affixa est. etc. } E quibus porrò uerbis non modò quod intendimus patet: sed cur etiam non intumescere Plinius ait. Exteriùs enim euidentem non apparere tumorem idcircò uoluit, quoniam penitiùs in carne, ob sui crassitiem, atrabilarius sanguis retinetur, ad cutim, bilis instar uel erysipelas uel herpetem producentis, penetrare minimè ualens. quamobrem attolli cutem, ut illiusmodi succi expertem, non contingit: sed inferiori carni (perindè ut Celsus inquit.) quasi affixa inflammatio est. Quanq; neq; idipsum omninò uerum est. Nisi parùm eleuari cutem piè intellexerimus. Etenim tùm ob ipsius subiectæ carnis tumorem, tùm ob nonnullas tenuiores atrabilary sanguinis portiones ad cutim penetrantes (quarum quidem ratione pruritus, ac dein crusta siue crustosum ulcus in ipsa etiam cuti fit, colorq; in primis ruber, mox uerò liuidus, aut niger euadit) aliquantulùm attolli cutim, & si non pro uniuersi tumoris ratione, cuiuis perspicuum fore opinor. Quòd si nullatenùs eleuari tumefieriq; cutẽ, ob tumoris profunditatẽ, appareat. Haud quaq; tamen ob id à tumoris natura & definitione degenerare huiusmodi affectum proferendum est. Si quidem eorum, quæ de tumoris essentia, in secundæ distinctionis declaratione, circa huiusce commenti primordia tetigimus, [g] obliti minimè fuerimus. At ne præostensis quidẽ Celsi uerba opponuntur: ut qui ab initio statim capitis ait { Ab his quæ extrinsecùs incidunt, ad ea ueniendum est, quæ interiùs corrupta aliqua corporum parte nascuntur. E quibus non aliud carbunculo peius. etc. } In quibus profectò uerbis interiùs carbunculum fieri insinuasse, corticẽ duntaxat perpendentibus uidebitur. Sed non id Celsi propositum est, uerùm non ab exteriori causa (quam procatarcticam præincipientem'ue nuncupari non semel anteà declarauimus) [h] nasci carbunculum, cancrum, therioma, sacrum ignem, cæterosq; de quibus posteà sermocinatur, tumores, at ab interiori, abditáq; seu corporea, quam antecedentem anteà [i] quoq; nuncupauimus, originem ducere uoluit. De quibus quidem priùs [k] iam, cùm quinq; malorum genera proposuerit, secundo loco, post uulnerum, ulcerumq; extrinsecùs incidentium curationem, se locuturum insinuauerat. Quanq; Plinius [b] duos Consulares obijsse carbunculo refert, quorũ alter scilicet Iulius Rufus medicorum inscitia sectus, alter uerò Q. Licanius Bassus appellatus pollice lęuæ manus euulso acũ absemet ipso, tam paruo uulnere, ut uix cerni possit. Quamobrem ab exteriori tunc causa superuenisse carbunculum Plinij relatione apparet. Nos autem gangræna forsan eos obijsse suspicamur, quam tamen imperitus quispiam medicus carbunculum nuncuparit. Marcelli autem Romani medici cõtextum deprauatum esse autumo, qùm ait { Ad carbunculos sanè & anthracas. etc. } loco enim dictionis { sanè & } legendum puto { siue } ut sic legamus

Ad. 3m.

Ad. 4m.

g supra. 75. in fine & 76. in principio.

Obiectionis solutio.

h cõm præcedenti.
i ibidem sæpe.
k cap. 26. eiusdem libri quinti i principio.
b lib 26. cap. p°. & lib 36. ca. 27 circa finem.

Ad. 5m.
Marcelli Romani locus.

gamus {ad carbunculos, siue anthracas} idem enim sunt. Nec absurdum porrò fuerit sic etiam, uti se habet, legere {ad carbunculos, sanè, &, pro, idest anthracas. etc.} Quouis autem modo literam legisse fas est: dummodò non duos, at unum morbum carbunculi anthracisq; nomine intellexerimus. Quod si cuipiam occultissimas corporũ partes, uiscera potius apud Plinium [b] intellexisse libeat: particulatim capere uerbum {nascitur} oportet, ac (ut logici dicunt) indefinitè: quasi dicat {Nasci potest} seu {interdùm nascitur.} Vbicunq; enim carbũculos Plinius curat, in exterioribus ipsum partibus supponens, impositis, illitisq; medicamentis discutere, aut delere, siue maturare, aut rumpere docet. Veluti qùm ait [l] {carbunculus fimo columbino deletur per se illito, uel cum lini semine ex aceto mulso. Item apibus, quæ in melle sunt immortuæ, impositis: polentáq; imposita inspersa. Si in uerendis sit, cæterisq; ibi ulceribus occurrit, è melle œsypum cũ plumbi squamis. Item fimum pecudum incipientibus carbunculis.} Atq; idipsum alibì quoq; nõ semel ex eiusdem Plinij dogmatibus collegisse promptissimum est. Quemadmodũ ubi de Lasere [m] uua passa, [n] oleastri folijs, [o] cotoneorũ lanugine, [p] ficis maturis, [q] sabina, [r] et suis fœminæ cerebro, [s] coracinorũq; deniq; salsamentis, aut mullorum salsamenti cinere [t] locutus est, apertissimum fit. Foris enim illiniri, ac superimponi huiusmodi singula medicamenta, pro carbunculorum curatione, determinauit. Nec aliter aliquandò nasturtium, [u] rutam, [x] ceratitis eam speciẽ, quam aliqui glaucion uocant, alij (eodem authore [y]) paralion, pariterq; coriandrum [z] eruũ, [a] succum foliorum oleæ, [b] oleastriq; fructus, [c] ueterem nucem, [d] picẽ, [e] atq; ipsum deniq; querneum carbonem [f] carbunculorum præsidia, fuisse ab eo scripta, nisi ut imposata, illitáq;, uidetur. Queadmodũ & alter quoq; sibi ascriptus liber præsefert, [g] qui et oculum pullinaticum huiusmodi affectũ ex aliorum sententia nuncupat. Sed cur in tam clara re ambigimus? Siquidem ipsemet Plinius. Q. Lucanum Bassum carbunculo in pollice, ob acu factam puncturam, enato uitam cum morte commutasse refert. Haud igitur occultissimas adeò partes intellexit: ut subcutaneos musculos exclusisse uoluerit. Verùm de hoc obiter, ac ueluti per transennã hoc loco intantùm dictum iam sit. Plura enim proprio carbunculi anthracis'ue capite enucleanda reseruantur. Nunc uerò ad id, unde digressi sumus, regredi tempestiuum est: Dothienes inquam, quos quidem (ueluti præscriptum iam est) Razis interpres aliquandò [h] carbunculi uoce ostendit. Adeò ut æquiuocum nomen id sit ad Romanorum carbunculum, Græcorum uerò anthracem, & alium tumorem, qui ab his dothien, ab illis uerò furunculus appellatur: siquidẽ Barbaros nedùm Græcos, ac Latinos authores omnes contemplari decreuerimus. Sed ne in ijs quidem duobus tantùm, aut tribus (si carbonem quoq; igneum, extinctum'ue adiecerimus) significatis, carbunculi, siue carbonis æquiuocatio consistit. Verùm & in alijs quoq; (ut dialecticorũ nomenclatura utar) æquiuocatis. Etenim & uitiũ quoq; morbum'ue præcipuè uitibus aliquandò aduenientem, alijsq; nonnunq; arboribus carbunculi nomen præsefert: à quo & {carbunculare} uerbũ, {carbũculariq;,} atq; etiam {carbũculatio} deriuantur. Quamobrem Plinius hoc modo scriptum reliquit. [i] {In hoc temporis interuallo (tertij scilicet ac sexti, prout nonnulli interpretantur, Idus Augusti) res summa uitium agitur decretorio uuis sidere illo quod caniculam appellauimus. Vnde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ. Non comparantur huic malo grandinis procellæ, nec quæq; unq; annonæ intulere caritatem. Agrorum quippè mala sunt illa. Carbunculus autem regionum latè patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, q; sibi prodesse mallent.} Idemq; alibì tetigerat de alijs etiam

b lib. 26. cap. p°
l lib. 30. cap. 12. post principia.
m lib. 22. cap. 23 post mediũ.
n lib. 23. c. primo post principia.
o Ibidẽ c 4. post principia.
p Ibidẽ cap. 6. circa principia.
q Ibidẽ. c. 7. ante medium.
r lib. 24. cap. 11. uersus finem.
s li. 28. c. 18. uersus finem.
t lib. 32. cap. 10. post medium.
u lib. 20 cap. 13 post principia.
x Ibidem. circa finem.
Oculus pullinaticus.
y Ibidẽ cap. 19. post principia.
z Ibidẽ cap. 20. post medium.
a lib. 22 cap. 25 uersus finem.
b lib. 23. cap. 3. post principia.
Carbunculus, nomen æquiuocum.
Carbunculi significata.
Carbũculus arborum.
c Ibid. post pauca
d Ibidẽ cap. 8. ante medium.
e lib. 24. cap. 7: post principia.
f lib. 36.. c. ult°.
g lib. 3. de re medica cap. 30.
h 7. ad Mãsorẽ cap. 10.
i libro. 18. ca 28. post medium.

etiã arboribus communiter dicens [k] {Sideratio tota è cœlo constat. Quapropter & grando in ijs causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim uerno tempore inuitatis, & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum uocant. } Idcircò & cùm de Piperis arboribus loqueretur anteà [l] sic scripserat { uerùm et ijs sua iniuria est, atq; cœli intemperie carbunculantur, fiuntq; semina cassa & inania, quod uocant brechmasin, Indorum lingua sic significante aborsum. } Quin & huiusce arborum præcipueq; (uti diximus) uitium affectus curationem quoq; nonnunq; [m] tetigit. Præter id autem aliud quoq; carbunculi significatum est: quoniam pretiosissimã quidem gemmam præsefert, sic quoq; ab igniti carbonis similitudine appellatam. Vt cuius quidem fulgor nec tenebris uincitur. adeò ut ueluti flammas ad oculos uibret. { Principatum habent carbunculi (dicebat Plinius) [n] à similitudine ignium appellati, Cùm ipsi non sentiãt ignes: ob id à quibusdam apyroti uocati. } Deniq; terræ genus quoddam carbunculus significat nigrũ, & in quo tessellæ lapideæ, & nigræ inueniũtur. De quo Plinius etiam inquit [o] { Affligit agricolam & carbunculus terræ, quæ ita uocatur. Emendari uitem hac terra putatur. } Palladiusq; ait [p] { carbunculus nisi stercoretur (idq;, ut supposuit, mense Ianuario) macras uineas reddit. } Quinq; igitur apud Romanos carbunculi nomen præsefert, primò quidem exustorum lignorũ siue adhuc succensorum, siue iam extinctorũ frustula, à quorum similitudine reliqua deinceps eadem nomenclatura uocata sunt. Secundò affectum quem supra descripsimus, tumorem scilicet ignitum, pustulosumq;, ac deniq; crustosum: qui à Græcis ἄνθραξ nuncupatus est. Tertiò arborum, præcipueq; uitium quendam aborsum. Quartò pretiosissimum lapidem. Quintòq; demùm terræ quodpiam genus significat. Præter quæ sextum apud Razis interpretem aliquandò [q] significatum offendimus. Vt scilicet eum tumorem nobis indigitet, quem præ manibus enarrandum ordine trigesimũ quintum assumpsimus: quẽq; à Græcis dothienem, à Romanis furunculũ, à Barbaris uerò demenul, siue aldemenul, aut ademenil nuncupari demonstrauimus. Cuius definitionem à Celso [r] positam contemplari, pro exactiori quidem furunculi notitia futile non est. Arrectis ergo ipsum auribus intellige, cùm ait. { Furunculus est tuberculum acutùm cum inflammatione, & dolore, maximeq; ubi iam in pus uertitur. Qui ubi adapertus est, & exit, superapparet pars carnis in pus uersa, pars corrupta, subalbida, subrubra, quem uentriculũ quidam furũculi nominant. } fortassis quoniam instar animalium uentriculi comesse uidetur, indeq; alimentum uniuersus tumor arripiat. Qua etiam de causa fortasse Chirurgorum grex antracinæ radicem appellat, nunq; sanari posse dicens, ni ea radix, uentriculus'ue remoueatur. { In eo nullum periculum est, etiam si nulla curatio adhibeatur. Maturescit enim per se, atq; erumpit. Sed dolor efficit, ut potior medicina sit, quæ maturiùs liberet. } sic proculdubiò succedere maxima ex parte uisum est: adeò ut nullum periculum insit: eoq; magis, quò ad cutim apertiùs uergit. Nonnunq; tamen ob sanguinis uitium, aut multitudinem, aut (quod peius est) utrunq;, intantùm sæuire, qui altiùs constituti sunt, offenduntur, ut gangrænam, indeq; (ni exquisitiùs ac sedulò curentur) mortem induxisse uisum sit. Quemadmodum in casu à nobis prænarrato [s] cuius palatum fieri potest. Verùm enimuerò ad Galeni definitionem, libro quem nunc enucleandum assumpsimus relictam conuertamur: Qùm ait. [t] { Notus uerò non minimùm est furunculus dothien'ue, mitis quidem existens, cùm in ipsa sola cute constituitur, malignus uerò si altè exoritur. Sic enim phymati similis est, ab ipsoq; phymate sola duritie talis furunculus differt. }

PRO cuius

k lib. 17. ca. 24. ante medium.
l lib. 12. cap. 7. post principiũ.
Brechmasis.
m li. 17. c. 27. i prin°. & lib. 18. cap. 19. uersus finem.
Carbunculus gemma.
n lib. 37. cap. 7. in principio.
o lib. 17. cap. 4. circa medium.
p lib. 2. cap. 13. in medio.
Carbunculi significata sex.
uide supra fol: 85
1m. 2m. 3m. 4m. 5m. 6m.
q lib. 7. ad Mansurem cap. 10.
r lib. 5. cap. 28. sec. 8.
Furũculus qd.
Furũculi uentriculus.
Furũculi radix.
s supra fo. 211.
t lib. de tu. præt. nat. cap. 17.

cuius quidē similitudinis, ac differentiæ perfectiori notitia, phyma quoq; ipsum (ut unà trigesimũ sextum in catalogo propositum tumorem absoluerimus) enucleare operæpretium est. Ambo enim affectus inflammabundi sunt (subdit Galenus[u]) phyma scilicet, ac furunculus. Bifariàm uerò à Græcis nomen id {φῦμα} (quemadmodum sibi respondens apud Celsum ex plurium interpretum usu tuberculum) capi solet. Cōmuniter scilicet, generatimq;, ac speciatim, seu propriè. Communiter quidem pro omni tumore (ut Pauli uerbo utar) ἐκφυομένου, hoc est erumpente, siue perse ac sponte sua enato sumi à ueteribus consueuit. {Ab ijs enim quæ in terra enascuntur, progerminant'ue (Galenus[x] ait) homines phymata uocarunt eos præter naturam tumores, ὅσοι τὸ πάμπαν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται} hoc est {quicunq; absq; ulla omninò externa causa ortum habent.} In quibus quidem uerbis dictionem {τὸ πάμπαν} considerare oportet. Haud enim cum Paulo Crasso {plerunq;} interpretati sumus: at secundum priorem uocabuli significatum {omninò} cùm idē sonet {τὸ πάμπαν} quod {τὸ ἐπὶ πᾶν} quod est {in totũ}, siue {omninò} siue {in uniuersum:} quanq; & pro eo quod est {magna ex parte} seu {plerunq;} alibì capi posse inficias non ibimus. Galeni enim sententia, siquidem peregrina mente speculabimur, non est omnes, qui absq; euidenti causa exoriuntur, tumores, phymata (uel ex Hippocratis intentione) nuncupare. Sic.n. ex interna defluxione obortã phegmonen, erysipelas, herpetem, œdemata, scirrhos, atq; omnes demũ tumores, qui sponte sua oborti sint, phymata uocarentur. Adeò ut parũ deesset, quin idem φῦμα, quod ὄγκος, (quod est Latinè tumor) Græcis præseferret. Verũ eos duntaxat præter naturam tumores intelligit, quorũ natura est oīnò. q.d. semper ab interioribus perse, ac spontè, siue calidi, siue frigidi sint, emergere. Vt hi sunt, quos præ manibus habemus: atq; ipsi etiã furũculi, Itidemq; acrochordones, satyriasmi, strumæ (prout ab Hippocrate nõnũq;[y] collegimus) et id genus q̃; plurimi perse ad exteriora protuberãtes tumores. Externã uerò causam in præsentiarũ intelligimus. ut cõtusionē in loco, uel ulcus in pede, uel brachijs, aut collo. Cuius rõne in inguinibus, aut alis uel post aures tumores fiãt. haud.n. strumæ ob id uel acrochordones, aut huiusmodi alij tumores fiũt. sed phlegmonæ. E qbus tamē deinceps indecēter sæpenumerò curatis ad horũ quēpiã fieri cõuersio põt. De qua qdē alibì rursus uberiùs sermo fiet: Potissimũ uerò (subdit Galenus[z]) eos hoc nomine dignãtur, q ad exteriorē corporis locũ extuberant. Verùm ob nominis alterius inopiã, latos etiã planos'ue, ac paulò eleuatiores eo, quod secundũ naturã esse debet, interdũ hoc eodē nomine appellãt. Id quod Hippocrates etiã seruauit, bona esse phymata. tubercula'ue dicens extuberantia, hoc est, quibus insignis tumefactio inest, aut quæcunq; non introrsùm, sed extrorsùm uersùs augescunt.} Seruauit quidem Hippocrates id quod prædictũ iam est: scilicet non extuberantes modò, elatosq; in exterioribus tumores phymata nuncupare, bona esse dicens: at planos etiam, parumq; à naturali superficie emergentes eodē nomine subintellexisse, in eiusdem contextus calce adiungens {contraria uerò, mala, & si q̃; plurimùm cõtraria, pessima.} In qua Galeni cōmentatione, duo præ cæteris nostro proposito cõducētia notanda sunt. Primũ qa cõmunissimè non elatos tãtũ, sed planos quoq; tumores (modò spontè oborti sint) phymata nuncupari à Græcis ostendit: Minùs autē cõmuniter, eleuatiùs extuberantes tumores eo nomine donari ab ijsdem testatur. Secũdũ uerò est, quod à Galeno præ oībus assumptũ fuit: Vtrouis inq; modo phymatis nomē usurpes, ab ijs quæ spontè ex terra pullulant plantis deductam esse nomenclaturam. Videlicet ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, quod est, nasci. Vnde & nos uulgò nascentiam dicimus. Præter communem uerò, generalemq; phymatis, apud Hippocratem, cæterosq; ueteres illũ emulantes usum: Specialis quædam apud Galenũ[a]

Tumor. 36.

Phyma.

φῦμα. 2[r].

[u] li. de tu. præt. nat. cap. 18.

Generatim.

Cõtra Paulũ crassum.

[x] 6. de morb. uulg. cõmētario. p°. cõm. 12.

[y] 3[']. aphoris. 26

[z] ubi suprà. 6[']. epidemiorũ.

Phyma unde dicitur apud Galenum.

Speciatim.

[a] 2[']. ad Glau. c. p° & 3. aphoris. in fine.

significatio describitur. Vt phlegmonen significet nõ absolutè quãlibet, aut ĩ quouis loco existẽtẽ, sed quæ in adenosa carne spontè quoq; oborta, statim augetur, atq; ad suppurationẽ festinat. Citra ulceris enim occasionẽ in adenosis carnibus phymata cõtingere Galenus [p] ait. Quam ob rem & si nonnunq; inter nomina, quæ nec locum affectum, neq; causam dictione repræsentant, Galenus [b] reposuit: Ex eorum nihilominùs numero est, quæ impositorum Placito affectam particulam subindicare uidentur. Vt qui primi morbis plurima nomina imposuerunt, non minùs hoc nomine, aut bubone, uel phygethlo, q; pleuritide, peripneumonia, ophthalmia, & cæteris id genus nomenclaturis (Galeni [c] etiam dogmate) insimul & passionis ipsius, & patientis particulæ compositum intellectum interpretari uoluerint. (Celsi uerò speciale significatum posteà contemplabimur, atq; Galeni phyma expediuerimus.) Pro qua quidem nuper dicta phymatis significatione, Philotei sententia, de nominis inq; ratione, atq; impositione, consideranda uenit. qùm scilicet ait. [d] { Vocat autem phymata, ducta metaphora ab ijs, quæ in terra nascuntur, διὰ τὸ ταχέως φύεσθαι, καὶ ἄυξεσθαι, καὶ ἐκπυήσκεσθαι.} quod est, { quoniam celeriter nascuntur, & augentur, & suppurantur.} In qua phymatis enarratione, tametsi de speciali phymatis à Galeno [e] declarata significatione, quod à Philotheo dicitur, uerum fieri potest: Ab optimi nihilominùs interpretis munere in eo semouetur, abesq;: quoniam authoris, quem enarrare intendit, mẽtem minimè attingit. Hippocrates enim in eo, quẽ Philotheus interpretatur, aphorismo acrachordones, strumas, satyriasmosq;, & alios id genus frigido ex succo genitos tumores, phymata (uel eiusdẽ Philothei confessione) appellat: quorum profectò nullũ uel citò generatur, uel augetur, minusq; ad suppurationẽ perducitur. Id ipsum uerò inde successit, Quoniam speciale Galeni phyma à generico Hippocratis phymate distinguere non aduertit. Quem tamen Hippocratis & Galeni usum Paulus [f] exactissimè pernouit. Cùm de bubone, phymate, ac phygethlo iuxta Galeni dogmata loquens, sic ab initio consertim exorsus est { secundum Galeni sententiam, [g] bubo, phyma, & phygethlon adenosarum partium affectus sunt: Bubo quidem inflammatio, phyma uerò glandulæ inflammatio ad suppurationem uergens. Aliorum uerò quorundam opinione, communiter omnes præter naturam erumpentes, in quouis membro, ceu abscessorij apostemosi'ue tumores phymata nuncupantur. Inquit enim Hippocrates: [h] Quibuscunq; in urinario meatu phymata nascuntur, ijs suppuratione facta, & eruptione, Solutio morbi fit.} Quo etiã pacto alibi [i] non semel Hippocrates id nomen usurpat. Adeò ut nonnunq; [k] id quod in alijs ipse met Hippocrates solitus est uocare ἐμπύημα, hoc est, suppurationem, in aphorismo tamen φῦμα genericè quidem nominarit. Itaq; uehementer non admirari nequeo Philotheum: qui si alia Hippocratis loca minimè recordabatur: nec eius, quem interpretabatur, aphorismi uerba exquisitiùs perlibrauerat, cùm ait { καὶ τἆλλα φύματα: μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα } quod est { & alia phymata, sed præsertim antedicta } saltem Galeni sermonem, in eiusdem aphorismi enarratione, [l] perpẽdisset. Vbi priùs genericum phymatis significatum ostendit, eoq; usum esse Hippocratem insinuat, dicens { omne autem ipsorum genus phymata nominat: ita deinceps scribens, acrochordones, strumæ, et alia phymata.} Mox uerò deindè ab aphorismi enucleatione iam expeditus Galenus, ueluti parergon, specialẽ phymatis significatũ adiũxit: sic dicens. { Nominãtur aũt ἐξαιρέτως (.i. præcipuè, specialiter'ue, aut propriè, siue uti Leonicenus uertit, præcipuo uocabulo) quædã phymata, inflãmationes quæpiã spontè nascẽtes, & subitò factæ, celerrimeq; in altum acumẽ elatæ, ac celerrimè etiã suppuratæ. Et plurima est harũ in ĩguinibus, et alis generatio. quoniã et in his partibus

p 13. meth ca. 5. ante medium.
b 2'. meth. cap. 2
c 2'. ad Glauc. p°. uersus. finem.
d 3'. aphoris. cõ. 26. in fine.
Phyma unde dicitur apud Phylotheũ.
e 2°. ad Glauc. cap. p°.
Cõtra Phylotheum.
f lib. 4. cap. 22.
g 2'. ad Glau. p°
h 4'. aphoris. aphorismo 82°
i Vt 2'. aphoris. 15. & 7'. eiusdẽ 8. 3'. 20. et 26. 4'. 45°. & sæpè.
k 7'. aphoris. 8°
l in fine cõmẽti.

tibus plures sunt adenes, qui apti natura sunt ad superfluitates in se promptè excipiẽdas.} His aũt de speciali phymate declaratis, Galenus strumas hoc speciali modo phymata dici non posse innuit: quoniam ad suppurationem minimè properant, nec unq; facilè (uti Celsus [r] ait) maturescunt. Neq; inflammationes sunt: cùm non ex calido, sed frigido humore fiant. Quam ob rẽ sic e uestigiò subdit. {Horũ aũt adenũ passio quoq; struma est, non ex calida materia, neq; ad suppurationẽ properante: sed potissimum frigidiore, ac pituitosiore.} Verũ enimuerò habita duplici phymatis significatione: generica inq̃, & speciali: Ad Galeni comparationem reuertamur. Cùm. s. de dothiene furunculó ue loquens, [m] ait {sic. n. phymati similis est: ab ipsóq; phymate sola duritiæ talis furunculus differt.} Quo in loco speciatim, suóq;, non Hippocratis more, Galenũ phymatis nomen usurpasse liquet. tùm quia si generatim phyma capitur: dothien quoq; phyma est. qua de re phyma phymati compararet, duriusq; phymate phyma esse dixisset: Id quod promptam unicuiq; absurditatem præsefert, tùm secũdò quia inflãmabundũ esse affectũ unà cũ dothiene supposuit. [n] Quamplurimæ uerò generatim capti phymatis species sunt ab omni prorsus inflãmatione immunes. Similis aũt phymati dothien est, in eo ꝙ mite illud etiam est, cũ in ipsa sola cute cõstituitur: Malignũ uerò qùm alte exoritur. Idcircò dictione {sic} usus est, dicẽs {sic .n. phymati similis est.} A quo nihilominùs phymate differt sola duritie. Quoniã durior dothiẽ furunculus'ue est: ut qui ex crassis (Paulo docẽte) [o] humoribus gignitur, uicinisq; (ueluti Galenus [p] ait) ijs, ex quibus uari fiunt. Præsertim'q; illi, qui uarosi, duri, & ægrè cõcoctiles existũt. Phyma uerò mollius est: quoniã ex calidioribus, atq; ad suppurationem promptioribus succis originẽ ducit. Qua de causa citò enascitur, augeturq;, & ocyssimè ad suppurationẽ cõmigrat. Celsus [q] autem non [1] duritie tantũ: sed [2] figura etiam, [3] q̃titate seu magnitudine, [4] flamma, [5] dolore, [6] puris modo, [7] uẽtriculo, ac deniq; [8] ijs quibus adueniunt ætatibus, differre uoluit. Cuius quidem uerba in medium adducere operæpretium fore duximus. Cùm ex eius descriptione apertissimum extemplò fiat, nec Hippocratis in modum, genericè, nec Galeni specifica determinatione phymatis nomen à Celso intellectum esse. Haud enim Hippocratis sententia communiter omne spontè emergens tuberculum nec Galeni placito adenosarum partium phlegmonen esse uoluit, neq; furunculo citiùs ad suppurationem tendere. Quin eo planius, latiusq; & minus interim inflammatum, minusq; dolorificum esse referens, furunculo ad suppurandum tardius phyma supposuisse uisus est. Ex quo tantùm abest, quin mollius non sit: ut durius furunculo proferendum potiùs ueniat. Quis enim perspecta phymatis à Celso posita definitione, ex frigidiori, crassioriq; materia phyma, q̃; furunculum fieri ambigeret? Adeò ut non temerè speciale Celsi phyma nõ à generali tantũmodò Hippocratis, at alio quoq; speciali Galeni phymate differre decernendũ sit. Quod interim Celsi phyma simul et phigethlon apud Pliniũ, huiusq; sectatores panum, uel paniculam nominari certo certius autumo. Quanq; Celsus non phyma sed phygethlon duntaxat à Romanis panum uocari declarauit. Verũ de pano deinceps sermo fiet. Nunc uerò Celsi phyma contemplemur, dùm sic monumẽtis reliquit [r] {phyma uerò nominatur tuberculum furunculo simile, sed rotundius, & Planius sæpè etiam maius. Nam furunculus oui dimidij magnitudinem raro explet, nunq; excedit. Phyma etiam latius patere consueuit: sed inflammatio, doloresq; sub eo minores sunt. Vbi euulsum est pus, eodem modo apparet uentriculus: quod in furunculo non inuenitur. Verùm omnis corrupta caro in pus uertitur. etc.} In quibus quidem iã iam relatis uerbis id præ cæteris notandum est. Græco. s. nomine

r lib. 5. cap. 28. sec. 7ª.

m libro de tum. præt. nat. ca. 17º.

n ibidẽ ca. 18. in principio.

o lib. 14. cap. 23.

p 5º. de cõp. med. secũdũ loc. cap. 3. sec. 5.

q lib. 5. cap. 28. sec. 9.

Phyma apud Celsum quid.

Pliny panus.

Celsi panus.

r ubi suprà.

uſum eſſe Celſum,non (ut aliqui opinantur) Latino,niſi genericè. Haud.n.propriè,ſpeciatimq́; id quod Græcè phyma dicitur Latinè tuberculũ nuncupandũ ait:Sed genus eſſe ad phyma,& furunculũ,aliosq́; fortaſſis etiã tumores id nomen tuberculũ inſinuat,dicens { phyma uerò nominatur tuberculũ furunculo ſimile.etc.} Itemq́; de furunculo priùs loquens, [s] dixerat { Furunculus eſt tuberculũ acutum.etc.} Alibiq́; [t] melicerias & phymata ſub tuberculo cõprehendit,dicẽs {eaq́; tubercula quæ meliceriæ.i. faui,uel phymata nominantur.} Haud.n.idem eſſe melicerias fauos'ue & phymata uoluit.Cũ longè diuerſos eſſe affectus ex ijs,quæ hìc et anteà dicta[u] iam de meliceria ſunt,liqueat. Porrò nec obſtat,quoniam ſæpè hoc loquẽdi modo uſus eſt { ad orientia tubercula quæ phymata uocantur } [x] aut ſic [y] {ad omne tuberculum,quod phyma nominatur } aut ſic [z] {tubercula etiã quæ φύματα Græci uocant} ut hinc nonnulli tuberculũ Latinis idẽ ſpecialiter præſeferre, quod Græcis φύμα (Celſi dogmate) crediderint. Eſt.n.talis loquendi modus eius potiùs,qui confuſum uniuerſaleq́; genus determinare intenderit. Quẽadmodum ſi quiſpiã hominis nomen Latinè ignorans,dixerit { Animal, quod Græci ἄνθρωπον uocant) ſicut etiam proferre iam conſueuimus { piſcis, quem Græci ὀυρανοσκόπον [a] appellant} Haud.n.ex hac proferendi forma uel animal à Græcis anthropon,uel piſcem ab illis uranoſcopon uocari concludendum eſt. Verũ innominatæ apud Latinos cuiuſdam ſpeciei nomen oſtenditur. Quòd ſi non aliud Romanis tuberculum,q̃ Græcis φύμα præſeferret:fruſtrà me Hercule totiès uel Græcorũ duntaxat nomine [b] uſus eſſet {phymata} proferens:uel {tuberculũ} nominans,ſtatim ex Græcorum idiomate illius nominis determinationẽ addidiſſet [c] ſic dicẽs {tubercula,quæ φύματα Græci uocant.etc.} Genus ergo tuberculũ eſt. Quod ſi ut ſpeciale pro phymate nonnunq̃; uſurpaſſe dura ceruice contenderis. Bifariàm tunc tuberculum ſumi poſſe (uelis, nolis) confiteri cogeris.generatim.ſ.ac ſpeciatim.perindè ac apud Græcos quoq́; dupliciter capi phyma præſcriptum iam eſt. Cũ ipſum quoq́; furunculum (à quo phyma pluribus differre oſtendit) tuberculum eſſe definierit. Qua de re nos anteà [d] bifariàm quoq́; apud Celſum capi tuberculũ,non ſimpliciter,at ex plurium interpretum uſu ſtatim ab initio pronuntiauimus. A tuberibus uerò terræ quorum ſimilitudinem referunt,& tubercula,et aliquandò [e] etiam tubera à Celſo nominantur. At omiſſa nominis ratione ad alia,quæ maioris momẽti ſunt,permigremus. Inquit enim Celſus phyma deſcribens. { Vbi euulſum eſt pus,eodem modo apparet uentriculus : quod in furunculo non inuenitur : uerùm omnis corrupta caro in pus uertitur. } In quibus quidem uerbis non contemnenda difficultas occurrit. Quoniam de furunculo priùs paulò determinans,uentriculũ illi apparere, ubi adapertus eſt,& exit,iam iam protulerat. Nunc uerò in phymate (ubi euulſum eſt pus) illum apparere uult:in furunculo tamẽ minimè inueniri adiungẽs. Quinimmò quod magis intellectũ perturbat eſt,quoniã ſimul affirmans idem abnegare uidetur. Etenim dicẽs. {Vbi euulſum eſt pus,eodẽ modo apparet uẽtriculus} furũculo cõparare ĩnuit.q.d. eodẽ modo,quo in furunculo prædictũ eſt. q̃; primũ uerò obnegat ſubdẽs. {quod in furũculo non ĩuenitur} Pro huius ergo nodi ſolutione,deprauatã eſſe literã aliquãdò ſuſpicati ſumus. Itaq́; legẽdũ fore dubitauimus {eodẽ modo nõ apparet uentriculus,quod (uel q̃)in furũculo ĩuenitur} ut in furũculo uẽtriculũ eſſe admiſerit:quẽ tamen in phymate reperiri abnuerit. quoniã.ſ.omnis in hoc corrupta caro in pus uertitur.qua de re uẽtriculus radix'ue nõ apparet. Aliter aũt intelligi poſſe Celſi ſententiã reputauimus.ut in phymate uentriculus euulſo pure appareat:nequaq̃; uerò in furunculo:tametſi quidam carnis partem corruptam ſubalbidã,aut ſubrubrã, uentriculum

furunculi

Marginal notes:

Tuberculum.

s lib.5.cap.28°. ſec.8ª.

t Ibidẽ cap.18. ſec.15.

u ſupra fo.169.

x lib.5.cap.18. ſec.13.15.

y Ibidẽ.ſec 16. 17.

z lib.6.cap.18. ſec 2ª.in fine.

a De quo piſce Galenũ uide 3°. de uſu partiũ c.3

b ut lib.5.ca.18. ſec 19.20.28.

c ut ibidẽ.ſec.13 15.16.17.& lib. 6.cap.18.ſec.2.in fine.

Tuberculũ 2r

d ĩ prin° ſermonis de phymate.

e lib.5.cap.18. ſectione.14.

Tubera unde

Dubitatio.

Confirmatio.

Solutio pª.

2ª.

furunculi nominarunt. Ex aliorum enim quorundam opinione uentriculũ in furunculis prædi xerat. Secùs aũt & tertiò Celsum interpretari possumus, in ea persistentes phantasia, q uentriculi nomine eam corruptæ carnis, & in crassissimum glutinosũ ue pus tendẽtis portionem intellexerimus: quam chirurgici radicẽ uulgò nuncupare consueuerũt. Sic.n. quosdã uocare huiusmodi substantiam ait. Quam ob rem Celsi mẽtem ita enucleare conabimur. {Vbi adapertus furunculus est, & exit quod suppuratum est, super apparet pars carnis. etc. Quẽ uentriculum quidam furunculi nominant.} Quoniam uerò calidior furunculi materia est. ob id omni penitùs euulso pure, uentriculus ille disperibit. Sed in phymate cum frigidior, crassiorq́; ac glutinosior materia sit: ubi euulsum est pus, eodem modo (scilicet quemadmodum anteà iam apparebat) apparet uentriculus. quod (.s. ut educto purè adhuc eadem substantia perseueret) in furunculo non inuenitur. qua de causa non ait. {qui} .s. uentriculus in furunculo non inuenitur: at {quod} in neutro genere. q.d. quod, iterũ euulso iam purè uentriculum apparere, in furunculo non inuenitur. Sed enim quæ magis arridere Celsi sententiæ, nostroq́; intellectui uidetur, quarta expositio hæc est. Vt uentriculi nomenclatura eam intellexerit membranulam, quæ in apostematibus nonnunq; inueniri consueuit. Vt in strumis, steatomate, atheromate, ac meliceride Paulus [f] eã posuit. In quorum deindè apostematum huiusmodi membranula inclusorum curatione id cauendum præcepit. [g] Ne .s. membrana uulneretur, unde humor, qui cõtinebatur, profusus operationem impediat, & ne pars ipsius relinquatur. nam renascendi occasionem sæpenumerò exhibet. Vbi ergo euulsum in phymate pus est, eodem modo .s. adaperto tumore, quemadmodum de furunculo prædixerat: non eodem modo apparet uentriculus. Vbi igitur eodẽ modo euulsum pus in phymate est: apparet tunc uentriculus (ea .s. tunicula quæ instar cuiusdam uentriculi humorẽ continet) qui uentriculus in furunculo non inuenitur. Cùm non adeò tenax illius humor sit, ut eiusmodi tuniculam generet. In furunculo tamen pars carnis corrupta subalbida subrubra'ue amoto pure apparet, quam nõnulli uentriculum furunculi uocarunt: Attamen uerè uentriculus non est. quem in phymate reperiri uoluit. Tuum uerò est quam uis ex prædictis sententijs eligere. Difficillimum nanq; est Celsi phantasiam diuinare. Cùm & ab Hippocrate, & Galeno diuersum eius phyma cognouerimus. Nec ante ipsum Hippocrates, neq; post eum Galenus, aut quispiam ex alijs uel Græcis, aut Latinis, uel fortassè Arabibus huiusmodi notas quas alicubì legerimus tetigerit. Idipsum autem phyma (ut singula, quæ Celsus ait, perlibrarimus) in pueris & sæpiùs nascitur, & faciliùs tollitur.} Sæpiùs inq; nascitur: tùm quia plurimo sanguine, ac pituita abundant, ac per hoc pituitoso sanguine, tùm quia præter ordinem assiduis agitantur motibus. ut ad cutim illiusmodi pituitosus sanguis moueatur, tùm tertiò quoniam promptiùs illorum tenera cutis, & caro laxantur: ut crassos eiusmodi succos recipiant. Mox uerò deindè facilius in pueris phyma tollitur: et quia leuior generationis causa extiterat, & quia ualidior illorum calor, ac demùm promptior in illis faciliorq́; ob cutis raritatem euaporatio fit. {In iuuenibus rariùs oritur} ut potè biliosis existentibus, ordinatiusq́; multò in motibus & cibo uiuentibus. {& difficiliùs curatur} cũ à fortiori nascatur causa, & difficilior, ob maiorẽ cutis carnumq́; siccitatem, atq; inde illarum densitatem, euaporatio fiat. {Vbi ætas indurauit, ne nascitur quidem} ob carnium cutisq́; duritiem, & caloris ad exteriora pellentis imbecillitatem. Quanuis enim crassi humores in illis multi sint: ad suppurationem tamen perduci nequeunt. Cùm non adeò sanguini ut in pueris commisti sint. Potius ergo frigidos uel tumores, uel alios quos libet

Margin notes: 3a. — 4a. — [f] lib. 6. c. 35. circa prin. — [g] ibidẽ c. 36. — Phyma in pueris. — In Iuuenibus. — In senibus.

libet affectus: aut putrefacti febrem gignent, q; phymata. Praesertim quia calor ad exteriora propellere impotentior euasit. Est autem tumorum in exterioribus generatio, quaedam naturae operatio, crisisq; (permutationis inq;) species: quae, ni aliquo modo uirtus superet, fieri commode non potest. E praescriptis ergo omnibus (ut ad nostrum propositum conuertamur) quadrifariàm capi phyma iam liquet.

Phyma.4^r.

Primò quidem communissimè, pro omni spontè emergente tumore, siue in altum acumen protuberet, siue in latam planam'ue, & q; minimam tumefactionem eleuetur. [p°.] Secundò & minùs quidem communiter, pro omni spontè etiam in altum acumen eleuato tuberculo. [2°.] Vtrunq; autem iam dictum significatum ex Galeno in epidemijs[b] anteà[i] collegimus. [3°.] Tertiò deinceps pro Celsi iam descripto speciali phymate. Quartòq; demùm pro specialissimo Galeni (anteq; ipsum, ut uidetur, Dioscoridis) phymate: [4°.] partium scilicet adenosarum calido, & statim genito, statimq; increscente, ac ad suppurationem tendente tuberculo. Atq; idipsum est, quod à Galeno intelligitur (quemadmodum praediximus) cùm dothieni furunculo'ue comparauit: duritie furunculum à phymate differre proferens. Excepto autem primo significatu, qui ad calidos pariter ac frigidos tumores cõmunis est: reliqui prorsùs calidi (praesertimq; quarti modi) existunt.

b 6. Epid. cõmẽtario p°. cõ. 12.
i supra fo. 217.
k li. de tu. praet. nat. cap. 17.

Phyma tumor calidus.

At priùs q; ad alium tumorem pertranseamus: unum de Celsi phymate adnotandum remanet. quoniã scilicet à Plinio idipsum, ueluti & phygethlon, Latinè panus appellatur. q; q; uerò Plinius panũ non descripsit: Ex eius tamen admotis pano remedijs tã Celsi Graecorũq; phyma, q; phygethlon intelligimus. tametsi Celsus Graecorũ dũtaxat φύγεθλον à Romanis panum, siue panẽ uocari ait. SED De pano, ac phygethlo rursùs loquemur, simul ac septimum & trigesimum tumorem explanarimus: Bubonem inq;: quem ut tertium à praedictis duobus inflammabundum tumorem Galenus[l] adiunxit.

Tumo. 37.
Bubon.
l lib. de tu. praet. nat. cap. 18.

Est autem βουβὼν propriè adenosarum duntaxat carnium nomen: [.1.] quae in inguinibus utrobiq; sunt. [.2.] Mox uerò Graeci medici non ipsa tantùm inguina, eorum'ue adenosas carnes: at inflammabundos quoq; earundem partium tumores, nomine quidem à sede affecta desumpto, Bubones nuncuparunt. [.3.] Quinimmò non earum partium modò, inguinum scilicet inflammationem bubonis nomine denotarunt: Sed omniũ quoq; adenosarum partium inflammationes, siue in inguinibus, siue in alis, axillis'ue, aut in ceruice, uel post aures sint, bubones appellare (Galeno teste)[m] consueuerunt. Quae tamen in praescriptis omnibus huiusmodi partibus phlegmonae siquidem citò augentur, celerrimeq; suppurãtur, phymata: sin aliquid erysipelatis admistum habuerint, phygethla interim nominarunt.

m 2°. ad Glauc. c. p°. & 13. meth. ca. 5. circa prin^a.

Quòd autem Bubon[1] inguinis nomen priùs sit, [3] deinceps uerò cunctarum adenosarum partium, [2] nõ modò inguinis, phlegmonen praeseferat, Galeni uerba exquisitè, atq; adamussim perpensa ostendunt. quùm ait[n] {Sic igitur fit, ut & propter ulcus, quod in pedis, aut manus digito sit, οἱ κατὰ τὸν βουβῶνα, καὶ τὴν μασχάλην ἀδένες ἐξαίρονταί τε, καὶ φλεγμαίνουσι.} quod est {quae in inguine, & axilla sunt glandulae tùm intumescant, tùm phlegmone occupentur.} E quibus quidem uerbis βουβῶνα pro ipsa, in qua tumor fit, sede, siue in qua glandulae consistunt: inguine scilicet à Latinis uocato capi apertissimum fit. quemadmodũ in libro etiam de tumoribus praeter naturam[o] ijsdem Galeni uerbis apparet. Mox uerò deindè, pauculis quibusdam interpositis uerbis, ait. {Quinetiam in collo, & secus aures, saepenumerò glandulae, ijs quibus in collo, capite, uel aliqua uicina parte ulcus est natum, intumescunt. Nominãt autem ipsos adenas, cùm sic intumuerint, βουβῶνας.} Vbi non ampliùs pro affecto membro, sed pro cuiusuis glandulae [4°] inflammatione capi βουβῶνας liquet. Id quod alibi[p] quoq; non semel affirmat. Celsus de bubone

n 13. methodi. c. 5. circa princ^a.
o cap. 18. & idẽ apparet in lib. de def. med. cùm definitur phygethlon, & 3. aphor. cõ. 26. uersus finẽ, & saepè.
p ut 2^l. ad Glauconẽ p°. & libro de tu. praet. nat. c. 18. et alibi saepè

bone proprium caput à phygethlo seorsùm non scripsit. Videtur ergo sub phygethlo pano'ue bubonē cōprehendisse. Sub quo tamen Galeni etiam phyma intelligi non potest. Quoniam Celsi phygethlon (ut posteà uidebimus) tardè maturescit, neq; magnoperè in pus uertitur. Galeni aūt phyma celerrimè in suppurationem uergit. Plinius Græcorum bubones interdùm [q] inguina, sedis etiam affectæ nomine: interdùm [r] uerò inguinum tumores appellat. Vnde & herba quæ à Græcis βȣβώνιον dicitur: quoniam scilicet bubonum præsentaneum remedium sit, ab ipsomet Plinio, cæterisq; Romanis inguinaria Latinè uocatur: eò quòd inguinibus prodest. de qua sic idē ait [s] {Inguinaria (quam quidam argemonen uocant) passim in uepribus nascens, ut prosit inguinibus, in manu tantùm habenda est.} Qua de causa nonnulli Græcorum interpretes, ubicūq; illi Græcè {βȣβῶνας} habent, de tumoribus adenosarū partium loquentes, hi Latinè {inguina} conuertunt. E quibus omnibus id elici, concludiq; potest. bubonem apud Græcos, atq; apud Latinos inguen trifariā capi posse. Primò, & quidem propriè, pro ea parte, quæ inter femur et pubem est: ubi glandulæ consistunt. Secundò pro illius partis inflammatione: quomodo Plinius uterq; [t] ac Marcellus Romanus [u] præcipuè intellexisse inguinis nomine uidentur. Tertioq; demùm communiùs, pro omnium adenosarum partium, ubicunq; sint, phlegmone. Quēadmodū in libro de tumoribus à Galeno [x] sumptum bubonis nomen opinor. Quas ob res non, ut Cælius Rhodiginus inquit, [y] Bubon priùs omnem, in quauis parte factus sit, tumorem: deindè coarctato uocabulo, adenosarum duntaxat carnium, quæ scilicet in inguinibus, alis, & collo consistunt, tumorem, priuata quadam significatione ostendit. Quem Cælium Brasauolus [z] æmulatus est, id deniq; adiungens: quòd tertio uidelicet significatu magis uocabulum coarctantes recentiores ad id deduxere, ut solum panum significet, idest tumorem in inguinibus, quē Celsus phygethlon appellari dicit.} A speciali enim potiùs proprioq; membri, hoc est inguinis significatu, ad eius tantū partis affectum, ac demùm ad generalem morbi significationē, cuiusuis inq; adenis phlegmonen, haud omnem (ut aiunt) tumorem, transumptio facta est. Multoq; minùs uerū est, quod à Galeno bubon appellatur, panum esse, Celsiq; phygethlon. quemadmodū Brasauolus credidit. [a] Quanq; sub phygethlo pano'ue Celsi, comprehēdi posse bubonem inficias nō ibimus. Sed hic uir adeò in bubone, phygethlo, & phymate anceps fuit, ut multa quidem à ueterum sententia aliena declararit. Perindè atq; expedito bubone, ac phygethlo demonstrabimus.

Bubon igitur (Galeni, [b] quem nunc interpretamur, dogmate) adenosarum partium exquisita phlegmone est. Vulgò nostri quotiès in inguine fit, nominare solent {pertico:} Neapoli {dragunccllo} Longobardi {tinchone} quidā {bognone} atq; alij demùm à Latina uoce pano, seu panicula, deducto per corruptionē nomine, dicunt {panocchia.} Quòd si uel erysipelacea phlegmone, uel inflammatum erysipelas, ob flauæ, pallidæ'ue bilis admistionem, in prædictis adenosis carnibus oboriatur, phygethlon priuatim (Galeno [c] docente) nominatur. Sin uerò scirrhosa, ob pituitæ, uel atrabilarij succi cum sanguine miscellam, phlegmone ibidem fiat, χοιράς, Latinè struma nuncupabitur. [d] Multoq; magis si exquisitus earundem adenosarum carnium scirrhus sit. [e] AT Enimuerò singula seorsùm perpendere operæ pretium est. A phygethlo exorsi, ut unà trigesimum octauum tumorem absoluerimus. Inquit ergo medicarum definitionum Author [f] {φύγεθλον ἐςὶ κατὰ βȣβῶνα γινόμενον ἀπόςημα.} quod est {phygethlon panus'ue est abscessus in inguine obortus.} Rectiùs autem iuxta Galeni dogmata dixisset {φλεγμονὴ} idest inflammatio, q; {ἀπόςημα} hoc est, abscessus. Non semper enim abscessus fit. sed

Marginalia: q lib. 21. cap. 20. circa medium. lib. 26. cap. 9. lib. 27. cap. 5. et. 13. ī medio lib 28. cap. 4. uersus finem. r Vt lib. 22. cap. 24 uersus finem lib. 27. cap. 7. circa finē. li. 28. c. 4. ante mediū. li. 30. cap. 8. — Bubon & Inguen tripliciter. — s lib. 26. cap. 9. ī prin°. et. 27. 5°. ī medio. uide Apul. Madauren, de uirtut. herbarū c. 60 — Cōtra Cæliū Rhodiginum. — Cōtra Brasauolum. — t locis præscriptis, & sibi ascriptus lib. de re medica uolu. 2. c. 43. u li. de med. c. 32 x cap 18. y lib 12. lec. antiquarum cap. 6. in medio. z lib. 4. aphoris. cōm. 55. a ibidē & 3'. aphoris. cōm. 20. b 2°. ad Glauc. c. p°. et. 13. meth. cap. 5. lib. de tum. præt. nat. cap. 18. & sæpè. c 2° ad Glauc. cap. primo. d ut. 13. meth. c. 5 e ut 14 meth. ca. 11. & lib. de tum. cap. 18. — Tumor. 38. Phygethlon. — f uersus finem. libri.

[g] ut 2^l. ad Glaucon. c. p^o. elicitur
[h] lib. de tu. præt. nat. cap. 18.

sed perpetuò tamen uel erysipelacea phlegmone, uel inflammatum erysipelas est.[g] Qua de causa nonnullos esse ait[h] { θερμότητι ἅμα καὶ τάχει γενέσεως ἀφορίζοντες τῶν ἄλλων φυμάτων } quod est { caliditate simul, & generationis celeritate ab alijs id phymatibus tuberculis'ue distinguentes. }. Iuxta quem loquendi modum phymatis nomen largiùs, Hippocratis uidelicet more, intelligere necessum est, ut dothienes furunculi'ue, ac bubones, nedùm propriè dicta phymata, sub phymatis nomine cõprehendẽda ueniant: quibus iam iam dictis, uel si mauis alijs quoq; omnibus comparatio fiat. Dicens enim Galenus { ab alijs phymatibus } ipsum etiam phygethlon sub generico phymatis nomine comprehendi posse insinuat. ut quanq; phyma id quoq; est: ab alijs tamen phymatibus differat. etc. Quoniã igitur non propriam, sed aliorum opinionem refert. Ideò pro illorum usu nomen generatim protulisse, & secùs quidem, atq; paulò priùs priuatim usurparat, absurdum non est. Præsertim quia Hippocratis etiam loquendi modus est. ueluti quùm ait.[i] { καὶ τἄλλα φύματα } quemadmodum uberiùs iam anteà[k] declarauimus. At magis quidem nobis arridet, ut { ἄλλων } superfluat, ac ab aliquo potiùs incauto scriptore interpositum sit. Legendum'q; appositè sit { ἀφορίζοντες τῶν φυμάτων } hoc est { à phymatibus distinguentes. } Vt differre uoluerint phygethlon à propriè sumptis, & iam iam declaratis phymatibus calore simul & generationis celeritate. Verosimilius autem est non communiter, at priuatim, propriéq; sumptum phyma Galenum intellexisse. Quoniam id paulò priùs iam proposuerat: à quo differre statim duritie dothienem prædixerat, quamprimùm subdens { Ambo autem affectus inflammabundi sunt. quos præter, tertius quoq; ipse bubo, quartusq;, quem nonnulli phygethlon uocant, à phymatibus calore simul, & generationis celeritate distinguentes. } Quouis autem modo Galeni uerba legantur: Tàm si generatim phyma capitur: ut alijs siue prædictis tribus, siue omnibus phymatibus, tuberculis'ue comparetur: q; si priuatim sumitur: ut ad propriè dicta phymata phygethlon referatur: Illorum sermo à Galeno (ut uidetur) minimè reprobatus, ita uerus esse demonstrabitur. Quoniam scilicet phygethlon sanguini admistam continet bilim, quia uel phlegmone erysipelacea, uel erysipelas inflammatum est. Bilis ergo, succi omnium, qui in corpore sunt, humorum (Galeno[l] teste) calidissimi ratione, calidius phygethlon est non propriè sumptis modò phymatibus, at bubonibus quoq;, ac furunculis: Multóq; idem calidius est uerrucis, strumis, satyriasmis, atq; alijs huiusce farinæ uel parum, uel nil prorsùs caloris continentibus tumoribus: quos sub generatim capto phymate ab Hippocrate comprehendi iam anteà declarauimus. Celeriùs quoq; phygethlon generabitur eadem ratione. quod enim calidius est, perpetim (quantum ex se est) frigido, uel minùs calido citiùs compleri solet. Quoniam faciliùs, promptiusq; ad affectum locum calidi humores defluunt. Quanuis igitur ocyssimè generari propriè dictum Phyma præscriptum iã sit. Nihilominùs tamen phygethlon ut potè ipso phymate calidius (q;tum ex se est) celeriùs eodẽ generari potest. Dixi { q;tum ex se est } quasi obseruata in reliquis omnibus paritate. Nam pro uario corporis tẽperamẽto, adenis imbecillitate, regione, tẽpore, ætate, repletione, cõsuetudine, uictus ratione, atq; primùm quoq; iam exordientis tumoris regimine, cæterisq; plurimis concurrentibus, horum generatio uariari potest. Verùm & si celeriùs fieri phymate phygethlon contingit. Contrà tamen: phyma phygethlo citiùs ad suppurationem uergit. Cùm illius finis terminus'ue maxima ex parte suppuratio sit. Phygethlon uerò, admisti erysipelatis ratione, ad suppurationem non adeò tendit. suppuratio enim (Hippocrate[m] authore) in erysipelate mala est, putredinem potiùs,

[i] 3^l. aphoris. 20°.
[k] supra fo. 217. 218.
[l] p^l. ad Glauc. 9° & 10. simpliciũ c. 14 et li. de inæquali intemperie cap. 5.
[m] 7^l. aphor. 20.

tiùs, malignitatemq́; præſeferẽs, q̃; fœlicem tumoris euentum: Quas ob res & ante Galenũ Latinè Celſus ait.[n] {Phygethlon tumor eſt, nõ altus, ſed latus: in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt} nõ altus quidem (ait) ſed latus. Bilis enim ratione magis in orbem ſub cuti extenditur, q̃; in altũ eleuatur. Id quod in exquiſito eryſipelate, atq; herpete patet. q̃; q̃; ratione commiſti ſanguinis, aliqua in altum, profundum'ue, pro ipſius ſanguinis portione, tumefactio fit. Bilis uerò cauſa puſtuloſæ quædam miliaceæq́; aſperitates fieri ſolent. Idcircò ait {in quo quiddã puſtulæ ſimile eſt} Eiuſdemq́; caloris, ac ueluti cuiuſdam feruoris ratione {Dolor, diſtentioq́; uehemens eſt: & maior q̃; pro magnitudine tumoris. Interdùm etiã febricula. Idq́; tardè matureſcit, neq; magnopere in pus uertitur.} Quòd autem in adenoſis etiam partibus fieri Celſus teneat, ſtatim oſtendit, ſubdens. {Fit maximè aut in uertice, aut in alis, aut in inguinibus. Panum, ad ſimilitudinem figuræ, noſtri uocant.} aliqui tamen codices habent {panem} utroq; autem modo legi poteſt. ueluti doctiſſimè Hermolaus ait.[o] Panum uerò alibì[p] quoq; Celſus nominat, ſic dicens {Aduerſus panum tamẽ primũ orientem, quod φύγεθλον Græci uocant. etc.} Ad ſimilitudinem figuræ (ait Celſus) nõ, ut nonnulli interpretantur, ad ſimilitudinem extenſi panni, quia eleuationem nõ habet. Satis enim ridicula ſimilitudo hæc eſt: præcipueq́; cùm ſubdant, panum plerũq; tumorem habere, ac non aliud eſſe panum, q̃; Galeni bubonẽ. Decepti fortaſſis ex Varronis uerbis, adeò deprauatis, ut nullam nobis idoneam ſententiam oſtendant. ſic enim apud eum legitur[q] {panis, quòd primò figuras faciebant, ut mulieres in lanificio pannus. Poſteà q̃; ei figuras facere inſtituerũt. aliàs à pane & faciendo panificium cœptum. etc.} Quorum profectò uerborũ contextũ, ac ſenſum, nec eius libri caſtigator Michael Bentinus animaduertiſſe apparet. Ingenioſiſſimus uerò Hermolaus rem acu tetigit, ſic in primis Varronis contextum legens. {Panis dictus, quòd primò figuras faciebant, ut mulieres in lanificio in quo panus. Et ſic, poſteà q̃; ei figuras facere inſtituerunt alias.} panus ergo (Hermolaus ait) in Varrone capiunt pro fili glomere in ipſo radio texentium. ad cuius glomeri ſimilitudinem panes primo fingebantur: ſub rotundi ſcilicet, atq; aliquatenùs oblongi. ut quidam hodierno etiam die panes figurare ſolent. Subdit autem deinceps Varro {Et ſic} quaſi dicat, panis adhuc dictus eſt {poſteà q̃; ei figuras facere inſtituerunt alias.} id eſt panis adhùc nomen remanſit, etiam ſi poſteà non ampliùs inſtar glomeri textricũ ſubrotundos, at ſecundum quaſlibet alias figuras panes facerent. Quemadmodum enim ex pano textricum glomere lanificium in figuras multas digeritur. Ita ex concretæ farinæ globo panificium uarias capit imagines. Et quemadmodum in illis addita ſimplici litera {n} pannus dicitur, Indeq́; panniculus. Ita panificio mutata {u} in {i} differentiæ cauſa, panis uocatur. Panus uerò textricum nomen quoq; dedit phygethlo apud Latinos (Celſo authore) unde & panicula etiam dicitur. Quo diminutiuo nomine Plinio aſcriptus liber,[r] ac Marcellus etiam Romanus[s] utitur. Panus ergo tumor, quem præ manibus habemus, appellatur ad ſimilitudinem (uti Celſus ait) figuræ. Idemq́; eſt ſi panem legerimus. Quoniam panis inſtar ſubrotundus aliquatenùs oblongus, ac latior q̃; altus tumor eſt. Sed hæc ad Grammaticos. Nobis uerò ſat ſuperq; fuerit ſcire ꝙ panus, & panis, & panicula huiuſmodi affectus, apud graues authores, nominatus offenditur. {Sed cum omnes hi nihil niſi minuti abſceſſus ſint (ſubdit Celſus) generale nomen trahit latius uitium ad ſuppurationem ſpectans.} E quibus Cornelij uerbis id elicitur. quoniam ſcilicet omnis inſtar pani uel panis, ſubrotundus, cum aliqua latitudine tumor phygethlon Græcè, Latinè autem panus uocari poteſt. Haudquaq̃; tamen ſic obſeruatur. Sed generale nomẽ trahit

n lib. 5. cap. 28. ſec. 10.

Panus unde dicitur.

o In gloſſematibus in Plinium in dictione furũculus. et panus.

Cõtra Muſã.

p lib. 5. cap. 18. ſec. 16.

q lib. 4° de Latina lingua. in dictione Panis.

Varronis locus.

Panus propriè quid.

r lib. 3. de re medica. cap. 27.

s de medicam. cap. 32.

hit latius uitium ad suppurationem spectans.q.d. speciatim, proprieq; panus, phygethlon'ue id dicitur, quod latius est, & suppurari potest. Haud tamen per hæc uerba celerrimè suppurari panum intelligemus. Vt inde Galeni phyma sub Celsi pano, seu phygethlo comprehensum accepimus. Quoniam & si ad suppurationem huiusmodi tumor spectat: tardè nihilominùs (ueluti prædixerat) maturescit, neq; magnoperè in pus conuertitur. Quòd autem panus, uel panicula Romanis idem, quod Græcis phygethlon ostendit, non Celsus modò, at ipse etiam Scribonius,[t] & Marcellus[u] confirmant. Plinius uerò nullibi, quod uiderim, panum definiuit. nisi q multorum esse generũ aliquandò insinuat. Perindè ac ubi de uisco loquens,[x] ait {cum resina, et cera panos mitigat omnis generis.} è quorum numero aliquod esse difficilis concoctionis genus aliàs innuit: dicens[y] {uitex uomicas, panosq; difficilè cõcoquentes cum farina hordeacea mollit. etc.} Superiùs tamen Plinij panum tam Celsi phyma, q̃; phygethlon comprehendere diximus. Quoniam nullibì de phymate, aut phygethlo meminisse Plinium legimus. Nisi sæpissimè de pano. Est autem phyma (perindè ac ex Celso præostendimus) tuberculum furunculo rotundius, et planius, ouiq; dimidij magnitudinem non infrequenter excellens. adeò ut pano etiam textricum, aut pani non absimile existens, pani quoq; uel panis nomenclaturam obtinere queat. Quinimmò non solùm Celsi phyma, sed speciale etiam Dioscoridis phyma, quod idem, & Galeni quoq; phyma esse reputo, sub pano Plinius intellexisse apparet. Quæcunq; enim Dioscorides phymatibus conferre, præter alios morbos, scripsit: Plinius eadem (pluribus aliorum morborum distinctè nominatis.) Pano proficua esse recensuit. Quemadmodum in syluestri cucumere,[z] coriandro,[a] paruo sesamoide,[b] Mori arboris uulnerati liquore,[c] uisco,[d] ammoniaco,[e] struthio siue radicula,[f] paliuro,[g] atq; alijs fortassè non paucis, cõtemplari promptissimum est. In quibus quidem omnibus, ac similibus, Dioscoridẽ φῦμα speciatim sumsipsse, cuiuis perspicuũ fore opinor. Cũ strumas, parotidasq;, et alia huiusmodi tubercula interim sæpissimè recẽseat, quæ sub phymate cõprehensa fuissent, siquidẽ phyma generatim intellexisset. Quo tamen generali significatu nõnunq̃; utitur. Vt qùm de cimolia creta loquens, ait[h] {παρωτίδας καὶ τὰ ἄλλα φύματα.} quod est {parotidas abscessus'ue post aures, et alia phymata, tubercula'ue} hac.n. loquẽdi formula parotidas ex phymatum cõmuniter tamẽ sumptorũ genere esse insinuat. Quo in loco Marcellus Virgilius, ut qui panum pro phymate, in præscriptis omnibus medicamẽtis, Latinè conuerterat, præassumptam phymatis distinctionem non aduertens, ubi Græcè dicitur {καὶ τὰ ἄλλα φύματα} ipse interpretatus est {panos, tuberculaq; alia} ut idem nomen {φύματα} simul panos & tubercula, quoddamq; speciale, ac generale, turpissima quadam confusione præseferat. Eo fortassè deceptus Marcellus. quoniam Plinius[i] eandem cretam panos, & parotidas cohibere ait, à Dioscoride (ut uidetur) exscribens. At Plinio uel cuncta immutare licuerat: quorum tamen fido interpreti uel minimum perturbare non conuenit. Quod autem Plinius non solũ phyma, sed phygethlon etiam sub pani uoce intellexerit, indè persuaderi potest. quoniam quæ Dioscorides phygethlo prodesse uoluit, Plinius eadem pano conferre ait. Perindè ac in aceto,[k] & oleæ cinere[l] & helxine[m] comprobari potest (quanq; ubi Dioscorides acetum Plinius aceti fæcem: atq; ubi Dioscorides oleæ syluestris, Plinius domesticæ cinerem habet.) Quodq; magis nostram sententiam confirmat, est. Quoniã Dioscorides[n] urticam phymatibus, ac phygethlis & parotidibus mederi scripsit: Plinius[o] panis, parotidibusq; utilissimam (tametsi ex Phania physico) posuit, ubi nil de phygethlo cùm meminerit: sub pano tam phyma, q̃; phygethlon comprehẽdisse

Obiectionis Solutio.

t de comp. med. cap. 263.

Plinij panus.

u cap. 32.

x lib. 24. cap. 4.

y lib. 24 cap. 9.

z Diosc. 4'. 149 Plin. 20'. 9°.

a Diosc. 3'. 65. Plin 20'. 20.

b Diosc. 4'. 148 Plin 22'. 25.

c Diosc. p'. 147. Plin. 23'. 7°.

d Diosc. 3'. 94. Plin 24'. 4°.

e Diosc. 3'. 89. Plin 24'. 6.

f Diosc. 2'. 152. Plin. 24'. 11°.

g Diosc. p'. 106. Plin. 24'. 13.

Cõtra Marcellũ Virg.

h lib. 5 cap. 101.

i lib. 35. cap. 17. circa principia.

k Diosc. 5'. 13. Plin. 23'. 2°.

l Diosc. p'. 122. Plin. 23'. 3°.

m Diosc. 4'. 37. Plin. 22'. 17.

n lib. 4. cap. 89.

o lib. 22. cap. 13.

prehendisse compertum est. Quo interim loco [p] Marcelli Virgilij traductionem, falsam quidē, et inconstantē animaduertere opus est. Vt cognito etiam falso, ueritas magis elucescat. ubi φύγεθλον Dioscoridis, Latinè furunculum traducit: φῦμα uerò, panum. Id quod alibi [q] quoq; in phygethlo obseruat. Falsum tamen, quia furunculus idem quod Græcis dothien est, ut uberius anteà declarauimus. [r] Inconstans uerò, quoniam idem nomen { φύγεθλον } aliquandò [s] non amplius furunculum, sed panum interpretatus est. Adeò ut modò phymati, modò phygethlo panum attribuerit. Verùm tamen si Celsum sectamur, phyma panus minimè nuncupatur. Sin uerò Plinium, tametsi tam phyma, q̄; phygethlon sub pano (uti diximus) comprehendatur: Nihilominùs tamen generis nomine singulas species interpretari non decet. Etenim cōfundere potiùs est, q̄; interpretari. Tutius ergo est Græcum nomen apud Latinos etiam transferre, q̄; in tot tantasq; æquiuocationes miserculorum ingenia præcipitare. At omisso Marcello, ac reliquis intereà multis Græcorum interpretibus, sæpenumerò traditoribus potiùs, q̄; traductoribus nuncupandis: Cùm nostra intentio non sit aliorum errata detegere, sed Galeni, & Priscorum tumores enucleare. Ad Galeni contextum reuertamur: qùm de phygethlo iam loquens, [t] subdit. { sunt uerò etiam qui phygethlon in inguinibus, & alis tantummodò fieri proferunt. Cùm tamen adenosarum carnium inflammationes sint. } sic enim ultima Galeni uerba intelligo { φλεγμονὰς ὑπάρχοντα τῶν ἀδένων. } Galeni ergo sententia est, nōnullos fuisse medicos, qui specialiùs phygethlon capiebant, ut non in omnibus adenosis carnibus fiant. Haud enim in collo, mamillis, post aures, aut alijs huiusmodi glandulis generari phygethlon admittebant. Sed in alis duntaxat, atq; inguinibus. Quorum nihilominùs opinionem reprobare Galenus apparet: subdens, ꝙ adenosarum carnium phlegmonæ sunt. q. d. glandularū inflammationes sunt: ubicunq; glandulæ, siue in alis, aut inguinibus, siue in collo, aut post aures, uel in quauis alia corporis parte existant. E quibus quidem omnibus exquisitè, atq; adamussim (ut operæpretium est) perpensis [1m.] plurima, quæ anteà referre spopondimus, [u] Brasauoli [x] errata propalātur. Primum { ꝙ phymata, & phygethla ab eadem materia fiunt, aut consimili. } Etenim phyma à sanguine, siue quarta substantia, siue uniuersa quatuor humorum iuxta proportionem disposita congerie fit: adeò nihilominùs humida calidáq;, & putredini obnoxia, promptáq;, ut ad suppurationem euestigiò uergat: atq; idipsum Galeni decreto. Celsi autem sententia, ex sanguine, cui nonnihil frigidorum succorum admistum sit. Ex quo & dolor, & inflammatio minores, q̄; in furunculo fiunt. Phygethlon uerò erysipelas inflammatum, uel inflammatio erysipelacea, ob effatu dignā bilis admistionē, est. Vt tangentibus phymate calidius phygethlon, licet qùm suppurat Galeni [2m.] phyma, phygethlo feruentius ab ægroto sentiatur. Hinc & aliud erratum liquet. Qùm. s. ab eo dicitur { sed phymata sunt inflammationes erysipelatodes, uel erysipelas cū inflammatione. Eodē modo phygethla. } Paritérq; statim aliud innotescit, dùm subdit { quanuis & in istis (scilicet [3m.] phygethlis) materia etiā pituitosa esse possit } Si enim pituita cuiuis horum admisceatur, usq; adeò scilicet multa, ut pituitæ symptomata cognosci queant: nec simpliciter phygethlon, neq; phyma nominandum uenit. Sed phyma potiùs, uel phygethlon œdematosum, aut scirrhosum. Singulorū autem per se capta natura ea est, quā diximus, si quidē Galeno adhæsisse, nec nostræ uo[4m.]lūtati assentire decreuerimus. Quid quòd re uera in inguinibus solū panos appellari ante hæc ait? Cùm Celsus in alis quoq;, ac uertice panum à Latinis uocari præscripserit: Plinius [y] autem uterq; seorsùm ab inguinibus, inguinūq; tumoribus de panis, aut paniculis determinarit, ut potiùs

[p] super Diosc. li 4. c. 89. de urtica

Cōtra Marcellū Virg[m].

[q] Vt lib. 4. cap. 37. de helxine.

[r] fo. 210. & sequentibus.

[s] ut lib. p°. cap. 122. de agresti olea & cap. 149. de ficis. et 5'. 13°. de aceto.

[t] lib. de tu. præt. cap. 18.

[u] supra fo. 118. lin. 28.

Brasauoli errata.

[x] 3'. aphorism. cōm. 20.

[y] Sæpè ubi de his loqtur sed uide præ cæteris li. 20. cap. 21. circa medium. et li. 26. ca. 9. Alterū sibi ascriptū. uide. 2'. 43. et 3'. 27°.

z lib. de medic. cap. 32.
a tract. præsenti infrà.
b cap. 17. et. 18.
c Ibidē cap. 19. & 20.
d ca. 17. in fine. & 18. tex. 8.
e cap. 18. tex. 8.
f c. 17. tex. ult°.
g In sermone de terminthο.
h cap. 17. ī fine.
i cap. 21. tex. 15.
k cap. 17. et. 18.
l cap. 21. tex. 15.
m 13. Cōtin. ca. 5. & 10. litera I.
n Vt lib. Diuis. cap. 132.
o ibidē c. 135. et 18. Cōtin. cap. 8.
Signo χοιράς.
Tumor. 39.
Struma.
p 13. Cōtin c. 4. litera. G.
Contra Tagaultium.
q Ibidē cap. 10. litera G.
r fo. 212. lin. 17. & sequentibus.
s 13. meth. ca. 5.
t 3'. aphoris. 26 in fine.
u lib. 5. cap. 28. sec. 7a.
Strumæ ī mesenterio.

tius oppositum uerum dici queat: panum. s. in alijs glandibus propriè magis, saltem Plinij dogmate appellari. Idcircò & Marcellus Romanus [z] { in inguinibus paniculas } determinationis gratia, nonnunq; protulit. Verùm de his nimis q; satis, ad nauseam usq;, dictum iam sit. Ex Arabibus autem Princeps de his tribus tumoribus, qui in glandulis fiunt, insimul determinat. [a] De uenenosis quidem pestiferis'ue priùs, [b] sub nomine thaun, siue althaun, siue thoim, & althoim: De non uenenosis autem posteà. [c] Vbi corruptissimis Græcorum nominibus usus est. Etenim {phymata} scribit {chumata[d]} corruptiùs {carmata,} et {carmakile} {phygethla} uerò {Mecacalius [e] {ut mihi uidetur. atq; etiam { furios. [f] } Quoniam uerò (ut infrà uidebimus) [g] Oribasius tumorem Græcè dictum πέρμινθον phymatis speciem esse ait, phyma interim communiter, & Hippocratis in modum intelligens: Princeps autē phymatis speciatim, & Galeni more sumpti speciem intellexit. Proptereà & hic inter ea, quæ glandulis adueniunt terminthum adnumerans, corruptissimè {tursios} nominat. [h] quem tamen alibi [i] minùs corruptè {turmusios} nuncupat. Phymata (ut uidetur) siue chumata, uel carmata, aut carmakile: Itemq; phygethla seu furios, aut mecacalius inter uenenosa connumerans. [k] Itidemq; terminthum, siue thursios. quem tamen inter exituras alibi [l] sub nomine turmusios repetit. Verùm singula proprijs locis uberiùs enucleabuntur. Razes autem, uel (ut rectiùs dixerimus) eius interpres de omnibus his loquitur non pestiferis quidem, sub titulo [m] {de apostematibus emunctoriorum, & carnis mollis. } nonnunq; uerò sub exituræ nomine cum alijs cōprehendit. [n] De pestiferis autem, anthracis, [o] seu filtracis, uel thaun, [p] uel epidemiæ [q] nomenclatura significauit, quemadmodum anteà iam ostendimus. [r] Hæc de adenum inflammatione dicta sunt. QVAE quidem si ob assiccatæ pituitæ magisq; atrabilarij succi cōmistionem, scirrhosa earundem partium phlegmone (uti Galenus ait) [s] fiat: χοιράς Græcè, Latinè autem struma, Tumor quidem ordine trigesimus nonus, generabitur. Qui tumor & si (quemadmodum Galenus inquit) scirrhosa, circa suæ generationis initia, phlegmone sit: Mox tamen in scirrhum priùs non exquisitum, ac deinceps non infrequenter exquisitum conuerti solet. Qua de re non ad œdema (quemadmodum nonnulli opinantur) sed ad scirrhum reducenda struma est. Quanuis enim ex pituita, maxima ex parte fiat. Haud tamen ex aquosa, tenui'ue pituita huiusmodi tumor, perindè ac œdema, gignitur: uerùm ex crassa, glutinosáq;, ac demū assiccata, quin & atrabilario nonnunq; succo admista fit. Ex quo inter frigidos tumores connumerandam esse strumam, cuilibet compertissimum est. Etenim non ex calida materia, neq; ad suppurationem, phymatum instar, properante (Galenus [t] ait.) Sed frigidiore, ac pituitosiore consistit. Quanq; calidis, & pus mouentibus medicamentis longo tempore adhibitis, nonnihil puris excitari nonnunq; in ea consueuit. Quam ob rem non perpetuò, generaliterq;: sed particulatim in quibusdam ueram esse Celsi [u] sententiam autumo: qùm ait { struma est tumor, in quo subter concreta quædam ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriūtur. } " Haud enim omnes maturescunt, ut in se ipsis pus comprehendant. Idcircò & ipse met Celsus quāprimùm subdit. { Quæ uel præcipuè fatigare medicos solent: quoniam & febres mouent, " nec unq; facilè maturescunt. } Quod etiam de febribus ipse inquit, uerùm aliquandò, sed non semper est. { Nascuntur maximè in ceruice: sed etiam in alis, & inguinibus, & in lateribus. " In mammis quoq; fœminarum se reperisse chirurgicus Meges author est. } Iulius autem Pollux circa mesenterium etiam strumas fieri uoluit. Id quod tametsi à Grammatico dictum, uerū nihilominùs est & à Galeni monumentis minimè alienum. Cùm hic induratas esse glandulas definierit.

definierit. Plurimas uerò circa mensenterium glandulas esse, quæ indurari possunt: ac strumosæ fieri, ex anatomicis administrationibus compertissimum est. At harum profectò glandularum strumas non, nisi post obitum, noscere possumus. Quam ob rem neq; curandi ansa medico relinquitur. Nos autem hanc Pollucis sententiam, nisi aliquandò ueram esse experti fuissemus, me Hercule ueluti ridiculam floccipenderemus. Anno enim à nostri Redemptoris aduentu Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo nono, Panhormi, Spectabilis dominus Castor à Portu dictus, Baron summatini, & Vrbis tunc temporis meritissimus, iustissimusq; præfectus, Capitaneus'ue, ut uulgò nostri uocant: Quem profectò usq; adeò magistratus integerrimũ uirũ ostendit: ut rursus anno. 1546. & demùm anno præsenti. 1550. ad eandẽ
10 gubernationem uel inuitus à Proregibus astrictus sit. Hic inq; in primo sui magistratus anno, quendã nigrũ natũ seruũ, libertũ tamẽ posteà redditũ, à se ob furta laqueo suspẽsum, atq; à nobis ad anatomicas administrationes petitũ, quã libẽtissimè, ut omnigenæ uirtutis amãtissimus publicè dissecandũ præbuit. In huius ergo mesenterio (quemadmodum ab omnibus, qui dissectioni astiterunt, uisum fuit) strumas circiter septuaginta offendimus. præter quas in glandulis existentes totidem ferè externæ intestinorum, præcipueq; crassorum tunicæ adhærentes tumores propria singulos membranula, cuiusdam uesiculæ instar, cõtentos, non sine magna quidem astantium admiratione, inuenimus. Hos porrò, qui exteriori intestinorum tunicæ adnati fuerunt, strumarum nomine, quia scilicet in glandulis non erant, minimè dignati sumus. Vtriusq; autem generis tumores uaria quantitate & magni, et parui erãt, atq; inter extremos,
20 qui ad oui gallinacei magnitudinem perueniebant, & minimi ciceris paruitatem, quamplurimi intermediæ quantitatis gradatim uisi sunt. Nõ secùs hercle ac in fertilis gallinæ utero ouorum gradata multitudo (quam uulgares nostri Ouarolam uocant) inuenitur. Sed ne in hoc quidem solummodò astantium, nostráq; admiratio fuit. Verùm & singulis tumoribus dissectis quasi strepitus admirantium effectus est: Cùm nonnulli lapideum gypsum, nonnulli uerò glutinosam, muccosamq;, & intereà liquidam quandam substantiam sub ea membranula continerent. Nonnulli autem per gradus quoq; intermediam comprehenderent. Vt postremò, ac nouissimè genitum tumorem liquidior: Antiquiorem uerò solidior substantia præseferret. Ex medijs uerò unum & item alterum tumorem sumpsimus. Domiq; per diem ac noctem exiccari permittentes, tenuissimum deinceps quendam ab ijs pollinem extraximus. quo multis quidem die-
30 bus, donec scilicet consumptus totus sit, Arenæ uice, ad exiccandas, ne delerentur, nuper iã scriptas literas, & quidem opportunè usi sumus. Vt alios omisisse pœnituerit. In reliquis uerò corporis partibus, præsertimq; in Iocinore, ac Splene saluberrimum corpus uidebatur. Itáq; ab ijs, qui eum anteà uiuum cognouerant, relatum conformiter est. sanissimum scilicet, donec suspenderetur, extitisse Vt nos coniectaremur Naturam, ad eas partes, uniuersi corporis recrementa transmittendo, sic ipsum expurgasse: ut in reliquis, maximeq; naturalibus uisceribus sanitatem conseruaret. Verùm de hoc obiter. Ne ob Pollucis raram sententiam quispiam ambi-
» guus remanserit. { Sunt ergo (ut ad propositum conuertamur) strumæ carnes, prout ex Leo-
» nida Aetius refert, [x] subcandidæ, facilè augescentes, in membrana cõtentæ & in summa glan-
» dulæ induratæ: quæ in collo, sub alis, ac inguinibus oriuntur. Vbi glandulæ uasis substratæ
40 sunt. } & in alijs quoq; iam iam relatis glandulis. { Aliquandò etiam, sed tamen raro, ex
» carne eorundem locorum fiunt: quæ affinitate quadam ad strumarum naturam uertitur, &

Historia.

x lib. 15. cap. 5. in principio.

materiæ accessione augetur.} Hæc Aetius ex Leonida. Qui duplicem (ut patet) generationis strumarũ modum ostendit. Primum quidem, ut non secùs ac aliæ quæuis particulæ siue assiccata pituita, siue atrabilario succo, aut utroq; penitiùs insperso humore indurescant, scirrhóq; nuncupato tumore occupentur. Veruntamen glandulæ istiusmodi humore oppletæ, atq; induratæ non communiori nomine scirrhum, at speciali quadam à porcis desumpta (ut uidebimus) nomenclatura, Græcè χοιράδας pati dicuntur. Secundum uerò generationis modum esse innuit, quoniam ipsamet glandulosæ carnis substãtia quapiam ex causa persicca indurescit. Quæ tamen atrabilario deinceps humore, uel sicca pituita paulatim nutrita præter naturam increscit. Quem fortassis secundum modum Medicarum definitionum Author solum considerauit: qùm sic Strumas definiuit [y] {χοιράς ἐστὶ σὰρξ, καὶ δύσλυτος.} quod est {struma est caro sicca, & quæ difficulter soluitur.} Galenus autem quia in idem (si exquisitè perpenderis) uterq; generãdi modus incidit, hanc differentiam sæpissimè neglexit. Vnáq; sub definitione utrunq; appositissimè cõprehendit. dicens [z] {τῶν τοίνυν σκιῤῥωθέντων ἀδένων, τὸ δὲ πάθος ὀνομάζεται χοιράς.} quod est {Induratis autem glandulis, affectus hic struma nuncupatur.} Idémq; alibi [p] de ijsdẽ chœradibus strumis'ue loqui exordiens, ait {γίνονται δ' αὗται σκιῤῥουμένων ἀδένων} idest {fiunt autem hæ durescentibus glandulis.} Adeò ut Galeni simia Paulus, [a] ita definierit {αἱ χοιράδες ἀδένες εἰσὶν ἐσκιῤῥωμένοι} hoc est {chœrades strumæ'ue glandulæ sunt induratæ} Princepsq; [b] demùm (alijs omissis) hæc ait {et scrophulæ ad ultimum sunt glandulæ sephyroticæ.} Nonnunq; uerò Galenus secundum ex prædictis generationis modũ tetigit. Veluti qùm inter morbos in aucta magnitudine constitutos, ipsas strumas collocauit, [q] Auctis præter naturam testibus, linguæ, aut mammis, atq; oculorum quoq; angulis assimilans: Non ex defluxu, at nutritione, ac in propriam substantiam transmutatione (prout exquisitè perpendentibus liquet) earum partiũ incrementa supponens. Cuius quidẽ sermo, quò ad strumas attinet, ni particulatim de quibusdam, ijs uidelicet quæ secundo generationis modo factæ sunt, intelligatur, condemnãdus tanq; falsus ueniret. Sed de his quidem uberiùs multò deinceps proprio loco disputabimus. [c] Impræsentiarum uerò quod præcipuè intendebamus, prædictũ iam est. Strumam .s. tumorem esse in frigidorum catalogo reponendum: ac pituitosum præcipuè, nonnunq; uerò atrabilarium, aut mistum (pro septima distinctione) tumorem existere. Quod uerò nonnulli (Cælio referente [d]) colligunt: strumam in tergo esse quandã extantiam, sicuti in pectore habeatur gibbus'ue: Veluti à priscorũ omnium setẽtia alienum id libẽtissimè negligimus. Vsq; adeò nihilominùs turpis, ac sordidus, nec nõ sceleratus huiusmodi morbus est. ut hinc sumpta similitudine Pater eloquentiæ Cicero [e] strumam ciuitatis aliquandò, ipsius ciuitatis turpitudinem, sceleráq; nuncuparit. {Non ea (inquit) est medicina, cùm sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atq; integræ. Carnificina est ista, & crudelitas: Hi medentur reipublicæ, qui execant pestem aliquam, tanq; strumam ciuitatis. etc.} Idémq; alibi [f] Vatinij scelera, turpitudinéq;, & sordes eodẽ nomine ostendit: sic dicens {proinde isti licet faciãt quos uolent Cõsules, Tribunos Plebis, deniq; etiã Vatinij strumã sacerdotij διβάφῳ uestiãt. etc.} Dictus uerò morbus hic à Græcis {χοιράς} Latinè autẽ, nomine Græcæ dictioni respondẽte {scrofula.} Etenim apud illos ὁ χοῖρος porcũ significat. quẽadmodam scrofa nobis porcã, et quæ sæpiùs quẽ peperit (Gellio, [g] ex Helij Melissi differẽtia teste) præsefert. Porcetra uerò, uel Pomponij cõfirmatione, quæ semel peperit, suem propriè significat. Cùm igitur nõ unicũ fieri tumorẽ huiusmodi

Duplex strumarũ origo.

y post medium libri.

z li. de tu. præt. nat. cap. 18.

p ut. 14 meth. cap. 11. in prin°.

a lib. 4. cap. 33. & lib. 6. cap. 35. in principio.

b Tract. sequẽti cap. 9. tex. 2.

q li. de morborũ differẽtijs cap. 9. in fine.

c tr. sequẽti ca 9 per totũ caput.

d lib. 30. lectionũ ãtiquarũ c. 26

Struma ciuitatis.

e ĩ oratione pro Sextio uer. finẽ.

f lib 2°. epistolarũ ad Atticum epistola 24. post medium.

χοιράς unde dicitur rationes sex.

g lib. 18. cap. 6.

di maxima ex parte contingat. Verùm plures insimul, instar racemi, sæpenumerò coaceruari soleant. Adeò ut primus cæteris maior, ueluti mater aliorum existimetur. Hac de causa non temerè à nostris uulgò scrofula nuncupatur. Tametsi ab ijs, qui latiniùs loqui optarunt, struma passim uocatur. Quòd si unicus aliquandò, ac per se talis tumor offendatur: Haudquaq; tamen ob id chœradis nomen, aut si uis etiam scrofulæ deperdit. Sat enim superq; pro similitudinis ratione fuerit: quoniam porcarum instar (Paulo,[h] Aetioq;[i] ex Leonida testibus) multiplicis partus, numerosæq; sobolis esse propria ex natura compertum iam est: quanq; aliquandò sterilis tam huiusmodi affectus, q; ipsa etiam porca sit. Sed ne in hoc quidem solo fœcunditatis numero similitudinis priùs, ac mox eiusdem nominis ratio consistit: uerùm & in eo, q aliter porcis assimilantur. quoniam scilicet in horum gutture, iuxta mandibulas, adenosi quidam tumores, globuli'ue reperiuntur, quibus strumæ similes sunt. quemadmodum Aetius[k] ex Leonida testis est (si quidem rectè huius interpretes traduxerunt. Nam ad hodiernum usq; diem octo duntaxat primos Aetij libros Græcè uidisse permissum nobis est.) Sunt autem hi adenosi in porcorum, non omnium quidem, sed tamen multorum gutturibus sæpenumerò pendentes: quas uulgò nostri mamillas nuncupare consueuerunt. Ab hac autem, diuersa (quam Paulus[l] retulit) similitudinis ratio apparet. Ni & Aetius quoq; idem proprio idiomate pronuntiarit. Inquit ergo Paulus { ὅτι τοιουτώδεις οἱ χοῖροι τραχήλους ἔχουσι. } quod est { quoniam talis modi colla porci habent. } Quæ quidem uerba sic intelligo. Nam strumosorum hominum colla, cùm ob frequentes, numerososq; utrinq; tumores, plena, breuia, curta'ue, & grossa fiant, similia porcorum collis apparent. Id quod fortassè Princeps insinuasse uoluit: quùm ait[m] { Aut propterea q figura earum secũdum plurimum assimilatur porcis. } Haud enim earum s. scrofularũ figurã porcis similem intellexisse congruum est. Ni Principem condemnare statim impiè decreuerimus. E quibus Andernaci crimen euestigiò liquet: dum præscripta Pauli uerba sic Latinè interpretatus est { quòd colla habeant glandulosa } quod enim Græcè Paulus ait { τοιουτώδεις } hoc est, ut nos uertimus, { talis modi } ille traduxit { glandulosa } sed hæc obiter. Aliam uerò nominis rationem ab ipso etiam Paulo[n] ante has edocti sumus. Quoniam scilicet ἀπὸ τῶν χοιράδων πετρῶν, idest, à chœradibus petris (nonnulli scopulos interpretantur) sic fortassè nominatus morbus fuit. Est enim χοιράς, perindè ut quidam aiunt, saxum sub mare nigrum, asperum'q;, & aliquantulùm eminens, ut porco nanti simile uideatur. Cui quidem scopulo, ob tumoris asperitatem, huiusmodi morbus assimilari potuit. Atq; hanc profectò asperitatem non tam in uno, q; in pluribus propemodùm coniunctis, magnopereq; uicinis considero. Sin uerò ad eiusmodi saxa scopulos'ue factam esse comparationem inde uolueris quoniam in profundis magis hi tumores resideant: quanq; & extra quoq; aliquantulùm eminent: adeò ut natantium quoq; porcorum effigiem præseferant: atq; hinc Principem dixisse contenderis { q scilicet figura earum scrofularum secundum plurimum assimilatur porcis. } Me hercle integrum tibi est. Illud nihilominùs à te perpensum intereà cuperem, quod omnibus compertissimum est: uidelicet non hunc modò affectum, sed alios quoq; plurimos tumores penitiùs retentos, supereminere in exterioribus posse. At quintam adhùc nominis rationem uideamus. cur à chœro, porco'ue chœras huiusmodi tumor nũcupatus sit. Etenim quia porcis suibus'ue frequẽs, ac familiaris (Plinio[o] teste) est: quemadmodũ Columella[p] etiã supposuisse uidetur: dũ ipsius curationem adiungit. Hac de causa scrofulam, siue (quod in idẽ uenit) chœradẽ Princeps dictã quoq;

h lib 6. cap. 35. in principio.
i lib 15. cap. 5. ĩ principio.
2ª.
k lib. 15. cap. 5. ĩ principio.
3ª.
l lib. 6 cap. 35. ĩ principio.
m ĩfra. tr. sequẽti cap. 9º. tex. 6.
Cõtra Andernacum.
4ª.
n ubi supra. χοιράς; qd
5ª.
o lib. 8. cap. 51.
p lib. 8. cap. 10.

q tr. sequēti ca. 9. tex. 6.
r lib. 8. cap. 51.
s lib. 8. cap. 10.
t tr. sequēti c. 9. tex. 6.

fuisse ait:[q] dicens { & uidetur ꝙ non nominātur scrofulæ, nisi propterea ꝙ multùm accidunt porcis, propter gulositatem eorum. Quoniam uerò porcis aduenire hic morbus ex Plinio[r], & Columella,[s] consueuit & propter gulositatem quidem eorum, uti Princeps[t] ait. Hanc ob causam & sextam possumus nominis rationē deniq; cōtemplari. Quoniam s. hominibus, porcorum instar, gulosis, ut præcipuè pueri sunt, familiarissimus morbus sit. Ob gulam nanq;, & omnis prorsùm ordinis, ac rationis expertem appetentiam innumeræ cruditates, et lentæ pituitæ generationes fiūt. Sed de nominis quidem, ac similitudinis ad porcos ratione, usq; adeò dictum hoc loco sit. Quicquid uerò præter iam dicta reliquum est, loco deinceps proprio enucleabitur. Impræsentiarum autem sub silentio minimè prætereundum fore duximus: non diuersum modò ab hoc affectum esse, quem suibus familiarē esse Aristoteles[u] inquit: uerùm et illius quoq; nomen. Vocauit enim Græcè { κραυγᾶν } quod Theodorus Gaza traduxit { strumam } ut inde fortassis tùm Hermolaus,[x] tùm Rhodiginus quoq; Cælius,[y] alium esse morbum in sue strumā ex Aristotele collegerint: Negligentia siquidem occupati (absit. n. in re tam minima tantis uiris ignorantiam ascribere) Græcè loquentem philosophum non considerarunt. Dum tribus morbi generibus laborare sues scribens, primum proprio nomine βράγχον (Latinè Raucedinem dicimus) appellat. quanq; nos faucibus, gutturiq; tantummodò raucedinem ascribimus. Aristoteles autem maximè fauces, maxillamq; brancho, raucedinē ue inflammari ait. Sed idem nihilominùs malum, uel in alia qualibet corporis parte contrahi posse subdit: ut plerunq; in pedem, aliàs uerò et in aurem procubuerit. Adeò ut nec appositè huiusmodi Aristotelis βράγχον, Latinè raucedinem conuertere queamus. At omisso quidem brancho, reliqua duo morborum genera ad nostrum propositum cōducentia disquiramus. Subdit. n. Aristoteles { δύο δ' ἄλλα ἐστὶ λέγεται δὲ " κραυγᾶν ἄμφω } quod est { Duo autem genera sunt: dicunturq; ambo clangores (siue mauis per uerbum dicere) clangere. } Nil ergo, si adamussim singula perpenderis, de strumis ibi locutus est philosophus: At ex tribus morbi generibus sues affligere consuetis primum quidem ab eo βράγχος dicitur: ob eam fortassè causam, quia raucescunt sues: & si non statim à morbi primordijs (præsertim si uel in pedem, uel in aliam quam uis à faucibus remotissimam partem affectus decumberet) necessariò tamen temporis processu. Quoniam, ueluti Philosophus ostendit, ad pulmonem deniq; putredo, serpensq; ulcus peruenit: quo tacto, mors sequitur. Reliqua uerò duo genera cōmuni uocabulo { κραυγᾶν } .i. clangere dicuntur, siue speciatim grunnire aut κραυγή } hoc est clangor, siue (speciatim in suibus loquendo) grunnitus. Sic. n. aptiùs τὸ κραυγᾶν interpretabimur, q; dicendo strumam. Quo fortassis nomine Aristoteles utrunq; dignatus est: quoniam uehementer uociferare, atq; obstrepere sues consueuerint, quotiès horum altero laborent. Est autem (ut ait) horum alterum dolor capitis, & grauitas, quo plurimi laborare solent, Alterum alui profluuium est, quod irremediabile incidit. Vtrunq; autē quàm à Romanorū struma distet, clarissimum esse cuiuis indaganti potest. At nostrū de strumis, scrofulis'ue propositum sequamur. Romani uel Latina dictione usi strumas, uel Græca choeradas nuncuparunt. Quam ob rem & Theodorus Priscianus ait[z] { sin uerò magno phlegmate superueniente solui nō potuerit furūculus, uel parotis: sed callositate permanēte, chœradas fecerit. etc. } rursusq; statim { chœradas, quas frequenter in collo, uel sub mento, uel subascellis nasci nouimus, hac cura uisitamus, qua durities indigestibiles soluere possemus. etc. } Deprauatè autem { cyradas, } corruptiusq; { cyratas } apud Authorem libri de re medica Plinio ascripti legimus,

Nota.

u 8. de hist. animalium cap. 21.
Cōtra Gazā, Hermolaū et Cæliū. Rhodiginū.
x In Glossem. ī Plinium dictione { struma }
y libro. 30. Lec. Antiquarū. c. 26. post medium.

z lib. pº. ad Timotheum. cap. 9. post prinm.

a pro

[a] pro {choeradas} Quod ſi ſcribens eiusdem libri Author, {Ad cyradas, et ſtrumas} Iterũq; {ſtrumis, & cyradis} diuerſos affectus intellexiſſe inſinuauerit: non ſecùs ac ubi dicit. {Ad cyradas, & paniculas.} Verũtamen aut eum, qui ſcripſit, propriam uocem ignoraſſe, uel (quod potiùs reputo) alterum nomen ab aliquo tranſcriptore, interpretationis cauſa, interpoſitum eſſe determinandum. Arabum Princeps, [b] anteq; ipſum Razes, [c] ac Serapio, [d] Itemq; Hali Abbas, [e] Auerrhoes, Canſtatinus Africanus, [g] Albucaſis, [h] ac demùm ferè omnes Barbaram ſectantes medicinam ſcrofulas (prout traducti apud nos ſunt) huiuſcemodi tumores nuncupant.

QVIBVS porrò de ſtrumarum nomine, ac materia perpenſis, ad alia permigrare tempeſtiuum. Queadmodum igitur induratis iam glandulis hunc affectum choerada, ſiue ſtrumã nun-
10 cupant: Ita & dureſcentibus quidem teſtibus (inquit Galenus [i]) ὄνομα τῷ νοσήματι σαρ-
„ κοκήλω ἔθεντο} quod eſt {nomen morbo ſarcocelen impoſuerunt.} Nos pro Ariſtotelis [k] uenia, perſpicuitatis quidem gratia, Latinis ex dictionibus compoſitum nomen effingemus, carnherniam uocantes, ideſt carnoſam herniam, ſiue carniramicem. Etenim κήλη omnem, apud antiquos, præter naturam tumorem (Aetio [l] teſte) ſignificabat. Vnde & βȣϐωνοκήλη, ideſt inguinis tumor, & βρογχοκήλη, hoc eſt gutturis tumor, atq; alia in teſtibus plurima tumorũ
„ genera (ut uidebimus) nominantur. {πᾶς γὰρ ὄγκος ἐν ὀσχέῳ κήλη λέγεται} inquit Medicarum Definitionum author, [m] quod eſt, {omnis.n.tumor in ſcroto cele, ſiue mauis dicere cela (Latinè autem à quamplurimis ramex) nuncupatur.} Quam ob rem & Galenus [r] etiam ait. {Recentiorum medicorum nomen, omnes teſticulorum tumores κήλας nominantium: pri-
20 ma ſyllaba per.η. elementum, & non per.α. prolata, ut ab Athenienſibus.} Atq; idipſum de
„ ſcroti.ſ. tumoribus dici, promptiſſimam quoq; euidentiam habet. Nã ſi omnis tumor generatim in quauis parte obortus fuerit cele dici (Aetio referẽte) poteſt: Omnis quoq; tumor, qui in ſcroto naſcitur, tanq; ſub eodem genere contentus, cele neceſſariò uocabitur. Adeò ut non temerè Galenus de inteſtinorum, atq; omenti ramice nonnunq; obiter mentionem faciens, quamprimùm ſub-
„ diderit [n] {καὶ ἤδη τȣ̃το κήλη καλεῖται, quod eſt {& hoc iam cele, ſeu ramex nominatur.} Quanuis autem κήλη omnem, ueluti prædictum eſt, tumorem (cuiuſcunq; partis ſit) ſignificarit, præſertimq; (ut ſpecialior deinceps nominis ſignificatio demonſtretur) qui in ſcroto generetur, aut teſtibus, guttureq;, & inguine, ſpecialiſſima nihilominùs, & paſſim uſitata ſignificatio eſt. ut quùm ſimpliciter profertur {κήλη} in teſtibus, aut ſcroto duntaxat factum tumo-
30 rem præſeferat. Sed ne hunc quidem cuiuſuis naturæ exiſtentem (Haud enim harum partium phlegmonen, uel eryſipelas oſtendit) Verùm eos tantummodò tumores, in quibus aliqua in euidenti, ampla'ue cauitate recepta ſubſtantia continetur, uſurpato apud omnium aures ſignificatu demonſtrat, Quam ob rem quotiès in alia à teſtibus cauitate, & eorum operculo ſinu'ue nobis manifeſto, quem Græcè ὄσχεον, Latinè ſcrotum (Celſo etiam docente [o]) nuncupamus, huiuſmodi tumor fit, non ſimpliciter κήλη, at adiuncto ſedis affectæ nomine, utpotè βρονχοκήλη, ideſt gutturis ramex, ſic & βȣβωνοκήλη. quaſi dicat inguinis hernia, ſiue ramex, proferri conſueuit. Sin uerò in teſtibus, aut ſcroto ſit, abſolutè κήλη, Latinè ramex à recentioribus, aut hernia dicitur. Quòd ſi nonnunq; ex aliјs quoq; nominibus compoſitio fiat: non à patientis membri nomenclatura, ſed uel eius, quod contentum eſt, ſiue id humor, ſiue quæuis
40 alia ſubſtantia ſit, totius nominis compoſitio fit. (quemadmodum ὑδροκήλη, ἐντεροκήλη, ἐπιπλοκήλη, σαρκοκήλη, ἐντεροεπιπλοκήλη, ſiue, quod idem eſt, ἐπιπλοεντεροκήλη, &

[a] lib.3.cap. 28 Plinio aſcripti lib. locus.
[b] infra tract. ſequenti cap.9.10. & 2ª.pª.dec.pª. cap.5.
[c] 33 Cõtin.ca.5 littera,h.li.Diuiſ. cap 129. 7ᵉ. ad Manſorẽ. cap 8.
[d] 5.Breu.ca.25
[e] 8.theor.ca.11 et 9ᵉ.pract.ca.11
[f] 7.collig.ca. 31
[g] cap.50. & in chirurgia cap.15
[h] lib.2.cap.42.

Tumor 4º.

Sarcocele.

[i] lib.de tu.præt. nat.cap.18.
[k] in prædicamẽto relationis.
[l] libro.15 cap.6 in principio.
[m] uerſus finem libri.
[n] libro.5.de anotom.adminiſtr. poſt meᵐ.libri.
[o] lib.7.cap. 18. poſt prinᵐ.

huiusmodi reliqua, de quibus deindè sigillatim rursùs determinabimus) uel eorundem quoq; testium uenosam repletionem huiusq; modum adiuncta dictio præsefert. Perinde ut in hoc nomine { κιρσοκήλη } apparet. In omnibus enim huiusmodi nominibus, absq; ulla patientis sedis mentione, ab ipso nihilominùs impositore, nobisq; deinceps utentibus, ea subintelligitur. quemadmodum paulò post uberiùs, ex ipso etiam Galeno, declarabimus. Nunc igitur ad nostrum de sarcocele propositum conuertamur. Quia enim κήλη, herniam significat, σάρξ uerò carnē: Idcircò & à nobis, lucidioris doctrinæ gratia, Carnhernia seu carniramex, nuper composito nomine, uocetur. Est autem σαρκοκήλη, siue mauis dicere Carnhernia, aut carniramex eiusdem generis (Galeno [p] docente) cum scirrhis. Etenim (prout idem alibì [q] quoq; scripsit) induratis testibus affectus huiusmodi fit. eo modo, quo induratis alijs glandulis gigni strumas prædictum iam est. Quocircà si conueniunt strumæ, & sarcocela: quoniam.s. quemadmodum strumæ durescentes glandulæ aliæ sunt: sarcocelæ autem indurati testes: Non adiacētium testi membranarum, uel aliarum fortassè partium, sed ipsius met testium substantiæ affectum esse sarcocelam à Galeno didicimus. Quamobrem nec ut hydrocele, aut epiplocele, aut aliæ plurimæ ramicum species fiunt: defluentibus inq; uel humoribus, uel alia quauis solida substantia, dilatato peritonæo in erythroidis, scroti ue cauitatem, ita & sarcocele apud Galenum gignitur uel noua fortassis caro, præter ipsius testis substantiam, nascitur: Verùm (uti præscriptum iam est) testium substantia durescente. siue huiusmodi durities frigefactam congelatam ue phlegmonen, aut eandem importunè tenuioribus succis discussis, assiccatam secuta sit: siue ex defluentibus ab initio statim atrabilarijs crassisq; humoribus originem duxerit. Celsus [r] autem non hanc modò testium duritiem, sed neruorum quoq; (quos Græcè κρεμαστῆρας uocari, & per eos ab inguinibus pendere testiculos prædixerat [s]) duritiem, & increscentem etiam inter tunicas carnem, sarcocelen dici uoluit. Dum sic priùs ait [t] { Raro, sed aliquandò caro quoq; inter tunicas increscit, σαρκοκήλην Græci uocant. Interdùm etiam ex inflammatione tumet ipse testiculus, ac febres quoq; affert. Et nisi celeriter ea inflammatio conquieuit, dolor ad inguina, atq; ilia peruenit, partesq; hæ intumescunt: Neruus ex quo testiculus dependet, plenior fit, simulq; indurescit. } Atq; idipsum rursùs ad huiusmodi affectus curationem descendens confirmasse uidetur. quùm ait [u] { De carne, quæ inter tunicas testiculorum increuit, & de neruo indurato. } Hæcq; in titulo. Quamprimùm uerò subdit { caro quoq;, si quando inter tunicas concreuit, nihil duby est, quin eximenda sit. etc. At si neruus induruit, curari res. etc. } Paulus [x] autem (cuius uerba Hali Abbatem [y] exscripsisse apparet) non inter tunicas testiculos ambientes, at in ipsis tunicis, uasisq;, & teste, ac demùm (ut uno expediam uerbo) in quauis parte ex ijs, quæ scrotum testi adiungunt, & ipsa etiam testiculi substantia, carnis ramicem fieri posse ostendit, esseq; hunc, uel carnis incrementum, uel nouam eiusdem generationem, uel deniq; (uti prædiximus) testiculo fluxionem, indeq; scirrhum experto, non carnem (tametsi nomen inde suscipit) sed carnosæ tamen testiculi substantiæ duritiem. Cuius uerba in medium adducere non grauabor. Sic enim Græcè ait { Σάρξ κατά τι μέρος γινομένη τῶν τὸν ὄσχεον καταπλεκόντων σωμάτων, τὸ σαρκοκηλικὸν ἐργάζεται πάθος. } quod est { Caro in parte aliqua corporum, quæ scrotum (testi.s.) connectunt, oborta carniramicosum, seu carnherniosum (ut ita dixerimus) affectum producit. Subditq; statim { Nascitur autem hic ex occulta causa, testiculo defluxionem suscipiente, ac durescente. uel ex plaga, uel ex inexperta post herniæ dissectionem

Carnhernia
Carniramex.

p 14. meth. cap. 17. in prin°.
q li. de tu. præt. nat cap. 18.

r lib. 7. cap. 18. in fine.
s ibidē circa eiusdem capitis initia
t Ibidem in fine capitis.

u lib. 7. cap. 23. in prin°.

x lib. 6. cap. 63
y li. 9. theor. ca. 37. circa finem. et 9. pract. c. 48.

dissectionem curatione.} intellige post herniæ, scilicet aquosæ, dissectionem. de qua iam iam præcedenti capite locutus fuerat.[z] Id quod Hali Abbas rectè comprehendisse uidetur, dicens.[a] {aut herniæ aquosæ cura, cùm non, ut oportet, exhibetur.} Addit uerò post nonnulla Paulus[b] {Testiculum autem, qui cum adnata carne coaluerit, ceu alienum. etc.} carnem testiculo adnatam, per hæc uerba præseferens. Aliter enim exponi posse non uidetur {τὸν συσσαρκωθέντα δίδυμον} q; incarnatum (ut ita dixerim) siue carni adglutinatum testem Quod autem in testiculorum quoq; tunicis, aut uasis huiusmodi carnis additamentum fieri contingat: sequentibus uerbis q; primùm ostendit, subdens {sin hæc carnis generatio in tunica aliqua, aut uase fiat. etc.) Quoniam uerò Paulus in sua, quam anteà[c] descripserat, anatome, erythroiden uocatam tunicam in posteriori parte ipsi testiculo adnascere supposuerat: Idcircò & ibi carnis generationem contemplatus, post prænarrata inquit {εἰ δὲ ἡ ὄπισθια πρόσφυσις σαρκωθείη. etc.} quod est {Si autem posterior adnascentia carne fuerit obducta, siue (ut sic dixerim) incarnetur. etc.} Ex ijs ergo cunctis imperfectam esse illorũ sententiam, patet, qui sarcocelen, testiculi scirrhum duntaxat definierunt: pariterq; illorum, qui inter tunicas testiculorum adnascentem carnem huiusmodi esse affectum solummodò determinarunt. Cùm & duritiem, & carnem, non in testis modò substantia, sed in uasis quoq; ipsis, aut tunicis adnatam, sarcoceles nomine donare necessum sit. Quam profectò sententiam exquisitiùs à Celso, & Paulo, q; à Galeno didicimus.

QVONIAM uerò tam Celsus, q; Paulus testiculorum, atq; ipsos integentium partium anatomen, et minùs quidem rectè, describunt: Ne cuipiam erroris ansam aliquandò fortassis offerãt: Paucissimis quidem, ut possibile fuerit, eam pertransire operæpretium fore duximus. Inquit enim Celsus[d], ut singillatim cuncta perpendamus, {Igitur testiculi simile quiddam medullis habent. Nam sanguinem non emittunt, & omni sensu carent: Dolent autem in ictibus, & inflamationibus tunicæ, quibus hi continentur} siste pedem: quia sensus expertem testiculorũ substantiam posuit: sentire tamen ambientium tunicarum ratione. Cui tamen dicto Galeni dogmata omninò repugnant (omissa medullarum similitudine.) Siquidem testes glandulæ sunt, non ut stabilimentum diuisionis uasorum ordinatæ, Sed ad succos animanti utiles generandos comparatæ: adeoq; (uti liquet) utiles, ut ijs demptis proculdubiò animalium innumeræ species ruant. Secundo autem glandularum generi non uenas modò, & arterias, uerùm & neruos, pro sensus participatione, Galenus[e] inesse uoluit. quemadmodũ alteri deesse, ac per hoc innatam duntaxat facultatem inesse, alibi[f] supposuit. Qua de re nonnulli non glandulas, sed glandulosa uocant (Galeno[g] referente) corpora ea, quæ utilis cuispiam humiditatis generationi præsunt, neruosq; recipiunt. ut quæ non paulò, q; reliquæ glandulæ, & rariore sint, & magis spongiosa substantia. Nos autem, pro maiore Celsi destructione, Galeni etiam distinctionem postergantes, omnibus glandulis sensum à cerebro communicari, cunctasq; influentem suscipere facultatem inferiùs[h] ostendemus. Nunc igitur de his obiter intantùm dictum iam sit. Itaq; supposita nõ ex Galeno[i] solũ, at ex anatomicis administrationibus[k] neruorum in testes insertione: Cornelij reliqua: & maioris quidem momenti, perpendamus. dùm subdit {Dependent uerò ab inguinibus per singulos neruos, quos κρεμαστῆρας Græci nominant: cum quorum utroq; binæ descendunt & uenæ, & arteriæ.} falsum quoq; magis idipsum est. Haud enim nerui sunt, quibus ab inguinibus testiculi dependent, sed musculi: quos rectè κρεμαστῆρας q. d. Latinè suspensoria, (ἀπὸ τοῦ κρεμάω, siue κρεμάζω, quod est, pendeo, & appendo) nominare consueuerunt.

z cap. 62.
a lib. 9. theoricæ cap. 37. circa finem.
b lib. 6. cap. 63.
c Ibidẽ ca. 61.
Digressio de testibus eorũq; operculis.
d lib. 7. cap. 18. in princ°.
Cõtra Celsũ.
e 16 de usu partiũ cap. 2. et. 14. de usu partiũ ca. 11 cũ quibus uide 5 aphoris. 39°. et 2°. de sem. cap. 6 uersus finem.
Cõtra Galenum.
f ut 2°. art. med. tex. 12.
g 14. meth. c. 11.
h cap. 17. cõ. 2.
Cõtra Celsũ.
i colligitur. 14. de usu partiũ ultimo & 16°. 2°.
k Vide Vesaliũ lib. 5. cap. 13.

{Quòd

l 14. de usu partium cap. ultimo in fine.

{Quòd enim testes in mare essent penduli (Galenus[l] ait) ob id & musculus ad ipscrũ utrunq; unus ab ilibus peruenit, ut ij etiam motus uoluntarij sint participes.} Hi uerò musculi non nerui sunt: sed membrana exterior, ex ijs, quæ testiculos inuoluunt, à peritonæo quidem oborta, & instar panniculi (ut uocant) carnosi, tam in dextra, q̃; in sinistra parte, carneas quasdam, secundum longitudinem, fibras à summo (unde originem ea membrana duxit) peritonæo, ad humillimam usq; testis partem obtinens: & in posteriori duntaxat sede. Adeò ut longi, strictiq; cuiusdam musculi naturam referat. Eadẽq; ratione cremasteres à peritonæo in carnosas fibras, atq; musculum degenerante, in mulieribus inueniri Galenus[p] aliquando testis est: quanq; nõ extrà, quemadmodum in uiris, sed intùs à musculis ilium descendentes posuit. Interpretum uerò cœtus Græcæ dictioni Latinam ex Celso dedicasse opinati, & Paulum, & Introductorij, seu medici Authorem in eundem errorem uel inuitos atq; insontes perducunt. Vbi enim Græcè in Introductorio[m] legitur {διὰ τῶν κρεμαστήρων} interpres Andernacus, cũq; eo deinceps Syluanius uertit {per singulos neruos ab inguinibus dependentes, Græci κρεμαστῆρας nominãt.} quod n. uno uerbo facilius explicare poterant, dicentes {per suspensoria} multis quidem Celsi dictionibus rem adeò perturbarunt, ut Authorem uel inuitum ad errorem impulerint. Idemq; Andernacus Paulum enarrans obseruauit.[n] Quin ibi grauiorem errorem commisit. Nam ubi Paulus Græcè habet {παραστάται, καὶ κρεμαστῆρες} quæ tantùm duæ dictiones (præter intermediam copulam) sunt. Latineq; dici possunt {assistentes (siue clarius, opitulatores) & suspendicula.} Sunt autem, ut uidebimus, diuersa hæc duo membra abinuicem. s. assistentes, & suspendicula: Multis tamen interpres dictionibus Celsum imitatum esse opinatus, atq; insimul utrunq; Græcum nomen pro eadem particula accipiens, ita Latinè conuertit {At nerui testiũ, quos Græci parastatas, & cremasteras ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent.} Adeoq; increuit huiusmodi de neruis opinio, ut Albanus etiam, pluresq; alij neruos interpretẽtur. Sunt autem parastatæ (ut inexcusabilem pariter ipsius Pauli errorem detegamus) duplices, scilicet uaricosi, & adenosi. Varicosi quidem, Græcè κιρσοειδεῖς παραστάται, sunt quæ uulgò uasa deferentia nominantur, seu delatoria seminis à testibus, seu epididymide ad penis radicẽ. In quo loco & alij sunt parastatæ adenosi, aliam quoq;, præter genituram, fœmineo semini persimilem humiditatem generantes. Quorum utriusq; generis parastatum usus alibi declarandus reseruatur. Nunc enim sat superq; est nominum significationes, ad enucleandas æquiuocationes, ostendisse. Quatuor ergo sunt (Galeni[o] testimonio) parastatæ, siue. n. duo corpora, siue unum,[p] in dextrum tamen & sinistrum diuisum, adenosum parastatem intellexeris, nihil, aut minimi quidem refert. Sic autem ab Herophilo[q] priùs, deinceps uerò à Galeno, & reliquis nuncupati sunt: quoniam παραστάται sunt, qui alicui, ut auxiliarij, uel socij assistunt: ut pedes equiti auxiliaris, et qui præsultori secundus est, παραστάτης nominatur. Assistunt autẽ hi, opitulatoresq; testium sunt, ad genituræ tùm perfectionem, tùm quoq; promptam eiaculationem. qua de re Latinè assistentes, siue astites, siue auxiliarij, aut quouis alio, quod idẽ præseferat, nomine designari queunt. Nonnunq; uerò glandulosum illud penis radici assistens corpus, non παραστάτην, sed προστάτην, distinctionis gratia, legimus.[r] Quanuis. n. in idem ueniat, aliud tamen quidpiam adiungit. Quod. s. primum assistens, & in acie occurrens differatur. q. d. præsidens. Primum nanq; in Veneris perfectione, ac genituræ tandem eiaculatione assistens, glandulosum illud corpus est. Quod quidem, quouis nomine appelles, neq; neruus est,

neq;

p lib 2°. de sem. cap. 5°. post mediũ. & uide Vesaliũ lib. 2 ca. 33. & 34.

m cap. 11. in fine. ita & cap. 18. uersus finem.

Cõtra Andernacũ et Syluanum.

n lib 6. cap. 61.

Cõtra Albanum & alios multos.

o 2°. lib. de sem. cap. 6. ante med.

p ut Vesalius cõtra Galenũ lib. 5 cap. 13.

q uide. 14. de usu partiũ c. 11.

r Ibidẽ. s. 14. de usu partiũ ca 11. licet antiqua litera legat parastatin.

neq; nerueam naturam obtinuit. Varicosi autem assidentes, quanq; nerueam quandam substantiam (Galeno etiam teste [s]) praeseferunt, nerui tamen minimè sunt, neq; ex neruis aliquibus contexti. Cremasteres ergo musculi sunt, testiculorum ueluti suspendicula, & ab assidentibus parastatis'ue, aut prostatis, loco, substantia, & usu mirum immodum distantes. Nec à spinalis medullae membrana (ut ad Paulum reuertamur) uel cremasteres, uel parastatae, siue prostatae originem ducunt. Sed cremasteres quidem à peritonaeo: [t] Idq; rursùs ex ligamentis, quae lumborum uertebras connectunt, & quae sacrum os Ilium ossibus committunt, peritonaeum utrinq; principium ducit. [u] Id quod demùm à tertia (uel Galeno teste [x]) membrana, quae geminas spinalis medullae tuniculas extrinsecùs ambit, suae generationis originē obtinuit. [y] quem-
10 admodum dissecantibus perpendere proptissimum, atq; integerrimum est. Huiusmodi uerò tertiam tunicam à duabus cerebrum contegentibus membranis, crassa inq̄;, tenuiq; menynge diuersam esse, cuiuis perspicuum fore opinor. [z] Quam ob rem Pauli defectum longè magis augent Interpretes, qui cerebrum, quod in textu Graeco non est, adiungunt: dicentes {ex cerebri membrana etc.} Pauli ergo uerba ab interpretibus minimè percepta haec sunt { οἱ δὲ παραστάται,
» καὶ κρεμαστῆρες ὀνομαζόμενοι, ἐκφύσεις εἰσὶ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ μήνιγγος, σὺν φλεψὶν
» ἀρτηριώδεσιν, ἐν τοῖς διδύμοις καθήκουσαι, δι' ὧν ἡ τοῦ σπέρματος εἰς τὸ αἰδοῖον γίνεται
» πρόεσις. } quod est { Assistentes & suspensores nominati, propagines quaedā sunt exortus'ue
» à spinalis medullae membrana, unà cum arteriosis uenis, ad testiculos pertinentes: per quas se-
» minis effusio in pudendum fit, } Itáq; si Paulus idem esse parastatas, & cremasteras intellexe-
20 rit: summoperè deuius à uero est. Sin diuersas partes uoluerit: ambas tamen à spinalis medullae membrana oriri credidit, Non minùs quoq; mendax est. Sin demùm nō parastatas assistentes'ue, at cremasteras duntaxat suspendicula'ue à spinalis medullae mēbrana ortum ducere insinuarit, quanq; non immediatè (prout intellexisse Paulum apparet) id uerum est: Quatenùs tamen peritonaeum inde originem, atq; hanc rursùs mediatam sumpsit. Ex quo quidem peritonaeo cremasteres oriuntur: Ita uerum quadantenùs esse potest à spinalis medullae non quauis, sed tertia, omniumq; extima membrana generationem cremasteras obtinuisse. Quod uerò subdit Paulus unà cum arteriosis uenis ad testes pertingere: Verum quidem est, non de arterijs modò (has enim per arteriosas uenas intelligo) sed de uenis quoq; simplicibus, à caua, uel emulgente, uena obortis, & utrisq; capreolorum uitis, aut hederae instar conuolutis, ac semen
30 testium coctioni praeparantibus. Quae nihilominùs tùm uenae, tùm arteriae insimul coniunctae non eandem partem testiculi cum cremasteris attingunt. Quemadmodum ex anatomicis exercitationibus liquet. [a] Paulus autem per arteriosas uenas, neq; praedicta intellexisse uasa apparet, praeparantia inq̄;, sed quae nos uulgò delatoria nuncupamus. Cùm ita priùs dixerit { per
» quas. s. arteriosas uenas (haud. n. ut interpretes uertunt, ad neruos relatiuum illud, δι' ὧν, re-
» ferendum est) seminis effusio in pudendum fit } statimq; adiungat { seminaria autem uasa, ue-
» nae sunt à caua uena in testiculos sinuosis anfractibus pertingentes. Vnde testiculi nutriuntur. }
Etenim praeparantia nunc uasa intellexit. In quibus tamen adhùc deficit, quoniam uenas à caua ponens, interim arterias ab Aorta descendentes omisit. Qua in re Celsus rectiùs se habuit, qui & uenas & arterias utrobiq; descendere iam posuit. Quid uerò certi à Paulo de uasis illis
40 delatorijs, aut suspendiculis doceamur, nō habemus. Etenim cremasterē suspendiculum'ue deinceps [b] obiter describens, nil aliud: q̄; uas geniturae delatorium designare uidetur. Nil enim

aliud

s p°. de sem. in fine et. 14. de usu partiū in fine.

Cōtra Paulū.

t Vesalius lib 5. ca 13. ante mediū

u Idē lib. 5. cap. 2. post principia.

x lib. de ossibus ad Tyrones ca 8. & 11. & 12 de usu partium.

y uide Vesaliū lib. 2. cap. 40. 4' 11. et uide p' eiusdem. 14.

Cōtra Andernacū & Torinum.

z uide Galenū lib. 8. 11. et. 12. de usu partiū.

.1.

.2.

.3.

a uide Vesal. li. 5°. cap. 13.

Cōtra Paulū.

Testiū tunicae

b cap. 64.

aliud eiusmodi, quam describit, substãtiæ ibi conspicitur. ut apud dissectionis peritos liquet. Sunt atem Pauli uerba (ut anatomes professores iudicent) hæc { cremasterem, suspendiculum'ue ad inferiorem partem depellemus. Facilè autem is dignoscitur, ut qui tenuior uasis sit, solidiorq́; & renitens, ceu potens, ualidusq́;. Aeger quoq; ad ipsius depressionem dolet, & iuxta colem confunditur. } Quod si uas delatoriũ (quod arteriosam uenam anteà [c] nominauerat) idem & suspendiculum est. Quomodo ergo à spinalis medullæ membrana ortum habet suspendiculum? Quomodo etiam id unà cum arteriosa uena descendit, si idem arteriosa uena est? Quomodo etiã post prædicta uerba seorsum de uasis meminit, [d] subdens { uasa autem digitis nostris. etc? } Vel ergo Paulus ut parùm in anatome exercitatus propriam uocem ignorauit, uel eius mysterium non intelligo. Idipsum duntaxat uerum esse inficias non ibimus, tametsi non à Paulo consideratum, uasa s. deferentia uocata non indecenter posse nonnunq; suspensoria nuncupari. Quoniam uidelicet testes aliquandò suspendant. Modò interim uasa hæc esse ea, quæ originem à darto contraxerunt, præcognouerimus. Suspendunt inq; coitus tempore. quùm s. ueluti conuelluntur ad seminis emissionem. perindè ac exquisitè Galenus edocuit. [e] Contracta enim tunc temporis eiusmodi uasa, & testes quoq; ipsos aliquantulùm contrahere uerisimile est. Adeò ut non à suspensorijs tantumodò musculis (quos uerè κρεμαστῆρας nominari prædiximus) sed ab huiusmodi etiam prædictis uasis testiculorũ suspensio, retractioq; sursùm, in seminis emissione fieri credendũ sit. Sed testem inuoluẽtes tunicas rursùm ex Celso, atq; unà deinceps ex Paulo (prout in antedictis obseruauimus) contemplemur. Cùm in ijs quoq; tunicis fieri sarcocelen prædixerimus. Inquit ergo à prænarratis Celsus [f] { Hæ autem (s. uenæ, & arteriæ, quæ ad testiculos descendunt) tunica conteguntur tenui, neruosa, sine sanguine alba, quæ ἐρυθροειδὴς à Græcis nominatur: super eam ualentior tunica est, quæ interiori uehementer ima parte inhæret, δαρτὸν Græci uocant. } Vbi Celsus internum inuolucrum erythroiden, externum uerò darton appellat. Sic etiam Paulus, amboq; fortassis ab aliquo ex uetustioribus Græcis anatomicis acceperunt. Quam ob rem & qui anatomes compendia composuerunt [g] Celso magis, ac Paulo, q; Galeno, et ueritati attendentes, eodem modo has tunicas disposuerunt: Galeno inq; de uteri dissectione loquenti, dum ait [h] { περιέχει δὲ τούτων ἑκάτερον ὑμὴν ἴδιος λεπτὸς, οἷος ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων, ὁ δαρτός. ἐρυθροειδῆ δὲ καὶ ὄσχεον οἱ τῶν θηλειῶν ὄρχεις οὐκ ἔχουσι. } hoc est { contegit autem utrunq; testem propria membrana tenuis, qualis in maribus est, dartus. Erytroiden uerò, & scrotum fœminei testes non habent. } Si ergo mulieres erythroide uacant: In dissectionibus autem, exteriore tunica uacare mulierum testiculos inspeximus: Igitur erythroides exterior tunica est. Interiorem uerò, quæ s. testiculum absq; ullo medio contegit, ita in fœminis, quemadmodum & in maribus quotidiè cernimus: Illa ergo est, quæ dartos nominatur. Introductorij quoq; author, quem prauè nonnulli intelligentes pro se allegant [i] idem ostendit. Cũ tenuiorem erythroiden, ualentiorem uero darton appellari scribat. Dissecantibus autem externum tenuius, internum uerò ualentius inuolucrum esse, tam uisu, q; tactu perspicuum est. Id quod nomina quoq; ipsa illicò præseferũt. Quoniã δάρτος dicitur ἀπὸ τοῦ δέρεσθαι } quod est, { excorticari } eo quòd cutis instar excorticãda, et ui quadã à testiculi substantia extirpanda est. ἐρυθροειδὴς uerò dicitur, quasi rubea, quoniam ἐρυθρός rubeum significat. Est autem huiusmodi tunica aliquatenùs rubea (tametsi Celsus, atq; etiam Paulus [k] albam (simplicem fortassis eius substãtiã considerantes proferunt) tùm & carnearum fibrarũ ratione, quæ rubeæ sunt: quarum

c cap. 62.

d cap. 64.

e 14°. de usu partiũ cap. 10. in fine.

f lib. 7. cap. 18. post principiũ.

g ut Andernacus, & Vasseus.

h li de uteri dissectione cap. 12.

Cõtra Celsũ, et Paulũ Andernacũ Vasseum & plures alios.

i ut Vasseus.

k eod. in fine.

quarum occaſione in muſculum cremaſterem dictum degenerat, tùm etiam ob uenarum graci lium, quæ id adeunt, frequentiam, quæq; huiuſmodi externo inuolucro ruborem aliquem conci= liant. Quanq; non me latet aliquos per. λ. & τ. ſcribentes, ἐλυτροειδὲν. i. uaginalem interpre tari. quoniam ἔλυτρος uaginam ſignificat. Quoniam uerò non adeò craſſa interior in fœminis membrana, quemadmodum in maſculis eſt: nec omni ex parte maſculorum darto ſimilis. Idcir= cò non abſolutè dartum Galenus protulit, ſed talem in fœminis eſſe ait, qualis in maſculis dartos eſt. Perindè ac Græcum ſtylum & articulum perpendenti liquere poteſt: quùm ait [l] ‹ ὑμὴν ἴδιος λεπτὸς, οἷος ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων ὁ δάρτος. › quod eſt ‹ membrana propria, tenuis, qualis in maſculis eſt dartos. › Sed ne in his quidem ſolis Paulus defecit. uerùm & in eo, quod poſteà de erythroide loquens, ſubdit, dicens ‹ Erythroides autem (corruptè. n. Græcæ legitur, ἐλικοειδὴς τε, pro, ἐρυθροειδὴς δὲ,) tunica ſecundum naturam neruoſa eſt, in gibba quidem parte, an= terioriq; à teſticulo libera: in concaua autem, & poſteriore illi adnata eſt, generationis origi= nem à membrana peritonæo uocata trahens. › Haud enim in teſtium figura gibbum, & con= cauum (quantum ad propriam ſubſtantiam attinet) inuenitur. In externa enim ſuperficie nul lum penitùs ſinum impreſſionem'ue, aut inæqualitatem obtinet. Ni ſupergeminalem perpen= damus. ratione cuius aliqua in poſterioribus cauitas apparet. Nec in poſteriore teſticuli parte il li adhæreſcit: Verùm inferiori duntaxat teſtis parti ualidè applantatur. Sed ne teſtis quidem corpori, ſed humillimæ, uaſis ſemen à teſte deferentis, portioni, quà id ſursùm ſecundum teſtis humiliora reuoluitur. At enimuerò plura ſunt, quæ uel in Paulo, uel eius interpretibus, aut in ipſo etiam Celſo, corrigenda uenirent. Quæ uiſis anatomicis adminiſtrationibus, aut ſaltem ijs, quæ à Veſalio[m] exquiſitiſſimè depicta ſunt, ſuo ſtatim marte qlibet iudicare poteſt. Plus. n. lon= gè, q̃ decreueramus, immorati ſumus. Ad ſarcocelam ergo reuertamur. quam unico & com= poſito nomine, carnherniam uocauimus, aut ſi mauis dicere carniramicẽ. Eiuſdem penè rationis cũ ſarcocela eſt πωροκήλη. q. d. tophiramex, ſiue tophernia. Pωri. n. tophi'ue tũ in teſticulo, tũ in mẽbrana erythroide occaleſcunt. renixuq; interim (uti Paulus ait[c]) multo, duritie, & inæqua= litate à ſarcocela & hydrocela diſcreti. Verùm ſub ſarcocela intellectam eſſe à Galeno pωro= celam ueroſimile eſt. Ad quam & ab Introductorij authore[d] poſitam ςεατοκήλην. q. d. ſebher= niam reddducere poſſumus. A quo nihilominùs authore σαρκοεπιπλοκήλην, ob carnis & omen ti complicationem habemus: quaſi diceremus carnomentherniam. Pluraq; pro uarietate contentæ ſubſtantiæ, nomina componere poſſumus. Quemadmodum poſteriùs patefiet. Impreſentiarum uerò herniam à ramice non diſtinguimus: Sed pro eodem utrunq; nomen confundere ſtatuimus. Quanq; (ut uidetur) Celſus inter herniam, & ramicem differentiam inſinuauerit.[n] Adeò ut Hernia tres uideatur propriè morbos comprehendere. ſ. enterocelam, epiplocelam, & hydroce lam. De primis enim duabus loquens Celſus, ait ‹ Apud nos indecorum, ſed commune his her= niæ nomen eſt. › De tertia uerò deinceps poſt aliqua ſubiungens, ait ‹ noſtri hoc quoq; ſub eodẽ nomine, quo priora habent. › Ramex uerò eiuſdem ſententia ſarcocelam, cirſocelam, porocelam, & bubonocelam quoq; ſub ſe concipere nonnulli uolunt. Nos autem non id ex Celſo collegi= mus: uerùm ꝙ cirſocelam Ramicis nomine ſimpliciter intellexerit: quæ uenarum conglomerata intortaq; tumefactio, ſi in inguinibus fiat, Græcè βουβωνοκήλη, at Latinè inguinis ramex ab ipſomet nuncupatur. Adeò ut Celſi ſententia Ramex cirſocelã, & bubonocelam duntaxat cõ= prehendere uerum ſit. Plinius autem ſæpenumero de ramice meminit,[o] tanq; commune (ut mihi

l lib. 6. cap. 62.
Cõtra Paulũ.
Pauli locus.
m lib. 5. cap. 13.
Carnhernia.
Carniramex.
c lib. 6. cap. 63. in fine.
d cap. 13. et. 14.
Hernia.
Ramex.
n lib. 7. cap. 18. & 22. & 24.
Nota.
o Vt lib. 20. ca. 13. circa finem et cap. 22. in fine. et lib. 22. c. 22. uer. finem. & 25. cir ca prin[a]. & lib. 24 ca. 5. & lib. 30. cap. 14. circa principia. Alterq; Plinius li. 2. c. 4 2

p ut lib.26.cap. 8.uersus finē. post principia.li. 27.cap. 11. ante medium.lib.20. cap.4. post me[m]. lib.32.cap.9.
a lib 24.cap 5. circa principiū.
b lib p[o].cap.87.
q 20.3[t].tr 2.ca. 18 & 22[a].eiusdem tr.p[o].cap.2[o] usq; ad. 8[m].

mihi uidetur) nomen ad huiusmodi omnes species usurpans. Quanq; aliquandò [p] speciem Græco nomine demonstrauit, enterocelam nominans. Iterdū uerò sub ramicis nomine enterocelā intellexisse uidetur. ut qùm de Cupressi folijs loqtur,[a] à Dioscoride [b] fortassis remediū trāscribēs. NOS aūt ne circa nomina, nimis q̄; satis est, immorari uideamur: siue herniā, siue ramicem protulerimus: Commune genus ad omnes huiusmodi tumores intelligimus. Dictam uerò nonnulli herniam uolunt à duritie pellis, hoc est scroti, quæ in huiusmodi quibuslibet tumoribus reperitur. Hernium enim durum, & asperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua, qui herniū, saxum uocant. Hæc igitur de sarcocela, communiterq; dicta hernia, uel ramice, usq; adeò iam satis determinata nunc sint. Cuius herniæ species omnes sub nomine rupturæ, generaliori quidem uocabulo, Arabum Princeps, uel eius, (ut rectiùs dixerim) interpres intellexit.[q] Sub quo nomine, in quauis, peritonæi parte ruptio fiat, illam comprehendit. speciatimq; eas quæ in testibus fiunt, omnes & herniæ & ramicis nomenclatura donauit: specialissimè demùm adiuncto uel sedis affectæ, uel contentæ in scroto substantiæ nomine distinguens. Razes Herniam, & rupturam huiusmodi quoq; genus appellat:[r] Nonnunq; uerò [s] rupturam siphac. Abenzoar autem crepaturam nominat. [t] Sub hernia, uel siphacis passionibus Hali Abbas [u] comprehendit. Et reliqui demùm sub aliquo prædictorum nominū huiusmodi effectus omnes intelligunt. Quos quidem exquisitiùs intellexerimus: Sigillatim species Galeni etiam ordine declarantes. Quam ob rem ad primum & quadragesimum tumorem pertransire tempestiuum est.

r lib. Diuis. ca. 101.
s 11. Contin. ca. 3 litera. L.
t 2[o]. Theysir. tr. 3[o].4. et 5. cap.
u 9. theor. cap. 36.37. et. 9[a]. practice. 47.48.49 50.51.52.

Tumor 41.
Hydrocele

x de tum. præt. nat. cap.18.
y lib.6.cap.62.

Is autem est, qui Græcè ὑδροκήλη dicitur, Latinè autem dicere possumus Aquherniam, seu mauis aquosum ramicem, aut unico & nuper composito nomine aquiramicem appellare integrum fuerit. De quo qdē Galenus libro, quē interpretamur,[x] post sarcocelen adiunxit, dicēs. { Quùm in tunicis, quæ circa testes sunt, aquosus humor aceruatur, hydrocelen appellant. } Paulus huiusmodi testium tunicas { διαπλέκοντα τὸν ὄσχεον σώματα }. i. { corpora implicātia scrotū } nominat.[y] Neq; (ut mihi uidetur) ineptè, Cùm non testibus modò ipsum scrotum, exterioremúe pellem connectant, alligentq;: sed etiam uerè sic eam cutim implicatam retineant, ut contractis, eleuatisq; sursùm testibus, contractis quoq; cremasteribus, suspendiculisúe, aut si dixisse mauis, ipsa erythroide, exteriorem pellem corrugari, ac mirumimmodum aliquandò contrahi cuiuis perspicuum sit. Quanq;, perindè ac præscriptum iam est, earum tunicarum, & suspendiculorum fabricā Paulus minimè callet. Humidum uerò, quod in huiusmodi tunicis collectum hydrocelen constituit, Galenus ὑδατώδες, idest, aquosum uocat. Paulus autem aquosum sub humidi nomine intelligens, ἀργὸν ὑγρὸν, hoc est (ut aliqui interpretantur) ociosum, uel clariùs, illaboratum, & inutile humidum appositè nuncupat. Quod tamen humidum (uti rectè etiam Celsus ait [z]) integris eiusmodi testium membranis colligi inter eas consueuit. Tametsi & ijs quoq; ruptis interdùm aceruari impossibile nō est. Quemadmodum in ea Herniæ specie patet, quæ hydrenterocela, & hydrenteroepiplocela (ut uidebimus) nominatur. { Hydrocelæ autem species duæ sunt (subdit idem Celsus) Nam uel inter tunicas humor increscit, uel in membranis, quæ ibi circa uenas & arterias sunt. ubi hæ grauatæ occaluerunt. } Hanc uerò secundam speciem Paulus non expressit. Quam tamen ut rarissimam admittimus. Primam uerò Galenus insinuasse uidetur, cæteriq; demùm ut frequentissimam cognouerunt. { Ac ne ei quidem humori (Celsus deinde ait) qui inter tunicas est, una sedes est. Nam modò inter summā & mediam, modò inter mediam & imam consistit. Græci cōmuni nomine quicquid est ὑδροκήλην appellant: Nostri,

z lib.7 cap.18 circa medium

ut

» ut.ſ.nullis diſcriminibus ſatis cognitis,hoc quoq; ſub eodẽ nomine,quo priora habent.} Erãt aũt priora ἐντεροκήλη,et ἐπιπλοκήλη,quorũ nomẽ Hernia Latinis erat uelut idem prædixerat,
» his uerbis {Apud nos indecorũ,ſed cõmune his herniæ nomen eſt.} Intelligit autẽ Celſus, per sũmã tunicã,ipſum ſcrotũ,extimam'ue pellẽ:ſub qua mediã poſuit dartõ,atq; infimã deniq; erythroiden. Quo etiã pacto Paulus tunicas diſponens,magna ex parte in tunica erythroide appellata,teſticulũ ambiente,in partẽ anteriorẽ colligi ait:quà potiſſimũ mẽbrana illa à teſticulo ſeparatur. Nos ſub darto primã hanc ſpeciem fieri,cũ Galeno diceremus. At de nomine duntaxat
» quæſtio reliqua eſt. {Dignoſcitur autem hæc, quoniã tumor rotundus Paululum,& oui modo
» longiuſculus apparet. His teſticulus in conſpectum non uenit:ut qui undiquaq; ſit implicitus.}
10 Raro autem extra mẽbranã hanc erythroiden uitiũ (Paulo docente) contrahitur,ſub dartis uidelicet genitus.tunc tamen propter paucitatẽ particularũ promptiùs occurrit. Nos autẽ frequentiùs ſuper darto,ut nos intelligimus,intima uidelicet tunica,& intus erythroiden à nobis uocatam,inſpeximus.Sæpiculè autem peculiari quadã tunica humor cõprehenditur. Vocantq; hunc affectum chirurgi {ἐν ἐπιγεννητῷ} quod eſt {in ſupergenita} q.d.uocãt herniã in mẽbrana,quæ priùs nõ erat,uerũ ſupergenita iã eſt. Quã tertiã ſpeciẽ,propter cõtractionẽ ex omni parte, ac rotunditatem promptiſſimè dignoſcimus : quoniã tumor alterius teſticuli imaginem præſefert. Hanc ſuperadnatã ſiue ſupergenitã tunicã,qui ſuperficialiùs Pauli ſententiã cõſpicient,olfacientq; potiùs,q̃; guſtabunt,tertiã teſtiũ tunicã eſſe intelligent,ac ſuper teſtibus adnatã exiſtimauerint. At ſecùs quidẽ eſt,atq; prima fronte apparet.ſupergenitam.n.hoc eſt,nuperrimè ge
20 nitam membranã intelligit Paulus:quemadmodũ in atheromate ſteatomate,meliceride,ſtrumis, & alijs quoq; plurimis abſceſſibus quædã tunicula humorem cõtinẽs generatur. Sic ergo nonnunq̃; hydrocela gigni ſolet. Quoniã.ſ.peculiari,propria'ue tumoris, & nũc genita mẽbranula humor cõprehenditur.Quã ob rẽ ἐπιγέννητον,hoc eſt ſupergenitã(quaſi præter alias,quæ teſtibus naturales ſunt, nuperrimè genitã) Chirurgi uocarunt. Quã & Aetius [a] ex Leonida maniſeſtiùs inſinuat:qùm ait {uel in propria pellicula,uelut ueſica quadã cõtinetur.etc.} Arabũq; Princeps [b] confirmat,dicens {Et fortaſsè accidit ei panniculus proprius.} Idcircò & tumor(uti Paulus ait) alterius teſticuli imaginem præſefert. In fœminis aũt circa pudendi alas cõſiſtere cirſocelã, Aetius [m] ait. Quoniã uerò nõ aquoſus tantùm humor,ſed uel ſanguineus:uel fœculentus in prædictis teſticulorũ tunicis congregari ſolet. ut ſi ex ictu (Paulo docente [c]) huiuſmodi
30 tumor aduenerit:Idcircò tunc pro contentæ ſubſtantiæ ratione,tùm Græcè,tùm Latinè nomen cõponemus, Dicatur ergo,cùm ſanguis cõprehenſus eſt, {αἱμοκήλη,} ſeu {αἱματοκήλη} Latineq; {ſanguinhernia} ſin autẽ fœx collecta ſit {τρυγοκήλη} q.d. {fæchernia.} Queẽadmodũ ſi flatuoſus ſpiritus extiterit {πνευμοκήλη} et {πνευματοκήλη} quaſi diceremus {ſpirithernia} uel ab ipſo Paulo [d] nuncupata eſt.q̃;q̃; ſiue ſanguis,ſiue fœx aceruetur, Aetius ex Leonida ad hydrocelæ ſpeciẽ,cõmuniter.ſ.ſumpto uocabulo,reduxiſſe, [e] unà cum Paulo uidetur. Quòd ſi & alijs quoq; ſubſtantijs aquoſus ille humor cõplicatus ſit. Pro coniunctæ quidẽ ſubſtantiæ diuerſitate,diuerſa etiam nominis cõpoſitio fit. Veluti quũ uaricoſo ramici (de quo ſtatim loquemur) connectitur,à Definitionũ Medicarum Authore [f] {ὑγροκιρσοκήλη} nuncupatur, q.d. {Aquiramex} cùm apud Celſum Ramex ſimpliciter uaricoſum præſeferat. Diciq; adhùc ex
40 preſſiùs poteſt, {Aquaricoramex} nuper effictis(uelut anteà ſæpè iã diximus)nominibus.ſin uerò carnis tumori aquoſus etiã ſuccus ĩplicetur {ὑδροσαρκοκήλη}.q.d. {Aqcarnhernia} dicetur. Quod ſi inteſtini quidem herniæ huiuſmodi etiam aquoſus ille humor colligatur {ὑδρεντεροκήλη}

a lib.14.cap.22 circa principia.
b 22[a].3[l].tr.p[o]. c.2[o].circa me[m].
m lib.16.c.100.
c 6[l].cap.62.poſt principium.
αἱμοκήλη.
αἱματοκήλη.
τρυγοκήλη.
πνευμακήλη
πνευματοκήλη.
d lib.6.cap.64.
e lib.14 cap.22 circa principia.
ὑγροκιρσοκήλη.
f uerſus finẽ li[i].
ὑδρεντεροκήλη.

λη,} Hoc est, {Aquintestinhernia} nominabitur. Perindè ac intestinali, atq; omēti quoq; insimul herniæ si componitur, à Paulo tribus coniunctis nominibus nominãda docetur. ut sic (uerbi gratia) dixerimus, {ὑδρεντεροεπιπλοκήλη}. q.d. {Aquintestinomēthernia.} Itáq; in cæteris pluri mis, nominum compositionem, iuxta contentarum substantiarũ complicationem, fieri cuiuis integrum fuerit. NOS autem ad secundum & quadragesimum tumorem pertranscuntes, reliquas insimul herniæ species absoluemus. Est autem hic tumor, qui à Græcis dicitur {ἐπιπλοκήλη}. q.d. {omenthernia} Sub scroto igitur (Celsus [g] ait) plura uitia esse cõsueuerunt: Quæ » modò ruptis tunicis, modò his integris fiunt. Si quidem interdùm uel ex morbo primùm inflam » matur, deinde postea pondere abrumpitur: uel ex ictu aliquo protinùs rumpitur tunica, quæ di » ducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tùm pondere eò deuoluitur aut omentum, aut 10 etiam intestinum. At ibi reperta uia paulatim ab inguinibus in inferiores quoq; partes demis » sum, subinde neruosas tunicas, & ob id eius rei patientes diducit (si quidem intestinum de » scendit) ἐντεροκήλην. q.d. intestinherniam: Sin uero omentum demittitur, ἐπιπλοκήλην Græ » ci uocant (.q d omentherniam.) Apud nos indecorum, sed commune his herniæ nomen est.} Pa » tiuntur autem affectum epiplocelen, siue omentherniam, inter animalia, homines, & Simiæ: ut quibus magnum ualdè omentum (Galeno docente [h]) sit. Vnde qui huiusmodi patiuntur affectum, dicuntur ἐπιπλοοκομίσαι, quasi dicas omenti, gestores. Vocant enim sic herniam (Galenus [h] subdit [i]) cùm omentum mea ui ad scrotum descendenti incidit. Quòd si utrunq; insimul, omentum scilicet ac intestina descenderint: cõpositum quoq; nomen affectũ significãs, erit. hoc est {ἐντεροεπιπλοκήλη} q.d. {intestinomenthernia} : uel, quod idem est, {ἐπιπλοεντεροκήλη} .q.d {omentintestinhernia.} Sicq; si cũ intestino aquosus humor admisceatur, {hydrenterocele} .q. d. {Aquintestinhernia,} & alia quoq; multa, pro cõtentæ substantiæ diuersitate, cõponi, atq; effingi nomina queunt. PRAETER hæc autem, integris tamen tunicis, ramex (uti » Celsus [k] ait) innascitur, κιρσοκήλην Græci appellant, cùm uenæ intumescunt. Hæ quoq; in » tortæ, conglomerataéq; ad superiorem partem, [1] uel ipsum scrotum implent, [2] uel mediam tu » nicam, [3] uel imam, [4] Interdùm etiam sub ima tunica, circa ipsum testiculum, neruumq; eius » increscunt.} In quibus uerbis Celsus quatuor glomeratarum uenarum loca insinuat, sigillatimq; deinceps & notas, [l] & in sequentibus [m] curationes quadruplices, pro quatuor diuersis locis, adiungit. Celsi ergo sententia, siue in exterioribus, siue in interioribus uasis glomeratio fiat, cirsocele dicitur. Paulus [n] autem distinctionem fecit, In exterioribus enim ac dartis uari 30 ces Græcè κιρσοὺς, in testium uerò proprijs uasis, κιρσοκήλην uocari, ex priorum opinione, uoluit: sic dicens {Vasa in scroto, aut dartis, dilatata, intumescentiáue, uarices simplici uocabulo » nominant: Alia uerò, quæ testiculũ nutriunt, si eodem modo turgescant, intorqueanturq;, cirso » celen huiusmodi uitium nuncupãt.} Quam ob rem et Medicarũ Definitionũ Author [o] nõ simpli » citer omniũ uasorũ affectũ esse, aut eorũ quæ in scroto, et tunicis, sed quæ testiculos nutriũt, cirsocelã definiuit, sic dicẽs {Cirsocela est dilatatio, et magnificatio quorũdã, aut omniũ, quæ teste » alũt, uasorũ.} Quam fortè sentẽtiã Galenus, q̃q; satis ancipiti sermone, uoluit, Quum sic ait [p] {ὥσπερ δὲ τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἕκαστον ἐνδείκνυται τοῦ μέρους τὸ νόσημα καθ' οὗ λέ » γεται οὕτω καὶ ἡ κιρσοκήλη νεώτερον ὄνομα δηλοῖ τὸ πάθος ἐφ' οὗ λέλεκται.} quod est » {quẽadmodũ aũt unũquodq; dictorũ nominũ partis morbũ indicat, de qua dicitur. Sic et cirsoce 40 le recentius nomẽ passionẽ eius partis, de qua dictum est, ostendit.} q.d. ueluti prædictorum no » minum

ὑδρεντεροεπιπλοκήλη.

Tumor. 42. Epiplocele.

g lib 7. cap. 18. post principia. Vide Paulũ 6'. 65. 3'. 53. et Aetium 14'. 23°.

Tumor. 43, Enterocele.

h 6'. de Anat. administ. cap. 7° in prin°. et uide. 4' de usu partiũ cap. 9.

Tumor. 44. Enteroepiplocele.

i ubi supra de Anat. admin. 6.

Tumor. 45. Cirsocele.

k lib. 7. cap. 18. uersus finem.

l Ibidẽ statim.

m ca 22. eiusdẽ.

Cirsocele apud Celsũ.

n lib. 6. cap. 64. in principio.

Cirsocele apud Paulũ.

o uersus finẽ li'.

p de tum. præt. nat. cap. 18. in fine.

Galeni locus obscurus enodatur.

minum unumquodq; dictæ partis, hoc est testiculi, morbum indicat: Ita & cirsocele eiusdem partis affectum significat. [Expō. pa.] Præsertim cùm posteà subdat { Varices autem & omnes alias uenas dilatatas antiqui nominarunt } quasi dicat, alias uenas, quæ præter substantiam testis sunt, qùm dilatantur, ac extumescunt, ueteres appellarunt uarices, Græcè κιρσοὺς: Quas deinde Iuniores etiam, priscorum æmulatione, κιρσοὺς, hoc est, uarices appellant, ι, elementum post κ, ponentes, non sicuti Athenienses. Quoniam uerò simpliciter dictæ uarices in cruribus magis contingere solent: Idcircò statim subdit { fiunt autem & in cruribus etiam uarices, ob imbecillitatem uenarum, quæ ibi existunt: & tunc præsertim, quùm sanguine crasso corpus redundat. } An uerò præscriptam Pauli distinctionem Galenus ijs uerbis insinuasse uoluerit, minimè constat. Cùm & alium quoq;, ac uerbis conformiorem sensum elicere possimus. Vt. s. [2a.] relatiuũ illud { ὃν } qùm dicit { καθ' ὃν } et rursùs { ἐφ' ὃν } (quod nos cũ Augustino Ricco traduximus { de qua } uidelicet parte) nõ ad partẽ referatur, sed ad morbũ. ut Horatius Limanus interpretatus est { de quo }. Tũc n. sensus est. Quemadmodum quodlibet dictorum nominum partis morbum indicat, de quo scilicet morbo dicitur: sic & cirsocele recentius nomen affectũ significat, de quo dictum est. quasi dicat, ueluti prædicta nomina herniam ostendunt (quoniam κήλη herniam significat.) ita & hoc nomen cirsocele eundem morbum, uel eiusdẽ morbi speciem refert. Hic enim morbus est, de quo dicitur, sermóq; fit, & statim anteà dictum est. Sunt autem prædicta nomina, Sarcocele, Hydrocele, Epiplocele, Enterocele, & Enteroepiplocele.

Tertia nihilominùs expositio uerborum Galeni mihi semper magis arrisit: ut per hæc uerba [3a.] Galenus uoluerit, quòd ueluti iam iam prædicta nomina simul & partem affectam, & morbum significant, ita & nomen id cirsocele. Illa enim (si exquisitè singula perpenderis) et causam, & ipsum quoq; morbum exprimunt: Causam quidẽ, ipsam uidelicet aquam, aquosum'ue humorem, epiploon omentum'ue, intestina, et omenti atq; intestini complexum: Morbum uerò, idest ipsam herniam, tumorem'ue in scroto factum. Simul autem & cum causa, & morbo, affectam sedem (ut patet) insinuant: Ipsos uidelicet testes, atq; testium cooperimenta, membranasq;, & uasa. Quemadmodum ergo cætera iam dicta nomina determinatæ partis affectum indicant: quia scilicet testium: Ita & cirsocele iuniorum nomen eiusdem determinatæ partis morbum ostendit. Id quod non temerè quidem adiunxisse Galeno integrum fuit: quoniam κιρσὸς Græcè (ut statim subdit) alias quoq; uenas omnes, ubicunq; sint, dilatatas apud antiquos præseferebat. Quam ob rem & in cruribus existentes uenas, ob imbecillitatem, replentisq; sanguinis crassi abundantiam extensas, admodumq; dilatatas, κιρσοὺς, hoc est, uarices nuncupare consueuerunt. Quin & in uentre etiã uarices aliquandò [q] Celsus curat. Ne igitur quispiã [q lib. 7 cap. 17. in fine & 31.] opinetur κιρσοκήλην omniũ uenarũ, utcunq; cõtingit, et in quouis loco sint, dilatationẽ significare: præscriptam sententiam apposuit. Quemadmodum (dicens) prædicta nomina partis cuiusdam determinatæ affectum recentioribus (uti prædictum est) ostendunt: quia. s. ipsorum testium, scroti'ue eorũ operculi tumorem præseferunt, Ita & recentius id nomen cirsocele illius eiusdem, non cuiussuis uenæ morbum refert. Est igitur κιρσοκήλη Græcè, Latinè autem, iuxta Celsi morem, simpliciter ramex, aut si mauis Græcos imitari nomine composito, ac nuper efficto, uaricoramex, propriè cũ Paulo capiẽtibus, dilatatio quædã, glomeratióq;, ac cõtortio uenarũ, arteriarũq; testes nutrientiũ, & earũ præcipuè, quæ per uocatum epididymida, mirabili quodã plexu circumuolutæ, semen ad ultimam usq; perfectionem elaborant. Quanq; Celsus

omnium uasorum (siue in testibus, siue in operculis, ad scrotum usq;, sint) affectum esse ait. Hæc de masculorum cirsocela. In fœminis autem in pudendi alis nascere Aetius testis aliquandò[o] est. κιρσοὺς autem, hoc est, uarices (ut ad sextum & quadragesimum tumorem pertranseamus, in cruribus præcipuè uidemus: De quibus quidem uberiùs loqui iam tempus est. VARIX ergo cōmunis generis, siue (quod idē est, diminutiuè tamē) Varicula nil aliud est, q; intumescens plus æquo uena. Etenim (uti Galenus[r] definit, Paulusq;[s] deinceps, et Aetius,[t] ac mox reliqua Medicorum turba trāscripsit) { ὀνομάζεται κιρσὸς ἡ ἀνευρυσμένη φλέψ. } quod » est Latinè { Varix nominatur uena, quæ dilatata est. } Cuius quidem dilatationis causà celer » (Hippocrate[u] Authore) sanguinis fluxus fit, & qui non facilè sisti queat. Quæ igitur à Græcis medicis { κιρσὸς } dicitur, Latinè uarix à nostris dici cōsueuit, seu uaricula. Nec ulla nominis 10 differentia cōsideratur, in qua uis corporis parte fiat (Aliquandò enim, uti Paulus[x] ait, in tem- » poribus: Aliquandò in ima uentris parte sub umbilico: nonnunq; etiam circa testiculos, et scro » tum, ipsaq; (Celso[y] teste) inguina: Et demùm in ipsis, ut Aetius[z] posuit, interdùm palpebris: » Quin, uelut Hippocrates[a] author est, aliquandò in pulmone: Potissimùm uerò in cruribus aduenire consueuerunt: Præsertimq; ulceratis. Quemadmodum de uaricibus ulcerum nō Galenus[b] modò, sed Hippocrates[c] etiam aliquandò meminerunt.) Apud Græcos autem duo nomina inueniuntur diuersa, hoc est { κιρσὸς } Quo nomine Hippocrates, Galenus, cæteriq; omnes medici usi sunt. Alterum nomen est { ἰξία } Quo nomine tùm Aristoteles[d], tùm Plutarchus[e] huiusmodi affectum discripserunt. Quibus consideratis Marcellus Vergilius,[f] Cæliusq; Rhodiginus,[g] Ille quidem ex propria opinione, Hic uerò ex aliorum sententia, differen- 20 tiam inter κιρσὸν, & ἰξίαν, ponunt. { Credimus enim nos (inquit Marcellus) ex ijs, quæ ob- » seruata in antiquis scriptoribus à nobis fuerunt, Medicorum uocem esse { Cirsos } qua totum » hoc genus toto corpore dilatantium se uenarum complectuntur. { Ixias } autem aliorū scripto » rum: qua in cruribus tantùm factas easdem dilatationes indicant. Latinis certè nescio ego an » alibi, q; in cruribus facti uarices inueniantur. } Hæc Marcellus. Cuius quidem ultima uerba: » ni fortassis corrupta sint, falsam nobis proculdubiò sententiam præseferunt. Etenim Celsus inter Latinos medicos non inuidia primus, antiquusq; Romanus & in uentre, & inguine uarices posuit.[h] Qua de causa & Plinius nō simpliciter uarices, sed in cruribus (distinctionis gratia) protulit. Nisi uoluerit fortassis dicere Marcellus { Nescio an alibì, quam in cruribus facti, aliter, quàm uarices dicti inueniantur. } A Græco nomine { κιρσὸς } ob doloris in uaricibus 30 existentis mitigationem, herba quædam nominis honorem inuenit, quæ κίρσιον dicta est. De qua Dioscorides[i] proprio capite locutus est. Non ergo (ut aliqui uolunt) ab huiusmodi herba κιρσοῦς, hoc est, uarices curante, morbus ipse nomen assumpsit. Plinius uarices in cruribus » ait[k] uiro tantùm, mulieri raròo. Caiū Marium, qui septiès cōsul fuit, stantē sibi extrahi passum » unum hominem Oppius Author est. } Vnū inquit hominē, quia primus, tēporeq; illo solus. Post eum uerò & alij quoq; stātes, & absq; uinculis, passi idē (Cicerone[l] teste) sunt. De tolerādo .n. dolore loquens Cicero, sic ait { At uerò Caius Marius Rusticanus uir, sed planè uir, quùm » secaretur, ut suprà dixi, principiò uetuit se alligari, Nec quisq; ante Marium solutus dicitur » esse sectus. Cur ergo posteà alij? Valuit authoritas. Vides ne igitur esse opinionis, nō Naturæ » malum? Et tamen fuisse acrem morsum doloris, idem Marius ostendit. Crus enim alterū non 40 præbuit. Ita & tulit dolorem ut uir. Et ut homo maiorem ferre, sine causa nenessaria, no- »

luit

o lib.16.ca.102.
Tumor.46.
Varices.
r 13.meth. cap. ult[o].in fine.
s lib.6. cap. 82.
t lib.14.cap 84
u lib. de Medico dicentiue ornatu circa medium.
x ubi supra.6'. 82.in prin[o].
y 7'. 18[o].ī fine.
z lib.7[o].ca. 84
a lib. de Morbis. q ītùs post prin[a].
b 4'.meth.2[o].in fine & c.5. post prin[a]. & lib. de atra bile c.4.circa finem.
c lib. de uulner. & ulceribus post principia & uersus finem.
d 3.de hist.animaliū cap.11. in fine. & cap. 19. uersus finem.
e In uita Caij Marij.post prin[a]
Cōtra Marcellū Verg[m].
f lib.4 cap.114.
g lib.3.cap. 14. in fine.
h lib.7.cap.17[o] in fine.cap.18. in fine. & cap.31.
Cōtra Othonē Brūfelsiū in Onomastico medicinæ.
i lib.4.cap.114
k lib.11.ca.45. post medium.
l lib.2[o].Questionū Tusculanarū uersus finem.

» luit.. Totum igitur in eo est, ut tibi imperes.} Temperantiam igitur, tolerantiamq; fuisse in
» Mario asserunt (Plutarchus [m] quoq; ait) Exemplum est quòd cùm ex ambobus cruribus labo
» raret, & plena uaricibus haberet, ferretq; ægro animo illarum deformitatem, medicum sibi
» ad alterum crus adhibuit. & inter medendum nec se mouit, nec suspiria emisit: Sed cùm
» tacitus, fixisq; oculis inspiciendum se exhiberet, moras quasdam dolorum inter incidendum
» perferre non formidauit. At medico alterum crus curare uolenti, minimè assensum præ=
» buit. Dicens nosco remedium istis doloribus indignum.} grauior enim medicina, peiorq;
ipso morbo erat. Fortassisq; hic fuit: de quo quidem Seneca [n] inquit, {Ille qui dum uarices exsce=
» candas præberet, legere librum perseuerauit}. Sed hæc obiter. Ex humore fiunt (ut princi=
10 pale propositum exequamur) atrabilario, maxima ex parte: Quanquàm & ex copioso, su=
perabundantiq;, haud interim atrabilario, nonnunq; generari queunt. Inquit enim Gale=
» nus, [o] de nigro, melancholico'ue sanguine loquens. {Atqui natura huiusmodi sanguinem sæ=
» penumerò ad eas, quæ sunt in cruribus, uenas transmittit, à quo distentæ, ac dilatatæ, ua
» ricosæ redduntur; & cutis, quæ huiusmodi uenas attingit, tempore procedente nigrescit.
» In quibus autem copia tantùm sanguinis influit, qui melancholicus non sit, incumbens qui=
» dem in uenas, quæ inibi natura imbecilliores sunt, eas dilatat: nullo sanè tali contingente,
» quale accidit, Vbi melancholicus sanguis uarices procrearit. His nanq; periculum immi=
» net, si quis uenas affectas excidere aggrediatur, ne melancholia corripiantur. hoc enim sæ=
» piùs fieri uisum est, non modò in uaricibus, uerùm etiam in hæmorrhoidibus, quæ ex hu
20 iuscemodi humore consistunt.} Id quod experimento confirmatum esse alibì quoq; rursùs
confirmat. [p] Quemadmodum ijs in insaniente superuenientibus, solutionem insaniæ fieri
nonnunquàm [q] asserit. Quùm scilicet ex atrabili, atrabilario'ue succo, & insania, & de=
inceps ipsæ uarices generentur. Ex præassumptis igitur Galeni uerbis apertissimè elicitur
uarices non ex crasso tantùm, atrabilario'ue sanguine originem ducere. Sed ex superfluo ta=
metsi fortassis bono: quem natura ad crura, ueluti superpondium quoddam, demittit etiam si
(ut dictum est) atrabilarius minimè sit. Quam ob rem & de tumoribus quoq; præter natu=
» rã loquens, [a] ait {Fiunt autẽ et in cruribus uarices, ob imbecillitatẽ uenarũ, quæ inibi exiſtũt, et
» præsertim quotiès crasso sanguine corpus redundat.} Ob imbecillitatẽ ergo uenarum, quæ in
cruribus sunt, ad ea loca sanguis defluit, quouis modò naturam stimulet. Dicens autem
30 {καὶ μάλιστα} hoc est {& præsertim} innuit non semper, at plurimùm crasso ex sanguine
redundante huiusmodi affectum oriri. Ex quo quidem crasso, atrabilario'ue sanguine uarices
nigræ, ueluti & hæmorrhoides quoq;, ac cicatrices nigræ (uel Galeno [r] docente) fiunt.
Quam etiam ob causam (quia s. ex huiusmodi succo plurimùm fieri consueuerunt) in cru
ribus magis aduenire solent. Cùm crassior, grauiorq; sanguis promptiùs deorsùm decum
bat. Nec ante pubertatem fieri (ut Hippocrates [s] quoq; ait) ob eandem rationem, solẽt. Qui=
cunq; autem calui sunt, hoc est, capillorum defluuium patientes, ijs magnæ uarices (eodem
Hippocrate docente [t]) non fiunt. s. in cruribus: ob uitiosorũm succorum diuersionem, qui ad
caput eleuantur: Quibus uerò caluis iam existentibus, decapillatis'ue, magnæ uarices super=
ueniunt, ij rursùs capillati fiunt. Verùm enimuerò non ex melancholico solummodò sanguine
40 (tametsi ex hoc plurimùm generantur) at ex lijs quoq; uel uitiosis, uel superuacuis humo
ribus generari uarices Arabum quoq; Princeps [u] testis est, Quàm non ineptè quidem ait {Est

m In uita Caij Marij. post principia.
n lib. 11. Epistolarum. Epist. 79 post mediũ.
o lib. de atra bili cap. 4. uersus finem.
p Ibidẽ cap. 7.
q 6ª. aphor. 21.
a cap. 19.
r lib. de cibis boni & mali succi in fine. & 2º. de elementis cap. pº. uersus finem.
s libro de coacis prænotionibus uersus finem.
t 6ª. aphor. 34.
u 22ª. fen. 3ª. tr. pº. c. 15. in prin°.

dilatatio uenarum in crure & pede (de ijs partibus meminit, ut in quibus plurimũ contingat) »
propter multitudinem eius, quod descendit ad eas ex sanguine. Et plurimũ sanguinis est me- »
lancholicus. Et quandoq; est sanguis mundus non melancholicus. Et quandoq; est sanguis gros- »
sus phlegmaticus. Et quocunq; modo sit, est sanguis, in quo non est putrefactio. Et si nõ (hoc est »
si adsit putrefactio) non saluabitur cum eis pes ab ulceratione, & apostematibus malignis. Et »
plurimùm quidem accidunt cursoribus, & uiatoribus, & onera portantibus, & coràm regi- »
bus astantibus (ut ante ipsum quoq; Principem Razes aliquandò [x] ait) Et nautis etiam (Ha-
li Abbas [y] addit) Et multotiès accidunt propter ægritudines acutas, quoniam expellitur mate- »
ria illuc, in illis, qui ad eas sunt præparati} Crassiores uidelicet partes, quæ ad inferiora, ignobi-
lioráq; permutatæ, uel abscessum in cruribus, ne dùm uarices (ut in pulmonia, Hippocrate au- 10
thore)[z] generare consueuerũt. {Et quandoq; accidunt incipiendo : sicut accidunt dolores iun- »
cturarum incipiendo : & accidunt habentibus splenem (scilicet durum) ex prædictis (scili- »
cet cursoribus, uiatoribus. etc.) multotiès. Et istæ uarices non suscipiunt curationem} quoniam s. »
splenis abundantia, quæ duritiem in illo efficiebat, nunc ad crura uelut ignobiliora permutatur.
nisi ergo totum priùs corpus, aut hepar, & splen rectificentur, sanari cruriũ uarices nequeũt,
uel non sine maxima difficultate, atq; etiam corporis periculo. Adeò ut etiam si crura sanentur,
simpliciter acquisitam esse sanitatẽ proferre nequeamus. Ea nanq; dicẽtur (Galeni [a] dogmate)
morbum aliquem soluere, quæcunq; omninò hominem liberant, non quæ alteram generant pas-
sionem, quæ nihilo minùs sit prima periculosa. Verùm de ipsarum prognostico, & cura dein-
ceps; loco magis proprio, & speciali, uberior sermo fiet. Abenzoar [b] similes esse uaricibus ar- 20
borum aït : hoc est gyris, reuolutionibus'ue, quæ in quibusdam plantis, ut in hedera, & uitium
capreolis reperiuntur. Quam ob rem nonnulli fortassis non uarices, sed uites (Raze [c] Autho-
re) nuncuparunt. Quoniam scilicet uiridiores fiunt, & uarijs (ut dictum est) orbibus impli-
catæ uidentur, instar capreolorum uitis. VERVM enimuerò quoniam ex atrabilario, cras-
siori'ue sanguine, uel interdùm pituitosiore uarices, maxima ex parte, generationis originẽ su-
scipere præscriptum iam est: Hinc sequitur, ut si diutiùs perseuerent, nec ritè curẽtur, in Ara-
bum elephantiam sæpenumerò permutentur. De qua quidem anteà dùm de Græcorum ele-
phantiasi loqueremur,[d] nonnihil in sermone de uaricibus attingendum promisimus. Diximus
enim tunc quid elephantiasis, uel elephantia, aut elephas tùm Græcis, tùm Latinis significaret.
Quoniam uidelicet morbum sancti Lazari illis præsefert, quam & Arabes lepram nuncupãt. 30
Qui tamen (excepto Hali Abbate, qui Græcos æmulatus in hoc nomine fuit) omnes elephã-
tiam, pedum quendam tumorem intelligunt, qui ex uaricibus originem duxit. Quanq; & Ha-
li Abbas, siue (ut aliàs iam prædiximus) eius interpres inter elephantiam, & elephanticum
morbum aliquandò uidetur differentiam supposuisse. ut qui elephantiam sancti Lazari dictum
morbum uocarit, dicens [e] { Elephantia est morbus omnia corporis membra desiccans, & sicci- »
tate corrumpens, & quasi cancer, qui in omni fit corpore.} Elephanticum uerò morbum, præ- »
scriptum pedum tumorem appellarit, sic alibì dicens [f] { Elephanticus morbus est apostema »
melancholicum, quod in cruribus fit, & pedibus. Et eius signum est, ꝙ pedis figura figuræ »
elephantis similis fit, æqualis & nõ diuersa.} Lepræ autem nomine (uti iã præscripsimus.[g]) »
Hali Abbas [h] eam uitiliginis speciem intellexit, quam Græci λευκὴν, Arabes uerò plurimi 40
Albaras albam nuncuparũt. Interdùm uerò Hali Abbatis interpres elephantiam, ipsum pedum
tumorẽ

x lib. Diuis. ca: 106.
y 8. theor. cap. 18. circà finem.
z 2°. lib. progn. tex. 67.
a 6'. aphor. cõ. 26. in fine cõm.
b 2°. Theysir. tr. 7. cap. 25. in principio.
c 9'. ad Mansore cap. 92. 93.
d supra fo 145. 38. et fo. 147. 28
Elephantia Arabum.
e 8'. Theoricæ cap. 15. in prin°. & 4'. practicæ cap. 3.
f 8'. Theor. c. 18 uersus finem.
g supra fo 124 et sequentibus
h 8'. Theoricæ. cap. 16 et. 4'. practicæ cap. 4.
i ut lib Diuisio nũ 120 & lib. 5. Almãsoris ca. 35

tumorem uocat.ut qùm de pedum tumoribus loquens,[a] ait { Elephantia uerò est morbus melancholicus ad sanandū difficilis etc. } Vt uel hinc liqueat q; parùm nominibus Arabum, Barbarorum'ue interpretū fidendū sit. Razes autem aliquandò seorsùm de lepra,[i] ut sancti Lazari morbo ab elephantia[k] tanq; pedum tumore locutus est. Nonnunq;[l] uerò (ut sui, & cæterorum Arabum cuncta confundere, ac imperfectè determinare, moris est) Græcorū elephantiasim, & Arabum, ne dùm alibì quoq; suam, elephantiam incomptè admiscuit. Quanq; non elephantiam ibi uel ipse, uel eius interpres habet, sed sæpè uitiū elephantis. Abenzoar etiam de lepra,[m] uniuersali. s. cancro, seorsum ab elephantia[n] pedum uitio locutus est. Pariterq; Arabum Princeps, qui lepram in hoc ipso, quem præ manibus enucleandum assumpsimus, tractatu,[o] pro Græcorum (ut alibì diximus) elephantiasi assumens, Alibi[p] tamen seorsùm de elephantia, pedum uidelicet uitio determinauit sic scribens. { Est additio in pedibus, secundum modum, qui accidit in uenis uaricum. Quare ingrossat pedem cum qualitate sua. } Sæpenumerò autem huiusmodi pedum tumorem in ipsis pauperculis mendicātibus cōspeximus. qui multos sibi, talis uitij causà, nummos quotidiè lucrantur. nunc in hac, nunc in illa publica uia iacentes. Mirùm uerò admodum est quàm turpiter, & minimo quidem, ac nullo interdùm dolore pes intumescat. Adeò ut pluribus in locis cutis, ut quæ tantùm extendi nequeat, discindatur, & crepet. Quam ob causam Arabibus elephantiam nominasse libuit. quoniam s. (uelut Abenzoar[q] ait) assimilatur cruribus (addeq; tu magis, & pedibus) elephantis, in grossitudine. Quanuis n. tibijs plurimùm aduenire soleat huiusmodi, cū duritie quoq; multa, grossities: Manifestiùs tamen apparet, quùm pedes, uel interdùm solos inuaserit. { Et causa est (subdit idem Abenzoar) extuberantia humorum grossorum, qui sunt ultimi in grossitudine, qui descendunt illùc, propter ponderositatem ipsorū. } Idcircò & Princeps quoq; causam tumoris distinctiùs adiungens, ait { Et quandoq; fit propter humorem melancholicum: et est illud, quod est plurimùm. Et quandoq; fit propter humorem phlegmaticum grossum. Et quandoq; accidit ex causis, ex quibus accidunt uarices. Et ex sanguine bono, cùm plurimum descendit, aut nutritur eo pes, nutrimento aliquo. Et est in primis rubeus, deinde niger } Deniq; causas adiunxit uniuersales, atq; omnibus, ex quauis materia fiant, cōmunes: sic dicens { Et causa eius est uehementia repletionis, & etiam debilitas membri, propter multitudinem caliditatis, & uehementiam attractionis eius, propter uehementiam caliditatis inflammatæ ex motu. Et adiuuāt ad illud dispositiones adiuuantes ad uarices. } Quanuis ergo tam uarices, q; prædicta Arabum elephantia q; primùm ab initio calidi tumores sint, præsertimq; si ex sanguine fiant: Temporis tamen processu frigidos euadere compertum est, tametsi aliquātulus, obstructionis ratione calor sæpiusculè sentitur. Ad frigidos ergo tumores utrunq; reducamus. Interdùm nihilominùs ad phlegmaticos, maxima ex parte ad melancholicos: etiam si ab initio sanguinei esse possint. Procedēte enim tēpore, discussis tenuioribus partibus, terrestriores remanere, ac per hoc melancholicos fieri certū est. Quòd si pro eo tempore, quo sanguis adhùc laudabilis est, sanguineos nominare, ac per hoc inter calidos numerare uolueris: Integrum tibi proculdubiò fuerit. NOS uerò interim ad septimum et quadragesimum tumorem pertranseamus, quem Græci uocant βουβωνοκήλην: Celsus[r] inguinis ramicem nūcupat: Quanuis diuersus specie morbus sit Bubonocela Celsi, seu inguinis ramex, à bubonocela Galeni, Pauli, Aetij, ac reliquorum deniq; Galenum insequentium medicorum. Etenim Celsus cùm de sarcocela iam determinasset: sic deniq; subiunxit[s] { Super hæc

inguen

Marginal notes:

a 4'. pract. c. 16

k ut lib. Diuis. cap. 107. & 9°. Almāsoris c. 93.

l ut in. 12. Con. cap. 2. litera. I.

m 2 Theysir tr. 7. cap. 12.

n ibidē cap. 26.

o infra tr. 3. per totum.

p 22a. fen. 3'. tr. p°. cap. 16.

q 2°. Theysir. tr. 7°. cap. 26. in principio.

Varices, & Elephantia an calidi uel frigidi tumores sint.

Tumor 47. Bubonocele.

r lib. 7. cap. 24.

s Ibidē. cap. 15. in fine.

Bubonocele secũdũ Celsũ

inguen quoq; nonnunq; uarices implent, βουβωνοκήλην appellant. } Quibus quidem ex uerbis, atq; ex praecedentibus, unà cum sequentibus exquisitè perpensis liquet, quemadmodũ quoties in cruribus, aut uentre existentes uenae, si dilatantur, uarices, Graecè κιρσοὶ nuncupãtur. Sin uerò in testibus, aut scroto eaedem sint, κιρσοκήλη, apud eosdem, affectus nominatur. Ita si in inguinibus huiusmodi uenarum, arteriarumq; dilatatio, extumescẽtiaq; fiat, βουβωνοκήλη, Latinè autem inguinis ramex, uel uno & nuper composito nomine, inguiniramex, aut (si mauis) inguinhernia uocabitur. Hocq; sensu deinceps inguinis ramicem Celsus curat,[t] uenarum scilicet quae in inguine sint (ut patet) extuberantiam intelligens. Galenus autem non uenarũ, sed peritonaei, & obliquorum musculorum affectum circa inguina esse uoluit.[u] Quem deinde Paulus,[x] atq; Aetius[y] elucidarunt. Inquit enim Galenus { Peritonaeo autem uulnerato, aut rupto, posteaq; non conglutinato, mollis tumor eam regionem occupat. Quòd si in inguine fiat, βουβωνοκήλην uocant. Sin uerò in umbilico id eueniat, ἐξομφάλους. q. d. exumbilicatos, eos, qui sic affecti sunt, medicorum nonnulli appellant. Peritonaei autem solius nulla harum affectionum existit. Sed oportet omninò ipsius quoq; musculi ἀπονεύρωσιν, hoc est, nerueam propaginem, appendicem'ue (ipsum uidelicet tendonem) affici. Quam in anatomicis administrationibus, qualis nam sit, ostendimus.[z] Hi ergo affectus (quos s. exumbilicati patiuntur) transuersorum musculorum sunt. Qui uerò in inguine fiunt, ramices, obliquorum. uel rupta, uel dilatata, cum peritonaeo tunica, illorum neruea propagine. } Haec Galenus. In quibus quidẽ uerbis non uenarum, sed membranae interioris ipsius abdominis, & musculorum quoq;, uel eorum tendonum affectum esse bubonocelam patet. Atq; idipsum Paulus confirmat: qùm sic perbellè de bubonocela, & enterocela insimul loquens, ait[a] { Vtendum uerò est remedijs infrà comprehensis: Id solum nobis anteà supponentibus: quoniam solo loco affectus huiusmodi differũt. Quando nanq; intestinum etiamnùm suprà, in inguinibus iacet, βουβωνοκήλη. Cùm uerò in scrotum iam infrà delapsum est, ἐντεροκήλη nũcupatur. } Rursusq; alibi[b] eãdẽ sentẽtiã cõprobat: sic scribẽs { Factã ex relaxatione, extẽsione'ue enterocelen, βουβωνοκηλικὸν, q. d inguiniramicosus, seu inguinherniosus praecedit morbus. Etenim primũ peritonaeo nimis intẽso, laxatũ, intestinũ intereà qdẽ in inguina abscedit, facitq; bubonocelã. } Haec Paulus, q tamẽ haud de omni bubonocelae specie locutus est, nisi de ea tantùm (ut patet) quae enterocelam praecedit. Qua de causa ipsius peritonaei extensionem, affectus occasionem extitisse ait, non uulnus, aut rupturam. Quae tamen Galenus in praeassumptis uerbis[c] iam supposuisse apertissimum est. Itemq; Paulus duntaxat intestinum ad inguina descendere, ob eandem rationem, expressit. Cùm tamen & omentum, & omenti atq; intestini complexum, & ipsam aliquandò aquam, uel spiritum flatuosum, & demùm quicquid à uentre in scrotum descendere consueuit, in ipsis priùs inguinibus nonnunq; retineri, & pro aliquo temporis spatio colligi impossibile non sit. Tuncq; uelut enterocelam ea bubonocelae species praecedit, in qua intestinum inguina obsidet: Ita & epiplocelam altera bubonocelae species praecedet, quae in se omentum occludit. Enteroepiplocelã uerò altera bubonocelae species antecedere potest: in qua omenti & intestini complexus habetur. Sicq; de alijs, pro diuersae materiae ratione, dici potest. Aetius[d] intestinum duntaxat nominans, Paulo, nedùm Leonidae subscripsisse uidetur. Hali Abbas[e] autem intestinum, et omentum ad inguina descendere, inguinariamq; herniam (ut ipse uocat) constituere protulit. Vnã tamen ab Aetio,[f] & quidem minimè floccipendendam distinctionem elegimus. Quoniam scilicet

t Ibidẽ cap. 24.

Bubonocele secũdũ Galenũ et sequaces

u lib de tu praet. nat. cap. 19.

x lib. 3. cap 53. & 6. 66.

y lib. 14. ca. 24. & 23.

z lib 5. de Anat. admin. cap. 4. et 5. et de usu partiũ lib 5. cap. 14. 15. Et 6. metho di cap. 4. & 5. de locis affec. c. 6

a lib. 3. cap. 53.

b lib. 6. cap. 66.

Pauli Diminutio.

c lib de tu. praet. nat. cap. 19.

d lib. 14. c. 24.

e 9. Theoricae c. 36. circa pr in[a] & uide 9. prac. cap. 51.

f lib. 14. cap. 23

licet non ex peritonæi tantùm extensione, sed ruptura quoq;, ac uulnere (ut ex Galeno prædictum iam est) bubonocela gigni solet. Propterea scire operæ pretium est: q. si plaga adeò uiolenta contigerit, ut simul & peritonæi membrana, & erythroides tunica rumpantur: Tunc intestina repentè nudo testiculo occurrentia, ad scrotum præcipitantur. Quam ob rem in huiusmodi casu, absq; præcedente bubonocela, repentè enterocela genita est. Sin uerò rupto iam, aut inciso peritonæo, erythroides interim membrana illæsa remanserit, illi quidem tunicæ rubicundæ intestinum, pro aliquo tempore, innititur. Adeo ut pro eodem tempore bubonocela fiat. At hæc tandem temporis mora oppressa, etiam ipsa inferiùs prolabitur. Sicq; ex bubonocela enterocela resultabit. Vulnerato igitur, aut rupto, uel extenso nimiùm peritonæo: posteaq; non glutinato, nec pristino modo in se contracto, & unito mollis tumor eam regionem occupat. Quòd si in inguine fiat, bubonocelen uocant. Serapio duorum inguinũ herniam appellat,[a] qùm ad utrunq; inguen descensus fit. { Generantur & mulieribus herniæ inguinis, seu bubonocelæ (ait Aetius[b]) circa dextrum maximè pudendi sinum. Prominetq; his tumor durus, immurmurans, ac premens: præcipuè ubi mulieres crura dilatauerint, aut supinæ decubuerint. } SIN uerò in umbilico id eueniat (Galenus[g] ait) ἐξομφάλους. q.d. exumbilicatos eos, qui sic affecti sunt, medicorum nonnulli appellant. } Expedita igitur bubonocela: ad exumbilicarem, quadragesimum octauum. s. ordine tumorem permigremus. quẽ Paulus nonnunq;[h] { πρόπτωσιν ὀμφαλοῦ } quod est, { procidentiam umbilici. } aut { τῶν ὀμφαλῶν ἐξοχὴν } idest, { umbilicorum exitum, siue eminentiam[i] } Nõnunq;[k] uerò { τὸ ἐξόμφαλον πάθος. } quasi dicat. { exumbilicarem affectum } nominat. Adeò ut nomen id Græcũ { ἐξόμφαλος } adiectiuum sit: Cui substantiuum aliquod concordare, aut subintelligi debeat. Sic ergo huiusmodi uitium patientes { ἐξόμφαλοι } sub intellige { ἄνθρωποι } q.d. { exumbilicares, seu exumbilicati homines } uocati à Galeno (q̃.q̃; ex aliorum opinione) sunt. Sic etiam et Aetius interdùm[l] { τὰ ἐξόμφαλα βρέφη } hoc est { exumbilicares infantulos } & rursùs[m] { τὰ ἐξόμφαλα παιδία } quod est { exumbilicatos pueros } protulit. Intelligere autem & nobis aliquandò integrum esse potest. Cùm dicitur { ἐξόμφαλοι } scilicet { νόσοι } quod est { exumbilicares morbi } uel { ὄγκοι } hoc est { tumores } q.d. { exumbilicares tumores } Sicq; fortassis à Definitionũ Medicarũ Authore, in masculino genere definitur: subintellecta. s. dictione { νόσος } idest { morbus } uel { ὄγκος } idest { tumor } qùm ita ab eo scribitur[n] { ἐξόμφαλος ἐστὶν ὑπεροχὴ ὀμφαλοῦ ὑπὸ διαφόρους αἰτίας γινομένη } quod est { Exomphalos, exumbilicaris'ue morbus, aut tumor est umbilici prominentia, diuersis de causis proueniens. } Atq; ita nos in catalogo tumorum à Galeno in libro de tumoribus præter naturam aceruatorum { Exomphalos } diximus,[o] tumorem quadragesimum octauum proponentes: in masculino genere, subintellecta quidem dictione { tumor } Tu uerò clarioris, ac distinctioris doctrinæ gratia uitiũ ipsum ĩ neutro genere { τὸ ἐξόμφαλον } Latineq; { exumbilicationem } homines uerò huiusmodi affectu correptos, in masculino genere { τοὺς ἐξομφάλους } q.d. { exumbilicatos, siue exumbilicares } nuncupare poteris. Quam ob causam fortassè Galenus ex aliorum opinione dixisse uoluit[p] { Nonnulli medicorum καλοῦσιν ἐξομφάλους } quod est { uocant exumbilicatos } Verũ Grãmaticis hæc omittẽda sunt. Razis autem interpres aliquandò[q] { eminẽtiam umbilici, et rupturam circa ipsum } nõnunq; uerò[r] { egressionẽ umbilici } Interdũ[s] autẽ { exitũ umbilici } uocat. Obiter interim huiusmodi tumoris materias, ut intestina, omentum, & carnem, exprimens.[t] Auicenna uerò { umbilici Augmentum }

Tumor. 48.
Exomphalos.

a 5. Breu. ca. 15
b li. 16. cap. 101
g li. de tu. præt. nat. cap. 19.
h lib. 3. cap. 51. in titulo.
i Ibidem circa prin[a]. capitis.
k Vt lib. 6. c. 51
l lib. 4. cap. 26.
m Ibidem post aliqua.
n uersus finẽ li.
o supra fo. 77. lin. 27.
p li. de tu præt. nat. cap. 19.
q Vt 11. Contin cap. 3. litera. M.
r Vt. 9. Contin. cap. 7. litera FF.
s Vt lib. Diuis. cap. 93.
t Vt. 11. Contin. cap. 3. litera. M.

tum} uel secundum aliam literam {umbilici eminentiam} nuncupans, uarias tumoris materias, contentas'ue substantias [u] (quas posteà disquiremus) earumq; signa, [x] & curationē [y] distinctè, singulatimq; enarrat. Hali Abbas [z] {umbilici acumen} appellat. Celsus {umbilicum prominentem} Latinè uocat. [a] & quidem (ut aliàs [b] addit) indecorè. Cuius porrò uerba, cùm inde tumoris contentam substantiam, materiam'ue exquisitiùs intelligere queamus, in medium adduxisse non tæduit. Inquit enim [c] {Sunt etiā circa umbilicū plura uitia: De quibus propter " raritatem inter Authores parùm constat. Verisimile est autem id à quoq; prætermissum, quod " ipse nō cognouerat, à nullo id, quod non uiderat, fictum. Commune omnibus est umbilicum " indecorè prominere. Causæ requiruntur. Meges tres has posuit: [1] Modò intestinum eò irrum " pere. [2] Modò omentum; [3] Modò humorem. Sostratus nihil de omento dixit. Duobus ijsdem 10 (scilicet intestino, et humori) adiecit [4] carnem ibi interdū increscere: Eamq; modò integram " esse, modò carcinomati similem. Gorgias ipse quoq; omenti mentionem omisit: sed eadem tria " causatus (scilicet intestinum, humorem, et carnem) [5] spiritum quoq; interdùm eò dixit irrum " pere. Hieron omnibus his quatuor positis (hoc est, intestino humore, carne, & spiritu) & " omenti mentionem habuit, & eius, quod simul & omentum, & intestinū habuerit.} Quinq; " igitur, aut sex (si mauis) diuersas huiusmodi tumoris materias, cōtentas'ue substantias, quanq; ex diuersorum opinionibus, collegit. [1] Intestinum scilicet, [2] omentum, [3] humorem, [4] carnem, [5] ac spiritum, Sex autem dicere potes, uidelicet carnis distinctione admissa: quoniam hanc modò integrā, [6] modò carcinomati similem esse ait. Quin & septimam quoq; causam à Celso relatam, si uis, connumerare tuum fuerit: [7] eā scilicet, quæ ex intestini, & omenti complexu fit. 20 At hæc, ueluti & aliæ quamplurimæ, quæ ex cōpositione fieri consueuerūt, sub præscriptis iam simplicibus intelligendæ ueniunt. Singularum uerò specierum Celsus & signa, & curationem mox posteà adiunxit. Paulus [d] tamen easdem quoq; causas, contentasq; in tumore substantias scribens, aliquādò [8] sanguinem irrumpentem posuit, propter uenæ scilicet, aut arteriæ rupturam: ut in Aneurismatis contingit. Pauloq; in hoc Princeps quoq; subscripsit. [e] Quam profectò speciem à Celso sub ea, in qua humorē contineri ait, cōprehensam esse, dictu promptissimum est. Pro uaria nihilominùs contentæ materiæ substantia, diuersa etiam nomina uel ab Authore Definitionum medicarum componi docentur. [f] Quotiès igitur omentum ad umbilicū prominuerit {ἐπιπλοόμφαλον} quod nos Latinè dicere, tametsi nouis uocabulis {Omentumbilicationem} possumus. Sin uerò inutilis illius, illaboratiq; humoris coitio circa umbilicū 30 fit: ab eodem Authore {ὑδρόμφαλον} quasi dicat {Aquumbilicatio} nominatur. In qua (ut idem ait) sub tunica. s. peritonæo, interdùm quoq; humor ille continetur. Quòd si porus, tofus'ue quidam in umbilico concernitur {πωρόμφαλον} idest, {Tofumbilicatio} nuncupatur. Ita etiā si carnis præter naturam incrementum ibidem fiat, siue mitis, siue maligna caro sit {σαρκόμφαλον} quasi dicat {Carnumbilicatio} dicta est. Sin deniq; flatuosus spiritus sit, qui umbilicum dilatarit {πνευμόμφαλον} seu ex Cælio Rhodigino [g] {πνευματόμφαλον} quasi dicat {Ventumbilicatio} nuncupatur. Qui etiam Cælius {ἐντερόμφαλον} adiunxit quasi dicat {Intestinumbilicationem} ubi uidelicet intestinum in umbilico prominuerit. Nos autem & alia possumus tàm Græcè, q; Latinè, pro contentæ substantiæ diuersitate, nomina effingere. Quemadmodum si intestina quidem et omentum insimul eò procurrent {ἐντεροεπιπλοόμφαλον} quasi dicat {intestinomentumbilicatio} uocabitur. Ita etiam si quod in umbilico 40

u 22. fen. 3ª. tr. pº cap. 9 cum 10.
x Ibidē cap. 10.
y Ibidē. cap. 11.
z 9ª. Theoricæ. cap. 36. & 9ª. pract cap. 42.
a lib. 6. cap. 17.
b lib. 7. cap. 14.
c Ibidē. s. 7ª. 14
d lib. 6. cap. 52.
e ubi suprà. c. 9.
f uersus finem libri.
Epiploomphalon.
Hydromphalon.
Poromphalon
Sarcomphalō.
Pneumōphalō
g lib. 15. Lectionū Antiquarum. c 21 post mediū.
Enterōphalon
Enteroepiploomphalon.

lico

lico aceruatur, sanguis fuerit { αἱμόμφαλον, seu αἱματόμφαλον. } quasi dicat { sanguinum-
bilicatio } nominanda huiusmodi affectio uenit. Quoniã uerò non in scroto tantùm, inguineq́;,
& umbilico huiusmodi uiscerum, procidentia fit: Verùm & aliquandò etiam in Ilijs, & sumi
ne, alijsq́; abdominis partibus (uti Princeps [h] etiã confessus est) Idcircò et ibidẽ quoq; factus uel
omẽti, uel intestinorũ, aut utrorũq; insimul descensus considerandus est. Quanuis enim rariùs
adueniat: quin absq; euidenti exteriori'ue occasione (ut incidente, perforante'ue peritonæũ lan
cea, seu gladio) rarissimè contingat: quam ob causam ueteres, et præsertim Græci distincta,
nec non propria singulis partibus nomina imposuisse neglexerunt: Nihilominùs tamen, cùm
aliquandò succedat, præscriptis nominibus distinctè significari non potest. Nam neq; in ingui-
10 ne, neq; in umbilico affectus est. Qua de re nullum nomen, quod ex bubone, inguine'ue, aut um
bilico iam compositum est, huiusmodi tumores appositè præseferre poterit. Quòd si { κήλη }
communiter sumpta dictio (quemadmodum præscripsimus [i]) omnem, & in quauis parte obor
tum tumorem significare potest: qua ratione etiam si non ad scrotum sed aliò uel intestina, uel
omentum irrumpant: Nihilominùs enterocelam, & epiplocelam, & si utrunq; procurrat, en-
teroepiplocelam nominari absurdum non est: Attamen magna, ob æquiuocationem, confusio
succederet. Cum { κήλη } propriè magis in testibus, aut scroto factã herniam, uel ramicẽ osten
dat. Adeò ut communi omnium usu, iam iam præscripta nomina in scroto duntaxat obortũ tu-
morem determinatè demonstrent. Multi communi dictione in quauis abdominis regione contin
gat, crepaturam, aut rupturam communi uocabulo nominant. [k] Quam ob rem & Princeps [l]
20 ait { Quod autem est præter hoc (scilicet præter herniam in testibus) nominatur nomine com
munitatis, Ruptura } Perforato enim, uel inciso nonnunq; penitùs abdomine, ac deindè non con-
glutinato, nec exquisitè coalescente peritonæo, sed ipsis duntaxat musculis, & cute, ob nimium
profectò pondus uel intestina, uel omentum, aut utrunq;, usq; adeò prolabi consueuere, ut dissi
patis atiam musculis, nedùm peritonæo, ad cutim usq; peruenientia: eam deniq; ueluti cicatrice
duriorem, & omninò robustiorem redditam diuidere non ualeant, sed tumorem sub illa neces-
sariò eleuent. Impossibile autem non est, & absq; ulla euidenti causa, non in Ilijs modò, & su-
mine, sed supra ipsum quoq; umbilicum aliquandò huiusmodi rupturam, contingere, q̃q; rariùs
in eminẽtioribus partibus, absq; exteriori occasione, aduenit. Qua de causa Princeps ait [m] { Et
„ illa quæ accidit supra umbilicum est parumper raro, secundum comparationem ad alias. quoniã
30 ille locus est sustentatus lacertis. etc. } De qua rursus, post aliqua { Et omne quod est ex ruptu
„ ra supra umbilicum est malorum accidentium: quanuis sit paruæ additionis. Et non dolent in
„ principio, quoniam expulsum in ea sunt intestina minuta. etc. } Nostrũ uerò est quotiès in Ilijs,
aut hypochondrijs, uel in sumine, uel supra umbilicum crepatura fit, seu enterocelam, seu epi-
plocelam, aut enteroepiplocelam, pro contentæ uidelicet, irrumpentisq́; substantiæ diuersitate,
nuncupare. Id quod ideò absurdum non fuerit, quoniam κήλη (quemadmodum non semel an-
teà [n] iam ex Aetio, [o] & Medicarum Definitionum authore [p] assumpsimus) nõ testium scro-
ti'ue modò, sed omnem, cuiuslibet partis sit, tumorem indicare potest. Sed ne indecens quidem
fuerit, clarioris doctrinæ studio, tam Græcè, q̃; Latinè, pro regionum diuersitate, nonnulla no-
mina effingere. Priusq; commune, ac genericum nomen componere: Cùm in epigastrio, abdo
40 mine'ue sit { ἐπιγαστριοκήλην } quasi dicat { Abdominoramicẽ } uocando. Deinceps uerò ad spe
ciale descendẽtes: quotiès in hypochondrijs fiat { ὑποχονδριοκήλην } hoc est { subcartilagio-
ramicẽ }

Aemomphalõ.

h 22a. Fen. 3'. tr. po. ca. 2. uersus finem.

i Suprà fo. 233.

k Vt Haliabbas 9'. Theor ca. 36.

l 22a. Fen. 3a. tr. po. c. 2. post. principia.

m Vbi suprà. uersus finem.

n In præsenti folio post prina. et suprà fo. 233.

o lib. 15. cap. 6. in principio.

p uersus finem. sui libri.

ramicem} nuncupare. Qua etiam imponendorum nominum methodo, ſi quidem in Ilijs exiſtat, {λαγονοκήλη} ſeu {κενεωνοκήλη} aut, ſi mauis {λαπαροκήλη} à noſtris uerò {Ilioramex} nominabitur. Itaq; ſi fortaſſis in ſumine, uidelicet ſub umbilico, eiuſmodi crepatura ſit {ἠτροκήλη} quod eſt {ſuminiramex} appoſitè nuncupari poteſt. Quæ quidem iam iam præſcripta nomina à ſede affecta, quemadmodum & Exomphalos, ac Bubonocela, impoſita ſunt. Sin autem à contenta in tumore ſubſtantia imponenda forent, rursùs Enterocela, epiplocela, hydrocela, & reliqua id genus præſcripta nomina commodè, atq; opportunè uſurpãda ueniunt: Veluti prætactum quoq; eſt, Quòd ſi affectarum ſedium nomina cum dictione {hernia} apud nos cõpoſuiſſe magis tibi placuerit: Integrũ etiã tibi pro arbitrio ſit. Dicendo. ſ. Abdominherniã, ſubcartilagiherniã, Iliherniã, et ſuminherniã. Quemadmodũ ſi ſpecialiùs, ac diſtinctiùs nominare ſingula optaris, non modò Enterocelen, hoc eſt, inteſtinherniam proferes: At ſi uerbi gratia ieiunum ſit, quod irruperit, {νηστοκήλην}. q.d. Ieiunherniam, uel (quoniam Latinis Hila & Hilla, & Hira idem inteſtinum ſignificant) Hilherniã, ſeu Hillherniam, aut Hirherniam dicere poſſumus. Sin tenue illud inteſtinum prorumpat, quod Græcè Galenus,[q] communiori tenuiorum inteſtinorum nomine {λεπτὸν} hoc eſt {gracile} appellat, Alijq; plures {εἴλεον} ſiue cum ſimplici, ι, {ἴλεον} Latinè uoluulum nominant (Quanq; apud Galenum {εἴλεος} eiuſmodi inteſtini morbũ potiùs oſtendit. Qua de cauſa non à ſede affecta, uerùm à ſymptomate, ob reuolutionem. ſ. ſumptum eſſe nomen alicubi[r] determinat) Tunc {λεπτοκήλη} ſeu {ἰλεοκήλη} q.d. {Gracilhernia} ſeu {Ilehernia} uel fortaſſis {uoluulhernia} nominari poterit. At ſi cæcum fortè fortunà ſolum decideret. Id quod tamen difficillimum in homine fuerit, ni minimum foramen, & in dextra tantùm parte, in illius uidelicet regione factum ſit: Cùm non magnũ, & alterius uentriculi inſtar, (quemadmodum Galeni[s] à canibus & ſuibus decepti placitum fuit) in homine cæcum exiſtat, uerùm reliquis omnibus inteſtinis adeò tùm longitudine, tùm groſſitie, ſeu amplitudine minus, breuiusq; ſit: Vt proceſſus quidam, appendix'ue inteſtini, craſſiori lumbrico tereti, in orbes tamen quadantenùs conuoluto, ſimilis exiſtimandus ueniat. Impoſſibile tamen aliquandò non eſt uel ſolum huiuſmodi appendicem, aut cum pauca uel tenuioris, uel coli inteſtini portione prolabi. Tunc igitur {τυφλοκήλη} q.d. {cæchernia} nõ temerè appellari poteſt. Sin uerò colon inteſtinum prolapſum fuerit (perindè ac ijs, qui ſub umbilico, aut inguine, uel in ipſo etiam ſcroto patiuntur, aduenit) eo caſu {κωλοκήλη}. q.d. colhernia dicetur. Eadem uerò methodo, cùm enteromphalon, hoc eſt, inteſtinumbilicationem generatim dixerimus: quotiès uidelicet inteſtina in umbilicum deſcenderint: Diſtinctioris quidem doctrinæ gratia, ſi uerbi gratia Ieiunum ſit illud inteſtinum {νηστόμφαλον}. q.d. {Ieiunumbilicatio} ſeu, quemadmodum prætactum de huiuſce inteſtini apud Latinos nomine {Hilumbilicatio} uel {Hirumbilicatio} nominabitur. Siq; tenue uocatum inteſtinum ſit, quod prorumpat {λεπτόμφαλον}. q.d. {Gracilumbilicatio} ſeu {ἰλεόμφαλον} q.d. {uoluulũbilicatio nuncupari poteſt. Quòd ſi demũ colon ſit, craſſius uidelicet inteſtinum, quod irruat, {κωλόμφαλον} q.d. {columbilicatio} uocabitur. Cæcum uerò inteſtinum ad umbilicum deſcendere poſſe in homine non apparet: Quẽadmodũ neq; primum, atq; ultimum aliquò prorumpere, tùm ob ſui breuitatem, tùm etiam ob rectitudinem, & aliquam in lumbis colligantiam uerisimile eſt. Quomodo autem & ex harum ſpecierum complicatione, diuerſa rursùs nomina effingi queant ut per ſe manifeſtũ omittimus.

AT Enimuerò his iam expeditis, priùs q; ad reliquorum tumorum enodationẽ deſcenderimus, quod

q 6ª. de Anatomicis adminiſtr. cap. 12. & 5ª. de uſu partiũ. cap. 3. & 6ª. de loc. aff. cap. 2. poſt me^m.

r Vt. 2º. Methodi. cap. 2.

Cõtra Gal^m.

s 4ª. de uſu partium. cap. 18.

quod primitùs à nobis in horum catalogo intendebatur dimissum, et inelucidatum, in pluribus herniæ speciebus, atq; umbilici etiã uitijs remansit, An. s. calidi, an frigidi tumores sint. Itéq; an ad septimam anteà [t] propositam ex Principe distinctionẽ reducibiles fuerint. Quam ob rẽ ab initio rursùs exorsi, exquisitiùs singula percurramus. Eo nihilominùs præassumpto, & in memoriam reuocato, quod circa penè huiusce cõmẽti primordia [u] insinuare uoluimus. Bifariàm uidelicet responderi posse. Primò. s. dicentibus nobis, quoniam & si largiùs capto apostematis nomine (ut ibi secũdo loco assumpsimus [x]) oẽs herniæ species, apostemata etiã nõ solũ apud Arabes, sed apud Græcos quoq; nominari possent: Cũ partes, quæ unitæ priùs erant, abinuicem posteà abscedãt: Hisq; abscedẽtibus aliqua substantia uacuũ in locũ ingrediatur:
10 Nihilominùs tamen de ijs duntaxat apostematibus locutus est Princeps, quæ qdem ex aliquo defluẽte humore, liquidaue, et nõ solida à principio substantia generantur. Quãuis temporis progressu in aliã, et quidẽ solidissimã aliquãdo substantiã humor ille permutetur. Perindè ac in atheromatibus, steatomatibus, atq; in strumis magis, & glandulis, atq; huiusmodi tandem reliquis contingit: In quibus uel, ob succedentem putredinẽ, animalcula, uel tenuioribus partibus discussis, quædam pilos, aut ossa, lapides, testas, ligna, carbones, arenã, et huiusmodi q̃plurimas substantias duras, ac solidas præseferẽtia gignuntur. Huiusmodi ergo herniæ species, quæ, uel intestina, uel omentũ, aut utrũq; cõtinerẽt, de apostematibus magis propriè dictis loquentẽ Principem postergasse absurdũ non est. Quocircà neq; necessariũ est omnẽ tumorẽ, aut apostema simpliciter, generatimq; dictũ, ad aliquod sex generum in septima distinctione
20 prætactorũ reduci: Nisi ea, quæ ex fluida, tenuiue, ac liquida substantia gignuntur, aut spiritu flatuoso. Hæc enim cuncta uel sanguinea sunt, uel cholerica, uel pituitosa, uel melancholica, uel demùm aquosa, seu uentosa. Sicq; determinata proprijs limitibus ea distinctione. uerum inueniri facillimè poterit. Secundò adhùc respondere possumus, ex ijs etiam, quæ ibidem [y] priùs tacta fuerunt. Quoniam scilicet etiam si multæ partes ab initio solidæ, ac naturales (ut intestina, & omentum) in ipso etiam principio: in cauitatem (abscedentibus à se inuicẽ, quæ priùs se cõtingebãt, corporibus, factã) descẽdãt: Nihilominùs tamẽ uniuersalẽ distinctionẽ saluare hoc modo possumus. Quatenùs uidelicet eorũ generatio prima ex aliqua sex prædictarum substantiarum sumpsit originem. Ita. n. Princeps [z] ipse inferiùs, de nodis, & glandulis, eis. s. apostematibus loquens, in quibus aliqua res dura inuenitur, subdit { Non
30 longinquũ, q̃n necessariũ sit ipsam reperire esse de genere melãcholiæ: Verũ nos posuimus
» eã phlegmaticã, quoniã radix illius duri est phlegma: Cui accidit, ut desiccaretur grossum }
Quẽadmodũ ergo si sepũ, aut puls, aut mel, quinimmò si lapis, aut cœnũ, ungues, lapides, tophi, ossicula, lapilli, ligna, carbones, arenæ, cæteræq; id genus dure factæ, nec non permutatæ substãtiæ sint, quæ in tumoribus, apostematibusue cõtinẽtur, phlegmatica uocauit, ac in illorũ albo recẽsuit: Quoniã. s. radix earũ substãtiarũ, hoc est, primus humor, ex quo genitæ fuerũt, phlegma erat: q̃n ob acquisitã siccitatẽ, deindè melãcholica essẽ insinuat, deq; genere esse melãcholiæ affirmat, q̃uis humoris nulla prorsùs forma remãserit: Ita etiã de his proferre haud absimile fuerit: nonnulla scilicet sanguinea dici posse, quoniam generationis prima radix fuit sanguis. Sicq; si alius quispiam humor primus in causa fuit. quotiès uidelicet nullius hu
40 moris forma in tumore contenta remanserit. Id quod, ut exquisitius perpendamus, singillatim in prædictis tumoribus percurramus: à sarcocela exordium sumentes. Itaq; sarcocela

Herniæ spẽs an oẽs tumores calidi, uel frigidi sint.

Respõsio.

t supra. fol. 31. & 76.

u fo. 76 uersus finẽ. et. 77. circa principia.

x fo. 77. post principium.

y fo. 76. uersus finem.

z Trac. sequenti. cap. 4. tex. 2.

Sarcocela.

quanuis ab initio uel sanguinem, uel melancholicum succum, aut ex ijs mistum scilicet sanguinem melancholicum, fortassisq; pituitosum, pro suæ generationis origine, habuerit: Quã ob rem aliquandò sanguineus tumor, interdùm uerò melancholicus, nonnunq; ex ijs, uel cum pituitoso admistus proferri, suæ radicis ratione, queat: Nunc tamen, quo tempore. s. expletus tumor est, ad melancholicũ proculdubiò reducendus uenit. Cùm ob adeptam siccitatẽ, ex scirrhorum genere sit. Quam etiam ob causam inter frigidos tumores collocanda sarcocela est. Hydrocelam autem aquosum esse tumorem, ac per hoc frigidum, adeò cui uis pernotum est, ut declaratione non indigeat. Epiplocelam uerò, & Enterocelam, & ex his compositã Enteroepiplocelã, Vel iuxta primam responsionem, ad septimam (quam intendimus) referre distinctionem minimè cogimur. Quoniam scilicet non ex humoris, liquidæ'ue substantiæ defluxu, sed ex naturalis membri deprauato situ contingunt. Vel, penès secundum respondendi iã iã prætactũ modum, inter sanguinea, ob radicem, collocare debemus. Etenim et omentum, & intestina. (ut liquet) ex sanguine primam suæ generationis originem obtinuerunt. Quanuis enim ex spermate genitam esse omenti membranam, & intestinorum substantiam, cum Galeno,[a] contenderis: Ex ipsius tamẽ monumentis,[b] (cũ ex sanguine ipsum quoq; sperma fiat, atq; ex sanguine, tametsi cõcocto, & exquisitiùs, ad albedinem usq;, elaborato, cuiuslibet solidi, radicalis'ue membri substantia suæ generationis complementum, & incrementum suscipiat) Non temerè, primæ quoq; radicis ratione, inter sanguinea collocari possent. Quoniam uerò impræsentiarum à frigidis causis promptissimè læduntur, & uel aquæ, uel flatuosi spiritus nonnihil coutinuò, sæpéq; plurimum includunt, præsertim quæ intestinalis hernia est. Idcircò aptiùs inter frigidos nunc tumores connumerandi uidentur. quanq; omenti adeps temperamento calidus sit. Idẽ uerò & de exomphali speciebus determinandum est. Cumq; Bubonocela medium quoddã transitus, & ueluti principium enterocelæ, uel epiplocelæ, aut ex ijs mistæ affectionis sit: Itidẽ quoq; de bubonocela, quod de ijs (iuxta Galeni dogmata) proferẽdũ est. Iuxta Galeni inq; dogmata: quoniam apud Celsum[c] (quẽadmodum prædiximus[d]) à uaricibus, & cirsocela, quò ad causam, minimè bubonocela differt. Idcircò & eiusdem esse rationis cum illis dicendum. De quibus quidem uaricibus, & cirsocela prædictum[e] iam uberiùs est, ex qua. s. materia fiant, & cuiusmodi temperamenti magna ex parte sint. Hæc de prænumeratis in catalogo[f] tumoribus, satis superq; forent. Porocelam uerò (ut ea quoq; definierimus, quæ interim obiter exposita sunt) siue ab assiccata pituita, siue ab humore melancholico primam ceperit originem, ad frigidos tamen referendam esse tumores luce clarius est. Eademq; ratione poromphalon. Pneumocelam uerò, siue pneumomphalon flatuosos esse, ac per hoc frigidos tumores, ambigere opinor neminem. Sic & Aematocelam, siue Aematomphalon, sanguineos, calidosq;. Ni uel tenuioribus partibus discussis, crassiores, frigidioresq;, ac melancholicæ remaneant: uel si putrefiat sanguis, longè calidius, & feruentius occlusus ille sanguis euaserit. Trygocelam deniq;, ac (si contigerit) Trygomphalon. q. d. fæcumbilicationem, melancholicos potiùs, indéq; frigidos tumores esse compertũ est. E prædictis autẽ & omniũ aliarũ iã prætactarũ herniarũ, atq; crepaturæ species, quò ad materiam, & temperamentum promptissimè considerantibus patebunt. NOS uerò interim ad quadragesimum nonum tumorem conuertemur, ipsam uidelicet asciten. Quam porrò, cùm hydropiseos, aquæ'ue intercutis species sit, tunc exquisitiùs itellexerimus, quum hydropisim ipsam,

Hydrocela.
Epiplocela.
Enterocela.
Enteroepiplocela.
a Vbiq; ferè habetur præsertim in libr. de sem. de form. fœtus. 4[l]. de usu partiũ. ca. 9. 17. 18. et. 6. de Anat. administr.
b 2[o]. de elem. circa prin[a]. p[o]. de semine. c. 10. circa me[m]. et p[l]. de nat hoĩs. 26. post me[m] Etuide. 8. de dec. Hipp. Plat. c. 4. 5
Exõphali spẽs
Bubonocela.
c lib. 7. c. 18. ĩ fi.
d. supra. fol. 248. in principio.
Varices.
Cirsocela.
e suprà fol. 244 et sequentibus, usq; ad fol. 248.
f suprà fol. 77.
Porocela.
Poromphalon
Pneumocela.
Pneumõph.
Aematocela.
Aematomph.
Trygocela.
Trygõphalõ.
Tumor. 49.
Ascites.

10 20 30 40

ſam, nec non eius ſpecies prælibarimus. ὕδρωψ ergo, ſeu ὑδρώπισις apud quoſdam, ſeu ὕδερος Græcè, Latinè autem Aqua inter cutem, uel aqua intercus, uel ſimpliciter intercus, abſq; dictione {aqua} ab accidenti (quemadmodum Cælius Aurelianus, [g] Plinioq; aſcriptus liber [h] dixerunt) nomen ſumpſit. Siquidem aquoſus tumor hanc paſſionem comitatur. Nam Græci τὸ ὕδωρ aquam uocauerunt. Qua etiam ratione hyderos, et hydrops uteri, [i] et teſtiū [k] atq; etiam pulmonis, [l] aceruata in utero, uel teſtibus, aut pulmone aqua, ab Hyppocrate nominatur. Generatur autem ex accidentibus plurimis, atq; diuerſis cauſis. Quam ob rem Græci (ueluti poſt pauca Cælius idem ait [m]) uel aliarum ſectarum Principes eius poteſtatem uel differentiam nominibus uariandam crediderūt. Vocant.n. hanc paſſionem etiam ὕδερον, uel παρέκχυσιν, origini locorum ſpecialia nomina tribuentes. Nam parecchyſin appellant ſenſibilem, & manifeſtam liquoris ſuperfuſionem. Quæ fiet inter peritonæi membranam, & inteſtina: Hyderon autem diſperſum, ſiue infuſum per uiarum raritatē, atq; carnis ſpiramenta liquorem.} E qua quidem imponendorum huiuſmodi nominum ratione, atq; eorum ueterum ſententia, ſequitur hypoſarca. {ὕδερον} Aſciten uerò utricularem'ue, ac ipſam quoq; tympaniten {παρέκχυσιν} appellari poſſe. Atq; idipſum fortaſſis ueteres illi intellexiſſe uoluerunt. {Alij autem dicunt hyderon ex renibus generari: hydropem uerò ex duritate iecoris.} At hi fortaſsè aſciten, & tympaniten {ὕδερον} Hypoſarca uerò {ὕδρωπα} nuncupaſſent. {Quod quidem nos (Idem ſubdit) iuxta ſectæ regulam reprobamus. Etenim infuſio, ſiue ſuperfuſio liquoris eſt paſſioni communis, & neq; antecedentes cauſæ paſſionis facere diſcretionem rectè creduntur. Siquidem etiam ex plurimis alijs patientibus partibus hydropes generantur. Quanquàm (ut poſt multa ſubdit) diſſenſerunt prætereà ueteres etiam de patientibus partibus, quæ ſcilicet principaliter afficiantur. Eraſiſtratus nanq; iecur inquit pati. In apertionibus enim ſaxeum ſemper inueniri confirmat. Alij uero colum, ſed conſentire iecur. Alij ſplenem, ac iecur, & colum. Alij peritonæum. Alij renes quoq; et matricem principaliter pati dixerunt.} Hyppocrates autem duplicem differentiam poſuit: [n] eā ſcilicet, quæ ex inani parte, ac lumbis, & eam, quæ ex hepate ſuæ generationis originē ſuſcipit. Secundam fortaſsè, λευκὸν φλέγμα [o], Latinè, albam pituitam: Primam uerò, hydropem ſiccam, Græcè ὕδρωπα ξηρόν [p], nuncupare illi placuit. quā poſteriores medici tympaniam appellarunt {Differunt enim hydropes, qui à iocinore oriuntur (Galenus [q] ait) ab ijs, qui ex inani parte, eò quòd preſſi cauentur, pituitoſam habentes naturam, nec inſuper ſpiritu flatuoſo, quemadmodum illi (qui. ſ. ex inani parte) conſiſtentes.} Quanuis autem à diuerſis partibus exordiri poſſe Galenus inficias nō eat: Medio tamē iecore gigni omnē hydropis ſpeciem determinat. Sic.n. de iocinoris duricie, ſcirrho'ue loquens, ait [r] {At uerò proceſſu temporis, quanuis magis increſcat ſcirrhoſus tumor, difficiliùs tamen fuerit per tactum, ipſum cognoſcere, intercipiente ſcilicet iuditium aqua intercute: quæ illicò ſcirrhum ſequi conſueuit. Quippè niſi hepar afficiatur, haudquaquàm fieri poteſt huiuſmodi affectus. Non tamen ſemper ob primariam eius affectionem excitatur, q̄uis hoc ſit q̄ frequentiſſimum, Etenim qa ipſum eius facultatis, quæ ſanguinem gignit inſtrumētum eſt: conſequens eſt, ut uitiato hoc uiſcere, actio quoq; eius uitietur. Itaq; omnis hydropis (alibi [s] quoq; Galenus ait) communis quædā cauſa eſt, fruſtrata ſanguificatio. Etenim quemadmodum in uentriculo concoquūtur eſculenta, pari rōne in iecore, et uenis præcōcoctū in uētriculo alimentū. Quin etiā ut in uen-

Hydrops.
Hyderos.
g lib. 3°. chroniō cap. 8. in principio
h lib. 3. de re medica, cap. 12.
i lib. p°. de mulierū affect. uerſus mediū. & 2°. eiuſdē poſt med. & lib. 4°. de morbis circa finē & alibi ſæpè.
k ut libro de aere, aquis & locis poſt prinª. et alibi
l ut li. 2°. de morbis ſec. 41.
m Ibidem cap. ſ. 8°. lib. 3'.
n 2°. Prognoſt. tex. p. 2. 3.
o 7'. Aphor. 29.
p 4'. Aphor. 11.
q lib. 2. Progn com 3. in fine.
r 5'. de locis aff. cap. 6. poſt meᵐ.
s 2'. Prognoſt. cō. p°. uerſus finē

triculo interdùm minùs benè fit concoctio, interdùm benè, ita in iecore. Nonnunquam enim iecur " primò afficitur, ac per se, quemadmodum etiam uentriculus interdùm per consensum aliarum " partium. Itaq; partes omnes, quae dùm afficiuntur, consentiũt, uel quòd uicinae sint, quòd inter se per uasa, & neruos multùm communicent, affici constat. In hunc modum iecur per magnas uenas copulatur & lieni, & uentriculo, & intestinis. Atq; etiam situs eorum ita uicinus est: ut quaedam contingant ipsum, quaedam propemodùm tangant. Lienis igitur nequaquam mentionem fecit in prognosticis Hippocrates: siquidem de morbis acutis agebat. Etenim hoc uiscus, cùm per longos morbos in scirrhum induruerit, ad consensum trahit iecur, totiq; corpori, per illud medium, aquam intercutem apparat. Accidit autem (ut in priori etiam sermone subiunxit [t]) quùm aliàs aliam partem frigidam intemperiem afficit, ut hepar quoq; refrigeretur. Igitur si uel lienis causa, uel uentriculi, uel intestinorum uniuersorum, maximè ieiuni mesentericae uenae habituali intemperie afficiantur, facilè etiã unà refrigerare possunt oẽs simarum iecoris partiũ uenas. Quò fit ut ad hepatis quoq; corpus intemperies ipsa perueniat. Si uerò uel pulmonis, uel septi transuersi, uel renũ occasione id accidit: In primis uenae, quae in uisceris huius partibus gibbis consistunt: per consensum afficiuntur: deindè tractu temporis hepar quoq; eadem dispositione infestatur.} Sic ergo et Quintum Serenum [u] intelligere oportet, quòd scilicet uel primario iecoris uitio, uel splenis culpa, iecori tamen compatientis, contingat: qùm sic ait { Corrupti iecoris uitio, uel splenis aceruo: Crescit hydrops, aut quùm siccatae febre medullae: Atq; auidae fauces gelidum traxere liquorem: Tum lympha intercus uitio gliscente tumescit: Secernens miseram proprio de uiscere pellem.} Hacq; ratione interdùm è splene obortam esse aquam intercutem, uel à Galeno [x] praescriptũ est: ipsoq; ab Hippocrate [y] praedoctum: quin & ex furore nonnunq; [z] genitam esse legitur. E praedictis uerò, Caelij Aureliani sententiam non satis rectam esse liquet: quùm. s. ait [a] { Eius differentiam Hippocrates, & Diocles duplicem dixerunt. Aliam enim hyposarcan uocauerunt: Aliam asciten.} Etenim si germanas Hippocratis sententias contemplemur: Vel duas ex prognosticis colligemus. ubi tympanitẽ potiùs, quàm asciten intellexisse uidetur: Quanq; Introductorij libri Author [b] sub tympanite asciten intelligendam uel ab Hippocrate censet: cùm eiusdem esse speciei determinet. Vel tertiam quoq; alijs ex locis elicere possumus. Nullibi tamen uel hyposarcan, nisi album phlegma, uel asciten ab Hippocrate prolatũ inuenimus. De Diocle autem (ut cuius opera prae manibus non extant.) nil dicere audemus. Sin spurium, Hippocratiq; attributum opus considerabimus. Adhùc duas, omisso tamen ascite, species inueniemus. Quarum alteram, hyposarcidion uocat: alteram uerò ex flatibus constare dicens, tympanitem insinuat. quanquàm huiusmodi nomine minimè designat. Ascitem interim sub silentio praeteriens. At haec minimi quidem momenti sunt. Heraclides uerò Tarentinus (Caelio quoq; Aureliano [c] referente) secundo libro internarum passionum, totius corporis inflationem, siue humoris infusi perforationem catasarcam uocat. Inter peritonaeum uerò, & intestina, ascitem, uel tympanitẽ appellauit. Item Demetrius Herophili sectator undecimo libro, de passionibus scribens, alium dixit hydropem constitui sine ulla humoris infusione, sed sola inflatione turgente (ut est tympanites) alium ex humore diffuso. Et eum (qui scilicet ex humore fit diffuso) nunc per totum corpus (ut est hyposarca) nunc inter peritonaeum & intestina (cuiusmodi quidẽ altera species est quae ascites nũcupatur.) Cuius differentiam nunc

Margin notes:

t .f. 5'. de locis affect. c. 6. post med. et uide. 6'. eiusdẽ. c. p°.

u cap. 27.

x ut 6'. de locis aff. cap. p°.
y ut 6'. aphoris. 43.
z ut 7'. aph. 5°.

Contra Caeliũ Aurelianũ

a lib. 3. chronion c. 8. post prim.
b c. de humoribus post mediũ.

c Ibidẽ statim.

Heraclides Tarentinus.

Demetrius.

» nunc plurimo uento tradidit. (intelligo quoniam prior plurimo uento turget : hæc autem po» strema, pauco) Et est uanum, atq; intellectu carens sine ullo humore superfluo laborantē, hydropem uocare. (Miscetur enim & uento aqua, in tympanite : quēadmodum aquæ uentus, » in ascite) Item plurimi tres differentias tradiderunt. Aliam enim catasarcan, aliam asciten, » aliam tympaniten uocauerunt (& iam si exquisitè perpenderimus, in idem ueniunt, quod » fortasse Demetrius intendebat.) Asclepiades autem alium celerem dixit : ut eum qui re» pentè constituitur : Alium tardum, ut eum, qui tarda passione uexet. Et alium cum febri» bus, alium sine febribus, Hoc quidem communiter etiam alijs specialibus passionibus ascri» bens, non aduertit quoniam proprio nomine celer dicitur passio, non sola quæ repentè consi» citur : uerùm etiam ea, quæ celeriter solui posse monstratur. Hydrops autem fit quisquā re» pentè ex coaceruata bibendi transuoratione, uel salsi liquoris potu. Celerem autem passionis » solutionem nullus ægrotantium meruit. Item Proculus Themisonis sectator secundum pluri» mos, inquit hydropis differentias temporibus passionis ascribēdas. Initium enim atq; augmen» tum esse leucophlegmatian. Cùm adhùc secundum carnem fieri mutationem uiderimus. Sta» tum uerò tympaniten, quū summa tensio secundum uentrem fuerit facta. Declinationem au» tem asciten. Cùm quadam indulgentia fuerit inflatio relaxata. Non secutus ueri regulam, » neq; aduertens quia omnis species passionis sua quæq; tempora percurrit. Deniq; etiam cata» sarca usq; ad statum, uel declinationem perseuerat. At tympanites, & ascites ex initio facti » in augmentum uenerint, & statu sumpto declinauerint. Item Apollonius Memphites alium dixit fieri hydropem cum retentione, ut si quid biberit, sine dilatione, tanq; per fistulam » transiens egeratur. Eius autem, quem cum retentione fieri dixit, secundum plurimos, tres » esse differentias affirmat. Sed meliùs Demetrius Apameus ab hydrope discreuit eum, qui » sine dilatione potum liquorem per urinam egerit διαβήτην appellans (Quam ob rem Galenus[d] ex quorundam opinione, ὕδρωπα, seu ὕδερον εἰς ἀμίδα, quod est hydropem, siue intercutem ad matellam, nominat) Meliùs igitur (subdit ex propria opinione Cælius[e]) » quantùm ad species hydropis, q̄q; non generaliter mutemus curationem, alium dicere in toto » corpore constitutum, tanq; in papyro, uel spongia inter uiarum raritatem insertum, à liquo» re uocari leucophlegmatian : Quam Latino nomine etiam intercutem rectè dicemus : alium » in parte corporis, inter peritonæum & intestina, subiecto liquore solo, uel admisto uento plurimo, Vocari alterum, asciten (eum scilicet, qui ex liquore solo constituitur) alterum tympaniten (eum scilicet, qui admisto uento plurimo fit) E quibus quidē ultimò relatis Cælij uerbis patet, secundum eius sententiam, duntaxat leucophlegmatian, uel intercutem, uel aquam intercutem, propriè nominandam. Præsertim cùm posteà de eadē subdat { Aliquibus etiam al» borum, atq; crassorum uomitus, uel per uentrem egestio. Vnde etiam nomen passio sumpsis» se à Græca deriuatione uidetur. Leucon enim albidum, phlegma humorem crassum uoca» uerūt. Vel quòd ægrotantis color albidioris imaginem ferat. Alij uerò, tanquàm ex super» fluo humore generata passione, penetrans humor singula quæq; spiramenta possede» rit. Nos uerò intercutem nominamus. } Sed nec rationi quidem absonum est intercutis nomenclaturam, leucophlegmatiæ ueriùs, atq; appositè magis congruere. Quoniā aliæ hydropis spēs inter peritonæū, et omentū, intestináq;, siue aquam, siue flatuosum spiritum, aut insimul utrunq; continent. Hæc uerò per uniuersum corpus dispersam pituitam, & quemadmodum

Asclepiades.

Impugnatio.

Celer passio quæ?

Proculus.

4^or Hydropis tēpora.

NB

Impugnatio

Apollonius Mēphites.

Demetrius Apameus

d 6. de locis aff. ca. 3. circa med. et lib. de sympt. differentijs ca. 7. ante med. & p°. de crisi cap. 12. post principia.

Cælij Aureliani sentētia.

e Vbi supra 3°. chronion. 8°.

Leucophlegmatia unde dicitur.

Nota.

Intercus propriè dicta q̄?

dum prædictum iam est, tanq; in papyro, uel spongia, inter uiarum raritatem, quasi dicat, inter porulos insertam obtinuit. Qua de causa eiusmodi humoris plurimum sub cute retinetur. unde & illius albedinem resultare prætactum est. Qua quidem sub cuti retenta pituita, sæpenumerò per sensui occultum halitum, aut per sudorem fortassis discussa, & eiusdem cutis albedinem, & uniuersi corporis tumorem euestigiò comminui liquet. At huius quidē leucophlegmatiæ generationem, atq; aliorū nominum rationem deinceps, cùm specialiùs de ipsa loquemur, uberiùs, ac distinctiùs ostendemus. Plurimas deniq; differentias addit Aurelianus, generationisq; causas, & signa tùm cunctis speciebus communia, tùm singulis propria, Quæ loco deinceps proprio, unà cum curatione declarabimus, Duplicem ergo Hippocrates Cæly sententia, posuit. Sed non eo tamen modo, quo Cælius credidit. Quemadmodum prætactum iam est. Rectiùs autem Plinio ascriptus liber ad bimembrem diuisionem redegit: sic dicens[e] « Quot uel quæ sunt species hydropidis? Duæ, totius corporis, & uentris. Prima » leucophlegmatia, uel hyposarca appellatur. Secunda rursus in duas diuiditur species. Est au- » tem humoris & spiritus commista materies (deprauatè enim legitur, humoris uel speciei:) » Sed humore superante, Ascites: spiritu, Tympanites uocatur. » Celsus[f] distinctè quidem » tres hydropis species, ex ueterum Græcorum sententia, protulit. Quam ob rem non Galenus modò, sed reliqui etiam posteriores omnes Græci: ut Definitionum Medicarum,[g] atq; Introductorij authores,[u] Alexander,[h] Paulus,[i] Aetiusq;,[k] tres expresserūt. Idemq; Arabes Græcorum transcriptores confirmarunt. ut Razes,[l] Auicenna,[m] Serapion,[n] Hali Abbas,[o] Albucasis,[p] Constantinus Africanus,[q] atq; ipse etiam Abenzoar,[r] Cuius quidem interpres Arabica etiam nomina docere nos uoluit: sic scribens « Hydropisis cum suis tri- » bus speciebus. Vna quarum dicitur carnosa, in Arabico, Halahami, Secunda uerò, dici- » tur asclites (sic enim corruptè Barbari dicunt, ascites) uel utrosa, quæ Arabicè dicitur, cebli, » Tertia autem nominatur tympanites, & Arabicè uocatur, zachi, » Vniuersa igitur & Græ- » corum, & Barbarorum, pluriumq; Latinorum schola tres hydropiseos species depinxit. Ab Hippocrate autem (ueluti prætactum est) tres huiusmodi species prædictis usitatis nominibus uocatas legisse non recolimus. Quòd si nonnunq; occurret, deinceps loco magis proprio adiungemus. Ex eius tamen monumentis, cùm phlegma album, φλέγμα λευκὸν aliquandò[s] legerimus: Tūc uel leucophlegmatiā à posterioribus uaca, uel interdùm ipsam cachexiam, hoc est, uitiosum habitum, qui ad leucophlegmatiam perducit, intellexisse oportet. Quam speciem quarti uoluminis de ratione uictus acutorū Author[t] ὑποσαρκίδιον, uel (ut alij, Galeno teste, scribunt) ἐπισαρκίδιον appellat. Neq; tamen ἀνὰ σάρκα, neq; κατὰ σάρκα alicubì scriptum inueni (Galenus ait[u]) quanq; recentiores ita nominent. Quùm uerò Hippocrates hydropem siccam profert:[x] eam speciem intelligemus (uel Galeni[y] testimonio) quam posteriores tympanitem nominarunt. Sæpenumerò autem simpliciter, absoluteq; hydropem, aut hyderon Hippocrates[z] protulit: aquosam (ut uidetur) speciem intelligens, quam posteriores deinde asciten appellarunt. Quod autem nonnulli ex fine quarti libri de morbis colligunt: Tres uidelicet iam prædictas species ab Hippocrate, uno, & eodem insimul loco, expressas: Ridiculum profectò est. Cùm non eo modo tres ibi species enumeret, At penes partem, quæ primitùs affecta est, & unde nam affectus primā suæ generationis originē sumpserit, tres hydropis species narrare sibi placuerit. Quarum prima quidē à splene: Secunda ue-

rò

e lib. 3°. de re medica. c. 12. ī prin°.
Plinio ascripti libri locus
f lib. 3. cap 21.
g post mem. lib.
h 9'. p°. 2. 3.
i 3'. 48. 6'. 50.
u c. 13. post mem.
k lib. 10 ca. 19. usq; ad finē lib.
l 7. Cont. cap. 2. litera. V & 9 ad Manso. 69. et lib. Diuis. cap 65.
m 14a. fen 3'. tr. 4. c. 3. usq; ad fin.
n 4°. Breu. c. 7.
o 9'. theo. 31. 7'. prac. c. 36. cū seq.
p lib. 2. cap. 54.
q lib 5 cap. 5.
r li. p°. tr. 13. c. p°.
s ut. 7'. Aphoris. 29. 70. li. de mor. q extra ante med. et lib. de iudicat. prope finē. lib. de morb. q intus. ante mem & sæpè.
t tex. 111 ī prin°.
u In cō. eiusdem
x Vt. 4'. Aphorismorum. 11°.
y Ibidē ī cōmēto. Cōtra Musam
z ut 6'. Aphoris. 14. lib. de iudica. prope finē, et lib. de morbis q intus ante mediū. p°. lib

rò à uentriculo: Tertia autem ab utero exorsa sit. Tresq; iam dictæ ad asciten potius, q; ad aliquam ex reliquis duabus speciebus reducendæ ueniunt. Sed de hoc alias, & quidem uberius loquemur. Morbus proculdubiò frigidus est, & humidus (Galeno [a] etiam comprobante) ut id, quod præ cæteris in textu querebatur, exequamur. Quam ob rem inter longos morbos numeratur.[b] & ulcera siccitatem ad sanitatis perfectionem exigentia difficulter (uel ipsomet Hippocrate [c] docente) sanantur. Cuius morbi humiditas usq; adeò nonnunq; augetur, intenditurq;, ut iam asperas occupans arterias tussim producat, mortis quidem periculũ pronuntiantem.[d] Quòd si admodum siticulosi huiusmodi morbo affecti sint: Haudquaq; tamen ob id frigidum esse atq; humidum affectum prohibetur. Etenim ob salsæ nitrosæ'ue pituitæ aliquantulam admistionem, præsertimq; in uentriculo id succedit. Gignitur autem huiusmodi pituita, ob plurimas ciborum corruptiones, ac naturalis pituitæ putredinem. Additurq; his mesentericarũ uenarũ obstructio: cuius occasione aliquantulus calor, uentriculo deindè cõmunicatus, accenditur. Vnde & sitis incrementum suscipit. Sed ne obstare quidẽ potest: quoniam frigidum & humidum esse morbum determinauimus: Hippocrates [e] autem eius unam speciem (quam s. posteriores tympanian, & tympaniten uocarunt) hydropem siccam nuncupauit. Nanq; aliorũ respectu sicca est, Ab aquea nihilominùs, serosaq; humiditate nequaq; absoluitur. Cùm & hìc aqua flatui, quemadmodum & in ascite, flatus aquæ, misceatur: Ab eo tamen, quod in mistione præcellit, nomen suscipiat. In sicca igitur hydrope copiosior spiritus, minor humiditas est. Contrà uerò in ascite aquæ longè plus, q; spiritus in unum intùs coaceruatur. Quòd si radicale uocatum humidum contemplemur, non hæc tantũ species, at ipsa etiam ascites, & hyposarca siccæ sunt. Videmus enim ipsos etiã hyposarca uexatos uniuersum per corpus tumefactos. Veruntamen discussis ijs, quæ sub cute, et per carnem dispersæ humiditates sunt, siccum, & tabidum euestigiò corpus apparet. Id quod non semel, & immensa quidem animi tristitia, in charissimo nepote, præter alios ferè innumeros, experti sumus. Verùm enimuerò de his hoc loco ueluti per transennam dictũ sit. Vbi generatim de hydrope nonnihil prætangendum duximus. AD species ergo permigremus, ab ascite, iuxta Geleni ordinem, & quidem non temerè, sed tanq; reliquis duabus speciebus difficiliori, exordientes. Ἀσκίτης igitur (quam nos Latinè utricularem dicere possemus) sic dicta est ἀπὸ τῶ ἀσκοῦ, idest, ab utre: quòd ἀσκοῦ, hoc est, utris aqua non omninò pleni, modo, inanis locus, qui peritonæum: intestinaq; interstat, aquoso humore (hydrocelæ instar, uti Galenus [f] ait) impletus uideatur: utris quoq;, siue aquam, siue quemuis alium liquorem cõtinentis, ritu, ad quancunq; partem moueatur, fluctuat, murmuratq;. Appositè igitur Cælius Aurelianus ait [g] {Asciten deniq; sequitur uentris inflatio, uel extantia, & pro corporis motu, liquoris collisi sonitus, uel ad concussum palmæ resonus, tanq; semipleni utris, ex quo nomẽ sumpsit.} Itaq; tumor aquosus est, quoniam aqueo seroso'ue humore dominante oppletus est. q; q; à uento non absoluitur. Nec ad œdema (prout nonnulli uolunt) reducitur. Cùm satis superq; differant. Ad quod porrò propriè dictum œdema reducenda potius hyposarca est: De qua nihilominùs post hanc et tympaniten sermo fiet. Princeps [h] uerò non temerè ad phlegmaticos tumores, phlegmatica'ue apostemata asciten reduxisse uidetur, tametsi generis nomine ipsam insinuat. Non temerè inq;, quoniam omnis humor frigidus et humidus ad phlegmatis genus reddùcendus uenit. Perinde ac uberiùs commento sequenti, ex Galeno [i] etiam demonstrabimus

Margin notes: de morb. muliebr. cira me[m]. lib. de affect. ante med. & sæpè. — Hydropis tẽperamentũ. — Obiectionis solutio. — [a] p'. de tẽpera. 3. uersus finem. [b] p'. Aph. cõ. 12. [c] 6'. Aphoris. 8. [d] 6'. Aphor. 35. [e] 4'. Aphor. 11. — Obiectionis solutio. — Tumor 49. Ascites. [f] 14. meth. c. 13. — [g] lib. 3. chronion. cap. 3 ante mediũ. — Cõtra Tagaultium. — [h] tr. sequenti ca. primo tex. 2. [i] 3'. de locis aff. 5. uersus finẽ lib. de morb. caus. ca. 6. et 2. de pot. nat. ultimo et sæpè.

Manuscript annotations: de humid & salsedine (?) — Historia siccũ esse morbũ Hydropem.

mus. Vocatur autem hic (scilicet ascites) hydropismus ut Diocles, Cælio [k] teste, etiam hepatias, aut splenites, à patientibus partibus nomẽ ducẽs, hoc est, iecore, uel liene. Verùm { speciale nomen non est huic duntaxat speciei familiare. Aliæ nanq; duæ species generatim hydropismi, sicuti & hydropes nuncupari possunt. Vt benè perpendenti ea, in quibus hoc nomine Cælius utitur, liquere promptum est. Post pauca enim subdit. { Est autem passio communiter stricturæ omnis hydropismus. } & in præcedentibus, tùm in præfatione primi libri,[l] tùm quando de iecorosis, lienosisq; loquebatur [m] { & hydropismi suffusio etc. } et rursùs de cachexia [n] { Est autem ipsa quoq; passio sæpissimè hydropismi antecedens causa. etc. } At hæc de nomine quæstio q̃ minimi momenti est. Hæc igitur species, quem ascitem nominamus, reliquis duabus peior, & difficilioris curationis (quemadmodum prædiximus) est. A maiori enim frigiditate aquosus hydrops generari (uel Galeno teste [o]) uidetur, à minori autem tympanias, Itaq; omnium (ut proprio deinde loco uberrimè unà cum Apponensi [p] demonstrabimus) periculosissimus ascites est. Quicquid nonnulli scripserint, qui hyposarca difficilioris esse curationis, periculosioremq; ex Authore quarti libri de ratione uictus acutorum colligentes, pronũtiarunt. SECVNDA uerò species hydropis Tympanites, siue tympanias est. Tumor s. ordine quinquagesimus, inter peritonæum, & omentum, intestinaq; flatuosi spiritus copiam retinens. Ab Hippocrate [q] hydrops sicca nominabatur. à medicis autem Hippocrate posterioribus (Galeno [q] referente) tympanias nuncupata est. Quoniam. s. epigastrion abdomen'ue percussum talem sonum ædit, qualem tympana. Nã & in illis (s. tympanis) per cutẽ extentam aer percutitur: quemadmodum & ille, qui in profundo locatur, in tali morbi genere. A minori autem frigiditate, q̃ ascites fit. Neq; enim humida substantia in flatuosum aerem, sine calore aliquo, potest trãsmutari. } Quoniam uerò tùm aqua, tùm uentus ad nutritionẽ inepta sunt, respuentibus quidem, pellentibusq; retrorsùm potiùs, q̃ ad sese trahentibus uenis, ac membris: Ad prædictam uentris cauitatem inter peritonæum, & omentũ, atq; intestina, tam ascitis aquosa humiditas, q̃ tympanitis uentus quasi ad cloacam quandam uilemq; locum reiecta coaceruantur. SECV'S uerò in leucophlegmatia contingit. Quæ à multis Medicis { ἀνὰ σάρκα } q.d. { per carnem } appellatur (ut unà primum et quinquagesimum tumorem absoluerimus.) Dicitur enim ana sarca, absq; ulla declinatione, non ut barbaram insequentes doctrinam proferunt, & in Cælio Aureliano legitur, ob scriptorum fortassè uitium, anasarcam, & anasarcæ, cùm duæ sint dictiones Græcæ: uidelicet { ana } præpositio significans { per } & { sarca } accusatiuum Græcum significans carnem. Idem ergo præsefert nobis { anasarca } quod { per carnem } Quoniam scilicet dispersa, ueluti per spongiam, aut lanam per ipsam carnem pituita est. Qua etiam ratione { κατὰ σάρκα } quasi dicat { secundũ carnẽ, } seu { per carnem } dicta est. Neq; tamen anasarca, & catasarca alicubi scriptum (ab Hippocrate. s.) reperi (ait Galenus.) [r] q̃ q̃ recentiores ita nominent. } Nec alia quidem causa nonnunq̃ ὑπὸ σάρκα, & ὑποσαρκίδιος, aut (quemadmodum nonnulli scribebant) ἐπισαρκίδιος, nuncupata huiusmodi species est. q.d. sub carne. Etenim quia non serosa, aquea'ue humiditas, aut flatuosus spiritus, materiæ quidem ad nutritionem ineptissimæ, sed pituitosus (Galeno [s] teste) humor in hoc hydropis genere inuenitur. Huiusmodi autem succus non adeò naturæ alienus, atq; aduena est. Cùm non aliud, q̃ diminutè concoctus sanguis sit: qui exquisitiùs sæpenumerò elaboratus, in sanguinẽ conuerti consueuit. Hanc

ob

---

k Vbi supra.
Hydropismus
Hepatias.
Splenites

l Versus finem.
m lib. 3° cap. 4. circa principia.
n Ibidẽ cap. 6. post principia.

o 4¹ Apho. cõ. 11
p Cõciliatoris differentia. 102.
Cõtra Musã.
Tumor. 50.
Tympanites.
q 4¹. Aphor. 11.

Not^m.

Tumor. 51.
Ana sarca

Catasarca.
r 4° de rõne uictus acu. cõ. 111.
Hyposarca.
Hyposarcidios. Nota.
Episarcidios.
s de tu. præt. na. 20. 3¹. de sympt. cau. 2°. ante med. 2¹. de elemẽtis ca. p°. uersus finem.

ob causam non eo modo, quo præscriptæ humiditates, tùm à uenis, tùm ab ipsis etiam membris respuitur. Quin ob melioris, exactiusq; cocti humoris penuriam, à uenis non recipitur modò, sed quadantenùs attrahitur. Sperantibus interim illis talem pituitam exquisitiùs perficiendo, in sanguinem conuertere, ob uim quoq; sanguificam à iocinore sibi communicatam. Verùm in huiusmodi sperato opere frustrantur, tùm ob eiusmodi pituitæ copiam, tùm quia nec exactè pituita est naturalis, cùm imbecille iecur sit: quã ob rem & naturali adhùc pituita crudior est, adeò ut nec facilè concoqui, ac perfici queat. tùm tertiò quod magis obstat est, quoniam etiam si cocta magis, q̃; naturalis pituita foret, ut uix effatu digna elaboratione indigeret: quonam pacto uenæ, quæ sanguificandi uim à iocinore, nec à propria essentia obtinuerunt, hanc facultatem retinere queunt? Corrupto iam principio ut sanguinem gignere non ualeat? Frustrantur igitur ab huiusmodi sanguinis generatione, post hepatis intemperiẽ, tam uenæ, q̃; deinceps ipsa membra solida. Cumq; ad eorum nutritionem ineptus humor euaserit, uix trahitur, deficiente alteratione, cuius ratione ad se, magnetis ferrũ trahentis (Galeno docente [t]) instar, sanguinem, ac magis rorem attrahunt. Qua de re in uapores conuersa pituita, quemadmodum in altera œdematis specie, per carnem, & sub carne potiùs dispergitur, q̃; in eius substantiam attracta conuertatur. Pituitoso.n. excremẽto per uniuersum corpus disperso, hydrops (Galeno authore [u]) leucophlegmatias dictus succedit: in una uerò parte œdema. Interim uerò eius substantia, ob nutrimenti penuriam, liquefit, ita et pinguedinis. q̃; tumidæ conspiciantur. Radicalia autem, spermaticá ue (ut uocant) membra omnia proculdubiò, non secùs, atq; in hecticis, ac phthysicis, contabescunt. Dicitur autem nomine à causa (uti Galenus [x] ait) de sumpto, λευκοφλεγματία siue λευκοφλεγματίας, & λευκὸν φλέγμα, Latinè alba pituita, siue album phlegma. Quoniam albo phlegmate plenum uniuersum corpus, præsertimq; caro, & cutis, albidiorem, & omni rubore destitutum colorem præseferũt. In tota.n. corporis mole (uti perbellè Paulus [m] ait) frigidior, pituitosiorq; sanguis continentur: qualis partim à iecore descendit, partim ex tota carne corporis, ueluti in aquam resoluta, emanat. Adeò ut corpus albido, & pituitæ colore, emortui instar, appareat.

Cur uerò hanc ultimam hydropis speciem duntaxat, intercutem, Cælius Aurelianus nuncuparit, dictum iam anteà est. Hippocrates (quemadmodum prætactum quoq; est) λευκὸν φλέγμα, tam in Aphorismis, [y] q̃; alibi non semel cachexiam, deprauatum ue habitum intellexisse uidetur. Quam ob rem in libello, περὶ παθῶν, hoc est, de affectionibus (siue Polybi siue Hippocratis fuerit, ueluti dubitauit Galenus [z]) ita scriptum de alba pituita est Morbus hic fit à pituita: Cùm quis ex febribus diuturnis pituitosus existens, impurgatus remanserit, et pituita ad carnes ipsius conuersa fuerit. Quæ nihilominùs pituita cãdidior, q̃; alia non est. uerùm corporis color albidior apparet. Sanguis enim, ob pituitæ copiam, aquosior fit. Et non inest similiter in ipso bonus color. Quapropter languentes albidiores apparent. Vocatur hac de causa morbus hic, pituita alba, Siquidem igitur curatus fuerit inchoante morbo, sanus fiet. Sin minùs, in hydropem transit morbus, & hominem corrumpit. Hæc intantùm hoc loco ueluti per transennam de tribus hydropis speciebus dictum sit. Vberiùs.n. proprio deinceps capite de ipsis loquemur. Nunc autem satis superq; fuerit sciuisse, quoniã frigidi tumores sunt, atq; ascites aquosus, tympanites uentosus, Anasarca demùm pituitosus tumor existit. QVIBVS expeditis ad quinquagesimum secundum tumorem pertranseamus

[t] p[1] de pot. naturalibus cap. 14. et. 3[1]. 14. & 15.

[u] 3[o]. de symp. cau. c. 2. ãte med.

[x] 2[o]. de method. cap. 2.

Leucophlegmatia

Alba pituita.

[m] lib. 3. c. 48. post prin[a].

[y] ut 7[1] aphoris. 29. & 70.

[z] 6[1] apho. cõ. p[o] uersus finẽ.

Tumor. 52. Epulis.

mus: ἐπυλίδα Græci uocant. Nos uerò ad Græcum nomen alludere ſi uolumus, ſupergin=
giuium, nuper efficto uocabulo, nominare poſſumus. Qui autem antiquos imitari Latinos co
nantur, carnis gingiuæ incrementum appellabunt. Dicitur enim ab { ἐπὶ } Græca præpoſi=
tione, quæ ſignificat { ſuper } & { οὖλον } quod eſt, gingiua, ſic porrò dicta à mollitie, &

a lib.3.cap.26.

teneritate, οὖλον γὰρ ἁπαλον, hoc eſt, gingiua enim tenera eſt. Eſt autem Epulis (Paulo[a],

b lib.8.cap.25.

atq; Aetio[b] definientibus) carnis excreſcentia, ex inflammatione, in intimo molari dente: cui
febris interdũ, ac dolor adiungitur. Additq; Aetius uehementem aliquãdo dolorem ineſſe, ut

c 9.theoricæ. c. 17.uerſus finẽ.

neq; os ægro aperire liceat. Hali Abbas[c] etiam præſcriptam definitionem tranſcribens (q̃q;

d lib.6.cap.13.

corruptè apud eum { abulis } pro { epulis } legitur) id addidit. quoniam ſ. arbitratur patiens
homo in molari aliquid eſſe ciborum, quod illi adhæſerit. Celſus[d] tam hũc, q̃; ſequẽtem tumo 10
rem. ſ. parulida ſub nomine, παροδόντιδος. q. d. iuxta dentem, intellexiſſe apparet. Quanq̃; in

Parodontis.

quibuſdam Celſi codicibus { παρόπις } pro { παροδόντις } corruptè legitur. aut fortaſsè
{ παρόπις } ſcriptũ eſt, ſiue { παροδόντις } pro { παρουλὶς } quam potius ſpeciem defini=

Tumor.53.
Parulis.

uiſſe mihi uidetur. EST autem Parulis (ut tertium & quinquageſimum unà tumorẽ ex=
planarimus) inflammatio quædam alicuius partis gingiuarum (iiſdem Paulo[e], Aetioq; [f]

e lib.3.cap.26.
f lib.8.cap.24.

teſtibus) Quæ niſi diſcuſſa fuerit, in ſuppurationem conuertitur. Sæpenumerò autem ex pa
rulide non exquiſitius (ut oportet) diſſoluta, epulidos generatio ſuccedit: præſertimq; ſi in
extremo molari dente huiuſmodi parulis, inflammatio ue oborta ſit. in quo quidem loco epu
lis propriè fieri conſueuit. quemadmodum ex eius definitione liquet. Quam ob rem & Ha

g 9.theoricæ c. 17.uerſus finem.

li Abbas[g] ait. { Paſſio quæ aurulis uocatur. (Sic enim corruptiſſimè { aurulis } pro { parulis } 20
quemadmodum { abulis } pro { epulis } apud eum legitur.) apoſtematis. ſ. calidi immutatio "
in ſaniem, & gingiuarum putrefactionem, acciditq; ab inde gingiuarum caſus, & oris odo= "
ris malitia, & paſſio, quæ uocatur abulis, (hoc eſt ut diximus, epulis) caro ſ. abũdans. etc. } "

Epulidis & parulidis differentia 2[x].

Bifariàm igitur epulis à parulide, penes Paulum, & Aetium, differt. Primò quoniam [p.a]
epulis non ipſa gingiuarum inflammatio, ſed carnis excreſcentia iuxta gingiuas eſt, ex in=
flãmatione, ſæpius originem ducens. Parulis autem ipſa præcedens inflammatio eſt. Secundò [2.a]
adhuc differunt. quoniam Epulis non in qualibet gingiuarum parte, & circa quemlibet den=
tem fieri conſueuit: uerùm in intimo duxtaxat (quemadmodum prædictum iam eſt) molari
dente, carnis incrementum eſt: parulis autem in quauis gingiuarum parte oborta inflam=
matio eſt. Iuxtagingiuium dici poſſet. Cùm παρουλὶς dicatur à { παρὰ } quod eſt { iuxta } 30
& { οὖλον } quod eſt, ut ſupra diximus, { gingiua } Galenus. autem utrunq; tumorem, tam
ſ. epulida, q̃; parulida, ſicuti & thymion, { σαρκώδη βλαστήματα, } quod eſt { carnoſa ger

h cap.21.

mina, } in libro de tumoribus præter naturam[h], appellaſſe uidetur. Niſi ad thymos dunta=
xat, ac epulidas, & non ad parulidas, uiolenter potius, q̃; germana interpretatione, quæ ſe=
quuntur uerba referre malueris. Quũ ait { καὶ τ᾽ἄλλα, ὅσα τοιαῦτα σαρκώδη βλαστή=
ματα }. Hoc eſt { et alia id genus quæcũq; carnoſa germina ſunt. } Quòd ſi utrunq; carnis "
germen eſſe intellexerimus, in hoc nihilominus differre dicẽtur. Quoniam epulides iuxta in=
timũ (uti dictum eſt) molarem dentem. Parulides autem in aliis etiam gingiuarum partibus
oriuntur. Sanguinis uerò expullulationes, calidiq; tumores ſunt. ſiue phlegmonæ, ſiue carnis
germina ſint. calidiorem tamen phlegmonen, minus autem calidam carnem eſſe cuiuis aper= 40

Pauli cõtradictio.

tiſſimum eſt. Verùm enimuerò Paulus, circa duorum huiuſmodi affectuum definitiones, in=
conſtans

constans est. Etenim (perindè atq; præscriptum iam est) Epulis ab eo sic, tertio uolumine,[i] definitur. Quoniam. s. carnis excrescentia est, in intimo molari dente. In sexto autem uolumine[k] generaliùs dicitur. {quod est carnis incrementum, κατά τινα τῶν ὀδόντων, hoc est, iuxta dentium aliquem, in gingiuis proueniēs.} Per hæc igitur uerba Paulus insinuat indifferenter (modò carnis incrementum sit) prope quem uis dentem oriri epulidem posse. Nisi exponere uelis {iuxta aliquem dentium} hoc est {iuxta intimum} uti prædictum iam ex tertio libro est. Quoniam uerò & huiusmodi carnis excrescentia non in ultimi tantùm dentis gingiua, sed in reliquis etiam gingiuæ partibus, penès alios dentes gigni potest: Cui quidem nominis ratio, non minùs, quàm illi, quæ circa ultimum dentem orta est, congruit. Idcircò absurdum nō est, 10 quin uidetur mihi satis condecens, eodem (epulidis inquā) nomine, in quauis gingiuæ regione aduenerit, nuncupare. Hoc nihilominùs interim obseruato. quoniam epulis bifariàm sumetur. Propriè. s. sicq; carnis extuberantiam quandam, penès ultimum molarem, in gingiua obortā præsefert. Quo quidem pacto in libro tertio sumpsisse credendum est. Cùm in ea gingiuæ regione frequentiùs expullulare consueuerit. Secūdò autem communiter, in quauis gingiuarum parte oriatur. Quemadmodū libro sexto Paulū intellexisse uerosimile est. Quo in loco manuū opere cūctos auellere tumores docebat. In parulidis quoq; definitione uarius esse, atq; inconstans Paulus apparet. Libro. n. tertio[l] scripsit, quod est {φλεγμονὴ} Latinè {inflammatio}. Libro autē sexto[m] ait, quod est {ἀποστημάτιον,} Latinè {abscessulus} Quàm uerò phlegmone ab apostemate, seu inflammatio ab abscessulo distet, uel ex præcedentibus[n] liquet. In- 20 constās igitur esset, Nisi dixerimus, & (mea quidem sententia) rectè, quoniam inflāmatio est (quemadmodum ex libro tertio prædictum iam est) Quæ nisi per sensui occultum halitum discussa fuerit: in suppurationem, ac per hoc, in abscessum conuertetur: Tuncq; iam inflammationis (tametsi largiùs assumptæ) species adhùc est. Quoniā uerò dùm propriè dicta phlegmone adhùc erat, chirurgico opere non indigebat: nisi quum ad suppurationē conuersa iam fuerit. Idcircò sat sibi superq; fuit, in sexto libro, parulidem, ut abscessulum, et nō ut flegmonen definire: Cùm ibi, quemadmodum patet, chirurgicum opus prosequatur. Hæc intantū pro Pauli concordia dicta iam sint. Ab Auicenna[o] corruptè {Berules} pro {Parulis} dici- „ tur. A quo deinde subditur {& quandoq; substantia eius peruenit ad creandum carnem nouam} per quæ quidem uerba, Epulis intelligitur. Quam rursùs {carnem additam} nuncupa- 30 ri ab eodem Authore legimus[p]. Sed de his hactenùs. Ad alium ergo carneum tumorem conuertamur: Qui ordine quartus & quinquagesimus propositus est. Thymos apud Galenū,[q] Authoremq; Definitionum,[r] Paulum,[s] & Aetium,[t] genere quidē masculino, dicitur: Græcè, θύμος, cum accentu super {υ} acuto. (θυμός. n. cum accentu super {ο} animum, et iracūdiam, audaciam'ue præsefert.) Apud Celsum[u] uerò Thymion, in neutro genere, legitur. Quod nihilominùs nomen, apud ipsum quoq;, æquiuocum est. Nam aliquandò[x] pessimū ulcus intelligit ex carcinomate factum: quod curationem non admittit. {Primum nanq; (ut ait) „ id fit, quod à Græcis κακοηθὲς nominatur: (nos cancri principium intelligimus) Deindè ex „ eo id καρκίνωμα, quod sine ulcere est (nos cancrū nō ulceratum uocamus) Deindè ulcus ex eo thymium} Nos quoq; cancrum ulceratum dicere solemus. Aliquandò[y] autem Celsus 40 thymion uocat tumorem, quem præ manibus enarrandum assumpsimus. Sicq; ab eo definitur „ {Thymion nominatur quod super corpus, quasi uerrucula, eminet, ad cutem tenue, suprà latius,

i cap. 26.
k cap. 27.
Solutio p[a].
2[a].
Epulis. 2[x].
p[o].
2[o].
Alia Pauli cōtradictio.
l cap. 26.
m cap. 27.
n supra fo. 20. 21. 22.
Solutio.
o 8[a]. fen 3[a]. cap. 2[o]. post medium.
p Ibidē. cap 10.
Tumor. 54.
Thymos.
q 14. meth. c. 13. & de tum. præt. naturā. 21.
r post medium.
s 3[t]. 59. sec. 3. et 6[t]. 58. & 71.
t 14[t]. 4[o]. et. 13.
u lib 5. c. ult sec. 13.
Duplex Celsi Thymion.
x ubi supra sec. 2[a].
y Ibidē. sec. 13.

tius (oblongum ait Aetius[z]) subdurum, & in summo perasperum. Idq; summum colo- "
rem floris thymi repræsentat: Vnde ei nomen est. Ibiq; finditur, & cruentatur: nonnunq; "
aliquantulum sanguinis fundit (cumq; inciditur, ait Aetius,[a] amplius, q; pro apparente ma- "
gnitudine.) fereq; circa magnitudinem fabæ ægiptiæ est, rarò maius, interdùm perexiguũ. "
Modò unũ, modò aũt plura nascũtur, uel in talis, uel in palmis, uel inferioribus pedũ partibus. "
Pessima tamẽ in obscænis sunt: Maximeq; ubi sanguinem fundunt} In sede igitur expressit "
Galenus,[b] additq; Aetius[c] præter sedem, & circa pudenda, & media femora. declaratq;
pudenda tam ipse[d] q; Paulus,[e] in masculis. s. nunc in glande, nunc in præputio, additq; Ae-
tius, aut in cole. Aliquando uerò in omnibus relatis locis. In mulieribus autem expressius
idem Aetius[d] ait, uel in alis pudendi, uel in ipso pudendo, aut in uteri osculo, uel collo. Vbi 10
post concubitum, aut deambulationes ruber, cruentusq; tumor fieri solet. Et sanè moro matu
ro (.s. rubro) assimilatur, de quo Moro in fine quartidecimi libri secundum Montani tradu
ctionem caput breuissimum additum est. Quam ob rem & post Aetium Razes[f] morum
nũcupauit, qui quidem super lingua etiam cuiusdam mulieris morum albũ applanatum. q. d.
mollem, ad modum bombacis, nonnunq; à sese uisum esse ait. Eodem quoq; nomine Hali Ab-
bas huiusmodi tumorem uocat. qui plurìes[g] in facie morum describit. Quandoq;.n. in fa
cie thymum consistere Aetius[h] quoq; protulit (q; q; Hali Abbas plurimùm in facie contin-
gere ait) Arabum uerò Princeps speciatim prius de moro loquitur, libro tertio in uirga,
eiusq; partibus,[i] atq; etiam in matricis regione:[k] Deinceps uerò generatim, libro quarto,[l]
ipsum definiens, ait: {Hoc est apostema molle, ex carne addita, quod accidit in carne rara. Et 20
plurimũ eius fit in ano, & uulua. Et quãdoq; est saluum, & quandoq; malignũ dolorosum} "
Sic.n. Paulus[m] quoq;, ac Aetius[n] dixerunt, alios uidelicet esse mitis thymos: & quidẽ do-
loris expertes: alios uerò dolorificos, molignosq;, ut uberius postea uidebimus. Nec in præ-
dictis modò locis Princeps oriri morum ait, Verùm & in palpebris aliquãdò[o] ipsum curauit.
id quod tamen Græci σύκωσιν uocant, hoc est (ut ita dixerimus) ficositatem. Nonnunq; ue-
rò eadem fructus similitudine hæmorrhoidarum quandam speciem, moralem nũcupauit. Pe-
rindè ac aliam uueam, aliam autem uerrucalem, ob diuersas similitudines, appellauit.[p] No-
uimus autem nos quendam Neapoli, qui magnum, & nucis iuglandis instar, quoddam mo-
rũ in superiori palpebra obortũ afferre potius (tametsi turpissimũ et oculo molestissimũ) q; in
tyrãnorũ chirurgorũ imperitis, ineptissimusq; manibus sese cõmittere decreuit. Quẽadmodũ 30
et anno abhinc tertio, grandioris castaneæ magnitudine, morũ uidimus, in talo exteriori dex-
træ tibiæ natum excellentissimi Iurisconsulti, nõ minus, q; integerrimi, iustissimiq; Regij con
siliarij, Ioannis Andreæ à Curtis. quod quidem rotundum erat, angustum uerò circa cutim:
ut pediculus quidam cuti affixus appareret, ficusq; potius, quàm mori figuram repræsenta-
ret. Quod demùm imperiti cuiusdam empirici medicamentis irritatum, incisione iuxta cutim
à docto Chirurgo, nostroq; iam consilio admonito facta, siccantibusq; deinceps, & cicatricẽ
inducentibus medicamentis, ad sanitatem facillimè reductum est. Nonnunq; uerò Princeps
Arabum maioris, minorisq; ratione, differre morum à thymo insinuat. Adeò ut maius, morũ,
minor uerò, thymus, Arabicè autẽ hasce, siue alhasce nominetur. Veluti cũ ita inquit[q] {Quan
doq; eueniunt in matrice hæmorrhoides, & accidit quandoq; in ea, sicut morum, sicut dictũ 40
est in masculis.[r] Et quandoq; apparent super eam bothor diuersæ. quare quædam dicun-
tur

z lib.14.cap.4 in principio.
a Ibidem.
b 14.meth.c.13
c lib.14.c.4.circa principia.
d Ididẽ.c.13.
e lib.6.c.58.& 71.

Morum.

a lib.16.c.105.
f 11.Cõtin.c.7. litera.AA.et.13. eiusdẽ.cap.8.litera.T.
g Vt.8ª. theor. cap.18. uersus finẽ, &.4ª. pract. 15.et.9ª. eiusdẽ cap.29.
h lib.14.ca.4.
i 20ª.fen 3ª.tr. 2.cap.30.
k 21ª.eiusdem. tr.3.cap.20.
l 3ª.fen.4ª.tr. pº.cap.ultimo.
m ubi suprà.
n ubi suprà.
o 3ª.fen.3ª.tr. 3.cap.11.
p Vt.17.fen.3ª. cap.2º.

Historia.

Historia.

q 21ª.fen.3ª.tr. 3.c.20.in prinº.
r fen.s.20º.tr. 2º.cap.30.

» tur albasce: quoniã sunt similes capitibus albasce. Et quãdoq; sunt albæ. etc. } Quòd aũt, basce, siue, cũ articulo, albasce, apud Arabes thymũ significet, unicuiq; pernotũ esse reor. Forteq; id intellexisse Hali Abas[s] uoluit: cũ à mori sermone, statim subdit { Adustiones, quæ in » facie sabasce similes sunt, rubeæ, et liuidi ruboris (q qdẽ color thymi est) plurimũ ulcerosæ. } Dicitur ergo fortè, sabasce, pro albasce. Corruptiùs aũt aliquãdò apud Auicenam[t] legitur {Tusius} fortassis pro {Thymus} ubi inter uerrucas reponẽdũ id genus Arabũ ille princeps recẽsuit. lʒ ab eis differat: quoniã finditur ob saniẽ quandã, quæ sub hoc genere cõsistit. Intelligo per saniẽ, propriè sic dictã, uidelicet ichorẽ, uirulentum'ue sanguinẽ (ut nonulli uocãt) superiùs aũt thymũ effundere aliquãdo sanguinẽ præscriptũ iam est. Duplex aũt es-
10 se thymus, ex Paulo,[u] Aetio,[x] atq; ipso Arabum Principe[y] positus est. Quidam enim » mites sunt, Alij uerò maligni { Mites igitur mansueti'ue (ut Aetius[z] uberiùs, q̃ cæteri, » ostendit) carunculæ sunt, paruæ quidem, uerùm inæquales, obscuris eminentijs exaspe- » ratæ, albicantis coloris, aut subrubræ, & doloris expertes } uel, uti Paulus ait, plurima ex parte sine dolore sunt. Vtrunq; enim uerum esse potest, & quòd absolutè indolorij sunt, medicè tamẽ loquendo, quoniam scilicet rarissimè secùs contingit, & quod plurima ex parte sine dolore sint. ob eandem scilicet rationem: quia rarissimè dolent. Cumq; dolent, minimum dolorem inducunt, eumq; ob aliquam euidentem causam, ut frictionem, concubitum, aut motum. Medicè inq; loquendo, etenim illud seruandum esse, in Hippocratis etiam certissimis sententijs, Galenus[r] edocuit, quod commune tam aphorismo, q̃ alijs ab Hippo-
20 crate scriptis esse uoluit. quoniam scilicet perpetuitatem quandam dicendi figura indicat: quamuis res ipsæ non semper eodem modo eueniant. sed rarò aliquando aliter accidãt. Quemadmodum ex alijs quoq; Galeni[s] locis comprobasse idipsum perfacile fuerit. Paulus autem, quùm sic ait, de muliebrium locorum thymis loquens, mites tantùm definiuisse apparet:[a] cùm rubentem, & albam tetigerit. quas esse mites ex Aetio[b] præscripsimus. Quamuis anteà de colis thymo sermonem habens, duplicẽ esse confessus fuerit.[n] Etenim quia maligni, uel curationẽ penitùs nõ admittunt (presertim in ipsis, de qbus loquebatur, mulieribus) uel sanè difficilẽ, et per affectæ partis ablationẽ, prout eodẽ ex Aetio[c] collegimus: Idcircò mites dũtaxat ĩ muliebribus locis curare intẽdẽs, eas, uti prædictũ ẽ definiuit,[d] { Maligni uerò thy- » mi (subdit Aetius[e]) duriores sunt, et asperiores, ac maiores, fæculenti, et liuidi coloris, do-
30 lorosiq;, ac pũctoriũ dolorẽ inducẽtes, et exacerbãtur maximè ad manuũ cõtactũ, et medica- » mẽtorũ adhibitionẽ. } Celsus uerò minorẽ à thymio moueri dolorẽ, q̃ à myrmecijs ait,[f] mite quoq; (ut uidetur) magis intelligẽs. Præsertim cũ subdat, sæpè ẽt per se finiri, et quò minus est: eò magis. Leuissimo'q; medicamenti genere succurrat. An uerò colorem floris thymi repræsentare debeat, necessariũ nõ ẽ. Ob uarias. n. defluẽtiũ humorũ permistiões, uarios quoq; fieri colores, cõpertũ uel cãdidatis esse debet. Quãobrẽ Celsi dictũ, magna ex parte, uerũ eẽ fatebimur: Id quod nihilominùs ad nominis impositionem satis superq; fuit. Sa penumerò aũt & si nõ colorem thymi: corymborũ tamen figuram huiusmodi tumor præ se ferre consueuit. Qua de re Paulus, Aetius, atq; etiam Princeps neq; coloris, neq; figuræ, similitudinem expresserũt. Sed corymbis cacuminibus'ue thymi hærbæ similẽ esse carneã hanc excrescẽtiã
40 protulere. Dicitur aũt hærba hæc et thymos, masculino genere, et thymõ in neutro. Sed thymos in masculino genere, apud Galenũ, nõ mõ hærbã, et huiusmodi tumorẽ significat: uerũ

s. 8. theoricæ ca. 18. uersus finem.
t. 7[a] 4[i]. tr. 3. cap. 12. in fine.

u. libro. 6. c. 58.
x. libro 14. c. 4. 13. et li. 16. c. 105.
y. 3[a]. fen. 4[i]. tr. p[o] ca. ultimo.
z. lib. 14. cap. 4.

Pauli & Aetij concilium.

r. 6[i]. apho. cõ. 58.

s. ut 2[o]. de diebus decret. cap. 13. circa mediũ. 2[i] aphorismorũ. 43. circa finem & . 7[i]. 55. uersus finem. & sæpè.
a. lib. 6. cap. 71.
b. 14[i]. cap 4.
n. lib. 6. ca. 58.
14[i]. 4[o]. et. 13.
d. lib. 6. cap. 71.
e. lib. 14. cap. 4.
f. libro 5 cap. ultimo. sec. 13.

& quãdam adenoſam carnem, & quidem nobiliſſimam, pulmoniq́; in ſuperiori thoracis parte, communi etiam omnium uaſorum ibi exiſtentium diſtributioni ſubſtratam aliquandò [g] præſefert. Latini cõmuni oĩum uoce, glãdiũ appellant. Nec thymos tantùm (ut patet) æquiuocum nomen eſt, ſed etiam thymion. Præter duos nanq; à Celſo [h] collectos ſignificatus, apud aliquos etiam (Paulo [i] teſte) ſmilacem arborem (quem Romani taxum uocant) repræſentat. ſed hæc nominum diſquiſitio ad grammaticos remittatur. Sanguineus hic tumor (ut principale propoſitum exequamur) uel ex melancholico & ſanguineo compoſitus eſt. ſuæ inq; radicis, ex qua tumor genitus fuit, ratione: quemadmodũ alibi [k] prædiximus. Nonnunq; uerò ſanguini atrabilis commiſta eſt, præſertimq́; ſi malignus tumor ſit, Subcalidus ergo ſæpè thymus eſt: eoq́; calidior, quò maiorem inducit dolorem. Non deeſt tamen quin interdùm nonnihil pituitæ, præcipueq́; in albis, admiſtum ſanguini ſit. tumq́; ad frigidum uergit: perinde ac ubi melãcholicus humor dominãs in carnis generatione fuerit. SED reliquos percurrere tumores tempeſtiuum iam eſt. Itaq; ad quintum & quinquageſimum ordine propoſitum tumorem accedamus. Græcè { σαφυλὴ } dicitur, Latinè autem { Vua } Pro cuius quidem tumoris exquiſitiori notitia, aduertendum priùs unà cum Galeno [l] eſt, particulam quandam homini eſſe præcipuam, ac (Plinio [m] teſte) propriam, à Natura conſtitutam in faucibus, ut plectrum uocis foret. Quemadmodũ palatum ipſum uelut ἠχεῖον quoddam, id eſt, uocis refractorium nuncupatur. Eſt autem huiuſmodi particula, quæ proprio nomine σαργαρεὼν, Latinè gurgulio à recentioribus Latinis uocatur. Præcipua (ut diximus) homini pars. Quanuis enim & quibuſdam auibus, quæ loqui etiam docentur, hæc ſit: non uſq; adeò tamen exquiſita, nec non perfecta, ut hominibus neceſſariò locuturis, ineſt. Triplex uerò eius homini uſus eſt, à Galeno [n] etiam expoſitus, Primus quidem, quoniam ipſa uoci ad magnitudinem, atq; modulationem, elegantiamue confert. Vt ſermonem facturo animali mirum in modum opituletur, tam ingredientem, q; egredientem aerem incidens, eiuſq; uiolentiam frangens. Argumento eſt turpiſſima, illorum, qui uel præciſam, uel Gallico, aut alio quouis ulcere deroſam hanc partem habent, loquela. Secundus dein ex ijs ſequitur uſus: ad aeris inquam attractionem. Ne ſcilicet nimiùm frigidus ad pulmonem feratur. Quamobrem illi, quibus ad baſim uſq; amputatus gargareon ſit, non modò deteriùs perſpicuè ſunt locuti: uerùm etiam frigidiorem ſenſerunt reſpirationem. Adeò ut pulmone, ac thorace, refrigeratis, nonnulli uitam cum morte commutarint. Tertius demùm eiuſmodi particulæ uſus homini eſt, ad aeris in pulmonem inſpirando deſcendentis expurgationem. Cùm pulueris plurimum ſibi applicet, qui alioquin in laryngem gutturue inſimul cum aere fuerat aſſumendus Cuius rei argumentum eſt maximum id, quod quotidiè accidit, tùm ijs, qui in puluere multo luctantur, tùm ijs, qui iter eiuſmodi permeant. Emungunt enim hi paulò poſt, atq; expuunt puluerem excreantes. qui ſcilicet in gargareone, ac palato reſtiterat. Hæc igitur, de qua loquimur, particula oblonga, fungoſa, & carnea, à palati fine: ubi narium foramina ad os deſcendunt, in oris amplitudinem propendula, ſuperiùs qdẽ, ubi palato cõtinuatur, latior: inferiùs uerò pyramidis inſtar acutior eſt, uenulas quaſdã, ex uaſis palati tunicã adeuntibus, in ſuipſius medio aſſumens. Quã ob rẽ ab Hippocrate, [o] mox uerò ab Ariſtotele, [p] ἐπιφλεβος, hoc eſt, uenoſa nũcupatur. Quoniã ergo ſuperiùs amplior, inferiùs anguſtior uiſitur. Idcircò ex recẽtioribus nõnulli fundibulum uocarunt. A uetuſtioribus autem

Græcis,

[g] Vt. 6. de uſu partiũ ca. 4. poſt principia.
[h] Ex libro. 5. c. ultimo. ſec. 2a. 13.
[i] lib. 5. cap. 49.
[k] ſuprà fo 252. in reſpõſione 2a. & fol. 253.
Tumor 55. Vua.
[l] 7. de uſu partiũ cap. 5.
[m] lib. 11. c. 37.
Gargareon. Gurgulio.
Triplex Gargareonis uſus.
1°.
[n] 11. de uſu partiũ. c. 11. & libello de uoce.
2°.
3°.
[o] lib 2°. de morbis ſec. 5a.
[p] 1°. de hiſt. animaliũ. c. 11. ĩ fine.

10 20 30 40

Græcis, oblongam eam esse perpendentibus, κίων, id est, columna dicta est (quo interim nomine Hippocrates [q] morbum quendam in fœminarum pudendis natum aliquandò significasse uoluit. De quo tamen posteriùs [a] loquemur) A nonnullis uerò posterioribus Græcis nō κίων.i.colūna: sed distinctionis, & clarioris doctrinæ gratia, diminutiuè, κιωνὶς, hoc est, columella, ob columnæ quidem, oblonga sua figura, similitudinem, nominata est. Proprium uerò eius nomen est { γαργαρεὼν } Latinè (iuxta Plurium consuetudinem) gurgulio. Quanuis id nomen uetustioribus Latinis guttur potiùs exterius, cum asperæ arteriæ, quæ ad iugulum usq; tangitur, conspiciturq; portione, interdùm præseferat: [r] Nonnunq; uerò [s] uermiculum quendam, qui in horreis nascens frumentum absumit. Sic porrò dictus, quoniam nihil in eo pe-
10 nè aliud uidetur, q; guttur. Verùm alij animalculum hoc, per { c } curculionem, guttur uerò ipsum, per { g } gurgulionem, distinctionis causa, nuncupant. Tutius ergo est Græca uoce uti, & cum Hippocrate, [t] & Galeno, [u] gargareonem appellare. Quanq; ne in hoc quidem Græco nomine æquiuocatio deest. Cùm Aristoteles [x] gargareonis uoce laryngem potiùs,
» guttur'ue intellexisse uideatur. quùm ait { Et absq; naribus inspirare, uel exspirare impos-
» sibile est, διὰ τὸ ἐκ σήθους εἶναι τὴν ἀναπνοὴν, καὶ ἐκπνοὴν κατὰ τὸν γαργαρεῶνα, καὶ
» μὴ ἐκ τῆς κεφαλῆς τινὶ μέρει. } quod est, { Quoniam ex pectore tùm inspiratio, tum ex-
» spiratio per gargareonem est, & non ex capitis parte aliqua. } Quanuis enim de columella ipsa uerus fieri sermo queat. Ex eo nihilominùs laryngem intellexisse confirmatur: Quoniā deinceps [y] de columella particula loquens, id esse parti nomen ait, Græcè κίων, hoc est, co-
20 lumna, sic uidelicet scribens. { ἔσω δ' ἄλλο μόριον σαφυλοφόρον κίων ἐπίφλεβος ὃ ἐὰν
» ἐξυγρανθεὶς φλεγμένῃ, σαφυλὴ καλεῖται, καὶ πνίγει. } quod est { Intùs autem (.s. in
» ore) alia particula est, uuigera, columna uenosa. Quæ si humectata inflammetur, uua nun-
» cupatur, & strangulat. } Quia enim pars hæc uuam morbum pati, sufferreq; solita est. idcircò σαφυλοφόρον, id est, uuigera nominatur. Quo tamen in loco nil de gargareonis uoce meminit: necessariò tamen tacturus, siquidem particulæ huius nomē esse reputasset. Proprium ergo partis nomen ab Aristotele unum dūtaxat expressum est, scilicet, κίων, quod est, columna, Alterum uerò adiectiuum est: quoniam affectum, uuam dictum pati nōnunq; soleat. Quocircà, σαφυλοφόρον, id est, uuigera, seu uuifera dicta est. σαφυλὴ autem, hoc est, uua, tumoris inflammati nomē est. Galenus uerò duplex, quinimmò triplex particulæ nomen pro-
30 tulit. quùm sic ait [z] { carnosa quædam particula in summo ore apparet depēdens, si quis aper-
» to plurimùm ore toto, linguam deprimat. Hæc ipsa caruncula duobus nominibus appellatur
» à ueteribus Græcis, γαργαρεών τε, καὶ κίων, quod est, gargareon, siue (ut interpretes uer-
» tunt) gurgulio, & columna. Cæterùm posteriores medici ferè omnes non ita, sed κιονίδα,
» id est, columellam uocant. Nam qui σαφυλὴν, hoc est, uuam ipsam appellant, eorū neq; me-
» minisse præstat. Nos.n.non particulā ipsam, sed unā quandam eius affectionem, σαφυλὴν, id
» est, uuam, nominamus. } Est autem huiusmodi affectio: quùm.s. usq; adeò phlegmone increuit, ut gargareonis extremum inferius maius, ac rotundum, siue (ut alius habet codex) liuidū apparet: suprema uerò ipsius pars attenuata est adeò ut uuæ acinum, fructum'ue repræsentet. Rarò autem gargareonis inflammatio intantùm augetur, q; q; sæpiusculè talis particula
40 phlegmone tentetur. Quocircà idem Galenus subdit { Rarò autem hæc affectio circa colum-
» nam contingit. Verùm sæpissimè inflammatur. } Verūtamen quia nonnulli ex antiquioribus

q lib. de natura muliebri uersus finem.
a fol. 273. post principium.
Gurgulio.
r Vt patet apud Varronem lib. 2. de re rustica. c. 3. post prin^m.
s Vt patet ex eodē Varrone. p^o. eiusdē. c. 63. et Columella lib. p^o. c. 6. circa medium. & Verg. primo Georgicorū. uersu. 186.
t 3°. progn. 21.
u Ibidē. et. 6. de cōpo. med. secūdū loc. ca. 3. et sæpè.
x p^o de Hist. animaliū. c. 11. post. medium.
y Ibidem in fine capitis.
z 6. de cōp. medi secūdū loca. ca. 3. in principio.
Vua quæ.

z po. de hist. animaliũ. cap. 11. in fine.
a 6. de cõpo. medicam. secũdum loc. cap. 3. sec. 2ª. post principia.

etiam Græcis absolutè quam uis columellæ, gargareonis'ue inflammationem, uuam appellari existimarũt. E quorũ numero ipse etiã Aristoteles[z] fuisse uidetur, atq; etiã (uti Galenus ait) Archigenes. Idcircò & hanc sententiam, ut uulgarem, Galenus reprehendit, sic dicens[a] {Ipse autem (.s. Archigenes) non columna scripsit, sed uua laxata: cum uulgo existimans columnæ inflammationem uuam appellari.} Quoniam uerò & aliorum sententia fuit ipsam etiam particulam, columnam .s. columellam'ue, aut gargareonem dictam, aliquandò uuam nuncupari: propterea & hanc ut ignauiorem magis deridet Galenus, q; primùm subdens. {Et quid mirum hoc putandum? quando etiam ex nostratibus quidam, ob atticismum superciliosus, & iactabundus, uuam, ipsam particulam appellari existimauit? Maior .n. huius, q; Archigenis ignorãtia fuit. Quanq; tùm ex alijs ueteribus huius appellationis usus parabilis sit, tùm ex Hippocrate cõstet, ex his adeò, in Prognosticorum libro,[b] uerbis. Gargareones cũ periculo exciduntur, uruntur, & scarificantur, quandiù rubri fuerint, & magni. Nam & inflammatio ad hæc superuenit, ac sanguinis eruptio. Verùm tales graciles reddere alijs artibus hoc tempore oportet. Quùm uerò totum fuerit separatum, quod sanè uuam nominant: extremũq; gargareonis maius, & πελιὸν, quod est, liuidũ, uel (ut plures Græci tàm Hippocratis, q; Galeni,[c] atq; etiã Pauli[d] codices habẽt) περιφερὲς, hoc est, orbiculatũ rotũdũ'ue fuerit factũ, superior uerò pars tenuior: in hoc sanè tẽpore tutũ est manus admoliri. etc. Manifestiùs autẽ adhùc Diocles intepretatus est, qualis sit affectio uua appellata, & post eum Praxagoras, & Mantias, & quicunq; συνεδρέυοντα, id est, concomitantia ipsos affectus, conscripserunt. Quidam uerò (quos Aetius[e] secutus est) etiam ob id affectionem uuam appellatam esse dixerunt, quòd uuæ fructui extremum gargareonis simile apparet.} Quorum nihilominùs sententiam alibi[f] Galenus comprobasse, uel ex Hippocratis intentione, uidetur. Dictũ uerò est gargareonis extremum rotundum fieri, secundũ plures Hippocratis, Galeniq;, & Pauli codices, qui {περιφερὲς} habent. secundùm aliã uerò literam, πελιὸν legitur, hoc est, liuidũ, siue nigrum. Vtrunq; autem uerum est, & q rotundum fit, & liuidum priùs, deindè ad nigredinem tendit. Prout ex ipso met Hippocrate demonstrari potest, qui libro de morbis[g] ait {Vua fit, quùm pituita de capite ad gargareonem descendit, gargareonq; præceps dependet, ac fit rubicũdus. temporis autem processu μελαίνεται .i. nigrescit. etc.} Rursusq;[h] de eadẽ repetẽs, inquit {si uua in faucibus fit, summa gargareonis pars aqua impletur, et στρογγύλος .i. rotũda fit, ac pellucida, et spirationem intercipit. etc.} Vuæ igitur nigræ, aut liuidæ, inprimisq; rubeæ acino similis gargareon redditur. Vtrunq; autem iuxta Hippocratis mẽtẽ, uerũ esse, ipso etiam ex Celso, Hippocrate quidem (ut uocãt) Latino, colligi potest. Quùm de huius incisione loquẽs ait.[r] {Itemq; si ima liuida, & crassa, summa tenuis est} .s. præcidi debet. etc. Semper uerò crassitiem, rotunditatemq; adipiscitur, quæ uua dicitur: non semper tamen liuida, aut nigra est. cũ in principio rubescat. Sed in præassumptis quidem uerbis Galenus (ut liquet) eos reprehendit, qui simpliciter gargareonis inflammationem, uuam nominari credebant. Quorum porrò culpa ipsum quoq; reprehensionis authorem Galenum redarguere uidetur. Cùm suimet aliquandò sermonis oblitus, nõ aliud uuam esse definierit,[i] q; gargareonis inflammationem. Sibimet ipsi ergo aduersaretur: Nisi dixerimus uerum proculdubiò esse, non aliud dici uuam, q; gargareonis, columnæ'ue phegmonen, apud uulgus quidem, uulgaresq; Medicos, omnem: apud Hippocratem uerò, cuius uestigia Galenus

b 3ª. prognost. tex. 21.
c loc. prænotatis
d lib. 6. c. 31.
e lib. 8. c. 40. in principio.
f lib. de tu. præt. nat. c. 21.
g lib. 2. sec. 5ª. post prinª. libri.
h Ibidẽ. sec. 12.
r lib. 7. cap. 12. sec. 2ª.
Galeni contradictio.
i de tu. cap. 22.
Solutio.

insequi conabatur, non omnem phlegmonen columellæ, sed eā duntaxat, in quā (uti prædictū est) uuæ acinum repræsentat. quoniam. s. inferius rotunda, liuida, & grossa, superiùs autem gracilior effecta est. Quocircà statim sui Hippocratis, quam opinatur meliorem, sententiam subdit: sic dicens { Hippocrates autem uidetur non omnem columnæ inflāmationem, uuam nominare: sed unam tantùm speciem, in qua gargareonis extremum uuæ acino simile redditur. } Nulla igitur in Galeni dictis repugnantia remanet. Fortassis uerò quod libro de tumoribus præter naturam [k] anceps adhùc, agnoscere tamen, iuxta Hippocratis mentem, inceperat: processu deindè temporis, librum scribens de medicamentorum compositione secundùm loca, certior redditus, præsenti magis animo, uel alijs ex interpretibus confirmat. Quod autē posteà Galenus acerbiùs increpuit, ipsam uidelicet particulam uuæ nomine à quibusdam significatam esse, Authori eius libri, qui { περὶ παθῶν } inscribitur, id est, { de affectionibus } (siue Hippocrates, siue Polybus fuerit) aduersari uidetur. Hic enim particulam ipsam uuæ nomine designauit. quam à quibusdam gargareonem uocari dixit, his uerbis [l] { si autē uua dependerit, & suffocarit, quidam hoc gargareonem nuncupant, statim gargarismis utendū est. etc. } quod igitur ex aliorum sententia gargareonem uocat, idipsum, ex propria, uuā nominat. Gargareonem uerò cunctos particulam appellasse uidetur. At ne id quidem præscripti uoluminis Authori uel minimùm contradicit. Etenim si exquisitè perpenderimus, uuæ nomenclatura, non particulam incolumem, sed prænotatum iam affectum intelligit. Sic enim grossius redditum, rotundumq; gargareonis extremum, à superiori parte graciliori iam effecta, uuæ instar dependet, strangulareq; solet, nisi præcidatur, aut medicamentis extenuetur. Quidam uerò usq; adeò rudes fuerunt, ut hoc. s. uuam pendere, ac suffocare. (in neutro. n. genere { τοῦτο } Græcè scribitur.) gargareonem (ob sonitum fortasse) uocarent. Verùm enimuerò particulam ipsam uuæ nomine donari, usq; adeò in Priscorum consuetudinē peruenit. Vt uniuersa ferè ueterum illorum Romanorum medicorum Græcos ubiq; sectantium academia ipsam particulam Latinè uuam nuncuparit. Id quod in primis apud Plinium perpendisse promptissimum est. Quùm sic ait [m] { Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas uuæ nomine ultimo dependet palato, homini tantū est } Idipsum tamē uerū est, quod nonnunq; [n] pro ipsa particula, nonnunq; [o] uerò pro eiusmodi particulæ affectu sumpsisse Plinius offenditur. Quemadmodum et in tonsillarum nomine obseruasse facillimum fuerit. De quibus tamen tonsillis post hæc statim sermo fiet. Ita etiam & Plinio ascriptus liber [p] tam de parte, q; de affectu pronuntiasse uidetur. Ante Plinium uerò Celsus uuam de particula intellexisse apparet. quùm ad uuam inflammatam pastillos Andronis componere docuit [q]: Vel de uuæ morbo, & curatione loquitur. [r] Et ubi demùm siue cum inflammatione, siue citra illam uua sit, præcidenda nùm sit, pertractat. [s] Nec aliter Quintus Serenus [t] uuam sumpsit: pro parte scilicet quùm ait { Aegrescunt teneræ fauces, cùm frigoris atri: Vis subijt, uel cùm uentis agitabilis aer: Vertitur, atq; ipsas flatus grauis inficit uuas. etc. } Quanquàm alij codices habeant { undas } Alij uerò { undis } Ea tamen litera uetustior est, & magis probatur, ut { uuas } legerimus. Rursus tamen ait { Si uerò afflictam languor deiecerit uuam } sic autem et Aemilius Macer [u] uuæ nomē usurpat. Marcellusq; Romanus, [x] Scribonius Largus, [y] Soranus Ephesius, [z] atq; ipse demū Trotula, [a] qui diminutiuè uuulā nuncupat, de usu uuulæ loquens. Quam ob rem & mirū non est, si Arabum quoq; interpretes aut uuam (ut

Y iij apud

k cap. 21.

Alia cōtradictio.

l post prin[m]. lib.

Solutio.

m lib. 11. ca. 37. post mediū.

n Vt lib. 20. c. 9. post me[m]. 23[l]. 7[o] post mediūm & uersus finē. et. c. 8. et sæpè.

o ut. 20[l]. 17[o]. 28 post prin[m]. et 22. post pricipiū. 22[l]. 13. 23. & 23[l]. 6. 24[l]. 4. 7. 13. 14 et. 32[l]. 6. 34[l]. 12. 35[l]. 15. & sæpè.

p lib. p[o]. c. 43. et 4[l]. 8. 27. et. 29. i fine.

q lib. 5[o]. cap. 20. sec. 5.

r lib. 6. c. 14.

s libro. 7[o]. ca. 12. sec. 2[a].

t cap. 15.

Quinti Sereni locus.

u cap. 4. de urtica, et. cap. 36 de caule. et ca. 38. de origano.

x De Medicam. cap. 14. sæpè, & c. 20. uersus finē.

y cap. 64.

z c. 18. post pri[a].

a de passionibus mulierū. c. 53.

apud Auicennam,[b] & Hali Abbatem[c] & Mesuem inuenimus) aut diminutiuè uuulam (uti apud Razem[d] & Serapionem[e] offendimus) conuertere consueuerint, ipsam uidelicet particulam intelligentes. In quorum nihilominus Barbarorum lectione (ut nil intactum, quod speculatione dignum est, remanserit) Aduertendum est, Hali Abbatis interpretem gurgulionis uoce, fauces potiùs, non columellam intellexisse.[f] Serapion uerò de uuula, & eius curatione loquens, {uuulæ (inquit) diuersæ accidunt ægritudines. Nam quandò extenuatur, nominatur eius ægritudo inmemis} quod nomē corruptissimum est, ex Græco {ἱμάς} siuè diminutiuè {ἱμάντιον} Latinè Lorum, siue corrigiola, de quo affectu Aetius[g] quoq; meminit: sic dicens {ἱμάντα, hoc est, lorum uerò uocant aliam quandam eius affectionem, quùm ex suffitu nimiùm ignitus gargareon gracilescit, & loro similis euadit.} Propterea Serapion, uel eius fortassè interpres subdit {& est eius intentio chorda ex corijs. Et quandò in ea est apostema calidū, tunc secūdū diuersitatem locorum, in quibus est illud apostema, nominatur nominibus diuersis. Quod est, quia si apostematur tota, tunc ægritudo in ea nominatur fermis.} Corruptū quoq; id nomen est, ex Græco {κιονίς} hoc est columella, siue {κιών} idest {colūna} Idcircò &, mox subditur {& intentio eius est perpendicularis parua} sic etiam Albucasis[l] uocat, scilicet perpendicularem. In aliquibus autem codicibus legebatur {ramus} quemadmodum prior species legebatur {cicinonis} .q.d. {κιονίς} .i. columella. Addit uerò Serapion {Et si apostematur caput eius subtile tantū (hoc est eius inferior extremitas) tunc uocatur, sataculi, uel (ut alia habet litera) sacatuli} Quod etiam nomen deprauatum est, ex Græco {σταφυλή} quod est {uua} Qua de re (in alia etiam litera dicitur {& est eius intentio, Vua. Et si apostemetur caput uuæ (intelligo supremum) uocatur, catamis.} corruptam quoq; dictionem opinor, ex Græco {καθιμάς} quasi dicat κατὰ ἱμάς, hoc est secundùm ipsam corrigiam. quoniam .s. per reliquam gargareonis substantiā extenuatio (ob nutrimēti penuriam) fit, ut lorū inferiùs repræsentet. Quam ob rem subiunxit {quandò resoluitur materia illa ad reliquam uuam} hoc est, in reliquis uuæ partibus resoluitur: apostematur autem in superiobus {Et fortasse peruenit catamis ad sataculi, quandò aggregatur tota materia ad caput uuulæ} .s. inferiùs: quoniam à superioribus ad inferiora permutetur humor {& completur figura sataculi (.i. uuæ.) Sed deterior hac est, quæ nominatur catamis.} Cùm in radice morbus sit. nec manuum auxilio præcidi queat. Fortassis autem, catamis, uel (ut in alia litera legitur, quā Nicolaus Florentinus[h] refert) cataurus, apostema Serapioni significabat, in extrema, infimáq; columellæ parte obortum. quod interim cæteris membri partibus communicabatur, nec ad unam figuram in extremo coaceruabatur, ut in sataculi, siue uua. ex quo nec securè præcidi, quemadmodū & uua, poterit. Qua de re deteriorem esse catamis, q̃; sataculi subiunxit. Sed omissis Arabidus, eorumq; confusionibus, ad propositum reuertamur. Non Arabum ergo tantummodò interpretes uuam, & uuulam, pro particula capiunt, sed qui Barbaram potiùs sectati sunt medicinam, & in ea nutriti, in quibusdam Galeno ascriptis libris, uel uuam,[i] uel uuulā,[k] pro particula usurpant. etiam si Græcè {σταφυλή} pro morbo, & non pro particula pronuntiata dictio sit. Id quod tametsi penès Romanos, Barbarolatinosq; medicos absurdum, indecensq; non est. Nihilominùs tamen Græcos interpretari, & illorū propriā enucleare mētem uolētibus maximā obscuritatis confusionem inducet. In quam porrò (quod peius est) è recentioribus uel famosissimi

traductores

b 9ª. fen 3ª. ca. pº. 12. et seq.
c 9 theor. c. 17 circa finē. et. 6ª. pract. cap pº.
d 3. Cōtin ca. 6. et. 7 litera. hhh. & 9 Almansoris. 47. et lib. Diuisionū c. 49.
e 2. Breu. c. 17.
f ut p3. 9. theor. cap. 18.
g lib. 8. cap. 42. in principio.

Serapionis multa loca.

l lib 2º. c. 37. in principio.

h Sermone 4. tr. pº. c. 4. ī prinº

i Vt 3º. de facile parandis med. in prinº. et sec. 47. secundū traduct. Pauli crassi.
k Vt lib. de Dinamidijs. sec. 102 et circa. finē lib. & de Anat. uiuorū 8. et de uirtute cētaureæ. sec. 9.

traductores præcipitant. ut Linacer,[l] qui γαργαρεῶνα, columellā non semel traducit. Quanuis. n. ad eiusdem rei significationem Galenus utroq; nomine usus fuerit: Græco tamen respondens uocabulum, columella, non est. Cuius occasione plurimæ contingunt æquiuocationes. Præsertimq; apud eos, qui Paulo innixi, inter gargareonem, partis nomen, & columellam affectum, differentiam (ut uidebimus) intelligunt. Longè autem peius aberrant, qui γαργαρεῶνα, uuam, nobis interpretantur. Vt in libris de partiū usu,[m] tametsi recognitis, offenditur. Sic apud Pauli interpretes, Albanum, & Andernacum inuenies. Qui Andernacus uitium quod Paulus Græcè κίονα uocari ait, à Latinis uuam nominari declarauit.[n] Adeò ut eorū, quos interpretantur, nobisq; Latinos reddere conantur, intentiones minimè curantes, cū maxima cādidatorū cōfusione, Romanos potius antiquos, Barbarolatinosq; sectetur interpretes. Inficias tamē intereà non ibimus, quòd si (prout libet) Latini Latinis particulā exprimere nos uelimus: Vuam nominare, & quidem rectissime, poterimus. Cùm omnium ferè ueterum Romanorum (ueluti præostendimus) consuetudo fuerit, sic eam nuncupare. Ob id autem Hippocrates à Galeno[o] mirum in modum commendatur, Quoniam usitatissimis, quò ad fieri licuit, semper utebatur nominibus. In quorum usu claritas quasi meta elucescit,[p] perfectio, quidem maxima dictionis existens,[q] prout eodem ex Galeno didicimus. Ea itaq; lex, quam Græcis omnibus communem extitisse, idem testis est:[r] cur Latinis etiam non inesse debeat, nil me hercule excogitari potest. Videlicet ut quarum rerum nomina apud uetustiores usurpata inuenerimus, his utamur. Qua de causa & Aristoteles[s] nominibus utendum fore, ut plures, docuit. Præsertim quia (ut Auerrhoes[t] ait) transumptio nominis usitati apud uulgus facilior est, q̄ fingere aliud nomen. Quarum uerò rerum nomina nō habemus, (ex eadē à Galeno[u] relata Græcorum lege) uel ab aliquo eorum, quæ nobis sunt, transferre licet. uel ipsi, iuxta rerum quandam similitudinem, ad ea, quæ denominata iam sunt, fingamus. uel de alijs dictis abutamur. Verùm enimuerò secùs obseruandum est, ubi alterius intentionē, ex proprijs eius uocibus, et obseruatis ab eo Authore differentijs enarrare intendimus. Seruanda enim semper, quem interpretari nos intendimus, authoris sententia est, q̄q̄ fuerit falsa. Quemadmodum ab initio statim nostræ præfationis, ipsomet ex Galeno[x] præassumpsimus.[y] Atq; idipsum est, in quo plurimos Græcorum interpretes condēnamus. Quæ igitur, circa huiusmodi nominum usum, præcipueq; secundùm Hippocratem, Galenus uoluerit, præscriptum iam est. Paulus autem non uuam modò, Græcè σταφυλὴν, sed columnam quoq; Græcè κίονα, morbi nomina esse definiuit. κιονίδα uerò, id est, columellam, ueluti et γαργαρεῶνα, particulam significare insinuat. Sic scribens.[z] ❡ Gargareon tanq̄ aliquod uocis plectrum sæpenumerò destillationem à capite recipit. Idemq; præter naturā auctus si oblongior, tenuiusq; fiat, κίων προσαγορεύεται, hoc est, columna nūcupatur, Sin uerò crassior ab ima parte, et rotundus, σταφυλὴ, quod est, uua nominatur. ❡ Ex ijs ergo manifestissimū fit columnā affectionis, nō particulæ nomē apud Paulū esse. Id quod, ni Galeno aduersaretur, dissonū quidē minimè foret. Quocircà nec increpandus uenit. Cùm in eo loco nō Galeni, uel Hippocratis interpretem se esse fateatur. Talem uerò nominādi consuetudinem sua tempestate floruisse possibile est. Quin et ante ipsum. Eò quòd ab Alexandro etiam, in quæstionibus de Natura, idē traditum esse Rhodiginus Cælius testis est.[a] κιονὶς uerò, Latinè columella, seu columnella, penès eundem Paulum, particulæ potiùs nomen esse uidetur. Ita enim uolumine

tertio

Marginal notes:

l Vt 14. meth. c. 13. āte me^m. et 6. de tuenda ualet. cap. 12. post. medium.

Cōtra Linacrū, Andernacū. Torinum, Cornariū, & alios multos interpretes.

m Vt 11 de usu partiū c. 11 sæpe.

n lib. 3°. cap. 26 uersus finem.

o 6. meth. ca. 5. post principium.

p 2' meth. c. p°. circa finem.

q p. de pot. natural. cap. p°.

r lib de particularibus morborū tēporibus. ca. 4. circa principia.

s 2 topicorū. c. 6.

t 2. de aīa. cō. 62

u libro de part. morb. tēp. cap. 4. circa principia.

x p' prog cō. 4.

y supra fol. 13.

z lib 6. cap. 31. [in p]rincipio.

Cōtra Paulū.

Excusa°. Pauli.

a lib. 4. Lectionū Antiquarū. c. 13. post prin^m.

b cap. 26. sec. pe nultima.

tertio[b] ab eo scriptum legimus { κιονίδος φλεγμενούσης, γαργαρίσμασι χρηστέον. } quod est, columnella inflammata, gargarismis utendum. etc. } Vbi constat columellam pro particula desumptam. Deinceps autem quòd, κίων, Latinè columna pro morbo capitur (perindè atq; ex uolumine sexto prædocuimus) apertissimè demonstrat. Sic uidelicet subdens. { ἰσοπαχοῦς δὲ αὐτῆς οὔσης, ὃ δὴ κίονα καλοῦσι } hoc est, { Aequaliter autem crassa hac reddita. } hac. s. columella, quam anteà iam nominauerat, q̃q̃; interpres uuam conuertit, { quam iã columnam uocant: gargarissationibus fidendum. etc. } Columna igitur, et columnella, penès Pauli monumenta, differunt. Apud quem quidem gargareon, & columella partis nomina sunt: columna uerò, et uua, morbi diuersam figuram repræsentantis. Sed in prænarratis iam Pauli uerbis quædam, & non paruipendenda contradictio conspicitur. Etenim libro sexto[c] inquit { Si oblongior, tenuisq; fuerit, κίον, hoc est, columna nuncupatur } libro autem quarto,[d] huius oppositum præscripserat, dicens { Aequaliter autem crassa, hac reddita, κίωνα. i. columnam uocant } si ergo æquè crassior effecta est, non tenuis est. At id nihil in Pauli uerbis repugnantiæ repræsentat. Nam omninò supponendum est gargareonem, ob humoris defluxum, crassiorem iam, tumidioréq;, q̃; secundùm naturam extiterit, redditum esse. Si enim tenuior euaserit, q̃; sit secundum naturam, tunc lorum esset, Græcè, ἱμάς, dictum, & ἱμάντιον. de quo quidem Aetius[e] meminit, quùm scilicet ex suffitu nimiùm ignitus gracilescit, ac secundũ omnes dimensiones comminuitur. Quanuis autem aliquandò tumeat, crassiorq; in omnibus etiam dimensionibus, reddatur: Trifariàm nihilominùs augeri præter naturam consueuit. Vel enim contracta rotundior, grossiorq; fit, tumq; speciali nomine donata non est, Vel uuæ fructus instar, supra quidem tenuis, infrà uerò crassior, ac rotundior est. Vel demũ secũdùm longitudinem magis aucta, æqualiter interim à superioribus ad ima usq; tumet. æqualiter inq̃;, hoc est, seruata particulæ proportione. Tuncq; κίων, id est, columna uocabitur. Quæ tamen uuæ longè quidem in ima parte crassioris comparatione, tenuis dicitur. Oblonga etiam est, non ut ea, quæ contracta est: rotundáq;. quam ne attingi quidem scalpello debere Paulus[f] idem præcepit. Columna igitur oblonga est, & uuæ, atq; alterius (contractæ scilicet) respectu gracilis est, æqualiter tamen crassior reddita. Aequaliter dixi seruata particulæ proportione. Etenim gargareonis particulæ figura naturalis est, ut superiùs quidem latior, crassiorq; existens in angustum ad extremum usq; descendat. Ita igitur & in morbo, columna (secundùm Paulum) nuncupato, particula quadantenùs crassior in superioribus remanens, in extrema tandem portione gracilior apparebit. ut muris caudæ pendentis figuram, apud ipsum quoq; Paulum,[g] repræsentet. De hac uerò Celsum[h] quoq; intellexisse autumo. quùm ait { si uerò inflammatio quidem nulla est. Nihilominùs autem ea ultra iustum modum à pituita diducta est, & est tenuis, acuta, alba, præcidi debet. } Quòd si nonnunq̃; iuxta longitudinem duntaxat augeri conspiciatur, secũdùm crassitiem uerò, uel in eodem permanere, uel comminui. tùm proculdubiò & oblonga, & gracilior euasit, q̃; pro naturæ modo fuerit. Quomodo igitur æqualiter crassa est? Respondendum rursùs est, quemadmodum μέγεθος, hoc est, magnitudo sæpissimè pro genere. s. tam pro aucta, q̃; pro diminuta quantitate, apud Galenum, pluresq; alios authores, legimus: ita & de crassitie dici potest. ἰσοπαχὺς ergo, quod est, Latinè, æquæ crassus, non maiorem naturali crassitiẽ importat, sed eius, siue auctæ, siue diminutæ æqualitatem refert. Oblonga igitur columna est, ut ad propositum

Cõtra Andernacum.

Pauli cõtradictio.

c ca. 31. i prin°.
d ca. 26. circa finem

Solutio. p[a].

e lib. 8. cap. 40. & 41.

f lib. 6. cap. 31. post principia.

g Ibidẽ statim
h lib. 7. cap. 12. sec. 2[a].

2[a].

10

20

30

40

reuerta-

reuertamur, qua de re nō cōtracta, sed extēsa, præterea æqualis (seruata interim, ut diximus, proportione) quò ad crassitiem est, nō etiā uuæ instar, in superioribus tenuior, inferius autem grossior, ac rotunda. Verùm enimuerò non in his tantummodò significatis æquiuocatio consistit. Vt. σκίων, Latinè, columna, apud Galenum, particulam ipsam, quam & gargareonem nuncupauimus, significet: Apud Paulum uerò eiusmodi particulæ quandam affectionē. Sed tertiò penès Hippocratem, [i] quendam in muliebri pudendo natum tumorem præsefert. Quū scilicet ait { Si in pudendis graueolentia fuerit, & κίων ἐγγένηται, quod est, columna innascatur, & dolor affligat. Dolorem quidem sedabit apij semen ieiunæ in uino datum: Graueolentiam uerò anisum eodem modo datum: τὸν δὲ κίονα χρὴ ἀποτέμνειν, quod est, columnam uerò abscindere oportet. } Intelligimus autem quendam carneum tumorem muliebri pudendo innascentem, et in exteriora, caudæ instar, prominentem: qui à caudæ similitudine, κέρκωσις, à Græcis nominatur. De qua rursùs, in alterius tumorū catalogi enarratione, uberiùs loquemur. Nunc ergo tempestiuum est receptui canere, quò possimus ad alios tumores accedere. Vua igitur affectus, tumor'ue, quem hìc enarrandum assumpsimus, sanguineus magna ex parte est: Cumq; ueluti prædiximus, inflammationis quædam species sit, calidus dubio procul omni tumor existit. Quòd si nonnunq; ex pituita de capite ad gargareonem descendente uuam fieri, uel ab Hippocrate [k] scriptum est: Nil tamen obstare uidetur. cùm et ex pituita, et ex humore etiā melancholico pleuritim fieri posse scribatur. [l] quæ iā phlegmones quædā species est. Haud .n. ex ijs suā frigiditatem conseruātibus, at putrefactis, caloremq; uel immodicum adeptis, huiusmodi morbus, et reliquis in partibus phlegmonæ gigni queunt. sæpissimè autem, quanuis uel pituita, uel melancholicus humor dominetur: sanguinis tamen quippiam sibi admistum afferet. Quam ob rem Hippocrates non inflammatum modò gargareonem, uel ex destillante à capite pituita, in huiuscemodi affectu, posuit: Verùm & priùs rubicundum fieri, temporis autem progressu nigrescere protulit. Id quod sanguinis, aut bilis etiam flauæ nonnihil coniunctū esse necessariò præsefert. SED alia contemplemur. Ad tumores igitur, ordine quinquagesimum sextum, & quinquagesimum septimum accedamus. Paristhmia. s. atq; Antiadas. De quibus quidem insimul, facilioris doctrinæ gratia, loquendum est. A paristhmijs tamen exordium sumendo. παρίσθμια igitur, & ἀντιάδες, duo Græca nomina sunt: quæ aliter apud Galenum: aliter uerò apud Paulum, aliterq; penès Aetium usurpantur. Indéq; apud recentiores innumeræ confusiones insurgunt. Eóq; magis, quòd his Grecis nominibus respondendentia Latina, uel exquisita desiderant, uel (ut lubet) mira confusione perturbāt. Galenus [m] ergo Antiadas, et paristhmia nil aliud, q; inflammationes esse, diuersarum tamen partium definiuit, Antiadas enim, τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς φάρυγγος ἐκατέρωθεν ἀντικειμένων ἀλλήλοις ἀδένων, quod est, adenum glandularum'ue earum, quæ inuicem inter se sc oppponuntur, utrinq;, in ipso faucium initio: [n] uel (ut alibi [o] ait.) ἐν τῷ πέρατι τοῦ στόματος, quod est, in intimo ipsius oris termino. Idem nanq; est intimus oris terminus, siue absolutè, ut in Græco habetur, terminus, & faucium initium. Harū igitur glandularum phlegmonas esse antiadas ait. quas tàm Horatius Limanus, q; Augustinus Riccus Tonsillas Latinè appellarunt. Paristhmia uerò itidem inflammationes esse uoluit, non tamen prædictarum glandularum: Sed earum partium, quæ εἰς τὰ τούτων ἐχόμενα, [p] hoc est, ijs glandulis adiacent, proximáq; sunt. Vel ut alibi [q] scripsit (& in idem uenit) τῶν κατὰ αὐτὴν

i lib. de Natura Muliebri uersus finem.

κέρκωσις.

Obiectionis solutio.

k lib. 2°. de morbis. sec. 5ª.

l 6ª aphor. 33. 2° prog. 47. de cōst. art. med. cap. 15. circa finē. 2°. de crisi. c. 10. 2ª. de differētijs febriū ult°. et sæpè.

Tumor. 56. Paristhmia.

Tumor. 57. Antiades.

m li. de tu. præt nat. c. 21. et. 3ª. de sympt. cau. c. 4. circa principia.

Antias qd?

n de tum. præt. nat. 21.

o 3. de sympto. causis. 4.

Paristhmia quæ?

p 3° de sympto. causis. 4.

q de tum. præt. nat. 21.

ἀντὴν φάρυγγα σωμάτων, id est, eorum corporum, quæ in faucibus sunt. Vel (pro ut aliàs[r] nominis uim, rationemq; uestigans, ait.) τῶν κατὰ τὸν ἰσθμὸν χωρίων, hoc est, locorum in isthmo existentium, siuè ad isthmum attinentium. Huiusmodi autem loca ad isthmum attinentia scire nequimus, nisi quid per isthmum in animali, homine'ue intelligendum, ueniat, prædeterminatum sit. Dicitur enim { παρίσθμιον } à præpositione { παρὰ } quod est, Latinè { iuxtà } & { ἰσθμὸς } quod angustum quendam, ut uidebimus, locũ, siue meatum significat. q. d. { iuxta isthmũ. } Nominatur ergo paristhmion, διὰ τὸ παρακεῖσθαι τῷ ἰσθμῷ, id est. quoniam isthmo adiacet. { Per isthmum autem nũc (subdit Galenus[s]) intelligere oportet τὸ μεταξὺ τοῦ στόματός τε, καὶ τοῦ στομάχου μόριον, hoc est totũ illud, quod oris, & stomachi, gulæ'ue intermedium est. per metaphoram quandam ita nominatum, ab ijs, qui propriè dicuntur isthmi. sunt autem angusti quidam terræ transitus inter duo maria sitæ. } Quemadmodum adeò cuiuis, uel humanarum literarũ candidato apertissimum est, ut isthmum aut Achaicum, Corynthiacum'ue, aut Thracium declarare, pedagogi potiùs, quàm Medici munus esset. Quoniam igitur isthmorum terræ instar, angustus quidam meatus est, locus'ue, per quem cibus transit, propterea totus ab ore exordiens, ad stomachi gulæ'ue principium usq;, isthmos à Galeno nuncupatus est. Vt scilicet utrinq; ueluti profundum pelagus imaginemur: hinc quidem extra os, inde uerò in uentriculi fundum deorsùm descendentes. Itaq; hoc pacto cùm sumpserit Galenus isthmon: partes ad isthmũ attinentes, et iuxta isthmũ positas eas intellexit, quæ huic spatio, meatuiq; superiacent, atq; circumpositæ etiã sunt. Qua de re seipsum elucidare cupiens Galenus, has partes ad isthmum attinẽtes, in quibus paristhmia fiunt, ostendit: sic subdens.[t] { Hæc autem paristhmia sunt nonnunquàm solius tunicæ communis uentri, ac gulæ, & faucibus, totiq; ori, inflammationes, nonnunquàm uerò & subiectorum ipsi musculorum } tuncq; uelut anginæ principium dici potest. de qua deinceps sermo prorius habendus est. Quotiès igitur aperto alicuius ore, fauces, palatumq;, ac demùm quicquid meatui quidem adiacet, inflammata esse apparent: hunc hominem paristhmia pati, proferendum, ex Galeni monumentis, est. Quanquàm non me latet, isthmo etiam à Galeno,[u] præpositum omni uentri angustum collum, assimilari. quod nihilominùs generico nomine stomachum nuncupari ait, Quomodo meatus ad expurgandam tùm flauam,[x] tùm atram bilem[y] commodos appellauit. Quod uerò nonnulli aiunt, isthmi scilicet nomine, uel fauces, uel ipsum gargareonem intelligentes, tametsi uerum esse ad cuiusuis placitum queat: A Galeni tamen mente (ut patet) remotissimum est. Huius enim sententia ex præcedentibus manifesta, fuit, paristhmia tunicæ cõmunis uentri, gulæ, faucibus, atq; ori, nonnunquàm uerò & musculorum huic tunicæ subiectorum inflammationes esse: neutiquàm porrò glandularum, prout quidam ex Galeno interpretari conantur. Harum nanq; inflammationes, quemadmodum prædiximus, antiadas nuncupari Galenus idem uoluit. ἀπὸ τοῦ ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις, hoc est, ab eo quòd sibi inuicẽ oppositæ sunt. Qua de re Galenus etiam paristhmia, & antiadas alibi[z] non semel tanquàm diuersos affectus enarrauit. Interpretes uerò nõnulli paristhmia tonsillas uertũt, antiadas Græco nomine uocantes. Nonnulli autem contrà, has quidem, tonsillas, illa uerò, Græca uoce, paristhmia nobis interpretantur. Atq; alij demùm tam paristhmia, quàm antiadas nomine tonsillarũ in Galeni traductionibus appellant. Adeò ut miram legentibus obscuritatis confusionem inducant. Verùm enimuerò quanuis hæc duo nomina in præassumptis, atq; alijs quàm plurimis Ga

leni

r 3[i].aphor cõm. 26. post prin[m].

Paristmiõ unde dicitur.

s Vbi supra. in cõm. aphor.

Isthmos quid?

t Ibidem. f. 3[i]. aphor. 26.

u 4[o]. de usu partiũ. c p[o].

x Ibidẽ. cap. 4.

y Ibidẽ. cap. 15.

Contra Musam.

z Vt patet etiam lib. 5 salubrium c. 4[o]. uersus finẽ et. 6[i]. eiusdem c. 12. post medium.

leni locis, diuersarum iã prædictarũ partiũ affectus, inflãmationes'ue, non ipsas particulas, particularũ'ue integrarũ substãtiã præseferant. Nõnunq; tamen ab eo etiam, paristhmia particulã ipsam, et nõ morbũ ostẽdere, facillimè elicere possumus. Quẽadmodũ ubi de glandulis
„ pro alimẽtorũ usu loquebatur. Sic enim ab ipso scriptũ legimus [a] { Sunt autẽ et circa larynga, et pharynga huiusmodi quædam glãdulæ, sicut & in mesenterio: uerùm hæ quidẽ sunt exiles, eóq; uulgus ipsum latet. Quæ aũt, κατὰ τὰ παρίσθμια, καὶ τὸν λάρυγγα, hoc est, secundùm paristhmia, & laryngem, magnæ quidem sunt, ac conspicuæ. etc. } in quibus Galeni uerbis, paristhmia pro loco, & non pro morbo sumi, apertissimum est. Perindè ac Heræ stomaticum ex besasa referens, etiam Galenus idem ait [b] { Στοματικὴ ποιοῦσα πρὸς
10 συνάγχας, καὶ φλεγμονὰς παρισθμίων }. quod est, { stomatica (compositio scilicet) faciens ad anginas, & inflammationes paristhmiorum. etc. } Vbi pro loco, & non pro morbo paristhmia sumpta fuisse perspicuum est. Quanq; pluriès, uel in eodem libro, [c] pro morbo captum nomen legimus. Quemadmodum igitur paristhmia pro loco etiam, particula'ue iuxta isthmum existente, nonnunq; in Galeni quoq; monumentis leguntur: Sic & antiadas pro glandulis ipsis contra se inuicem oppositis aliquandò capi absurdum non est: Quanq; Galeni locus impræsentiarum non occurrit, Vbi pro parte antiadas, perindè ac de paristhmijs præscriptum est, usurparit. Verisimile tamen est apud eũ inueniri, uel saltem id minimè negari. Cùm & nominis ratio priùs congruat, nullamq; repugnantiam occludat: deinceps uerò & suus Hippocrates usus fuerit, ac post eos, ab Aetio comprobetur. Hippocrates enim
20 sic aliquandò scribit [d] { Ἀντιάδες δὲ καὶ ὑπογλωσσίδες, καὶ οὖλα, καὶ γλῶσσα, καὶ ὅσα
„ τοιαῦτα ταύτῃ πεφυκότα, ταῦτα πάντα νοσέει ἀπὸ τοῦ φλέγματος } quod est { Antiades (incostans interpres tonsillas uertit) & partes sub lingua, et gingiuæ, et lingua, et quæcũq; huiusmodi hoc loco consistunt, hæc omnia ex pituita ægrotant. } Quo in loco antiadas pro loco, & non pro morbo sumpsisse Hippocratem liquet: Quanq; nonnulli minùs rectè cõsiderantes, pro morbo, ex Hippocratis intentione, intellexerint. Pro quo nihilominùs morbo
„ deinceps sermonem rursùs habens, intellexisse apparet. Quùm sic ait [e] { ἢν ἀντιάδες γένωνται, συνοιδέει ὑπὸ τὴν γνάθον ἔνθεν, καὶ ἔνθεν, καὶ φαινόμενον σκληρόν ἐστιν ἔξωθεν, καὶ ὁ γαργαρεὼν φλεγμαίνει } quod est { si Antiades (tonsillas inconsultè idem interpres uertit) fiant generentur'ue, intumescunt sub maxillis ab utraq; parte: & ad con-
30 tactum foris durum utrobiq; sentitur, & Gargareon inflammatus est. } Nulli profectò dubium esse debet in his uerbis Hippocratem antiadas pro morbo accepisse. Sicut autem antiades pro particulis interdùm glandulis'ue, interdùm uerò pro morbo sumptæ apud Hippocratem leguntur: Ita etiam paristhmia. Quanuis enim hic in aphorismo, [f] de affectu intellexerit. In libro tamen de dentitione sæpenumerò pro parte loco'ue morbi parismia pronunciasse compertum est. Quo tamen in loco, ueluti & in aphorismo, & alijs fortassè pluribus locis, non aliam partem hoc nomine intellexisse, uerosimilius est, q; ipsas utrinq; positas glandulas, quas ab eodem Antiadas alibi nuncupatas esse præostendimus. Etenim libro de glan-
„ dulis [g] ita scriptum offendimus { collum ab utraq; sui parte hinc & indè adenas, glandu-
„ las'ue habet: καὶ παρίσθμια καλέονται αἱ ἀδένες αὗται, hoc est, & parismia uocan-
40 tur hæ glandulæ. } tonsillas idem interpres Latinè conuertit, qui et Antiadas alibi tonsillas uocauerat. In Aetij tamẽ (ut uidebimus) traductionibus, paristhmia tonsillas, [h] antiadas uerò

glandulas

a lib. 3. de alimẽtorũ facult. ca. 6. ante mediũ.

b lib. 6. de cõpo. med. secũdũ loca. cap. p°. uersus finem. sec. in Latinis. 15.

c Vt ĩ eodẽ capite. sec. 6. & 7. et lib. 7. cap. p°. sec. ultª. post mediũ. & sæpè.

d lib. 2°. de morbis, sec. 6.

Cõtra Cornarium.

Cõtra Brasauolum.

e In eodẽ lib. sec. 13 secũdũ traduc. Cornarij.

Cõtra Cornarium.

f 3ª. aphor. aphorismo. 26.

g Ante mediũ libri.

h lib. 8. cap. 45. 46. 49.

glandulas [i] interpretatus e, tonsillas à glandulis differre opinatus. Præsertim cum in annotationibus in sextum Galeni librum de compositio. med. secundum loca, [k] Galeni sententiam [l] de paristhmiorum nomine transcribat. Quam ob causam anteà inconstantem, & inconsultum nominauimus. Iam iam ergo prædictus Hippocratis locus Galeni commentum destruit. quùm paristhmia affectum, in alia parte, q; in huiusmodi glandulis obortum, uel si pro loco morbi nonnunq; sumpserit, alias corporis particulas, & ab hisce glandulis diuersas, uel ad Hippocratis intentionem, huiuscemodi nomenclatura intellexit. Hippocrates enim (ut ex eius uerbis ostendimus) uel glandulas utrinq; in faucibus existentes, [m] uel in ipsis ijsdem glandulis affectum, phlegmoné ue [n] uoluisse apparet. Quemadmodum & antiadas nonunq; [o] easdem (alia licet ratione) glandulas: nonnunq; [p] uerò scirrhosam phlegmonen, durum'ue in eisdem adenibus genitum affectum nominasse compertum est. Cuius intentionem exquisitiùs inter Latinos Celsus, inter Græcos aũt Paulus, q; Galenus concepisse apparent. Celsus enim quas, communi interdùm [q] nomine, glandulas uocat: Indéq; eodem partis nomine, Hippocratis more, in eius aphorismi relatione, [r] glandulas etiam nuncupat. specialiùs tamen interdùm [t] ipsas, quæ afficiuntur partes, glandulas'ue, Tonsillas (diminutiuè à tolle, seu tole tumorem quẽdam significante) nominat. Quo etiam nomine tùm eloquentiæ parens Cicero, [u] tùm aliquando Plinius, [x] ac reliqui deinceps ad earundem partium significationem usi sunt. ut Marcellus Romanus [y] alijq; demùm ad nostram usq; ætatem. Nonnunq; uerò Celsus eodem partis nomine affectum intelligit. [z] Quo etiam pacto sæpenumerò Plinius, [a] ac illi quoq; ascriptus liber, [b] usi sunt. Affectum dicimus cum Celso phlegmonen, priùs tamen, q; induruerit. Tonsillæ, autem, quæ post inflammationes indurerunt (idem Celsus [c] ait) ἀντιάδες à Græcis appellantur. Celsus ergo antiadas induratam esse phlegmonen tonsillarum, hoc est glandularum ceruicis (uti diximus) intelligit. Atq; idipsum ex Hippocratis [d] iam monumentis elegimus. quemadmodum & hasce glandulas, tonsillas'ue ab Hippocrate paristhmia nõnunq; [e] uocatas esse ostẽdimus. Paulus quoq; ab huiusmodi sententia deriuasse nõ uidetur. Qui. qdẽ libro tertio [f] paristhmia pro partibus affectis sumẽs, deq; parisihmiorum inflammatione loquens, non alias partes intellexisse apparet, q; totiès repetitas glandulas: Antiadas interim earundem partium induratã esse phlegmonen definiens, his uerbis { ἐςὶ δὲ ἀντίας ὄγκος σκιῤῥώδης τῶν παρισθμίων } quod est { Antias autem est tumor durus paristhmiorum } Quòd autem Paulus paristhmiorum nomine prædictas intellexerit glandulas, ex libro sexto [g] clariùs liquere potest. ubi etiam modum generationis antiadum elegimus. Quùm sic ait { Quemadmodum indurescentes glandulæ, chœrades strumæ'ue appellantur: Ita ẽt paristhmia inflãmata, et supra naturalem modũ aucta, et ueluti desiccata, deglutitioni spirituiq; difficultatẽ exhibentia, ἐξεναντίας ἀλλήλων πεπαγμένα, ἀντιάδες ἐκλήθησαν hoc est, è regione utrinq; sibi inuicem opposita, antiades .q.d. contraposita uocãtur } In idem ergo tam Celsus, q; Paulus tendere uidẽtur. Cumq; nec Paulus Græcus Celsum Latinum legerit, neq; Celsus longè uel Galeno, nedùm Paulo uetustior hunc uidisse potuerit: utrũq; ab Hippocrate, uel alio fortassis Græcorum prisco authore collegisse uerisimile est. Sed ne obstat quidem, quòd Paulus paristhmia à glandulis, quibus interim comparat, in præassumptis uerbis distinxisse uidetur. ut hinc fortassè quispiam eligat, paristhmia glandulas

non esse

i. ibidẽ cap 48.
k. super cap p^o uersus finem.
l. 3. apho. cõ. 26.
Cõtra Galen.
m. ut libro de glandibus. & de dentitione. uersus finem.
n. ut. 3. lib. aphorismorum. 26.
o. ut. 2 libro de morbis sec. 6.
p. ut ibidem. sec. 13.
q. libri. 4'. cap. p^o. post prin^m.
r. 2'. p^o. uersus finem.
t. 6'. x^o. in principio & .7'. 12. sec p^a. uersus finem.
u. lib 2. de nã Deorũ uersus finem.
x. lib 11 ca. 37. post me^m. & 20' cap. 20. post principiũ, & sæpe.
y. lib p^o. de medicamẽtis cap 11 & 15.
z. ut p'. lib. 5°.
a. libri. 20'. 9°. 14. 17. = 22'. 17°. 25. = 23'. 6. 7. = 24'. 7. 14. 16. = 28'. 4°. 12. & sæpissimè.
b. p^o de re med. cap. 45. & 4'. eiusdem 40.
c. 7'. ca. 12 sec p^a. circa finem.
d. ex. 2°. lib. de morbis sec. 13.
e. lib de glandibus ante mediũ.
f. cap 26. uersus finem.
g. cap. 30.

non esse, apud Paulum. Etenim triplex cùm sit glandularum genus in ceruice consistentium: Quod quidem alterutra ex parte ad laryngis radicem adnatum est, magnum, fungosum, carnisq; propemodùm colore, sed magis intereà nigricans, & uenis satis conspicuis obductum, ut humore meatum asperæ arteriæ imbuat, eoq; uiscido, & pingui, ad uocis perfectionem à sapientissima natura constitutum, intùs latet: proptereaq; siue inflammetur, siue quouis alio modo intumescat, nullum speciale morbi nomen sortitum est. Reliqua igitur cõsiderans Paulus, idipsum præteriisse uisus est. Cùm duo autem sint: alterum nomine proprio, paristhmia, uel ex Hippocratis [h] sententia, nuncupans: alterum quod in exterioribus magis consistit, generis nomine, proprium desiderans, appellauit. Sunt autem alterius generis glandulæ, quæ paristhmia nuncupant, elatiùs quàm primum genus anteà declaratum, ipsi laryngi appositæ. Quippè in spatio, quod nobis hiantibus medium inter narium foramina, & laryngis apparet, utrinq; in lateribus una reponitur glandula, utcunq; insignis, & glandi forma perquàm similis. Oblonga enim est hæc glandula, & secundùm longitudinem sursùm, ac deorsùm exporrigitur. Cuius figuram rotundioribus amigdalis quidam assimilantes, præsertimq; dùm præter naturam tument, quas Græcorum plurimi, uel paristhmia, uel antiadas nuncuparunt, Latiniq; tonsillas, hi nihilominùs amigdalas nominarunt. Est autem huiusmodi glandularum (Galeno [i] docente) usus, ut saliuam procreantes asperam arteriam, atq; unà stomachum quoq;, cum tota oris amplitudine, humectent, non ad uocis modò, respirationisq;, sed ad deuorationis etiã facilitatẽ, ac sermonis elegantiã cõmodissimæ. Alterum uerò glandium genus, quod deniq; tertiũ est, eorũ, quæ intùs in ceruice cõsistunt, alioqn inguinũ, & axillarũ glãdibus, tũ natura substãtia'ue, tũ officio, respõdens, cauitates omnes exactè implet, uasorũq; diductibus, distributionibus'ue præficitur. Quocircà numerosum est sub auriũ radicibus, et uniuerso spatio inferiori maxilla cõscripto continetur. Nullo tamen (ueluti prædictũ est) peculiari donatũ est nomine. de quibus quidẽ oĩbus alibì uberiùs, atq; opportuniùs sermo fiet. Nũc.n. sat superq; dictũ sit, quatenùs ad propositum spectat. Quã ob rẽ Paulus (ut ad principale reuertamur) generis nomine usus, in iis chœradas, strumas'ue, in aliis uerò (quæ paristhmia speciatim nũcupauit) antiadas, ob adeptam præternaturalẽ duritiem, generari protulit. Quod autem magis (mea quidem sententia) obesse legentibus poterit, præsertimq; tyronibus, & iis, qui Græcarum literarum expertes sunt, Interpretum confusio est. Etenim Andernacus in eodem capite, tã paristhmia, q̃; antiadas Græcè à Paulo prolatas, Latinè tonsillas, absq; ulla considerandi distinctione, conuertit. In titulo enim capitis, in libro sexto, [k] ubi Græcè habetur {περὶ ἀντιάδων} ille traduxit {De tõsillis} Mox uerò deindè, qùm Græcè Paulus ait {τὰ παρισθμια φλεγμένοντα} ille conuertit {tonsillæ inflãmationẽ expertæ} adeò ut tam antiada morbi nomen, quàm paristhmia, glandularum uocem, tonsillas Latinè appellarit. Quò autem magis pauperculos legentes confundat, rursùs contra se inuicem positas inflammationes duras, antiadas à Paulo uocatas, non solùm tonsillas nũcupat, sed proprio interim marte, absq; ulla penitùs cõsideratione, addit illa uerba {eodẽ partis uocabulo tonsillæ, Græcè antiades uocantur} Græcè autem duabus dictionibus id totum Paulus expleuerat, dicens {ἀντιάδες ἐκλήθησαν} quod est. {antiades uocantur.} Cùm ergo iam anteà partem, tonsillas, nominauerit, dùm ait {tonsillæ inflammationem expertæ} deincepsq; dicat {eodem partis uocabulo, tonsillæ uocantur}

Triplex glãdularũ genus in collo.

h lib. de glandulis. ante mediũ.

i 7[l] de usu partium. 13. circa finẽ. & 11. eiusdẽ cap. 10. uersus medium.

Cõtra Andernacum.

k cap. 30.

cantur, Græcè antiades } de partium affectibus tunc temporis loquens, Quis est, siue Latinus, siue etiam Græcus (modò Græcum Paulum desideret) qui partem etiam ipsam antiadas nominari non eligat? Eodem partis uocabulo, tonsillas. s. Græcè antiadas, uocare Paulum intelligens. Nullum n. signum est, quo non Pauli, sed traductoris uerba esse illa { eodem partis uocabulo } cognouerit. Sed ne Albanus quidem ille Torinus ab eiusmodi confusione excusari, uel in reuisa, recognitaq; traductione, potest. Quanuis enim libro sexto[l] Paulũ enarrans, antiadas duntaxat, tonsillas Latinè uocarit, paristhmia, interim Græcum nomen usurpans. Volumine tamen tertio[m] id minimè obseruarat, ubi paristhmia Latinè tonsillas uertit, antiadas uerò Græcam uocem accipit. Quam porrò inconstantiam in omnibus ferè Græcorum interpretationibus inuenies. Quanuis enim Cornarius æquiuocationem effugere non- nunquam cupiens Aetium uidelicet enarrans, paristhmia, Latinè, tonsillas,[n] antiadas uerò, Latinè glandulas[o] nuncuparit, ad Aetij mentẽ aliquatenùs se dirigens: Nihilominùs tamen Hippocratem alibì ad Latinum conuertens, tàm paristhmia,[p] q; antiadas,[q] Latinè tonsillas traduxit glandulæ uocẽ reticens, etsi utraq; dictio, apud Hippocratẽ, et glandulas, et glãdularũ affectus præseferre solita est. Tutius ergò est, ut cuiusq; Græci Authoris intentionem, & rerum differentias præscribere queamus, ipsis met Græcorum nominibus uti, q; uel miseros legentes in tot, tantasq; æquiuocationes præcipitare uel homines aliquandò glandularum uoce in suem transmutare: Admonente uidelicet Plinio,[r] in homine tonsillas, in sue uerò glandulas nuncupari. Sed ne Brasauolo[b] quidem confidas, Alexandri testimonium adducenti, antiadas scilicet, atq; paristhmia locũ præseferre. Nam Alexãder nullibi ne per somnium quidem ea uerba scripsit. uerùm meræ nugæ Albani Torini sunt, plurima in Alexandri uersione: quemadmodũ & in ea Pauli Aeginetæ, quam primitùs in lucem ædidit, ex suamet ipsius phantasia ineptissimè, ut omnis fidei interpretibus necessariæ iam expers, adiunxit. Id quod ex Græco, & noua Andernaci uersione liquet. Verùm enimuerò dimissis interpretũ confusionibus, ad germanas Græcorum intentiones conuertamur. Suisq; ipsorum proprijs ex uerbis, nominum, ac deindè rerum differentias adnotemus. Galenus ergo (ueluti præscriptum iam est) paristhmia locorum ad isthmum attinentium, antiadas uerò adenum hinc et inde contrapositorum phlegmonas esse definiuit. q; q; pro ipsis etiam partibus nonnunq; capi posse inficias non iuit. Quæ Galeni paristhmia à ueteribus illis Romanis sub faucium dictione comprehensa esse opinor. Id quod à Marcello etiam confirmatur, dùm sic scribit[a] { ad faucium tumorem, & dolorem, qui Græce dicitur paristhmia. etc. } faucium ergo tumorem cũ dolore à Græcis paristhmia nuncupari ait. Paulus autem paristhmia eiusmodi adenosarum partiũ nomen esse, antiadas uerò in ipsis factã ex inflammatione duritiem insinuat. Pauloq; tam Hippocratem, q; Celsum astipulari demonstrauimus. Cui tamen haud assentiret Galenus, qui paristhmia, etiam si particulam significare nõnunq; admitteret, diuersam tamẽ hanc esse à prædictis glandulis contenderet: Nec antiadas scirrhosum affectum, at simpliciter earum glandularum phlegmonen definierit. Aetius autem fidelior hac in re Galeni æmulus, quàm Paulus est, quanquàm & is à Galeno quadantenùs recedere uidetur. In eo siquidem Galeno conformis est. quoniam diuersas particulas, paristhmiorum, atq; antiadum uocibus intelligit. Paristhmia enim partes prope antiadas, glandulas'ue, consistentes uoluit. Haud tamen uniuersam faucium tunicam, uel huic subiectos musculos, cum

Galeno

Margin notes:

Cõtra Albanũ Torinũ.
l cap. 30.
m cap. 26.
Cõtra Cor[m].
n lib. 8. cap. 45. 46. 50.
o Ibid. cap 48.
p Vt lib. de glandibus ante mediũ. 3'. aphoris. 26. & libro de pueri dentitione uersus finem & sæpe.
q Vt. 2° libro de morbis. sec. 6. & 13.
Cõtra Brasauolum.
Cõtra Torinũ
r lib. 11 cap 37.
b 3' aphorismorum. com. 26.
a De medic. c. 35 in medio.
Pauli à Galeno discrepantia duplex.
p[a].
2[a].

Line numbers: 10, 20, 30, 40

Galeno intellexisse apparet. Quam ob rem diuersa capita scripsit, de paristhmiorum inflammationibus,[s] pestilentibusq́; & crustosis eorundem ulceribus,[t] atq; affixis in paristhmijs spinis,[u] à capite de antiadibus.[x] Quo nomine praeostensas glandulas intellexit, sic dicēs { omnibus hominibus carunculae quaedam exiguae, secundùm naturam, iuxta utrunq; paristhmiorum existunt } quod autem subditur { antiades Graecis, Latinis glandulae appellatae. } non Aetij sed Interpretis uerba sunt. Sequitur uerò Aetius { Hae. s. carunculae dùm naturalem seruant mensuram, nil molesti inferunt. Verùm ubi iuxta affectionis proprietatem augescāt, modiq; maioris, q̄ secundùm naturam suam, fiant: tunc sanè & transglutionis, & spirationis difficilis causae existunt } In quibus uerbis etiam si huiusmodi caruncularum nomen minimè protulerit: idipsum nihilominùs deindè insinuat: ita q̄ primùm subiungens: { Diducto itaq; ore, manifestè apparent τῶν ἀντιάδων ὄγκοι, quod est, antiadum, siue (ut interpres uertit) glandularum tumores. Itaq; non semel in eodem capite repetitum est. Vbi continuò Cornarius, antiadas, Latinè glandulas nominauit. Id ergo, penès Aetium, particularum à paristhmijs diuersarum nomen expressum est. Qua in re conformis aliquantulùm Galeno est. A quo tamen recessit, antiadas, & paristhmia partium potiùs, q̄ morbi uoce exprimens. Minimus uerò hic lapsus est. Cū ueluti Galenus antiadas pro partibus admitteret, ac nulla prorsùs calūnia tali nomine huiusmodi carunculas donaret. Quin de paristhmijs nōnunq̄ ab eo seruatum praeostendimus. Ita etiam contrà Aetius q̄ libentissimè, ut Galeno complaceret, affectus quoq; ijsdem partium nominibus uocasset. Quod autem longè maioris momenti est, & in quo magis à Galeno differre uidetur idipsum est. Quoniam. s. Galenus antiadas nō aliud, q̄ eiusmodi adenosarum carnium inflammationes esse ait, Aetius uerò, quanq̄ aliquandò inflammationem pati antiadas admisit: Maxima tamen ex parte (sic. n. ibi capio, ὡς ἐπίπαν) absq; inflammatione paulatim increscere declarauit. Sed enimuerò hanc sedare discoliam, facillimum reputo. Siquidem exquisitè aduerterimus, Aetium non morbi nomen, sed (quem admodum praedictum est) caruncularum supponens, Antiadas interdum inflammari, saepiùs autem absq; ulla inflammatione, praeter naturam intumescere determinauit. Galenus uerò nō partē affectā, sed eius duntaxat inflammationem antiadis nomenclatura intellexit. Adeò ut in nomine potiùs quàm in rebus ipsis differentia sit. Verùm ne Arabes obliuiscamur, horum Princeps,[y] galsamac, siue cum articulo, algalsamac, & galsamati, Arabicis dictionibus, Galeni paristhmia, eam scilicet partem, quae ab antiadibus diuersa, iuxta Galeni sententiam, intelligitur, significasse uidetur: Antiadas uerò, duas amigdalas, interim nominat[z] utrobiq; particulas magis, q̄ affectus huiuscemodi nominibus intelligens. Sic igitur priùs utrinq; positas glandulas definiuit.[a] { Duae uerò amygdalae sunt duae carnes natae in radice linguae, tendentes ad superiora, ac si ipsae sint ei auriculae paruae. Et sunt carnosae, neruosae, sicut duae glandulae: ut sint fortiores. etc. } Deinceps autem paristhmia, uel saltem eorū potiorē partē, galsamati nomine definiuit dicens[b] { Algasamac uerò est caro panniculosa annexa palato, sub uua pendēs, cooperiens caput cannae, sicut arca. etc. } Hali Abbas[c] itidē antiadas, amygdalas nūcupat: sic etiam Mesuas,[d] Ac reliqua deinceps Barbarolatinorum omnium Medicorum grex appellat. Paristhmia uerò sub gurgulionis uoce, & operimēti, quod gurgulionē, guttur, & pulmonē uestit, Hali Abbas intellexisse apparet. Calidū uerò tumorē esse utrunq;, paristhmia. s. antiadasq́; (iuxta Galeni dogmata) ex praenarratis cōpertissimū

Marginal notes:

s lib. 8. cap. 45.
t Ibidē cap. 46.
u Ibidē cap. 50.
x Ibidē cap. 48.

Obiectio.

Solutio.

y 9^a. fen. 3^a. cap. p^o & 10.
z Ibidē & cap. 12. 19. & 17.
a Ibidē cap. p^o. i medio.
b Ibidē uersus finem.
c 9^a. Theor c 18. circa prin^a. et 9^a. pract cap 36.
d De aegritud. gutturis part. 2^a. sect. primae. sum. p^a. cap. 4.

est. Quoniam nil aliud, q; phlegmonas esse definitum ab eo est. Etiam si non semper ex san-
guine, sed nonnunq; ex putri iam, inflammataq; pituita generationẽ susceperint. Penès Pau-
lum uerò, atq; ipsum quoq; Aetium, nec non Celsum, Antiades nonnunq; cessante penitus
inflammatione perdurantes, ad scirrhosum, ac per hoc, frigidum tumorem, tunc temporis red
duci, & quidem apposìtè, poterunt. NOS uerò interim ad polypum accedemus, tumorem
uidelicet ordine propositum quinquagesimum octauum. Is enim in interna parte nasi obortus
tumor est, à Græcis πολύπους quoq; dictus, à similitudine (Galeno [e] etiam docente) quam cũ
polypis marinis animalibus præsefert. Ita enim ab eo [f] definitur: Quòd. s. Tumor est præ- "
ter naturam, in naribus genitus, polypi carni assimilis, secundùm substantiæ proprietatem } "
Quæ autem sit huiusmodi substantiæ proprietas, à Galeno minimè exprimitur. ab Aetio [g] 10
autem enucleatur, dùm hanc Galeni definitionem exscripsit. In colore. s. ac συστάσει, hoc est, [p^a]
consistentia, seu compage. Adeò ut huiusmodi carneus tumor, intus nares abortus, albidus,
uel interdùm subflauus, aut fortè subrubeus, mollisq;, ac aliquo modo fluidus, & nonnunq;
extensionem, nonnunq; uerò quandam contractionem recipiens, marinorum polyporum car-
nis substantiam, tùm colore, tùm consistentia repræsentet. Hinc ergo, iuxta Galeni senten-
tiam, ab Aetio (ut uidetur) declaratam, similitudinis ratio desumpta est. Definitionum
uerò Medicarum Author [h] duas alias similitudinum rationes, præter carnis substantiam,
adiunxit. uidelicet quoniam sicut maritimi polypi multos habent ramos, propagines' ue', aut [2^a]
(si mauis dicere) pedes, unde à Græcis πολύποδες, quasi dicat multipedes nominantur,
Ita et hic tumor usq; adeò nonnunq; per subiectos naso anfractus, cuniculosq;, in ipso etiã cri- 20
broso osse protenditur, ut ad fauces usq; sæpenumerò descendat: ac ueluti nouus ibi gargareõ
appareat, hominemq; (uti ex Celso [i] posteà uidebimus) aliquandò strangulet. Quam ob rem
& plurimas germinationes, ramosq; adeptus, multipes (polyporũ instar) apparet. Aliamq; [3^a]
similitudinem prædictus Definitionum Author adiunxit. Quoniam. s. illorum animalium ri-
tu, hic tumor, suis cum propaginibus, ac ueluti quibusdam cruribus augetur. Paulus demùm,
etsi libro tertio [k] nil aliud, q; Galeni definitionem refert: libro tamen sexto, [l] ultra substan-
tiæ proprietatem, aliam quoq; similitudinem considerauit. Quam hìc ut quartam adiungere [4^a]
possumus. Est autem illa { quoniam ueluti maritimus polypus proprijs cirrhis piscatores ul- "
ciscitur, manus ipsorum comprehẽdens (deprauatè enim legittur in Andernaci uersione, atq; "
in Hali Abbate [m] Paulũ transcribente, nares, loco, manus.) Ita & huiusmodi affectus ægro 30
tantium nares obstruit, difficultatem inde tùm respirandi, tùm etiã loquendi exhibens. } Qua- "
tuor ergo prædictis de causis, nomine à similitudine desumpto, hic tumor polypus. q. d. mul-
tipes dictus est: non à Græcis modò, sed à Latinis etiam omnibus. Sic. n. & Celsus, [n] Mar-
cellus, [o] Scribonius Largus [p], Plinio ascriptus liber, [q] Aemilius Macer, [r] Theodorus Priscia-
nus [b] alijq; deinceps hunc tumorem nuncuparunt. Sic etiam apud multos Arabes inuenimus:
ut Serapionem, [s] Hali Abbatem [t] (quanq; is aliquando, [u] generali contentus nomine, carnem
in naso superfluam nuncupat) Mesuem, [x] atq; ipsum quoq; Razem: [y] tametsi nonnunq; [z] et
hunc { hæmorrhoides } nominasse inuenimus. sub quo nomine Arabum quoq; nostrum Prin-
cipem [a] intellexisse huiusmodi affectum liquet. Qui tamen aliã speciem huic similem posuit,
quam uocat Arabicè { alarbian } corruptè in ueteri traductione { alarnabet } siue { alcarna- 40
bet } Est autem alarbian, ut scribunt (Bellunẽsis [b] relatione) Arabes, sicut Ebenesis, &
alij,

Tumor. 58.
Polypus.
e 2°. meth. c. 2°.
f 3. de. cõp med. secũdũ. loc. ca. 3.
Polypi simili-tudines. 4^or.
g lib. 6. c. 90.
h uersus finem. libri.
i lib. 6. cap. 8. in fine.
k cap. 24. post principia.
l ca 25. ĩ prin°.
m. 9. Theor. c. 15.
n 6^1. 8. et. 7^1. x°.
o de Medic. ca. 10. 11, 20.
p cap. 51.
q lib. p°. ca. 25.
r cap. 54. De colubrina.
b p°. lib. ad Timotheũ cap. 11.
Pauli et Hali Abb. locus.
s 2. li. Breu. c. 13
t 9. Theor. c. 15
u 5. Pract. 29. et 9^1. eiusdem. 32.
x. sec. p^a summa p^a. cap. 6.
y lib. Diuis. cap. 42 in titulo, et 3. Cõtin cap. 2. litera. N. sæpè.
z ut. 9. ad Mansorem. cap. 29.
a 5^a. fen. 3^1, tr. 2 cap. 11.
b In interpret. Arab. nominũ. litera. A.

" alij, animal aquaticum declinans ad colorem citrinum. Et dicitur etiam quod est species stincorum. Et dicitur etiam de carne molli addita in naso, quæ cōuenit cū hæmorrhoidibus } Quanuis Princeps non definiat, in quo ab hæmorrhoidibus differat, uel cum ijs conueniat. Ex eius tamen uerbis, in eo quod maius est, ac minus, differre collegimus. Quoniam dicens de hæmorrhoidibus ea, quæ iam polypo insunt: vz. quod { quandoq; elongantur, & fiunt hæmorrhoides pēdētes: & quandoq; elongantur, adeò quod ex naso agrediuntur, & palato. } statim duorum affectuum congruentiam subdit: dicens { Et omnes medicinæ, quæ conferunt alarbian, conferunt hæmorrhoidibus } differentiam uerò insinuat, quùm adiungit { Et quandoq; necessarium est, ut frangatur earum uirtus. } per hæc me Hercle uerba, ualidioribus indigere medicamentis alarbian insinuans, quàm hæmorrhoides. Cùm in hæmorrhoidum curatione interdùm oporteat medicamentorum uires imbecilliores reddere. Quicquid uerò sit, ad Pauli sarcoma redducendum fore alarbian arbitramur. De quo quidem post hæc loquemur. Ab Arabibus uidelicet expediti. Albucasis[c] ergo scorpioni multorum pedum, quem uestigamus, tumorem assimilauit. Fortassis autem, cùm dicat multorum pedum, non scorpionem, sed polypum, suo idiomate uolebat. Quòd si scorpionem intellexit: quò ad pedū multitudinē, uerus fieri eius sermo potest. Quanq; id à uetustioribus tam Græcis, quàm Arabibus, ac Latinis alienum est. At omissa nominum disquisitione: ad ea, quæ maioris momenti sunt, perueniamus. Etenim Galenus, Alexāder,[d] Definitionū Medicarū Author, Paulus, Aetius, cæteriq; demùm & Græci, & Latini, atq; etiam Arabes, in plures distinguere species polypū minimè curarunt: Nisi fortassis horum aliqui[e] distinxerint quò ad mores. quendam scilicet mitem, quendam uerò malignum, aut cancerosum quendam, curationiq; rebellem, alium uerò canceris omnis, ac sæuitatis expertem declarantes. Hippocrates autem, & si in eo libro, quem { περὶ παθῶν } inscripsit,[f] simpliciter, & tanq; sub una forma existentem polypum definiuit: libro tamen de morbis[g] in quinq; species distinxit: singulis interim curationes accōmodans. Sic. n. primā speciem exorditur { Si polypus fiat in naso, ex medio cartilaginū dependet, ueluti gargareon: et ubi expirationē facit, progreditur foràs, & est mollis: ubi uerò inspirationem facit, retrocedit: et loqtur obscurè, et quùm dormit, stertit. } Hæc igitur prima polypi forma est. Qua deinceps curata, Secundam ijs uerbis describit { Alius polypus. Impletur nasus carnibus, & ad cōtactū caro dura apparet, et per nasum spirare nō potest. } Cuius secundi polypi etiam curatione adiuncta, Mox tertium definiuit, dicens. { Alius polypus. Intrinsecùs ex cartilagine caro rotunda prominet: quæ ad contactum mollis est. } Sed ne huius quidem speciei curam reticuit. A qua statim ad quartam peruenit, subdens. { Alius polypus. Intùs iuxta cartilaginem, alicundè durum quid nascitur, & uidetur quidē caro esse. Si uerò ipsum attigeris, strepitum ædit, ueluti lapis. } Hoc demum sanato, ad quintum polypum deuenit, sic eum definiens { Alius. Nascuntur ex obliquo cartilaginis, in summo. οἷον καρκίνια, quod est, ueluti cancelli. s. cancri parui. } Celsus autem sub unica definitione cunctas huiuscemodi species comprehendisse apparet. Quùm ita polypum definiuit.[h] { πολύπους uerò est caruncula modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret. & modò ad labra pendens, narem implet: modò retrò, per id foramen, quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeò increscit, uti post uuam conspici possit: strangulatq; hominem: Maximè Austro, aut Euro flante: Fereq; mollis est, raro dura: Eaq; magis spiritum impedit,

Marginal notes:

c lib. 2. cap. 24.

d lib. 3. cap. 11.

e Vt Paulus. & Razes. Aui. Hali Abbas. & Alij multi.

f Post principia

g lib. 2. sect. 16.

Quinq; Polyporū spēs.

1a. 2a. 3a. 4a. 5a.

h lib. 6. c. 8. circa finem.

& nares dilatat: quæ ferè καρκινώδης est. itaq; attingi non debet. etc.} In qua quidē Celsi definitione, sub molli primam, & tertiam ex prædictis ab Hippocrate speciebus: sub dura uerò secundam, & quartam: ueluti sub carcinode, cancerosá ue quintam intelligere possumus.

Celsi et Hippocratis cōtradictio.

Quanq; Hippocrates, uel ex medio cartilaginū, uel simpliciter ex cartilagine: aut iuxta cartilaginem, aut demū ex obliquo cartilaginis, originem sumere plures ait. Celsus autem narium ossi inhærere, atq; alias [i] ab osse resoluendum esse polypum docet. Qua de re ab osse oriri significans, Hippocrati contradixisse uidetur.

i libro. 7. ca. 12.

Solutio.

At ita non est. à cartilaginibus enim oriri potest: ossibus tamen intereà pertinaciùs inhærere. Quemadmodum contrà, & ab ossibus principium generationis recipere, cartilaginibus uerò interim coalescere. Vtrunq; igitur contigere impossibile non est. Sed ne Hippocrates quidem à cartilagine semper enasci protulit: uerùm aliquandò iuxta cartilaginem, aliquandò autem ex obliquo cartilaginis, nonnunq; absq; ulla penitùs cartilaginis mentione, impleri nasum carnibus definiuit. { Interdùm uerò etiam in naribus (ait idem Celsus [k]) carunculæ quædam similes muliebribus mammis nascuntur: Hæq; imis partibus, quæ carnosissimæ sunt, inhærent.} Non determinat autem Celsus an intùs, an extrà huiusmodi carunculæ nascantur.

k 6ᵗ. 8ᵒ. uersus finem.

l lib. 2. cap. 25.

m ut lib. pᵒ. ca. 37. et 2ᵗ. 8. et ex expositione antiqua Arabicorū nominū Auicennæ Tululie. seu Thelulie.

n Supra fo. 173. linea. 12. 13. etc.

Quòd si exteriùs quidem sint: Ea fuerint, quæ Albucasis [l] {thelul in naso} uocat, uerrucalē substantiam hoc nomine intelligens (prout ex alijs etiam eiusdem authoris locis [m] colligi potest) q̄; q̄; Alexander, Paulus, & Aetius Grecè, θηλὰς, hoc est, papillas, in capite affectus nominant: prout in præcedentibus [n] ostendisse memini. Sin uerò intrinsecùs huiusmodi carunculas in naribus Celsus uoluerit: ad Pauli, Definitionūq; authoris sarcoma reducendæ ueniunt. Sub quo fortassis nomine prædicti authores omnem carnis intus nares increscentis speciem intellexerunt: quæ polypi exquisitam repræsentare formam nequirēt: neq;, polyporum instar, usq; adeò pertinaciter inhæreant. Quas tamē (ut uidimus) Hippocrates sub polypi largiùs desumpta nomenclatura comprehendere uoluit.

σάρκωμα q. d.

o lib. 3. cap. 24.

p lib. 34. in fine

Est autem σάρκωμα. q. d. Latinè carnositas, eiusdem substantiæ (Paulus [o] ait) cum Polypo. carnis uidelicet in naribus præter naturam auctio. quemadmodum Definitionum Medicarum author definiuit. Plinius [p] narium carnes huiusmodi omnes affectus uocasse apparet. Primā uerò generationis originē sumūt polypi, aut phlegmone, aut phymate (Galenus [q] inquit) aut aliquo germine, uel utcunq; nominare quispiam uelit, in naribus constituto.

q li. de tu. præt. nat. 21.

r 3ᵒ de cōp. me. secūdū loc. c 3.

s lib. 6. c. 90. et 92.

Carneus ergo tumor uterq; est, tàm scilicet polypus, q̄; sarcoma, carnositas'ue. Quia tamen (uti Galenus [r] etiam, eiusq; sectator Aetius [s] aiunt) ex crassis, uiscidisq; humoribus fiunt, Idcircò inter pituitosos, ac per hoc frigidos, & humidos tumores cōnumerandi ueniunt: præsertimq;, de quo impræsentiarum loquimur, polypus. Nisi quotiès ad lapideam duritiem peruenerint. Tunc enim ad melancholicos referendi sunt: frigidiq;, ac sicci proferendi. quemadmodum ubi usq; adeò irritentur, adustioneq; tententur, ut cancerosi fiant, ad calidum uergere occipient. Nec obstat quoniam phlegmonodes polypos aliquandò [t] Galenus nuncuparit.

t Vt lib. de tum. præt. nat. c. 21.

Etenim φλεγμονώδεις intelligo, id est inflammationi paratos, atq; admodùm expositos: ut benè Riccus interpretatus est. Haud uerò q̄ sint secundū propriā affectus essentiam inflammati. Sunt enim ad inflammationem parati, διὰ τὸ χωρίον, hoc est propter locum, uidelicet tùm ob loci angustiam, tùm quia per foramen faucibus respondēs ē pulmone perpetim, in quauis expiratione, calor in eam partem emicare consueuit. Sed hæc intantùm, hoc loco, de Polypo, & sarcomate dicta sint.

Tumor. 59. Encanthis.

AD encanthida ergo conuertamur, nonū

&

& quinquagesimum ordine propositum tumorem. Quem sic Galenus[t] definiuit { Encan-
» this autem & ipsa, tumor quidam præter naturam existens, in magnis oculorum cãthis angu
lis'ue fit. } Græcè enim κανθοί, Latinè anguli oculorum dicuntur. Sed hæc quidem Galeni
definitio tumorẽ esse præter naturam dicit: Minimè tamen exprimit, cuius nam partis in ma
iori angulo existentis tumor sit. Subintelligẽda igitur hæc pars est: uidelicet caruncula la-
chrymalis à recentioribus medicis nũcupata. Cuius quidẽ carunculæ tumor, incrementum'ue
dicta encãthis est. Verùm enimuerò, pro exquisitiori huiusmodi particulæ notione, aduerten
dum priùs est, duos esse in oculis angulos (Græci κανθοὺς, uti prædictum iã est, Latini an-
gulos oculorum, aliquando hircquos per, c, & ,q, Et Arabes Almekani nominant) inquit
10 enim Aristoteles[x] { Pars cõis superioris, inferiorisq; palpebræ, cãthus angulus'ue est: Quem
» duplicem uterq; oculus habet. Alterum iuxta nasum: Alterum iuxta tempora } Priorẽ uerò,
canthum, angulum'ue maiorem: Secundum autem, minorem, uniuersa dissecantium, atq; me-
dicorum academia nuncupat. In magno igitur angulo, cantho'ue, qui circa nasum est, carneũ
corpus à natura fabricatum est, tanq; operimentum foraminis inde in nares descẽdentis, per
quod foramẽ præcipuè tùm ab oculo, tùm à cerebro humiditates in nasum descendere consue
uerunt. Quam ob causam, ne per angulos huiusmodi maiores, in genas turpiter excrementa
defluant: quæ quidem eò peruenire solent: ne'ue assiduè, præter intentionem, lachrymemus
» (Galenus[y] ait) prædicto (in alterutro. s. oculo) meatui corpora hæc carnosa fuerunt ap
» posita. quæ prohiberent quidem ne oculorum (addeq; etiam cerebri) excrementa per angu-
20 los uacuentur. Ad proprios autem meatus impellerent. Demõstratio uerò eius, quod dicimus,
» fuerit maxima, errores, in quos sæpenumerò incidunt ij, qui medicos ocularios seipsos nomi-
» nant. Nonnulli enim eorum pterygia, & magnas asperitates, ficationes, & callos palpebra-
» rum, pharmacis acribus colliquantes, simul & carunculam neruosam, quæ est ad maiorem
» angulum, imprudenter colliquarunt. Alij uerò, in encanthidum curatione chirurgica, plus
» æquo de caruncula rescindentes, effluxum excrementis ea parte aperuerunt: quem affectũ
» ῥοιάδα quidem appellarunt }. q. d. defluxum. Plures uerò per { υ } ῥυάδα. q. d. riuulũ (pro-
ferunt. unde πάθος, siue πάθημα ῥυάδη, uel ῥυώδη etiam dicitur. deprauatus enim Græ
cus codex est, in quo { μαρυάδη } legitur) Nec morbum tantummodò, in quo carnis incre-
mentum fit, encanthis præsefert. Verùm & canthorum utrorunq; radices, encanthidas, &
30 epicanthidas interdùm apud Græcos nominari, Cælius Rhodiginus testis est.[z] Quemad-
modum qui prope nasum adiacent, magni. s. ῥανθῆρες, nuncupantur (ab humoris inspersio-
ne, ἀπὸ τ̃ ῥαιτίζω, quod est aspergo) aut πηγαὶ, hoc est, Latinè, fontes. Cùm ueluti
lachrymarum fontes quidam sint. Canthos domesticos medicorum plurimi uocant. Carunc
læ igitur in huiusmodi maiori angulo existentis, quem præ manibus interpretandum assum-
simus, tumor est. At ne omnis quidem eius partis tumor, encanthis à Medicis dicitur. Etenim
Anchylops, & Aegylops (de quibus deindè sermo fiet) abscessus quidam existentes inter
maiorem oculi angulum, & nares. (Ille quidem priùs, q̃ in ulcus erumpat abscessus est. hic
uerò postquàm eruptus, moxq; neglectus, ad os usq;, in fistulam dehiscit) nonnihil inflamma-
tionis, tumorisq; carunculæ communicare interdùm solent. Id quod in ophthalmia quoq; atq;
40 alijs non paucis oculorum affectibus contingere absurdum non est. Haudquaq; tamen ob id,
encanthida pati hominem proferemus. Ni prædictæ carnis incrementum fiat. Encanthis er-
go

t li de tu. præt. nat. cap. 21.

Carũcula lachrymalis.

u Vt uerg. Egloga 3ª. uersu. 8.

x pº. de histoª. aĩalium cap. 9.

Oculorũ canthi siue anguli duo.

y 10. de usu' partiũ ca. 11.

Galeni locus.

z lib. 12. Lectionũ antiquarũ ca. 3. uersus finẽ.

go non abscessus, neq; ulcus est. Qua de causa Galenus [a] inter morbos, qui in aucta magnitudine fiunt, eam connumerat. Cui propriè opponi rhœada uoluit. [b] Quam etiam ob causam, ab encanthidos præscripta definitione, statim subdit. [c] {Est autem non ex toto genere præter naturam.} Sed sola (ut interpres Riccus addit) magnitudine. Atq; idipsum ex Authore deinceps Medicarum definitionum, [d] Pauloq́;, [e] & Aetio [f] comprobari potest. Ipsoq́; etiam Introductorio libro. qui tamen addit ex ulcere huiuscemodi tumorem aduenire. Celsus autem quanuis alijs quoq; de causis oriri posse insinuet: [g] Interdùm tamē ungue, hoc est, pterygio parùm exciso, generari encanthida protulit. Quemadmodū eodem superfluè abscisso, rhœas oriri consueuit. Patiuntur autem huiusmodi uitium præcipuè οἱ θαλασσουργοί, quod est, in mari laborantes, uersantesq́; (ut nautæ sunt, & piscatores) eodem Introductorij Authore, atq; Aetio quoq; declarantibus. Quinimmò in canibus maximè contingere Aetius adiunxit. Duplicem interea definiens encāthida, Benignam.s.mitemq́; alterā. quæ doloris expers, tenera, & laxa est. Atq; hanc dessicantibus medicamentis curat. Alteram uero maiorem, malignamq́;, ac sæuam, quæ dura est, inæqualis, doloresq́; punctorios inducens. atq; hāc manutigio præcidendam edocet. [h] Nec aliter Barbari malum hoc definiunt, q̄; carnis uidelicet incrementum. Quanq; narijs apparent id nominibus significare. Nam Razes [i] glandulam uocat. Auicenna [k] additionem carnis lachrymalium. Hali Abbas uerò nonnunq; [l] Gada: Nonnunq; [m] autem glandulam: & aliquandò [n] glandē nuncupat, Abenzoar [o] carnem additam in angulo lachrymali. Albucasisq; [p] tandem carnem additam in oculo, & alguardenici, Arabicè nominat, siue alguardenigi, uel absq; articulo, guardenici. Quanuis id Arabicum nomen, apud Auicennam, [q] alium significet affectum: eum scilicet, qui à Græcis χήμωσις, uel (ut alij scribunt) χύμωσις, dicitur De qua quidem chemosi, uel chymosi uberiùs infrà sermo fiet. Varijs autem modis hanc dictionem in Auicennæ codicibus scriptam inuenimus. Etenim alguardenisi, & aluardinegi, & aluardengi, atq; etiam sine articulo, uardenigi, legimus. Quoniā uerò in chymosi, seu chemosi, propriéq; dicta uardinegi, siue dixisse malueris, alguardenigi, ob phlegmones magnitudinem, palpebrarum inuersio fit: In huiusmodi autem affectu, quem præ manibus habemus, ob carnis incrementum, aliqua etiam fieri palpebrarum euersio solet: Hac fortassis de causa, ab effectu, symptomatéue, nomine desumpto, Albucasis alguardenigi, seu guardenigi uocauit. Sanguineus proculdubiò tumor, saltem primæ radicis ratione, dicendus est. Ad calidum quoq; ac humidum reducendus. AT alium oculi quoq; affectum percurramus, tumorem uidelicet numero sexagesimum. Græci πτερύγιον uocāt. Celsus uerò unguem. tametsi Græco nomini minimè respondeat dicere apud Latinos, unguis. Etenim πτερύγιον diminitiuū nomen est, quasi dicat, parua ala, seu pennula, à dictione πτερὸν quod est, ala, seu penna. Quod autem Græcè, ὄνυξ, dicitur, Latinis unguem propriè repræsentans, diuersum quid à pterygio, in ipso etiam oculo, præsefert. quod, communi adhùc nomine, ab Authore Definitionū Medicarum, [r] πύωσις quasi dicat Latinè, purulentia nūcupatur. Sic.n. inquit {πύωσις, ἢ ὄνυξ ἐστὶ συλλογὴ πύου, κατὰ τὸ μέλαν, μετὰ φλεγμονῆς, πρὸς τῇ ἴριδι, παραπλησία ὄνυχι.} quod est. {purulentia, siue unguis est puris collectio, in nigro, cum phlegmone, secundùm iridē, ungui consimilis.} Atq; idipsum distinctiùs Aetius [s] ostendit. dùm {πύωσιν} commune nomen supponens, in duas species distinxit: uidelicet unguem, siue unguiculum, & hypopyon: sic porrò scribens {Quæ fiunt in ulceribus

πυώσεις

a lib. de morborū differentijs. c. 9. in fine. et. 14°. meth. c. 13.
b 10°. de usu partiū. 11. & 14. meth. c. 16. uersus fines amborū
c li. de. tu. præt. nat. cap. 21.
d uersus finem libri.
e lib. 3. cap. 22.
f lib. 7. cap. 61.
g lib. 7. cap. 7. sect. 5ª.
h Ibidem. c. 62.
i 2°. Cont. c p°. litera R.
k 3ª. fen. 3ª. tr. 2. cap. 16.
l Vt. 9. Theor. c. 13. uersus finē.
m 5ª. Pract. c. 59
n 9ª. eiusdē. 24 & 5ª. 57°.
o p°. Theysir. tr 8. cap. 11.
p lib 2. cap. 17.
q 3ª. fen 3ª. tr. p°. c. 6. ante med. et rursùs. c. 12.

Tumor. 60.
Pterygion.

ὄνυξ.
Vnguis
r post mediū.

s lib. 7. c. 28.

πύωσεις hoc est, purulentiæ diuersas obtinuerunt appellationes. Etenim ὀνύχια, hoc est, unguiculi dicuntur, quùm à profundiore ulcere pus defluens, & inter tunicas illapsum, & in circulo iridis figuratum, similem ungui resecto imaginem præsefert. Ampliore autem pure collecto, & dimidium nigri occupante, aut per totam corneam tunicam pellucente, ὑπώπυον εἶναι λέγομεν τὸν ὀφθαλμόν, hoc est, suppuratum esse oculum dicimus. } Quo autem pacto { ὑπώπυον, } per, o, in secunda syllaba, & , υ, in tertia, ab { ὑπώπιον } per, ω, in secunda syllaba, & , ι, in tertia. de quo alibi[t] seorsùm Aetius etiam loquitur, prætactum iam alibi[u] fuit. { Fiunt autem hæc (subdit Aetius, intelligeq; hæc. s. unguiculus, & suppuratio.) etiã citra exulcerationem, dolore capitis, aut lippitudine prægressa. Contingunt etiam inflammatione præcedẽte: propter ampliorem humorum repletionem, diruptis quibusdam uasis, & sanguine ex ipsis profuso, suppurato. } Prætactam uerò ex Aetio differentiam, inter unguem, & hypopyon, siue suppurationem, à Paulo neglectam esse apparet: sic scribente[x] { ὑπόπυος ὁ κερατοειδὴς, quod est, suppurata cornea membrana, interdùm euadit: aliquãdò quidem profundiùs, aliquandò autem in superficie, Ita ut pus unguis figuram repræsentet. qua de causa passionem hãc ὄνυχα προσαγορεύουσι, hoc est, unguem appellant. } Ni ad propinquius, unguem: ad remotius uerò, suppurationem referre uolueris. Vt. s. quùm profundiùs purulentia consistat, hypopyon: quùm uerò in superficie, unguis nuncupetur. At hæc nõ eadem cum Aetij differentia est. Arabum porrò interpretes diuersis hunc affectum nominibus circumscribunt. Etenim apud Principem[y] legimus, in uetustiore litera { de sanie in siphac } in recentiore autem à Bellunensi correcta { De sanie sub siphac corneæ. } Hali Abbas uerò nõnunq;[z] uocat, saniem post corneam. Vbi Aetij distinctionem celebrat: sic dicens { sanies post corneam fit, aut ex ulcere, aut ex cephalea, aut ex ophthalmia. Et quædam quidem locum occupat paucum corneæ, & in figura ungulæ similis est. quædam autem locum plurimum. quæ & prima peior est. } Nonnunq;[a] uerò saniem in cornea: & aliquando,[b] saniem quæ est sub cornea, ipse, uel eius potiùs interpres (ut alibi sæpenumerò admonuimus) appellat: Albucasisq;[c] demùm proprio idiomate { alcomnati } uocat. Medici ocularij à Galeno[d] priùs, Pauloq;[e] deinceps relatam curationẽ obseruans. At hæc obiter de propriè dicto, apud Græcos etiam, ungue oculorum dicta sint. Ad eorum ergo pterygion reuertamur: quod hic intendebamus, quodq; Celsus in æquiuocationem (ut patet) elapsus, unguem Latinè appellat.[f] quùm. s. in oculis est. In digitorum enim extremitatibus, eorumq; unguibus, Græco duntaxat nomine contentus est, πτερύγιον, illorum more, nũcupans.[g] Tutius ergo est, unà cum Plinio, Græca semper dictione uti: ac distinctionis gratia, uel { digitorũ } aut { unguium } uel { oculorum } dictione adiungere. Plinius enim aduertens fortassè unguem nõ esse proprium nomen, idem Latinis, quod Græcis pterygion repræsentans: priscam Græcorum reseruasse nomenclaturam uoluit. Semper igitur πτερύγιον, Græcorum ritu, nominat, siue in oculis, siue in digitis, aut alia quauis parte fuerit: Ad remouendam tamẽ æquiuocationis confusionem { pterygia digitorum } sæpenumerò[h] profert, uel { quæ in digitis nascuntur pterygia[i] } uel { unguium pterygia[k] } Quanq; aliquando simpliciter absq; ulla additione pterygia proferens,[l] eadem intelligere uidetur. Præsertim quotiès unguium, aut digitorum affectibus alijs connumerat.[m] Vt secundùm subiectam (ut dicitur) materiam uerba intelligantur. Quemadmodum aliquandò alicui ex oculorum passionibus adiungens,[n] eam, quæ in oculis

t lib. 8. cap. 2.
u supra fo. 111.
x lib. 3. cap. 22. sec. 24.
y 3ª. fen. 3ª. tr. 2º. cap. 10.
z 9. Theor. c. 13 ante mediũ.
a Vt. 5. Pract. cap. 43.
b ut. 9º. eiusdẽ cap. 27.
c lib. 2º. cap 22.
d 14. meth. cap. ultimo.
e lib. 6. cap. 20.
f libro. 7º. ca. 7. sect. 4.
g lib. 6. c. ultº.
h Vt lib 23. ca. pº. = 34ª. 15. = 28ª 12. = 30ª. 12 = 24ª ultimo. = et sæpè.
i ut lib 30. c. 12.
k ut lib. 24. c. 19
l ut lib. 20. c. 22. de Marrubio.
m Vt. 23ª. 9º. = et. 24ª. 4. ubi cũ paronychijs. & 24ª. 12. = et. 35ª. 15. circa finẽ. ubi eum pernionibus adnumerat.
n Vt lib. 23. c. 6. & 32ª. 7. post principia.

oculis gignitur, pinnulam insinuasse apparet. Fieri autem & in oculis etiam, nedùm in digi
tis, unguibus'ue, quinimmò in toto corpore pterygia Plinius idem alicubi significat, sic dicēs.[o]
{Item oculorū remedijs: & ad excrescentes ibi carnes, totiusq; corporis pterygia: sed in ocu »
lis peculiariter. etc.} Ex quibus quidem uerbis, & in alijs etiam corporis partibus, ab oculis
& digitis, fieri pterygion insinuat. Manuum nanq; ac pedum digiti, unà cum oculis, totum
dici corpus nequeunt. Fortassis autem (quod potiùs reputo) totius corporis pterygia protu-
lit, hoc est, in quauis corporis parte fiant, intelligens: ubi nihilominùs huiuscemodi affectus ge
nerari, ac pterygia propriè à ueteribus nominari consueuerunt. Itaq; pterygion æquiuocum
nomen est, oculi, atq; digitorum affectus præseferens. Celsus autem nominis æquiuocationē
adauxit. Cùm Latinè unguem nominarit, unguis uerò alterum in oculis iam iam declaratum 10
affectum referat. Quòd si uel ipse, uel quisquis ante ipsum huiusmodi nominis impositor fue
rit, unguem eiusmodi (ut uidebimus) nerueam in oculo carneam'ue excrescentiam idcircò no
minarit: quoniam s. humani unguis instar, à propria radice, digiti extremum uersus in latum
procedentis, hæc uel ab angulis, uel à superiore, inferiore'ue adnatæ regione, uersus
iridem, ipsamq; pupillam dilatando progreditur: Qua etiam similitudine, rosarum ungues,
earum infimas, albasq; partes nominare ueteres consueuerunt: Nihilominùs tamen diuersa
similitudinis ratione, sub cornea existens purulentia nonnunq; (ueluti prædictum est) un-
guis nuncupata est. uidelicet quoniam dissecto unguis nigro, non toti ungui assimilatur. Por-
rò Celsum æmulati sunt omnes ferè Barbarorum interpretes. Quanq; hi non unguem, sed
ungulam uocarunt. unguem ab ungula distinguere negligentes. Quemadmodum apud Se- 20
rapionem,[p] Razem,[q] Auicennam,[r] Hali Abbatem,[s] Mesuem,[t] & Albucasim[u] quoq; pate
re potest. SED omissa nominis disquisitione, rem ipsam ex propria definitione uestigemus.
Inquit enim Galenus[x] de oculorum pterygio loquens, in libro, quem nunc obiter enarrandū
assumpsimus: de tumoribus inq; præter naturā {τὰ δὲ πτερύγια βλαστήματά ἐστι τοῦ ἐπιπε- »
φυκότος ἔξωθεν ὑμένος τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὃς ἀπὸ τοῦ περιοστίου καταφερόμενος, ἐπὶ τὴν »
στεφάνην ἀφικνεῖται.} quod est {pterygia uerò germina sunt membranæ exteriùs oculis »
adnatæ, quæ à membrana periostio. q. d. circumossali dicta pericranio'ue delata, ad coronam »
peruenit.} Nonnulli enim coronam, Alij uerò Irin uocant (Galeno teste[y]) locum ubi commit
tuntur inter se tunicæ uniuersæ. unde oculi nigrū apparet. Galenus ergò βλαστήματα, hoc
est, germina, siue excrescētias esse ait. An uerò nerúea, uel carnea huiusmodi germina sint, 30
minimè determinat. quanq; huius esse generis alibi[z] iam insinuat, non esse substantiæ ratio-
ne, quemadmodum atheromata, & meliceris, naturæ alienū pterygion definiens. Secùs qui-
dem ac ὑπόπυον, quod, ueluti et χαλάζιον, toto genere alienum pronuntiauit. Definitionū
Author[a] imperfectissimam huius morbi definitionem assignauit. In qua nil de adnata mem
brana, nec de principio, aut fine, uel etiam causa meminit. dicens {pterygion pinnula'ue (sic »
s. n. interpres uertit) corporis excrescētia est, corneæ adhærescens.} Introductorius uerò Me »
dicorum liber[b] membranulam esse tenuem hanc progerminationem exprimit, eius causam
declarans, ulcus uidelicet ipsum. Præter hæc demùm, et principium, & finem expullulatio-
nis manifestat: ab angulo, atq; oculi albo exordiri quousq; ad nigrum, uerticemq; oculi per-
uenerit, ostendens, his uerbis {pterygion autem (unguem interpres uertit) appellant, ubi, 40
plurimùm exulcerato, carneq; oppleto ipsius oculi albo, membrana tenuis, & neruosa ocu- »
lum

[o] lib. 31. cap 9. post prin[m].

[p] 2. Breu cap. 3.
[q] 2. Cont. c. p[o]. et 2[o]. litera. E. = 9[t]. ad Mansorem. 21 et lib. Diuis. c. 25.
[r] 3[a]. 3[t]. tr. 2. c. 22
[s] 9. Theor. c. 13. = 5[t]. Pract 40. et. 9 Pract 25.
[t] Sect. 3. sum. 5. cap. 9.
[u] lib 2. cap 16.
[x] De tum. præt. nat. cap. 21.
[y] 14. meth. cap. ultimo & . 10. de usu partiū. cap. 2. circa finem.
[z] 14. meth. cap. ultimo.
[a] Post. medium.
[b] cap. 15. ante med[m]. et uide lib. facile acquisibilibus ad Solonem ī parte, quæ Græcè non inuenitur. sec. 11. ubi etiā de ungue, siue ungula oculorum.

lum percurret, ab aliquo angulorum exorsa, quousq; nigrum, uerticemq́; tetigerit}. Celsus quoq;,[c] ac Paulus[d] eandem comprobant definitionem: distinctiùs interim originis, atq; ultimi termini locum declarantes. Quoniam scilicet sæpiùs à narium parte, maiori'ue angulo. interdùm uerò, ac rariùs à temporum parte, minori'ue angulo nascitur. nec solùm ad pupillam aliquandò peruenit, eiq; officit (ueluti Celsus ait) uerùm clariùs adhùc Paulus addit: quòd ultra modum adaucta, progrediensq; totam pupillam contegit. ut omnimoda inde uisus priuatio fiat. Nec uisionis modò nocumentum inducere: uerùm etiam oculi motum, bulbi cõtractione, impedire Paulus adiunxit.[e] Intelligere autem bulbi nomine totum oculum (perinde ac in dissectionibus uniuersum à cranio, ad publicam ostensionem, abscindere consueuimus) cuiuis patere arbitror. Cùm alibi[f] etiam hoc nomine usus fuerit. Quoniã scilicet terrenis bulbis omninò persimilis est. Aetius[g] autem non membraneam tantũmodò, nerueamq́; excrescentiam esse pterygion definiuit, sed carneam quoq; nonnunq̃; esse: atq; alias etiam, præter ulcus ab Introductorio expressum, generationis causas exprimit, scabrã scilicet lippitudinem, aut assiduas fluxiones. & non ab angulis modò: sed supernè etiam, atq; infernè: q̃uis rarissimè, posse tamẽ aliquandò, admittit. Dixit enim (ut ex ipso met cuncta colligamus) {pterygion dicitur, qùm albũ in oculo ampliùs augescit, aut carne superexcrescit, ex scabra quadam lippitudine, aut assiduis fluxionibus. Incipit autem eius augmentum sæpiùs quidem ab angulo magno appellato iuxta nasum. Rariùs autem à paruo. Et adhùc rariùs generatur à superna, uel inferna palpebra. Extenditurq́; usq; ad nigrum. Qùum uerò maius factũ fuerit, etiam pupillam contingit, & uisum impedit.} Itaq; cùm non solũ neruea, albaq;, sed etiã carnea, nec non rubea huiusmodi progerminatio fieri, & ab omni parte oriri queat: Propterea fortassis Galenus[h] excrescentiã germen'ue simpliciter, et absq; ulla de angulis mentione, pronuntiauit. Qua etiã de causa ἐπαμφοτερίζειν, hoc est, ambigua esse specie, forma'ue, non secùs ac nimiùm extantes cicatrices, idem aliquandò ait.[a] Plures pterygiorum differentias Aetius[i] insinuat. Serapioq;,[k] ac Razes,[l] et demùm ipse Princeps[m] expresserũt. Quas quidem ubi opportunum fuerit, uberiùs enucleabimus. Albucasis tandem uidetur aliam, pro chirurgo quidem opere, differentiam considerasse. Sic enim inquit[n] {Scias quod ungula est secundùm duos modos, aut est neruosa, & est similis siphac duro subtili: aut est non neruosa similis humiditati congelatæ albæ etc.} non intelligo per secundum genus, carneam: sed eandem quæ mollis adhùc, & in principio existens, facillimè frangitur. Temporis autem progressu persiccata membranæ formam lucratur, durescensq́; neruea iam apparet. Haudquaq̃; tamen uerum esse fatebimur, quod subdit: utranq; scilicet speciem nõ nisi à lachrymali, angulo'ue maiore incipere. Ni iuxta Medicorum consuetudinem intellexerimus: hoc est, maxima ex parte sic accidere determinantes. Frigidum & siccum, nec non melancholicum esse huiusmodi tumorem, præcipueq́; nerueum dicimus. Carneus enim ad sanguineum potiùs admista tamen, uel pituita, uel atrabilario succo, uel utroq;, ac inde ad calidum uergere pronuntiandus est. Quemadmodum ὄνυξ, id est, unguis iam iam declaratus & sanguineus, & calidus, putredinali etiam calore, determinandus uenit. QVONIAM uerò pterygion æquiuocum esse nomẽ prædiximus, & ultra præscriptum oculi affectum, in digitorũ extremitatibus, unguibus'ue, alium quoq; tumorem significare: Idcircò & hunc etiam tumorem obiter, ac paucis, quoad fieri poterit, enucleare operæpretiũ fore diximus.} Est ergo (Paulo definiente

c lib. 7. c. 7. sec. 4. in principio.
d lib. 3. c. 22. sec. 27. & 6'. 18.
e lib. 6. cap. 18.
Bulbus oculi quid.
f Ibidẽ. c. 8. & 3'. 22. sec. 26. ubi de strabismo loquitur.
g lib. 7. cap. 58.
h de tum. præt. cap. 21.
a 14 meth. cap. 13 post medium.
i lib. 7. cap. 58.
k 2. Breu. cap. 3.
l 2. Cont. cap. p°. et. 2. litera E
m 3ª fen. 3'. tr. 2 cap. 22.
n lib. 2. cap. 16.
Cõtra Albucasim.
Pterygion digitorum.

o lib. 3. cap. 81. & 6. 85.

definiente [o]) pterygion carnis incrementum, aliquam unguis partem operiens, ex reduuia,
aut alia huiusmodi causa proueniens. Fit autem in pedis, manusq; potissimum pollicibus. At
in pedibus quidem, magna ex parte ex offensione. In manibus autem, ex neglecta reduuia,
inflammata, & in pus mutata. } Hæc pterygij digitorum definitio à Paulo posita est. Qui

Pterygion unguium. 2x.

quidem, si exquisitius intelligatur, duplex id esse insinuat. Alterum quidem, quod mite est:
carnisq; incrementum in unguis angulo natum, quod ipsius deinceps unguis, à quo cum in-
flammatione, ac dolore pungitur, aliquam portionem cooperit: ex suppurante nihilominus pa-
ronychia generationem recipiens. Atq; idipsum definitum iam est. Alterum uero pterygion
esse innuit Paulus malignum, quod est, secundum genus, νομὴ, hoc est, depascens, serpensq;

p fo. 119.

putredo (prout anteà [p] dictionem hanc me declarasse recolo) neq; subsidens, nisi combura-
tur, Quin si negligatur, digitum corrumpens. Etenim pus ex neglecta reduuia, retentum,
quùm inueterauerit, unguis radicem exedit, ipsumq; corrumpit, ac totum subinde abolet. Ma-
gnaq; ex parte mediam eius portionem plurimùm consumit: Iuxta unguis autem radices ip-
sas, nõnihil putredinis expers relinquit (legẽdum nanq; ἀδιάσηπτον, cuiuis peregrina mente
perpendenti liquet) Quandoq; totam radicem à rosione immunem omittit. Est quùm & os
corrũpat, odor ædatur grauis, digitus per summa dilatetur, magisq; liuidus appareat. } Hæc

Pauli locus.

ad uerbum ex Paulo transumpta sunt. Vbi dictionem { διάσηπτον } quod est { putridum }
correximus { ἀδιάσηπτον } hoc est { non putridum, seu putredinis expers } Res enim ipsa
ostendit. Quoniam scilicet pus in reduuia retentum, uel totum unguem corrumpit, aboletq;
ipsius radice penitùs exesa, putridaq; priùs reddita. uel mediam eius partem (id quod magna
ex parte contingit) plurimùm consumit: Iuxta radices autem nonnihil imputridum, ac per
hoc minimè corrosum relinquit (putredo enim corrosionem præcedit) quasi dicat, tametsi ra-
dicem putredo attingat: Nihilominùs tamen haud totam, uelut in prædicta, radicem putrefa-
cit, exeditq;: sed aliquam partem eius intactam, imputridamq; relinquit. Quinimmò, ut tertio
deinceps loco subiunxit) totam aliquando radicem à rosione immunẽ omittit. Quartoq; de-
mùm addit, interdùm os corrumpere, ut odor ædatur grauis. etc. Atq; idipsum antiquus Pau-
li codex, quem Hali Abbas legisse uidetur, confirmare potest. Sic enim Hali Abbas, Pauli (ut
liquet) uerba transcribens. de tafete, hoc est, ut interpres uertit, ungue super unguem exi-

q 9. pract. c. 66.

stente, ait [q] { Sanies autem, cùm diuturnior persliterit, unguis corrodit radicem, & corrũpit.
Et nonnunq; unguem totum, sæpiusq; unguis mediũ corrũpit, plurima corruptione (id. n. est
quod Græcè dicitur { πάνυ } nosq; traduximus { plurimùm }) & in radicibus pars remanet
quædam non putrida. } uides igitur quomodo negatiuè Hali Abbas protulit. Nec obstat si
tertium diuisionis membrum postergans, ad quartum pertransiuit. dicens { Nonnunq; autem,
similiter & os corrumpitur, & odor exhalat putridus. etc. } Quoniam ibi quæ manus opi-
ficio indigent, prosequi intendens: quæ peiora sunt, chirurgiaq; indigent, enarrare agressus

Tasete.

est. Vocat autem Arabicè, tafete, quod est (ut opinor) corruptum Græcum nomen { ptery-
gion. } Vnguis uerò ab interprete, siue fortassis ab ipsomet Hali Abbate dictus est super un-
gue, non quia nouus unguis super ungue renatus sit (q;q; aliquãdo nouus sub ungue emer-
git) uerùm quia noua caro, uel unguis, uel alæ seu pẽnulæ figuram repræsentans super anti-

Dahasa.

quo ungue gignitur. Ex dahasa fieri huiusmodi morbum Author idem Arabs ait, hoc est, ex
alio affectu, qui à Græcis { παρονυχία } dicitur, à Latinis autem { Reduuia }, & à qui-
busdam

busdam rediuia.à nonnullis (uti Hermolaus,ex Festo ait[a]) reluuium:cùm circa ungues cutis resoluatur .quia reluere est resoluere. à Barbarolatinis uerò (corrupta Græca dictione paronychia,) pannaritium nominatur, abscessu quidem ad radices unguium (uti Paulus[r] etiã definiuit)coeũte.Sic enim & alibi[s] quoq; Hali Abbas {dahasa} definiuit.Princeps uerò Arabum,[t] sub pãnaritij nomine non ipsam tatummodò paronychiam,reduuiam'ue, sed pterygion quoq;,pinnulam'ue unguium comprehendisse uidetur.Ita etiam Albucasis.[u] Abenzoar[x] autem quanuis in eodem capite de utroq; morbo,reduuia.s. ac pterygio loquatur: Reduuiam tamen proprio idiomate {doggam} interpresq; pannaritium nuncupat:prædictum uerò pterygion {ægritudinem spinæ} appellat.Plinius digitorum,aut unguium pterygium sæpè nominasse inuentus est.[y] quemadmodum à nobis prætactum iam est. Eiusmodi uerò affectus originem aliquandò,[z] Græcorum nomine,paronychiam: aliquandò[a] autem Latinè reduuiam idem Author nuncupauit.Marcellus autem Romanus,[b] Theodorusq; Priscianus[c] Græco nomine usi sunt,paronychiam uocantes. Sicq; deinceps alij, uel paronychiam, uel reduuiam, aut utroq; nomine, diuersis in locis,usi nominarunt.De hoc igitur in unguium radice facto abscessu intelligebat eloquentiæ parens Cicero:quùm ait[d] {intelligo me ante tempus Iudices hæc scrutari,& propemodùm errare. Qui cùm capiti sexti Roscij mederi debeam, reduuiam curem.} Quanq; Placidus quidam Grammaticus reduuias etiam pro serpentiũ exuuijs intelligit.Græci (uti prædictũ est) παρωνυχίαν uocant,nõ modò præscriptũ abscessum: at herbam quoq; huiusmodi affectui proficuam ab effectu sic nominatam (Galeni[e] etiam ex Dioscoride[f] sententia) intelligentes. Aetius[g] tam pterygia, quã paronychias tanq; per se nota,absq; ulla definitione,curat. Celsus[h] autẽ obscuro quodam modo pterygiũ definit, nulla interim facta de paronychijs reduuijs'ue mentione.Sic n.dicit {In ijsdem(.s. ueteribus digitorũ ulceribus) recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consueuit. πτερύγιον Græci appellant.} In quibus quidem Celsi uerbis aduertendum est, definitionem hanc non esse à Celso intentam: Quòd.s.pterygion sit caruncula ab ungue recedens. Haud.n.recedit huiusmodi caruncula:sed ipsius unguis particulam cooperit. Ni recedere ab ungue,hoc est ab unguium terminis ac meta intellexerimus. Celsus igitur (mea sententia) pterygij definitionem ut uulgo etiam notam præsupponẽs, (quoniã uidelicet carnis incrementũ ex suppurata,nec non ulcerata reduuia proueniens,unguemq; cooperiens pterygion est) eius remotionem docere intendit. Vbi non quemadmodum alia & quidem uetera digitorum ulcera cõmodissimè curari lycio,uel myrrha cocta,adiecto utrilibet uino,prædixerat:Sic etiam ubi carunculæ circa unguem generatio facta sit, quod Græci pterygion uocant, recedere ab ungue carunculam posse opinatus est. Haud.n. commodè recedere, segregariq;, aut absumi, sed cũ magno dolore consueuit. siue medicamẽtis eam consumere intenderimus,siue tandem ferro excidere agrediamur. In inflãmatorũ,ac maxima ex parte sanguineorum tumorũ catalogo reponendas esse paronychias,succedentiaq; pterygia, luce clarius est.Sed hæc obiter ac per transennã de paronychijs,digitorumq; pterygijs intantũ dicta nũc sint. Ad oculorũ ergo pterygion pinnulam'ue,à Celso unguem,à Barbarolatinis ungulã nominatam reuertamur.

ETENIM Arabes aliũ quedã in oculo affectũ pterygio proximũ,ac natura persimilẽ declarãt,seorsũq; curant.Quẽ proprio idiomate sebel,siue schebel,aut scebel,et zebel,et sibila, nũcupãt. Quẽ qdẽ nisi ad pterygiõ reduxerimus,à Græcis ignotũ esse determinãdũ. At ipsum

a In cast. Plinij lib.22. cap. 9. in fine.

Paronychia quid.

r lib.3.cap.81.ĩ principio.

s 8.Theo.c.18.ĩ fine.et.4. Pract. cap.17.

Doggam.

Aegritudo spinæ.

t 7a.fen.4'.tr 4o.c.8.&.9.

u lib.2.cap 91.

x 2.Theysir tr.7.cap.ulto.

y Locis ubi supra fo.285.

z Vt lib.21.cap. 10.=22'.25.=in prologo.23'.=& cap.4.&.9. eiusdẽ.=24'.4.et.19. =28'.8.=34'.15. & sæpè.

a Vt. 29.2o.= 30'.12 & alibi.

b de Med ca.18.

c lib po. ad Timotheũ cap.30.

d Oratione.2a. pro sexto Roscio Amerino uersus finem

e 8'.Simplicium Medic.cap.39.

f lib.4.cap.52.

g libro.14.cap. 74.75.

h lib.6.ca.ulto.

Sebel.
Schebel.
Scebel.
Zebel.
Sibila.

i 3ª. fen. 3ª. tr. 3° cap. 19.
k 2°. Cont. ca. 2. litera. DD & 9ª. ad Mansoré. cap. 18. & libro Diuis. cap. 23.
l 9. Theor. c. 13 & 5ª. Practicæ cap. 38.
m De ægritud. oculorum cap. 7.
n lib. 2. cap. 18.
o 2. Breu. c. 19.
p 9ª. ad Manso. 19. & 2°. Cont. cap. 2. DD.
q Ibidē. f. 2 Cōt.
r lib. Diuis. 23.
s Vbi suprà.
t Vbi suprà sta tim.
u Vbi suprà.
x 2°. Cont cap. 2°. DD.
y Vbi suprà.
Pergula.
z 2. Cont. cap. 2. DD.
a Vbi suprà.
b 2°. Cont.

sum ex Arabū definitionibus cognoscere aggrediamur. Inquit ergo Princeps [i] (cuius de hoc uberiùs loquentis definitioni plurium quoq; Arabum siue Priorū, siue Posteriorū sententiæ cōgruūt. Vt Razis, [k] et eorū, qui ab ipso citantur. Itēq; Hali Abbatis, [l] Mesuæ, [m] atq; etiā Albucasis [n]) sebel est panniculus accidens oculo, ex inflatione uenarū eius apparentium in su- „ perficie coniunctiuæ, & corneæ: & texitur quiddam in eo, quod est inter eas, sicut fumus. „ Et eius quidem causa est repletio illarum uenarum. } huiusmodi uerò causam duntaxat ex- „ pressisse, ac satis quidem diminutè, Serapioni [o] placuit } aut à materijs currentibus ad eum per uiam panniculi exterioris, aut per uiam panniculi intrinseci, propter repletionem capi- „ tis, & debilitatem oculi. } Panniculum Princeps uocat. quia scilicet similitudo quædam panniculi (ut Razes [p] ait) existit. Adeò ut ipse met uel panniculum nigrum apparentem si- 10 cut fumum, uel ex Habdela Authore filio ychiæ, sicut pelliculā fumi nominet. [q] Arabibus enim sebel tunicam, seu panniculum significare nonnulli aiunt. Nonnunq; uerò tam Ra- zes, [r] quàm Mesuas, [s] telæ araneæ assimilarunt: præsertimq; (ut Mesuas ait) ubi diutur- na, & crassior ob temporis longitudinem reddita est. tunc autem omninò uisionem prohi- bet: siquidem super tota pupilla facta sit. uel usq; adeò saltem illi officit, quousq; partem pupillæ operuerit. Subdit uerò Princeps [t] } Quandoq; accidunt ex sebel pruritus, & la- „ chrymæ, & panniculus } secundùm plurimū (ait Serapio [u]) pruritus, & materia, hoc est, lachrymæ cum eo sunt. Idemq; sentire uidetur ex propria priùs, ac deinceps ex Ioannicij sen tentia Razes. [x] Qui rubedinem in proximis uenulis adiungens, cùm hæc adsunt, pergu- lam uocari uoluit. } Et nocumentum accidit (subdit Princeps [y]) ex lumine solis, & lumi- 20 ne candelæ. } ut non tantùm solis, ac lucernæ lumen, sed quaslibet etiam res in lumine po- sitas uidere abhorreant. quemadmodum ab ipso etiam Raze præscriptum iam est. [z] } Quan doq; autem accidit (Principe docente) [a] oculo patienti sebel, ut fiat minor, & minoretur „ corpus pupillæ eius. Et sebel quidem est ex ægritudinibus, quæ hæreditantur, & permu „ tatur de uno ad alium. } Quam sententiam Iudei priùs fuisse Razes [b] testis est. sic dicens } Dixit Iudeus schebel accidit in regionibus humidis facientibus multam ophthalmiam: & „ reuertitur, & est hæreditaria. } Verùm enimuerò è prædictorum Arabum sententijs, ue- „ narum in adnata, & cornea, tunicis existentium immodicam esse repletionem huiusmodi af fectum elicitur. E qua uenarum plenitudine resudans aliqua glutinosioris sanguinis portio, atq; in exterioribus tunicæ partibus tenaciter inhærescens uenam uenæ contexit. Adeò ut 30 alterius nouæ membranulæ formam repræsentet. Quocircà in hoc ab ophthalmia, nec non perturbatione (quam Græci τάραξιν uocant) huiusmodi affectus differt. Quoniam in il- lis quidem morbis nil intermedium uenulas contexens, contingensq;, uelut in hoc, apparet.

Quomodo Sebel ab ophthalmia & taraxi differt, Dubium.

Verùm enimuerò et hic ambiguitas minimè profectò negligēda occurrit. An, s. uenæ, quæ in præscripto morbo tumētes apparēt, naturales uenæ, atq; arteriæ sint, præter modum cras- siore sanguine repletæ. (quemadmodum præallegati Authores insinuarūt:) An potiùs nouæ sint, et præternaturaliter genitæ. Perindè ac Abēzoar, eiusq; sectator Auerrhoes, definiunt? Inqt. n. Abenzoar. [c] } Et etiā hæc ægritudo in coniunctiua euenire reperitur multotiēs. Et est „ quædam contextura rubea, facta in superficie coniunctiuæ, seu albedinis oculorum. Et „ nominātur in Arabico uenæ altheben. Et non sunt uenæ procedentes ab hepate, nec arteriæ 40 à corde uenientes: sed uenis assimilantur, quæ inuolutæ sunt, & contextæ supra albe- „ dinem

c p°. Theysir. tr. 8. cap. 28.

Venæ altheben.

dinem. Et aliquandò intantùm extenduntur, quòd nigrum cooperire reperiuntur. Abenzoaris uerò sententiam comprobasse Auerrhoes[d] uidetur: Cùm inquit. { Zebel est quædã textura uenarum innaturalium, super coniunctiuam oculi facta. } Sic igitur difformes hi doctores à præcedentibus apparent. Nos autem inter eos concilium id dari posse asserimus. Quoniam scilicet tam uenæ, q̃ arteriæ naturales ibi existentes mirum in modũ crassiori sanguine replentur. Dein uerò ex resudante paulatim è uasis glutinoso sanguine in primis iuxta illas uenas, & arterias quædam exteriùs lineæ: ac tanq̃ nouæ uenæ, & arteriæ depinguntur. nõ quidem quòd ueræ uenæ, aut arteriæ sint: sed cùm rubeæ lineæ supra uenas iam arteriasq; exteriùs emineant, illarum penitùs uel gyros, uel rectitudinem conseruantes, earũ quoq; effigiem minùs exquisitè intuentibus repræsentant. Quoniam uerò huiusmodi lineæ præter naturam genitæ in exterioribus tunicarum partibus, resudante interim omni ex parte priori succo, extendi utrinq; ac intantùm dilatari consueuerunt: donec inuicem omnes coniungantur, ac uelut quandam telam contexant: Idcircò uerum iam est quod priores dixerunt. ex uenarum scilicet, ac arteriarum naturalium immodica plenitudine huiusmodi affectum generari. Verum quoq; iam esse liquet, quod posteriùs adducti protulerunt. uidelicet exteriores uenas, ex quarum textura talis tunica, panniculus'ue sebel nuncupatus gignitur, naturales non esse, at nuper ex morbo in exterioribus tunicarum partibus expullulantes. Quibus tandem omnibus exactè perpensis, ad alium tumorem à Græcis definitum reduci posse non uidetur, quàm ad pterygion. A quo non nisi minoris ratione differre apparet. Vltra quòd pterygion ab angulis, præsertimq; maiori frequentiùs emergit. Sebel autem ab extremis, siue angulis, siue superioribus inferioribus'ue regionibus expullulare determinasse inuenimus neminem: quasi circa medium indifferenter expullulet. Nos igitur eiusdem esse generis cum pterygio sebel determinantes, maioris tantùm, minorisq; ratione distantia: sub pterygij definitione, ac tùm medicamentis, tùm chirurgia facta curatione à Græcis intellecta esse decernimus. Idipsum intereà pernotantes. quoniam ab angulis emergens ungula, à superioribus uerò, inferioribusq;, sebel à Barbaris nuncupabitur. Plus enim humoris ab angulis, præsertimq; maiore suscipiens fortior, duriorq; tunica fieri solet. Supernè autem uel infernè minùs nutrita, imbecillior, graciliorq;, & mollior fuerit. Inter calidos ab initio, sanguineosq;, q̃q̃ pituitæ nonnihil admistum est, tumores cõnumerandus huiusmodi affectus, sebel dictus uenit. Cùm uerò genita iam tunicula est, assiccatis iam extrà effluẽtibus humiditatibus: ad frigidos, melancholicosq; cum pterygio reducendus est. SED ultimum contemplari tumorem, occasio præceps accelerat. Cùm omniũ sanctorum cõmune festum propè iam sit. A quo statim ordinariè, publiceq; aphorismos interpretari, uel stimulãtibus discipulis cogimur. Est ergo hic tumor, quod à Græcis σαφύλωμα nuncupatur, Latinè à recentioribus uuatio dici solet. Quod etiam nomen (Galeno[e] teste) à similitudine sumptum est: Cùm uuæ acino quippiam simile extra corneã tunicam promineat. Pro cuius quidem exquisitiore notitia, corneæ priùs ulcera, plyctænasq; declarabimus. Quibus intellectis, longè faciliùs et staphylomata, & reliquos eiusdem cum staphylomate generis affectus enucleabimus. Idipsum nihilominùs præ cæteris adnotantes. Quoniam ex tunicis oculorũ proprijs, ea sola uniuersum undiq;, absq; ulla intercapedine, oculi orbem circuit: quæ à cornu, quod Græci κέρας uocant, apud eosdem κερατοειδὴς, Latinè autem cornea nuncupatur. Cuius quidẽ cũ cornu

d 2a parte canticorũ. cõm. 87.

Solutio.

Sebel ad pterygion reducendum.

Tumor. 61. Staphyloma.

e 2. meth. cap. 2.

ſimilitudo non in luciditate modò, qua illud etiam ſuperat, uerùm & ſubſtantia quoq; (eſt enim cornu inſtar dura) ac demùm in eiuſdem ſubſtantiæ ſtructura conſiſtit. Etenim uelut cornu in laminas diuidi, ac deſquamari (Galeno docēte) [f] poteſt: Ita etiam hæc tunica, non ſecùs radi, diſiungiq́; ualet, q̄; ſi ex laminis aliquot, ſeu ſquamis inuicem compactis conſtitueretur. In his ergo tribus ſimilitudinis ratio, (unde nominis impoſitio facta eſt) conſideratur. Nō tamē quò ad uniuerſum tunicæ orbē huiusmodi cū cornu ſimilitudines ſunt: uerū in anteriori dūtaxat ſede, qua ſcilicet oculi nigrum ſiue iris conſiſtit. Alij enim irim, aliqui uerò στεφάνην hoc eſt, coronam (Galeni teſtimonio) [g] nominant. In alijs uerò partibus craſſa quidem, & dura eſt. qua de re à nōnullis Græcè σκληρότης, quaſi dicat Latinè durities, ſiue dura nuncupatur, & è Barbarolatinis omnibus ſclirotica tunica. Haud tamen ea ſubſtantiæ duritie, figurá ue, aut forma cornu ſubſtantiam repræſentante. Sed neq; pellucida: uerùm, duræ cerebri membranæ inſtar, opaca. & quæ tandem in ſquamas appoſitè deradi non poteſt. Siue autem unam eandemq́; membranam eſſe, quæ anteriùs quidem tenuior, at denſior, & pellucida, nec non deſquamabilis eſt, poſteriùs uerò groſſior, minusq́; denſa, & interim opaca, & in ſquamas minimè diuiſibilis eſt: ſiue pro duabus, unà cum Barbarolatinis, accepiſſe malueris: nihili profectò faciemus. præſertim quò ad præſens inſtitutum refert. Quod autem longè maioris momenti, & præſenti quidem intentioni proficuum fore cognouimus, eſt. Quoniam ſcilicet mēbrana hæc (Aetio, [h] atq; Arabum Principe [i] docentibus) in quatuor tunicas, laminá ſue, ſeu ſquamas ſecerni, deradiq́; poteſt. in medio quarum phlyctænas generari declarabimus. Poſtq̄; ſcilicet uueam nominatam, Græcè ῥαγοειδῆν tunicam contemplati fuerimus. Ex cuius quidem extra corneam procidentia, ſtaphyloma nonnunq̄; uel alios eiuſdem generis affectus generari demonſtrabimus. Velut enim à craſſa cerebri membrana, quam Barbari duram matrem appellant, dura, craſſiorq́; oculorum tunica, ad iridis uſq; circulum, indeq́; cornea uocata originem ſumpſit: Ita & à tenuiori eiuſdem cerebri menynge, quam Barbari quoq; piam matrem nuncupant, alia membranarum oculi principium ſumpſit. Quæ ad iridis etiam coronæ ue circulum uſq; χοροειδὴς (eiuſdem cerebri membranæ, à qua orta eſt, nomine) uocatur. Non ea tantùm de cauſa, quoniam ex illa ſic nuncupata hæc originē ceperit: ſed quoniam uelut χορίον, ſiue (ut alij ſcribunt) χωρίον, Latinè ſecunda, & ſecundæ, uel ſecundina, ſeu loculi, nuncupatum fœtus inuolucrum, uaſorum omnium, quibus embrio nutritur, fulcrum quoddam, ac delatorium eſt: Ita quidem tenuior cerebri menynx in uarios etiam eius anfractus deſcendens, uaſa pro illius nutritione deducit: ſuffulcitq́;. Nec ſecùs huiuſmodi oculorum, è prædicta cerebri membrana deducta tunica uenarum, arteriarumq́; omnium oculi ſuffulcimentum, atq; deductorium eſt. ῥαγοειδὴς uerò, quod eſt, uuea deinceps, uel (ut ſic dixerimus) acinoformis tunica nuncupatur: ob pupillæ foramen. Cùm uuæ fructus corio rotundo, perforatoq; in loco, unde pedunculus enaſcebatur, expreſſa interim carnea, medulloſáq; uuæ ſubſtātia, ſimilis ſit. E qua rusùs choriformi tunica, in coronæ, iridis ue circulo, alia quæ cryſtallinū anteriùs obtegit, ἀραχνοειδὴς, hoc eſt, aranearum telæ perſimilis tunicula dicta oboritur, ſiue igitur has (ut Barbarolatinorum plurimi obſcruāt) pro tribus oculi tunicis, ſiue (quod rectius eſt) pro una, eademq́;, uarijs tamen, iuxta diuerſas partes noībus appellata, ſumpſiſſe malueris: idipſum quoq; flocci facimus. Modò rerū differētias ritè, atq; exquiſitiſſimè pernouerimus. Quicunq;.n. has, tres eſſe crediderūt, durā uerò,

et corneā

[f] 10ᵃ. de uſu partium cap. 3ᵒ.

[g] 14. meth. cap. ultᵒ. et 10ᵃ. de uſu partiū. c. 2. ī fine.

[h] 7ᵃ. lib. cap. 29.

[i] 3ᵃ. fen. 3ᵃ. tr. pᵒ. cap. pᵒ. & tr. 2ᵒ. cap. pᵒ. & 6.

et corneam, duas, additis deinde reliquis duabus: intima. s. quæ ἀμφιβληστροειδὴς, Latinè retiformis, correpteq; à Barbaris retina dicitur, & omnium extima, quæ ἐπιπεφυκώς, id est, adnata nominatur: septem esse oculorum tunicas retulerunt. Contrà uerò, qui has in unũ ueluti & præcedentes coniungunt, quatuor duntaxat posuerunt. Sed ne sub silentio quidẽ pertranseũdum est: quoniam aliqui sunt, ex Galeni [k] etiam uerbis, septem oculi tunicas colligentes, uiri me hercle tanq; perdeliri omninò deridẽdi. minimè aduertentes Galenũ haud septẽ oculorũ tunicas: At Iridis coronæ'ue septẽ circulos disqrere: qui. s. Iridi colligatur, inseruntur'ue. Quorum primus quidẽ (si adamussim singula perlibraris, crystallini maximus circulus est: Secundus uerò uitrei supremus, atq; extremus circulus est: quorum uterq; ad iridem, communi quadam insertione, atq; plexu, cõmuniq; per arachnoidem facta ligatione, connectitur. Tertius extremus retiformis tunicæ circulus. Quartusq; ipsius choriformis. Et quintus ipsius duræ membranæ. Quibus accedit sextus quidam circulus, ex alia membrana insertus, quæ quidem ex musculorum eneruationibus, tendonibus'ue originem habuit. breuis tamen existens: quatenùs eiusmodi tendones inuicem coniunguntur, atq; ad iridis circulũ inseruntur. Sextam uerò tunicam nominasse Galenus inuenitur, ex ijs. s. quæ ad eiusmodi circulum inseruntur. Quinq; enim dicere tunicas possumus: qùm arachnoidem ab ipsa choroide secernimus. Haudquaq; tamen ob id inter oculorum proprias numeranda tunicas uenit. Cùm potiùs musculorum, eorumq; tendonum sit. Septimusq; demùm circulus, qui ad iridem inseritur ipsius est adnatæ: quam Græci etiam περιόστεον uocant. quoniam à membrana os capitis ambiente generationem suscepit. Qua de causa etiam à nonnullis, περικράνιον, appellatur. Hi ergo septem Iridis, hoc est Iridi iam inserti circuli sunt. Nec (ut quidã imperitè opinantur) septem uarij oculorum colores existunt. E quorum deindè [l] quinto circulo Galenus corneam appositè obortam esse declarauit. Sed enimuerò in prædictorum enarratione, iam obiter duos tetigimus oculorum humores: tametsi crassiores, ac lenti magis sunt, q̃; ut humores dici mereãtur. Quorum præcipuus, & uerè primum uisionis instrumentum, crystallinus, glacialis'ue est, alter uerò illius nutritioni ac tutelæ destinatus, uitreus est, quẽ potiùs, q̃; crystallinum glutinoso oui albo Celsus [m] comparasse debuerat. Quemadmodum contrà, ex illius uaria luce, & non ex uitrei coloribus, pupillæ colores apparere determinandum erat. Tertius tandẽ aqueus humor, ὑδατοειδὴς à Græcis nuncupatus, inuenitur, quoniã uerè humor hic est. à Celso tamen (ut uidetur) ignotus. ut qui ea parte, qua pupilla est, locũ esse uacuũ protulit. Sed hæc usq; adeò, de oculorũ tunicis, ueluti per trãsennã, hoc loco dictũ sit. Donec affectus distinctè possimus intelligere. In mẽbrana igitur cornea (præter eas, quæ in albo, et in palpebris fiunt), φλυκταίναι, et φλυκτίδες Græcè dictæ affectiones adnasci solent: Latinè (quemadmodũ aliàs [n] prædixisse recolo) bullæ, aut ampullæ, ac uesiculæ dici possunt. Quanq; nonnulli uidentes à Celso [o] sub pustularũ genere positas phlyctænas: generationis etiam nomine, phlyctænas, Latinè pustulas passim interpretantur. Nec sine cõfusionis occasione: præsertimq; in alijs corporis partibus. Cùm pustulæ nomẽclatura penès eos Latinos, q Celsum inseq conãtur, psydracia etiã, et exanthemata, nec nõ epinyctidas intelligi posse liqueat. In oculis aũt, et si genericũ adhùc nomẽ est: Determinatũ tamẽ à Celso [p] uidetur, pro phlyctænis. Qua de re minus malũ est in oculis, cũ Celso, pustulas nũcupare. Auicennæ aũt interpres (fortassisq; itidẽ Arabicus textus resonat) uesicas noĩat. [q]. Hali Abbas [r] uerò

k lib. 10. de usu partiũ cap. 2.

Cõtra Carolũ Stephanũ

Septem Iridis circuli.

1us. 2us. 3us. 4us. 5us. 6us. 7us.

l Ibidẽ cap. 3.

Cõtra Celsũ.

m lib. 7. cap. 7° sec. 13.

Cõtra Celsũ.

n Supra fo. 183. & 184.

o lib. 5. cap. 28, sec. 14.

Cõtra multos Græcorũ interpres.

p libro. 6. cap 6. sec. 11.

q 3a. fen. 3a. tr. 2o. cap 1o.

r 9. Theor. cap. 13. & 5a. pract. cap. 42.

s p°. Theysir. tr. 8. cap. 15.
t 2°. Cōtin. c. p°. litera. I.
u 9°. ad Māsorē cap. 16.
x libro 6. cap. 6. sec. 11.
y Post me^m. lib.
z cap. 15. circa principia.
a post medium.

atq; etiam Abenzoar,[s] pustulas habent. At Razes bothor nuncupat:[t] pustulaeq; nonnunq;[u] nomine intellexisse uidetur. Hanc Paulus in oculorum affectibus omisit. Celsus definitionē reticuit, per se notam supponens. Qua supposita, sat illi fuit ad curationem deuenire.[x] Definitionum uerò Author[y] communissimè, ac satis imperfectè definit, sic dicens { Phlyctis (sic » enim Graecè ab eo dicitur, φλυκτίς) est abscessio in oculi nigro, humiditatem cum inflam= » matione, ac defluxu continens } Introductorius autem Liber eodem prius[z] nomine usus est » scilicet { φλυκτίς } deinceps uerò[a] definire uolens, phlyctaenam appellat, sic uberius, & quidem clarius dicens { phlyctaenam uocant, ubi per exulcerationem, uel etiam sine hac, exte » rior corneae tunicae membrana tenuissima, & sublimis elata, intra se humiditatem collegea » rit. aut sub tunicae spacio, crassior humiditas currens phlyctaenam pariat. } Exactius ergo 10

Cōtra Definitionū Authorē

Cōtra Introductorium.

b lib 7°. cap 29.
c 9. Theor. c. 13.
d Vbi suprà.
e Vbi suprà.
f libro 3. cap. 22. sec. 22.

Introductorius, q; Definitionum Author definiuit: praecipueq; sub corneae membrana phly= ctaenam fieri scribens. Nihilominus tamen adhuc diminutus est, sub prima tantū corneae mem brana genitam esse proferens. Etenim (perindè ac Aetius,[b] Hali Abbas,[c] Auicēna,[d] et ipse etiam Abenzoar[e] dixerunt) sub alijs etiam squamis, corticibus'ue fieri phlyctaenam contin= git. Quarum omnium inditia sigillatim: ueluti & alias quoq; multas harum differētias enu merant. Quae quidem, loco mox deindè proprio, cuncta, & uberrimè declarabimus. Nūc igi tur ad reliqua pertranseamus. Itaq; sub silētio praeteritis huiuscemodi phlyctaenis. Paulus[f] quatuor ulcerum differentias, proprijs nominibus insignitas definiuit. sic dicens { ulcerum in »

Oculorū ulcera 4^or. p^m. βόθριον.

g 2°. Breu. c. 11.
h 3^a. fen. 3^a. tr. 2. cap. 3.

oculis genus quidem unum est: differentiae uerò speciales plurimae. Etenim in cornea cauū, » angustum, & purum ulcus, βόθριον appellatur } hoc est, Latinè fossula. βόθρος enim foueā: 20 βόθριον uerò diminutiuè fossulam, seu foueolam Latinis repraesentat. Serapio[g] corruptè bi trion, corruptiusq;, in quibusdam codicibus, bucion. Auicenna[h] aulunun, corrupteq; anulun, siue analum, siue analalium. Serapionis interpres addit { & eius intentio est grana } expo= nunt nonnulli, quia scilicet in eius profundo est sicut granum album. Secundam uerò speciem

2^m. κοίλωμα.

subdit Paulus, dicens { quod autem latius bothrio, fossula'ue est, sed minus altum, κοίλωμα » nūncupatur. } Latinè concauum, siue cōcauitas dici potest. Serapio, cucume, nominat, corrupto proculdubiò Graeco apud Arabes nomine { Et eius intentio est (ut subdit) profundum } Re= ctius dixisset, cauum, Auicenna, luluma, quasi dicat corruptè, coeloma, corruptiusq;, lilimie uo

3^m. Ἄργεμον.

cat. Tertiam deindè speciem Paulus adiunxit { Ἄργεμον autem in iridis circulo nascens, cir » cunstantia comprehendit. Adeò ut, extra iridis circulum, rubicundum: intra circulum ue= 30 rò, album appareat. } Quo in loco Andernacus bis non rectè pupillā uertit, pro iride. Nosq; »

Cōtra Andernacum.

in quibusdam (praeter consuetudinem) sententiam magis, q; uerba traduximus. Intelligere autem non pupillam, neq; extra, uel intra pupillae circulum, sed iridis ambitum, intusq; illum, & sic oculi nigrum: extra uerò eiusdem iridis circulū, ipsum oculi candidū: ultra quòd Grae ca dictio { ἴρεως } non pupillam, sed coronam referēs demonstrat: Aetius etiā perpulchrè ostendit[i] dicens { ἄργεμον est ulcusculum, circa iridis circulum, factum: partem albi, & »

i lib. 7. cap. 26.

partem nigri occupans. } Ecce quomodo non extra pupillam, uel intra eius circulum fieri Ae » tius intelligit: uerùm in nigro, quod est, intra iridis circulum, & in albo, quod est etiam extra eiusdem iridis coronae'ue ambitum, circulum'ue. Quāuis autem in albo rubicundum (Pau= lo docente) appareat: Aetius tamen quod ex eo maius, ac principalius est, tetigisse uoluit, 40 partem scilicet quae in nigro corneam erodit, intra iridis circulum. Qua de re subdit { Al= bum

„ bum apparens.} Vnde nomen sumptum est: ut argemon diceretur. Etenim Græcis ἀργε-
μον idem, quod nobis album, candidúq; præsefert. Serapio corruptè, achimon, habet. Et fit (ut
„ subdit) super coronam nigredinis (qua de re Princeps quoq; coronalem uocat) Et non ac-
„ cipit de albedine, hoc est, adnata nisi locum paruum. Et sunt ei duo colores. quod est, quia il
„ lud, quod ex utrisq; est extra coronam, est rubeum: & illud, quod est intra coronam, est al-
„ bum. Quod est, quoniam quod ex ulceribus est inter coronam, est in corona, & quod est ex-
„ trà, est in coniunctiua: & omnia ulcera quæ in coiunctiua sunt, rubea sunt: sicut illa, quæ
„ sunt in cornea, sunt omnia decliuia ad albedinem.} Hæc Serapion. E quibus quidem uerbis
apertissimè huiusmodi ulceris forma ostēditur. Transcripsitq; ferè ad uerbum Hali Abbas.
10 nec aliud Razes, atq; etiam Princeps uoluerunt. Quartam deniq; speciem Paulus adiunxit,
„ sic eam definiens {ἐπίκαυμα est sordidum, impurumq;, & crustosum ulcus: quo repurga-
„ to, sæpè oculi humores defluunt.} Latinè dici potest, combustio, siue, adustio, Quam ob
rem Princeps habet corruptè {alsicume} quasi dicat, epicauma, exponiturq; ibi {scilicet
adustiuum} Serapion {akifume} corruptiusq; in quibusdam codicibus {aufume} Aetius ue-
rò (quem potius, q̃ Paulum, in pluribus ex ijs, & quæ dicendæ sunt, speciebus, transcripsisse
prædictos Arabes liquet) quartam hanc spciem Encaumatis nomine definiuit: aliud interim
epicaumatis nomine intelligēs. Adeò ut Aetij Epicauma, à Pauli epicaumate differat. Illiusq;
encauma, distinctius multò declaratum, huius epicauma sit. Illius autem epicauma à Paulo
definitum non sit. Atq; idipsum ut manifestius pateat, Aetij quoq; ἐπίκαυμα consideremus
20 dum inquit [k] {Epicauma uerò dicitur, quùm oculi nigrum in superficie exasperatum, inu-
„ stumq; fuerit, & colorem cinereum præsetulerit} Serapion {abasc} nūcupat. subditurq; ibi
{& eius intentio est disruptio} quemadmodum & in encaumate eadem interpretatio sub-
iungebatur, quod ipse (ut uidimus) akifume nominabat. Auicenna similiter, adustiuam, nun-
cupat, et lanosam, quia (inquit Serapio) est similis lanositati. Existit enim (declarat Prin-
ceps) in eo, quod apparet de pupilla, ac si lana pauca esset super ipsam} Sed æquiuocatio no-
minis hic intercidit, ut pro cinere, lanam Arabes habuerint, & pro nigro, pupillam Princeps
legerit. Deprauateq; magis apud Razem, & Hali Abbatem legitur. Cùm hic furculæ, Ille
autem radici, propriam uocem uel ipsi, uel eorum potius interpretes ignorantes assimilarint.
Præter has autem quinq; ulcerum corneæ species, Aetius duas alias, & quidem superfi-
30 ciales adiunxit, Quarū prima dicitur ἀχλὺς Latinè uerò, caligo, sicq; ab eodem definitur
„ {caligo est ulcus superficiale in oculi nigro factum. cōsimile caliginoso aeri, colore cœruleo:
„ quod multum locū nigri occupat. Quùm uerò in pupilla factū fuerit, nō facilè ægri uident.}
Serapion corruptè {adus} pro {achlys} habet. & eius intentio (ut subdit) est athomi. Expo
nunt nonnulli, quia sentit in oculis, qui huiusmodi ulcus patitur, ac si esset puluis subtilissi-
mus: quem athomi nomine significat. Sed tunc Græcum nomen esset. & absq; aspiratione
{atomi} scribendum ueniret. Melius uerò, in huiusmodi etiam significatione, foret, Ideo ato-
mos, siue atomum nominandum, quia aeri atomis, hoc est, tenuissimis corpusculis pleno, ac per
hoc turbulento simile in oculo apparet. Quocircà etiam fumo tam ipse, q̃ Princeps, atq; etiā
Razes, & Hali Abbas assimilarunt. Princeps uerò corruptè alchasi, pro {achlys} habet:
40 corruptiusq; in antiqua litera legebatur {adhasfue} & fortassè nominatur, ut subdit {chate-
man} siue {chatemen} Altera dein species, quam Aetius adiunxit, est, quæ Græcè nuncu-
patur

4[m]. ἐπίκαυμα.

Encauma.

Aetij epicauma.

k lib. 7. cap. 25.

ἀχλὺς.

νεφέλιον.

patur νεφέλιον, Latinè autem nubecula. (Quam sic Aetius definit { Nubecula autem uocatur profundius, ac minus caligine ulcùs in nigro. Et est colore albius. } Serapion corruptè diasilion} habet {& est eius intentio (subditur ibi) caligo} Intellexit autem interpres, per caliginem, ipsam, quam nos diximus, nubeculam. Princeps ergo clariùs protulit { Et nominatur nubes. } subditq; statìm { Et fortassè nominatur chateman} siue, ut in antiquo codice habebatur. { chatemen } ueluti & præcedentem quoq; speciem nominari posse prædixerat. Septem igitur ulcerum species Aetius in cornea proprijs nominibus descripsit. Quorum quidem quatuor superficiales esse ait.[l] uidelicet caliginem, nubeculam, epicauma, & encauma. Tres uerò reliquas quasi ex opposito subiungens,[m] neq; in superficialiũ catalogo cõnumerans,[n] profundiores esse insinuat. Quæ sunt, argemon, bothryon, & cœloma. Quas ob res mimimè increpandus ueniebat à Manardo Princeps, ac reliqui Arabes. quatenùs uidelicet septem species enumerarũt. Vt quorum non Serapio primus Author: uerùm Aetius, fortassisq; alius quispiam Græcus extitit. Nec si Galenum Princeps allegarit, excusatione penitùs destitui concludemus. Cùm in libro de oculis Galeno iam attributo,[o] has omnes eodẽ, quo Arabes scripserunt, ordine cunctas prædictas esse legerimus. Quanq; deprauatus ille codex sit. ut qui superficiales quatuor, intrinsecas, contrà uerò quas profundiores dicere Author intendebat, superficiales, & exteriores, habeat. Quòd si Galeni spurium esse librum dixeris, Id ipsum minimè negabimus. Sat tamẽ superq; Principi fuisse dicemuus, q in aliquo passim nuncupato Galeni libro, huiusmodi sententiam legerit. Quocircà uerũ dixisse Principem ex Galeno, haud protulimus: at excusatione penitùs non destitui. Cùm nõ ex insomnio, sed ex aliquo Galeni libro sumpserit. In eo tamen prædicti Arabes, cum Authore libri de oculis ab Aetio dissentiunt (Quanq; omnes quatuor superficiales, ac tres profundiores expresserunt) Quoniam illi argemum inter superficiales, & tertio quidem ordine cõnumerant. Aetius uerò extra superficialium catalogum adnumerans, inter profundiores intellexisse apparet. Et ne superficialium numerus quaternarium excedat: profundiorum uerò alia ex parte numerus ad ternarium perueniat, quasi cambium illi facientes, à superficialiũ albo encauma deduxerunt: Et ad profundiorum seriem tertio loco reduxere. Fortassisq; nõ temerè. Cùm ob uehementem exustionem, erodentemq; sorditiem, altiùs descendere soleat. quod ab Aetio quoq; negari non posset. qui profundiùs huiusmodi ulcus petere insinuat, q argemon: quod ulcusculũ esse protulit (quanq; id extra superficialia: illud uerò inter superficialia connumerat) Quas ob res, si adamussim singula perlibrarimus, potiùs laudandi, q increpatione digni hac in re Arabes, præcipueq; Princeps, ueniunt: ut qui rem exactiùs ipso etiam Aetio intellexisse uideantur. Haud ergo librum de symptomatum causis[p] adduxisse Princeps uoluit. quẽadmodũ Manardus uir alioq doctissimus opinatus est, sed ueluti prædiximus, librũ de oculis. q iam inter ulcera, seu uulnera cõputauit. Nec eum solũmodo librũ uidisse Princeps potuit: sed Introductorium quoq;, ac Definitionũ Medicarum uolumẽ, Galeno etiam ascriptos libros. Vnde suam confirmasse sententiã uerisimile est. Introductorius ergo liber,[q] oculorum ulcera enarrans, & nubeculã, et caliginẽ inter illa Definit. nepheliõ prima, achlys uerò secũda, Græcis noĩbus reseruatis, ab interprete legũtur. Nec alias idẽ author species omisit. qui cœlomata, argemũ, bothryon, et epicauma sigillatim definiuit. Sub quo et encauma inclusisse uidetur. Cùm nõ in superficie modò, sed profundiùs quoq; nõnunq; consistere

Septẽ ulcerũ spẽs, secũdùm Aetium.

l lib. 7. cap 25.
m cap 26. 27.
n uidelicet c 25.

Cõtra Manardum.

Auicẽnæ excusatio.

o Particula. 4[a]. cap. 10.

Libri de oculis locus.

In quibus differt Aetius ab Arabibus.

Cõtra Aetiũ.

p libro. p[o]. cap. 2 circa finem.

q c. 15. post me[m].

sistere definierit. Definitionum quoq; liber,[r] tametsi diminutus est, cœlomata, & encaumata omittens: Nepheliō tamen inter oculorum ulcera reponit. Qui deinceps in eius definitione deficit. quoniā caligini admiscuit. Adeo ut nubeculæ genus caliginē esse determinarit. Sic di=
» cēs { νεφέλιον ἐστὶν ἀχλὺς, ἢ ἕλκωσις. } hoc est { nubecula est caligo, uel ulcus etc. } Quòd si Paulum accusare quispiam uoluerit, illum ex eo diminutum asserens. quia è prædictis ulcerum speciebus, tres intactas omiserit, nubeculam scilicet, caliginemq;, ac encauma, siue inustionem: Ab huiusmodi quidem calumnia facillimè hominem liberabimus: pro ea, quæ ipse
» met Paulus q̄ primùm subdit: Dicēs[s] { iam uerò plures ulcerum sunt differentiæ. De quibus
» dicemus cōmuniùs. } Haud igitur negat alias esse oculorum exulcerationes Paulus: Verun=
10 tamen sibi placuit, quatuor duntaxat explicitis, reliquas sub communi ulceris nomine subintelligere. Cùm eadem curādi methodus existat. Pluresq; alias etiam ulcerum species communi deinceps nomine, uel ulceris, uel anthracoseos, atq; carcinomatum, hoc est, carbunculi, & cancri, prosecutus est. Vnum uerò considerandum restat: nephelion, nubeculam'ue Paulo[b] (q̄ q̄ ex aliorum opinione) cicatrices per oculorum summa factas indicasse. Adeò ut Pauli nubecula ab Aetij, prædictorumq; omnium authorum nubecula differat. De quibus quidē cicatricibus infrà uberior sermo fiet. Hactenùs de phlyctenis, ulceribusq; corneæ, dictū sit. Non modò, quia semper ulceri tumor aliquis, ob materiæ iam exulcerantis defluxum, annectitur. Præsertimq; ubi uehementior adfuerit dolor: Verùm quia staphylomatis hoc in loco primùm uestigati, tàm phlyctenæ, q̄ ulcera causæ extiterunt. Est enim staphyloma, penès
20 Paulum,[t] proptoseos species { πρόπτωσις autem (eodem authore) rhagoidis tunicæ proci=
» dentia est, ex erosione, aut ruptura corneæ genita } Dixi proptosis, penès Paulū. Quia Celso,[u] nec non Aetio[x] quinimmò ipsi etiam Galeno, Introductorioq; libro, & Definitionum authori, ac demùm (ut uidebimus) Scribonio Largo proptosis alium ab hoc diuersum affectū præsefert. qui alàs à Paulo ἐκπιεσμὸς nūcupatur. totius uidelicet oculi prolapsus, extra propriam ossis cauitatem, ut exertus emineat. Auicenna[y] oculi exitum, & egressionem nomi=
» nat. Celsus ergo sic ait { nonnunq; autem ingens inflāmatio tanto impetu erumpit, ut oculos
» sua sede propellat, πρόπτωσιν id (quoniam oculi procidunt) Græci appellant. } Quæ uerba legentes Pauli interpretes, πρόπτωσιν, apud ipsum, quæ non aliud, q̄ uueæ rhagoidis'ue exertio, siue malueris dicere, procidentia est, inconsultè { oculi procidentiam } Latinè con=
30 uertunt. Etenim dùm Celsum æmulari opinantur, minimè aduertunt diuersum à Pauli intentione, affectum Latinis ostendere. Scribonius uerò Largus,[z] quem Græcè Asclepiades, referente Galeno,[a] legit ad προπτώσεις, aliosq; plurimos oculorum affectus, percommodā
» compositionem scripsit: Latinè autem sic dicit { ad uastum tumorem, quem quia à loco inter=
» dùm uidetur propellere oculum, πρόπτωσιν uocant. etc. } Cornarius[b] { prolapsum oculi } haud ineptè uertit. Albanus uerò, in priori quam ædiderat Pauli uersione, non Pauli modò, sed propriam suipsius (ut uidetur) sententiam ignorans, Scribonij uerba transcripsit, sic in titulo conuertens. ubi Paulus habebat Græcè { περὶ προπτώσεως } ille { De proptosi uasto tumore, qui oculum propellere uidetur. } Quæ tamen uerba nunc, tanq; Andernaci simia corrigens, remouit. Haud tamen rei medullam adhùc percepit. Cùm nunc iam Pauli propto=
40 sim, oculi procidentiam traducat, ubi dicendum fuerat, uueæ procidentiam. Ecpiesmon uerò, Latinum ei referre nomen ignorans, sic Græcum omisit. Sed hæc de nomine satis. Nos au=

tem

r post me^m. libri

Cōtra Paulū.
Obiectio.
Solutio.

s libro. 3. cap. 22. sec. 22.

b Ibidē sec. 25. ī principio

Pauli nephelion siue nubecula.

t Ibidē sec. 23.
πρόπτωσις secūdū Paulū qd.?

u lib. 6. ca. 6. sec. 8. in fine.
x lib. 7. cap. 24.
Ἐκπιεσμός.
πρόπτωσις apud Celsum & Aetium.

y 3^a. fen. 3^a. tr. 2. cap. 30. 31. 32.

Cōtra Andernacū, et Albanū Torinum.

z cap. 27.
a 4. de cōp. med. secūdū loc cap. 7. post medium.
b In traductione libri de cōp. med, secūdū loc. et Aetij ubi suprà.

Cōtra Albanū Torinum.

tem Celsi, Aetij, ac Largi, quinimmò Galeni, Introductorij, & Definitionū Authoris proptosin alibi pertransibimus. Nunc temporis Pauli proptosin consideremus, cuius quidem species est, quod inquirimus staphyloma, siue uuatio. Nanq; plures aliæ procidentis uueæ species sunt, in eo quod magis, ac minus est, duntaxat à se inuicem dissidentes. Siquidem ubi adhuc paruus est tunicæ prolapsus (inquit Paulus) ut muscæ capiti similis fiat, μυοκέφαλον, quasi dicat, nuper efficto nomine, Muscicaput nominatur. Nec paruitatis tantùm ratione, sed figuræ etiam similitudo ad muscæ caput refertur. Perindè ac ex Aetio[c] didicimus. Razes[d] uocat {Musaragi} & aliquando[e] {caput formicæ} Hali Abbas totum genus, quod à Paulo proptosis nūcupabatur, acumen corneæ,[f] uel acumen oculi,[g] nominat. Primam uerò hāc speciem formicæ capiti etiam assimilat, & mouseregum uocat. Auicenna[h] genus etiam corneæ rupturam dicens: Primā quoq; speciem formicalem, & almusaragi, et aldebabi, seu aldebani, idest, muscalem appellat. quanuis in antiquiori traductione {granatilis} legatur. Quoniam uerò phlyctænis aliquantulùm similis est. adeò ut nonnulli pustulam reputent (ait Hali Abbas) Idcircò tam ipse, q; Auicenna, exactiusq; ambobus Aetius inditia, quibus ab inuicem distinguantur, exposuerunt. Quùm ergo nondùm creuit rhagoidis exertio, huiusmodi species fit. Quùm uerò ampliùs (subdit Paulus) & eousq; succreuerit, ut uuæ acino similis euadat, staphyloma nominatur. à præscriptis Barbaris authoribus uuea dicitur. At ubi plurimus uueæ tunicæ prolapsus factus est, ut palpebras transiliat, Græcè μῆλον Paulus nuncupat. Latinè malum, siue pomum dicere possumus. Razis interpres uocat {subtilē} Auicēna quia fortassis inflatæ uesicæ similis sit, uesicalē nūcupat. Aetius hanc speciē nō expressit. Hali Abbas de ea meminit, sed proprium nomen nullum retulit. Demum si iam iam prædicta occalluerit (subdit Paulus) ἧλος, Latinè, clauùs, appellatur. Hali Abbas quoq; clauum: Auicenna claualem appellat. Quanq; easdem quatuor species repetens in eodem capite Princeps tertiam & uesicalem, & claualem nominarit: Quartam deniq; orbicularem uocans. quam non ampliùs clauo, clauiq; capiti, sed fuso, huiusq; capiti, quod armillam nōnulli è Latinis etiam nuncupant, ob eius magnitudinē, assimilat. Definitionum uerò Medicarum author ex ijs tantùm duas species definiuit: Myocephalon scilicet, ac staphyloma. Introductorius autem liber has duas, & tertiò clauum quoq; declarauit. Verùm uterq; in staphylomatis definitione defecit. dùm in pupillæ regione staphylomatis fieri tumorem, & non (ut in myocephalo) secundùm oculi nigrum, Iridis'ue circulum, determinarunt. Etenim si ex rhagoidis exertione, prolapsuq; staphyloma factū sit, eiusdem generis cum ipso myocephalo existens, à quo maioris duntaxat ratione (quemadmodum prædiximus) differt. In pupillæ regione fieri non potest. Cùm ibi rhagoidis tunicæ foramen sit. quamobrem non eius procidētia, sed aquosi humoris euacuatio fieret. unde uisus omnimoda priuatio resultat. In oculi ergo nigra parte, media scilicet inter pupillam, & Iridis circulum, regione, fieri myocephalon, ac reliquas procidentis uueæ species, compertissimū est. {Diuulsa est autem contractaq; omninò (inquit Aetius[i]) in rhagoidis prolapsu pupilla ipsa, ut prorsùs non appareat, aut & situ, & figura immutata uideatur.} Sic inq; accidit si ex rhagoidis (uti prædictum est) exertione, prolapsuq; staphyloma fiat. Cuiusmodi speciem duntaxat expressisse Paulus libro tertio[k] uidetur. Verùm enimuerò alter quoq; staphylomatis modus est: quem perbellè Aetius[l] enucleat, his uerbis {Appellatur autem staphyloma, quùm corniformis tunica fuerit eleuata

c lib. 7. cap. 33.
d 2 Contin. cap. pº. litera. H. ante mediū capitis.
e Ibidē litera H. uersus finē cap.
f 9. Theorice c. 13. ante mediū et 5¹. Pract. 44.
g 9. pract. 26.
h 3ª. fen. 3ª tr. 2 cap. 6.

σταφύλωμα.

μῆλον.

ἧλος.

Cōtra Authores Definitionū Med. & Introductorij.

i lib. 7. cap. 33.

k cap. 22. sec. 23
l lib. 7. cap. 34.

" uata, & eminentiam acino uuæ similem fecerit. Fit autem aliquandò humoribus sub ali-
" quam corniformis tunicæ mẽbranulam, squamulam'ue collectis: à quibus humoribus ui coactã
" corniformẽ tunicam abscedere, sustinerique contingit, ac eleuari, & incuruari, facereque sta-
" phyloma, citra ruptionem. Fit hoc etiã ex phlyctæna bulla'ue quadam inter squamulas, mem-
" branulas'ue corniformis tunicæ, satis profundè consistente. Quæ tunicam eleuauit, non tamen
rupit. } Huiusque causa nos anteà de phlyctænis determinasse uoluimus. quemadmodum pro
alterius staphylomatis notitia, de corneæ quoque ulceribus plurima prætetigisse decreuimus.
Quam profectò distinctionem à Principe [m] olfactam esse liquet. Quanuis igitur alter sta-
phylomatis modus, qui scilicet absque corneæ ruptura gignitur, in pupillæ etiam regione fie-
10 ri queat: cùm intrò minimè penetret: In hoc tamen defecisse etiam Definitionum, atque In-
troductorij Authores determinandum. Quoniam in definitione pupillam consurgere simpli
citer protulerunt. Etenim non in pupillæ tantùm regione, sed extra illam quoque, per totum ni-
grum, intus Iridis circulum, huiusmodi staphyloma fieri contingit. Quemadmodum quod
ex rhagoidis procidentia generatur, extra pupillam, in reliquis nigri partibus aduenit. Du
plicem uerò prædictum staphylomatis modum Celsus [n] minimè ignorasse uidetur: sic scri-
" bens { In ipso autem oculo nonnunquam summa attollitur tunica: siue ruptis intùs membranis
" aliquibus, siue laxatis, & similis figura acino fit. Vnde id σταφύλωμα Græci uocãt. } Di-
cens igitur siue ruptis, siue laxatis membranis, duplicem apertè iam iam præscriptam spe-
ciem insinuat. Sed neque Paulũ huiusmodi staphylomatum differentia latuit. Quanuis enim
20 libro tertio [o] rhagoidis procidentias enarrãs, alteram duntaxat speciem, uelut suo tunc pro-
posito conducentem declararit: uidelicet eam, quæ, rupta cornea prolabenteque foràs rha-
goide tunica, fit: Nihilominùs tamen libro sexto [p] utranque nobis indigitare speciem uoluit. sic
" euestigiò generatim scribens { staphyloma quidem est ceratoidis tunicæ eleuatio, incurua-
" tio'ue, unà cum rhagoide tunica debilitatæ, nonnunquam defluxionis, nonnunquam uerò exulcera-
" tionis occasione. } Quã quidẽ et à Galeno [q] significatã quoque intelligimus: quù ait { Quæ aũt
staphylomata nũcupantur, alia qdẽ solo positu, alia uerò dispositione affectu'ue præter natu-
rã existũt } Solo.n.positu præter naturã esse intelligimus, quæcunque absque corneæ ulcere facta
sunt. Cũ à relaxãte duntaxat humore in gibbũ cornea tunica, fortassisque etiã uuea unà cũ illa
(uti Paulus innuit) eleuatur. Nã & si præter naturam humor etiã ille est: Causa tamen mor
30 bi, non affectus est. Nec si uel bulla, uel aliqua continui solutio intùs sit, ea manifestus mor-
bus est. Quæ autem ex corneæ penetrante ulcere adueniunt, à causa, quæ aliàs etiam affe-
ctus præter naturam omnibus euidentissimus est, generationem suscipiunt. Cuius adhùc ul-
ceris causa, non morbus existens, erodens quispiam humor, uel exteriùs fortassè uulnerans
aliquid esse potest. Differt autem hoc staphylomatis genus, ab altero (inquit Aetius [r]) quo-
niam in hoc, ruptura quoque corneæ facta est: & quod prolapsum est, cæruleum, aut nigrũ
apparet. In illo autem eleuatio sola, incuruatio'ue tunicæ corniformis est. Vnde etiam tota mo
les albidior apparet. Quam solummodo speciem considerasse Introductorius Author uide-
tur. quùm in definitione, album colore esse quod acino comparatur, exposuit. Qua de causa
nec non & alia iam prætacta diminutum esse declarauimus. Qui etiam in claui definitione, à
40 Paulo, & Aetio discors est. Etenim hi rhagoidis esse procidentiam usque adeò magnam uo-
lunt: ut palpebras transiliat, callumque præterea non uuea modò, quæ prolapsa est, dure fa-
cta

m 3[a]. fen. 3[a]. tr. 2. cap. 6. uersus mediũ capitis

n lib. 7. cap. 7. sec. 11.

o cap. 22. sec. 23

p cap. 19.

q li. de tu. præt. nat. cap. 21.

r lib. 7 cap. 33.

Clauus apud Paulũ, et Aetium.

s lib.3. cap. 22. sec.23.
t lib.7. cap.34.

cta duxerit (ueluti Paulus[s] ostenderat) Verùm & ipsa quoq; corniformis tunica circũcir-
cà, ubi perforata est, callosa iam (prout ex Aetio[t] colligi potest) euaserit, talemq́; affectionem
cõstringit. Quoniam per omnia claui capiti similis existit. Introductorius uerò Author car-
nosum esse nigri excessum, solidum, cum leui, albáq; uelut cicatrice, callum definiuit. Ex quo

Clauus apud Introductoriũ

Introductorij clauũ, à Pauli, Aetijq; clauo, in oculis differre palàm fit. Subdit uerò deinceps
Introductorius { frequenter etiam in albo, ubi nigrum oculi tangit, cohæretq;, consurgens} "

u lib.7. cap.7. sec.12.

Clauus apud. Celsum.

Quam claui secundam speciem locumq́; duntaxat cognouisse Celsus[u] ostendit: sic illum
definiens { claui autem uocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figuræ si- "
militudine est. } Vnde Celsi clauum, introductorij clauo conuenire (q̃.q̃; specialior eo est,)
ac per hoc ab Aetij, Pauliq;, ac Arabum ijs adhærentium clauo differre iam liquet. At id, cu-
ius gratia singulos hic percurrere tumores aggressi sumus, contemplemur: ipsum uidelicet
staphylomatis temperamẽtũ, atq; humorẽ qui oẽm uueæ procidentiã comitatur. Incerti quidẽ
igitur temperamenti staphyloma fuerit. Quanuis enim ab initio calidum sit quod ex uueæ
procidentia gignitur: siue ab exteriori quauis perforante occasione, siue ex interaneo ulcere
prouenerit: quoniam illi extemplò phlegmone, ac dolor annectitur: Huic autem erodentis
humoris incendium, dolorisq; ratione, phlegmone etiam adiungitur: Quã rursùs ob causam
& phlyctænæ, & septem prænarratæ ulcerum oculi species circa initia calidæ dubio pro-
cul omni existunt: Temporis tamen progressu, quùm obcallescere inceperint, ad frigidum
uergere cognoscentur. melãcholicæq; affectiones ex sanguineis, biliosis'ue, aut pituitosis sal-
sis, aut mistis euadẽt. præcipueq́; claui tales sunt. Sin ex relaxante nonnunq̃; humore staphy-
loma contigerit, citra rupturam: pituitosum tunc, ac per hoc frigidum esse uel ab initio tu-
morem liquet. Quòd si (uelut in pluribus herniæ speciebus obseruauimus) ipsam exeuntis
rhagoidis substantiam perpenderimus: primæ radicis ratione, sanguineum esse spermati-
cum'ue tumorem proferre q̃.q̃; remotissimè poterimus. At rursùs quidem singula proprijs
locis perlibrare certum est, & me hercle uberrimè: usq; adeò ut nil desiderandum rema-
neat. Nunc uerò ad claui definitionem usq; penès uaria multorum decreta, sermonem nostrũ
uel inuiti protelauimus. Tempestiuum ergo est tumoribus à Galeno in proprio uolumine re-
latis ultimum clauum, ac sigillum imponere: Qui iam numero unus & sexaginta propositi

x Suprà fo.77.
y libro de tum. præt. nat. in fine

fuerunt.[x] Quibus demùm cunctis expeditis ipse met Galenus ait[y] { nulla adhùc superest
species tumorum præter naturam, quæ à nobis cõmemorata non fuerit. }

Obiectio contra Galenũ.

VERVM enimuerò quoniã tumores oẽs percurrere nullò (quoad uires
suffecerint) prætermisso certũ est: Ardua, nõ minùs, q̃; lõga hìc dubita-
tio aduersùs ultima Galeni uerba insurgit. Nãq; Galenus inq̃t, nullũ
esse tumorẽ, quẽ in eo uolumine ĩtactũ dimiserit. Nos aũt ualde plures
præter naturã tumores inuenimus, q̃; hi sint, quos hucusq; unà cũ ipso
ex eo libello percurrimus. Atq; idipsum exquisitiùs proculdubiò nouerimus: postq̃; alterũ, et
q̃dem nouum catalogum cõtexuerimus. Eorũ. s. tumorum, quos omninò Galenus in eo uolumi-
ne, sub silentio præteriuit. Quorum plures alibì ab ipsomet prætactos inuenimus: plurimos
uerò penitùs ab eodem incognitos, nullibiq; comprehensos fuisse cõpertum habemus. Ipsum
igitur nouum catalogũ exq̃sitiùs legito, legensq; adamussim, ac mente peregrina perpendito.

Primus.

PRIMVS Verò hìc, non, quemadmodũ in priori Catalogo, Polysarcia, toti corpori uniuersalis est, sed capiti proprius. A quo deinceps & alios, uel ipsi parti etiam proprios, uel maxima saltem ex parte contingentes, ordinatè, ad pedes usq;, cunctos perscrutari conabimur. siue internarũ, siue externarũ, aut ambarum partiũ affectus sint. Mox uerò deinde reliquos uel uniuerso insimul corpori cõmunes, uel absq; certa partis electione, modò hanc, modò illã inuadere solitos disquiremus. Quemadmodũ igitur Galenus achorẽ, cerion, et psydracẽ siue psydracion, capiti (uel ipsomet [z] authore) familiares tumores recensuit, quos iam anteà declarauimus: ordine. s. uigesimũnonũ, [a] trigesimum, [b] & trigesimũtertiũ: [c] Cur tot eidem capiti proprios, uel plurimùm aduenientes alios omisit? Quorum.

z p°. de cõp. medic. secundũ loc. cap. 10. & 11.
a supra fol. 166
b fol. 167. et inde simul uide de utrisq;.
c fol. 183.

10 P°. Eczesma. (pilla.	6. Hydrocephalos.	12. Catalepsis, seu (catocha.	18. Sekakilos.
2. Elcydriõ, siue pa-	7. Siriasis		19. Testudo.
3. Sycõ. i. ficus, seu ficosum Exãthema.	8. Phrenitis.	13. Caros.	20. Talpa.
	9. Lethargos.	14. Apoplexia.	21. Topinaria.
4. Exanthema. i. ulcerosa efflorescẽtia.	10. Typhomania, seu (agrypnon coma.	15. Rhia alsabiã.	22. Lactumen
		16. Sibare.	23. Cornu.
5. Gãgliõ. Celsi.	11. Catochos Pauli	17. Fatera.	

Hos porrò affectus nemo sanæ mentis in tumorũ albo numerãdos fore inficias ibit. siue Græcos, Romanos'ue, siue Arabes, aut ipsos demũ Barbarolatinos recentiores consulamus. Sunt uerò hi quoq; tumores, illorũ instar, qui à Galeno prætacti iam sunt, proprijs quibusdã impositis noĩbus appellati. Missos interim facimus innumeros ferè particulares tumores, tã in capite, q̃; in quouis alio membro erumpentes: quos pro sedis diuersitate ad diuersa morborũ capita reddducere possemus. Vt uerbi gratia cerebri phlegmonen, uel gangrænam, aut sphacelon: Itemq; cerebri erysipelas: atq; huiusmodi q̃; plurimos, ut qui Galenũ sectãtes, proprijs (uti dictum est) nomenclaturis determinatos præostensis annectere decreuimus. Sed ne à præternaturalium tumorum albo quinq; alios affectus absoluerem, qui sequuntur.

24. Alopecia. 25. Ophiasis. 26. Pityriasis. 27. Phthyriasis.

In his. n. aliquẽ inesse tumorẽ circa cutim exquisitiùs perpendentibus liquebit. Decentiusq; hi, q̃; alphos uterq;, ac leuce in tumorũ catalogo reponendi sunt. Illos tñ quidã [d] in eodẽ numero scripserũt. Haudquaq; uerò perpetim deest præternaturalis tumor in Cephalæa, hemicrania, 30 paraphrenitide, epilepsia, cataphora siue comate, fatuitate, memoriæ iactura, uertigĩe, aut alijs fortasse symptomatibus, quorũ causa tumor nonnunq; esse solet. Quoniã autẽ plurimũ absq; ullo tumore huiusmodi symptomata contingunt, uel sola inq; intemperie, uel continui nõnunq; solutione, aut uenenosa qualitate: Idcircò quatenùs tumoribus interdũ ut causis adnecti consueuerint, singulos huiusmodi affectus, extra nihilominùs catalogũ, ĩ alio tomo declarabimus, ne hic ad odiosam, nimisq; excedentem magnitudinẽ increscat. Ad nos autẽ reuersi plures in capite, præter tres à Galeno prætactas tumorũ spẽs inuenimus: Quæ (ni fallor) ad septimũ et uigesimũ numerũ redigũtur. Cur ergo nullã esse, in fine adiunxit, quæ quidẽ à se in eo libro cõmemorata non fuerit? Tãq; igitur diminutus, ĩperfectusq; insimul, ac mẽdax increpandus ueniret Medicorũ proculdubiò, post Hipp. Coryphœus. Nisi ad eorũ aliquẽ, q per uniuersũ 40 uolumẽ prænarrati iã fuerãt, uelim⁹, nolimus, redduci queãt. Vt nõ temerè oẽs spẽs ĩmò spãlissimas sub suis gñibus cõprehẽsas per capita declarasse proferẽdũ sit. Præsertĩ cũ oẽs ad 7am. à nobis propositã [e] distinctionẽ hoc ĩ loco enucleãdã referãtur. u3. quoniã oẽs uel sanguinei, uel

d ut Fuchsius ĩ cõpẽdio medicinæ cap. 41.

Obiectiõis cõtra Galenum propositæ solutio.

e supra fol. 76

pituitosi, uel biliosi, aut melancholici, seu aquosi, aut flatuosi sint. Indeq; aut phlegmones, aut erysipelatis, aut scirrhi, uel œdematis, uel alterius demùm cuiusuis in priori catalogo declarati tumoris quædam species sint. Quas ob res tandem ad propositam quoq; in textu bimẽbrẽ diuisionẽ reducamus: oẽm. s. tumorẽ esse calidũ, uel non calidũ. Vt aũt quæ dicimus exactissimè liqueãt, Sigillatim quos modò proposuimus capitis tumores enucleare aggrediamur: Sic.n. longè facilior, clariorq; doctrina emerget: cuiusq; uidelicet membri tumores seorsùm propositos singulatim emedullare, q̃; uniuerso prius catalogo expleto, à capite rursus exordiri.

p°. Tumor. Eczesma.

f sup. fo. 173. 26 et fol. 176. 6. et 11. et. 177. 26.
g p°. de comp. med. secũdũ loc. cap. 10. & 11.
h lib. 6. ca. 68. circa finem.
i lib. 4. cap. 10.
περιζέμα, seu περιζέσμα.
k fol, 137. 138.
Cõtra Cornariũ, et Andernacum.

PRIMVS Ergo erat Græcè noĩatum ἐκζέσμα. de quo aliàs meminisse recolo. Vbi. s. achoras, atq; unà Cerion, fauum'ue enarrarẽ. f Cornarius Galenũ, g atq; Aetiũ h interpretatus, feruentẽ, siue feruidã papulã Latinè appellat. Nonnulli uerò feruorem traduxerũt. Nec temerè hi secundi: à uerbo.n. Græco nomẽ deductũ est {ζέω} quod est Latinè {ferueo, seu cõburo} unde {ζέσις} deriuatur, hoc est, {feruor} & {ζεσός}. i. {feruidus, seu ferue factus} Indeq; etiã dicitur {ζεμόν} quod est {calidũ.} Qua de re Paulus i hæc {περιζέματα} uel forsasè {περιζέσματα} nũcupauit. Andernacus ẽt Pauli interpres feruẽtes papulas Latinè cõuertit. Nos aũt anteà k iã quid Celso, quid'ue Plinio papula significet, exquisitè narrauimus E quibus quidem uberrimè discussis, Celsi dogmate, papulas minimè nuncupari posse huiusmodi tumores liquet: Cùm illi papula Græcorum lichenas, à nobis uerò passim, uel unà cum Plinio, impetigines appellatas præseferat. Quanq; Plinij placitis, Græcorũ calida exanthemata papularũ nomine intelligentis, generali uocabulo, huiusmodi quoq; affectus papulas nominare queamus. Ob quam Herclè ambiguitatẽ euitandã, aptiùs feruidam, feruẽtem'ue eruptionem Latinè conuerterem. Maximeq; Græci nominis compositionẽ, etymologiam'ue contemplatus: cùm ex præpositione {ἐκ} quod est {extra} & nomine {ζέσμα} idest {feruor} componatur. q. d. extra erumpens feruor. Paulus uerò non {ἐκ} sed {περὶ} adiunxit. quæ præpositio Græcis in compositione, quemadmodum & Latinis {per} significationẽ adauget, intenditq;. ueluti nomina {perdoctus, pertrepidus} plurimaq; huiusmodi præstò sunt. Dixit ergo Paulus, perizemata, quasi dicat uehementer feruentia. Quanuis autem {ἐκβράσματα} quantum ad nominis uim spectat, non aliud, q̃; {ἐκζέσματα} præseferant.

ἔκβρασμα.

Cùm similiter à præpositione {ἐκ} deriuentur, & uerbali nomine {βράσμα} quod nomen feruorem significat, à Græco pariter uerbo {βράζω, seu, βράσσω} quod est {ferueo, scateo, seu ebullio} unde maris quoq; bullitio {βρασμὸς} nuncupatur. Quanuis inq̃; ex ui nominis idem esse appareant: Nibilominùs tamen aliud Paulus l ecbrasmatis dictione (quicquid nonnulli dixerint m) q̃; perizematis intellexisse apparet: sic scribens {καὶ θερμὰ ἐκβράσματα, καὶ περιζέματα, καὶ ἀχῶρας. etc.} quod est, {& ad calidas eruptiones (generatim intelligẽdo ad quaslibet) & feruentes, siue aceruatim, uniuersimq; scatentes, & achoras. etc.} Dixi nunc perizesmata, aceruatim, uniuersimq; scatentes eruptiones, alia ratione {zesma} considerãs. Etenim {ζέω} significat etiã idẽ, quod {scateo} quẽadmodũ apud Lucianum legitur {σκωλήκων ζέσας} quod est {uermibus scatens} Idem uerò eczesmata nobis inferre, quod ὑδρῶα. i. sudamina, seu sudorũ papulæ, prius n iam à nobis declaratæ præseferunt, coniecto: uel q̃; minimũ ab illis dissidentia. Tuncq; Celsi exãthemata erunt, quæ pustulis ex sudore factis assimilãtur. quæ, siue papulas, siue eruptiões, siue quomodolibet aliter appellasse libeat: dũ biliosi cuiusdã ichoris feruore, iã extrà erũpũt, plurimæ insimul emergere

l ubi supra. f. 4t. 10.
Cõtra Cornarium.
m ut Cornarius in annot. p¹. de cõp. med. super cap. 8.
n fol. 191. 192.
ὑδρῶα.

gere

gere consueuerunt.ut seruentes quoq; scateant. Haud igitur capitis ita proprius huiusmodi affectus est, quin reliquis etiã partibus aduenire queat. Idcircò quanuis Galenus,[o] Aetiusq;[p] ipsum insequens inter capitis morbos adnumerẽt: Paulus[q] tamen ĩter cõmunes corpori affectus recenset: Idemq; Aetius alibi.[r] Vbi eius definitionem cũ priuata magis curatione adiungit. Toto enim in corpore fieri ait, dolorem inducentem, citra saniei collectionem. Tempestiuum uerò est ad secundùm Tumorem transgredi. Plùs enim q̃; decreueramus, immorati, circa primi declarationem sumus. Cùm ocyùs hic, & currenti ferè calamo nouum percurrere catalogum certum nobis sit. Quoniam uerò de hydrois sudaminibus'ue iamiam memínimus: Idipsum obiter adiungere non grauabor (siue eczesmatibus eundem, siue ab his diuersum affectum intellexeris) ipsa uidelicet hydroa, à Celso[s] nõ exanthemata (prout nonnulli crediderunt) uocari, sed pustulas (generali dictione). Pro speciali autem generis determinatione addi { quæ ex sudore fiunt.} quibus quidem pustulis ex sudore factis, & iuxta Hippocratis[t] dogma potiùs in æstate prorumpentibus, in uere, ut supposuit, euenientia exanthemata cõparauit. Eczesmata uerò Abenxoarem sub {sahaphati} nomine comprehendisse.[u] Auicẽnã aũt dictione { Balkiati} seu {balkie,[x]} prædictũ iã est. Põt.n. cũ sæuit, malignior q; tumor euadit, saniei quidpiam defluere, q̃;q̃; ab initio nõ colligi, ex Aetio prædictum iam est.

SECVNDVS Tumor, Elcydrion est, Latinè ulcusculum dicemus. Sic enim à Galeno[y] simpliciter nominatum offendimus, absq; ulla uidelicet peculiari tumoris descriptione. Quam tamen deinceps ab Alexandro,[z] Pauloq;,[a] & Aetio[b] expressam inuenimus: perindè ac aliàs[c] iam prædixisse recolo. Papillis enim similia esse huiusmodi ulcuscula dixerũt, densaq; & rubra, è quibus sanies, ichores'ue eliquantur, defluunt'ue. Non modò igitur ulcus est: uerùm & tumor, mammarum, uti dictum est, papillæ similis. Hunc tumorem ab Auicenna, sub {sahafati} nomenclatura,[d] specialiusq; sub nomine { sirengi}[e] ab Hali Abbate aũt quartam positam esse tineæ speciem:[f] ueluti & à Theodoro Prisciano achorarum, cerionumq; (ut uocat) genus[g] papillæ qdẽ nomine dictum fuisse prædiximus. Græcè θηλάς, hoc est, papillas, quoniã.s. papillis mammillarum similes sint, nuncupare possumus. Quas ob res idem esse Galeni elcydria, Alexãdriq;, Pauli, & Aetij papillas, intelligentes, in catalogo proposuimus secundùm tumorem esse, Elcydrion, siue papillam. Celsus[h] huiusmodi affectum, Græco nomini respondente Latina dictione, ulcuscula nũcupauit, pustulæ interim spẽm esse supponẽs. Idẽ nãq; {ulcuscula} nobis, quod {ἑλκύδρια} Græcis ostẽdũt. Sic ergo Celsus ait, { Ex pustulis uerò nonnunq̃; etiam ulcuscula sunt, aut aridiora, aut humidiora} Græci authores prædicti absolutè humidas supponere uidentur. Absurdum uerò non est illos magna ex parte intellexisse. { & modò tantùm cum prurigine, modò etiã cum inflãmatione, aut dolore} Græci absolutè rubras proferentes, semper cum inflammatione aliqua esse supponunt. Aequè autẽ & sic esse maxima ex parte intelligendum. { Exitq; aut pus, aut sanies, aut utrunq;} Illi simpliciter ichorem, saniem'ue protulerunt: Eadem igitur & hic glossa utendum. s. ut plurimùm. cùm omnia contingant { Maximeq; id euenit in ætate puerili: raròin medio corpore, sæpè in eminentibus partibus.} E quibus quidem Celsi uerbis exactè perpensis non aliud per huiusmodi pustularum speciem {ulcuscula} nuncupatam, q̃; elcydria uoluisse liquet (q̃;q̃; latiùs hos tumores, pustulas'ue: q̃; nostri Græci, definiret.) Non ut aliqui uolunt[i] eam, quam anteà descripserat, et ἑλκώδεις Græcè nominari prædixerat. Quã ob causam pustularũ à Celso

 definitarũ

o lib p° de comp. med. secũdùm loc. cap. 10. & 11.
p lib. 6. cap. 68. uersus finem
q lib. 4 cap. 10.
r lib. 13, cap. 128. in principio.
s lib. 5. cap. 28. sec. 14ª. in prin°.
t ut ex Hipp. 3ª. Aphor. 21.
u supª. fo. 176. 6
x supra. fol. 173. 26.
y p°. de cõp. med. secũdũ. loc. ca. ult.
z lib p°. cap. 7.
Tumo 2°. Elcydrion.
a lib. 3. cap. 3.
b lib. 6. cap. 70.
c supra fol. 173. 12 13. et uide. 282 18.
d supra fol. 172. 36.
e fol. 173. 12. 16.
f supra fol. 175. 30.
g ut patet supra fol. 171. 10. 12. 16.
h lib, 5. cap. 28. sec. 14.
Cõtra Cornarium.
i annot. ĩ pm. de cõp. med. secũdũ loc. in fine.

k ſupra fol.184 34. & 193. circa principiũ.

Puſtularũ ſpecies ſeptẽ, apud Celſum.

l ſupra fol. 191. 192.

definitarum ſpecies, exquiſitiùs multò q; anteà [k] fecerimus, numerare futile non fuerit. Septem enim (ni fallor) ſunt. Prima puſtulæ ſunt, quæ ex ſudore, uel urtica. Nos hydrea, quæ ſcilicet ex ſudore fiunt, & ſudamina, & ſudorum papulas nuncupauimus.[l] Secunda ijs ſimilis, eæ ſunt, quæ à Græcis exanthemata uocantur. Tertiæ ſpeciei ſunt, quæ ſimiles uaris oriuntur. Vnde fortaſſis & nos uariolas nominare conſueuimus. Quarta ſpecies eſt, quæ (ut ait) elcodes Græcè nominatur. Quinta pſydracion appellata. Sexta, quam nunc præ manibus habemus, earum, quæ iam elcydria, Latinè ulcuſcula uocantur. Septima demùm epinyctis nuncupata ſuccedit. Quas omnes proprijs deſcriptionibus, ex ipſius met Celſi uerbis, determinare promptiſſimum fuerit. SED reliqua contemplemur, eo quidem priùs abſoluto: Quoniam ſcilicet ex humorum, præcipueq; bilis, inſimul ac ſanguinis, uel bilioſi quidem ſanguinis ichoribus genitus hic tumor eſt.

Tumor. 3ᵘˢ.

Ficus.

Ficoſa efflore ſcentia.

Ficoſa eruptio Pro hoc noĩe uide ſupra fol. 139. lin. 12.

m lib. 3. cap. 3.

n lib. 8 cap. 14.

o quinto de cõp. med. ſecũdũ loc. cap. 3. & uide ſupra fol. 208 35.

p in declaratione tumoris. 26.

q ubi ſupra de cõponẽdis med. c. 3.

r lib. 8. cap. 14.

s lib. 3. cap. 3.

t ibidem.

u lib. 6. cap. 3.

x ſupra fol. 175 21.

TERTIVS Verò tumor eſt, quem Græcè σύκον, Latinè ficum, & σύκωσιν Latinè diceremus ficoſitatem, & συκῶδες ἐξάνθημα, quod eſt, ficoſam efflore ſcentiam, et συκῶδη ἐπινάστασιν, hoc eſt ficoſam eruptionem appellare conſueuerunt. nonnunq; uerò & σαρκωματικὸν ἕλκος, quod eſt, ulcus carnoſum nuncupant. Sed ne id quidem adeò capiti propriũ eſt, ut toto etiam corpori commune non ſit. Capiti nihilominùs frequenter, quemadmodum & faciei palpebris, atq; ano ſæpiculè aduenire ſolitum eſt. Verùm enimuerò de reliquis partibus poſteà loquemur. Nunc autem capitis ficum, ſiue ficoſum exanthema cum Oribaſio, eumq; exſcribentibus, Paulo,[m] & Aetio,[n] definiamus. { Ficos appellant germina ulceroſa, rotunda, ſubdura, rubicũda, quæ conſequitur ẽt dolor. Naſcũtur aũt ut plurimũ in capite, q̃q; et in reliquo ẽt corpore naſcuntur. } abſq; ulla morbi definitione Galenus[o] in mento morbũ " hunc curabat, cauſam duntaxat præſcribens. quoniam ſcilicet non ſolùm craſſus ſit, qui hos tu " mores efficiat humor, ſed & feroſa participet tenuitate, ob quam etiam citò exulcerantur, ſi " non, ut debent, curentur } quid uerò ſit { λεπτότης ἰχωροειδὴς } hoc eſt { tenuitas ſeroſa } poſt deindè ſermo fiet: ubi ſcilicet pityriaſeos cauſas diſquiremus.[p] Nũc autem ſat ſuperq; " ſit, miſtum ex calidis, frigidiſq; inſimul humoribus, ichoribuſq; affectum, dominio tamen exceſſuq; calidum eſſe, ut non ſecùs ac iamiam præſcripti tumores, in calidorum albo numerandus ſit. Cùm uerò menti ficum Galenus,[q] eiuſq; æmulus Aetius[r] curare intenderit, Paulus[s] autem capitis, Oribaſio inhærens, quem Aetius[t] quoq; tranſcripſit: Ex Celſo[u] (quemadmodum & anteà tetigimus)[x] qui ante hos ſcripſit, duas eſſe ſpecies determinandum. Alterum .n. (ut ait) ulcus durũ, & rotundũ eſt, alterũ humidũ. Ex duro exiguũ quiddã, et glu " tinoſum exit. Ex humido plus, & mali odoris. Fit uerò utrunq; in his partibus, quæ pilis cõ " teguntur. Sed id quidem, quod calloſum, & rotundum eſt, maximè in barba: Id uerò quod hu " midum præcipuè eſt, in capillo. } Oribaſius uerò, ueluti præſcriptum eſt, ſubrotunda eſſe, ac dura omnia definiuit: poſſeq; totum corpus occupare. Cuius intereà locum in margine, ob id minimè notatum inuenies, quoniam permiſſum nobis non eſt, ad hodiernam uſq; horam, Oribaſij uolumina uidiſſe. Niſi quædam compendiola, innumeris quidem mendis deprauata. quorum aliquando loca in marginibus deſcripta uidebis. Quemadmodum ergo " alibi[y] prænotauimus, Curationum inſcripto quodã Oribaſii cõpendiolo, inter capitis affectus " prius,[z] Dein uerò & inter faciei affectus[a] huiuſmodi tumorẽ, abſq; ulla tamen definitione, curatum offendimus. Generale quidẽ non huiuſmodi tantùm affectus ſpẽbus, ſed alijs quoq;

y Ibidem. ſ. fol. 175. litera, r, & 5. in margine.

z cap 20.

a cap. 69.

pluribus

pluribus tumoribus est. quoniam scilicet (uti Celsus ait) caro excrescit. Idcircò nonnulli (ut dictum est) carnosum ulcus uocant. Suis uerò duntaxat speciebus commune, atq; huiusmodi tumori proprium est, in quauis corporis parte erumpat, quoniam fico fructui assimilatur. ut à similitudine sumptum (uel Galeno,[b] post Celsum, erudiente) nomen fuerit. Plinius non hunc tantùm, sed præscriptos iam tumores, eczesmata scilicet, & elcydria, pluresq; alios, sub capitis ulceribus generatim comprehendisse apparet: ueluti nos alibi[c] quoq; notauimus. Quemadmodum etiam q Arabes sub sahaphati comprehenderunt, cum scilicet in capite nati sint, Hali Abbas uerò secundam tineæ speciem esse posuit, prædictum[d] iam à nobis est. Præter ea uerò, quæ prædeterminata iam sunt, adde Auicennam aliquandò hūc morbum { albir } appellasse. Vti quùm de calidis exituris locutus, in calce tandem ait,[e] { Et de exituris est species, quæ nominatur, albir, & est exitura ulcerosa, rotunda, & rubea: quam qui habet secundùm plurimum non expoliatur à febre. Et eius euentus secundùm plurimum est in capite & quandoq; accidit in alijs locis. } Quam profectò definitionem aliam non esse, nisi eam, quæ ab Oribasio ficorum præposita est, nullus (ni amens sit) inficias ibit: Cùm eadem ferè uerba utrobiq; sint. Nisi quòd doloris tumorem, ulcusq; insequentis uice, febrem Auicenna deprauatè (pro ut frequens mos Arabum est) transcripsit. Nisi ob doloris uehementiam excitari aliquandò febrem intellexerimus.

QVARTVS Tumor propositus est, quod Græcè { ἐξάνθημα } Latinè efflorescentiam nuncupabimus. Quod nomen tametsi generalissimum est, multiformes efflorescentias, tumoresq; sub se continens. perindè atq; nos uberrimè prius enucleauimus:[f] Galeno tamen erudiente[g] { quidam usurpant de affectionibus, uidelicet ulcerosis, & asperis, in mento sua sponte prouenientibus: Quemadmodum etiam Archigenes facit } his ergo, & quidem in facie, duntaxat tumoribus dedicatum ab Archigene, & Galeno exanthematis nomen est. Paulus[h] uerò eandem quoq; significationē uoluisse uidetur: Nisi q in capite huiusmodi affectum considerat. Id quod nihilominùs minimi momēti est, cùm utriq; parti cōmunis esse queat. Rubram uerò esse hanc exulcerationem, non Paulus modò, sed Aetius[i] etiam refert. forteq; particula hæc { rubra } seu { rubris } in Galeni codice, scriptorum, uel impressorum uitio cecidit. E qua rubedine, calidum esse tumorem, sanguiniq;, aut bili, uel utriq; ascribendum decernimus. Additq; interim Paulus ἐπιπολαίας, hoc est, in superficie. q. d. in capitis cute sitas esse ulcerationes. Quoniam uerò exanthema hìc non amplissimo suo significato assumitur, sed, ueluti definitum iam est, pro superficialibus, ulcerosisq;, ac rubeis affectionibus. Idcircò nos in catalogo diximus, quartum tumorem esse exanthema: expositionemq; adiunximus { idest, ulcerosam efflorescentiam. }

QVINTVS Tumor est γαγγλίον Græcè dictum: quod etiam Latinè Ganglium uocatur. Hermolaus[k] gangilion quoq; legit, & gangilium. Durus tumor est. uidelicet pituitosus, uel atrabilarius, in neruo sæpissimè, aut neruosa parte incidens, & in capite, aut fronte. Nos uerò hìc, q̄q; pluribus corporis partibus communis huiusmodi affectus esse Pauli,[l] Aetijq;[m] dogmate potest, nihilominùs tamen inter capitis affectus, Celsi placito, numerauimus. Qui meliceridas quoq;, & atheromata capiti dedicauit, in eodem pariter albo steatomata scribens, tametsi & in ceruice, & in alis, et in lateribus oriri solent. Verùm de tribus alijs iā iā nominatis tumoribus, ī prioris catalogi declaratione, nōnihil seorsū tetigimus,[n] Septimū,

b 2°. met'. c. 20

c fol. 171. 5.

d supra fo. 175 lin. 15.

Albir

e 3a. 4l. tr. p°. c. 21. in fine. secundū impressam distinctionē. c. 20.

Quartus tum. Exathema.

f præcipuè fol. 193. et. 194. uide tamē alia plura loca. ut. 124. 32. & . 139. 15. 17. 18. et. 138. 20. & sequentia consid. de Plinij Papulis; etc. Itē fol. 171. 8. 172. 36. 41. 176. 5. 11. 184. 34. 187. 39. 188. 7. 192. 14. 209. 27. 293. 38.

g 5 de cōp. med. secūdū loc. ca. 3.

h lib. 3. cap. 3.

i lib. 6. cap. 70.

5°. tumor Gāgliō.

k in glossem in Plinium.

l lib 4. cap. 16. et lib. 6. cap. 39.

m lib. 15 cap. 9.

n supra fol. 83. 84. 85.

Octauũ, Nonumq; tumorem exponentes. Nunc uerò Ganglium in examen uenit. quod obijciendi gratia contra Galenum, Celsi dogmate, inter capitis tumores præscripsimus. Idcircò cum additione diximus { ganglion Celsi. } Quoniam autem in eius sermonẽ incidimus. Pauli quoq;, ac Aetij, hosq; sectantium Arabum ganglia enarrabimus, in neruis potius, præsertimq; in juncturarum partibus aduenire solita. Authoris Definitionum Medicarum priùs descriptionem adducentes: quùm ait [o] { γαγγλίον ἐστὶ νεύρου παρὰ φύσιν συστροφὴ σωματοπεποιημένη } quod est { Ganglium est nerui præter naturam concretio, quæ in unum corpus coaluit } q.d. ita frigidi, terrestresq; succi in nerui substantiã conuersi, atq; (ut ita dixerim) incorporati sunt, ut grossior ibi, densiorq; factus neruus concretus, conglobatusq; appareat. συστροφὴ ergo hìc non reuolutionem: aut contortionem (pro ut nonnulli uoluerunt) significat, sed ipsam nerui concretionem, densationemq;, & cum humore factam incorporationem: ut participio { σωματοπεποιημένη } postea confirmat. Ex ictu, aut labore, lassitudine'ue obortam: tùm Paulus, [p] tùm etiam (ex Philagrij monumentis) Aetius [q] ait: Raroq;(ut hic subdit, sponte sua prouenientem. In pluribus quidem corporis partibus, præcipuè uerò in ijs, quæ mouentur, nempè manibus summis, ac pedibus (inquit quarto libro Paulus [r]) qui deinceps tamen libro sexto [s] magis determinat: in qua scilicet extremæ manus, pedisq; parte gigni soleat. dicens { κατὰ καρπὸς, καὶ σφυρά } quod est { in carpo (quod Latini brachiale uocant: quà. s. extrema manus cum brachio committitur) & talo. } Additq; rursùs { & in his, quæ mouentur secundùm articulum corporibus } caput uerò, ac frontem posteà adiunxit. In quibus, ueluti & in cubito rariùs aduenire, Aetius [t] perbellè determinauit. Qui etiam in exterioribus palpebrarum regionibus fieri nonnunq;, simul & atheromata, steatomata, et melicerides declarauit. [u] Auicenna uarius ualdè, ac repetendo fastidium inducens est. Interdùm [x] enim nerui nodum, seu nodositatem appellat, ab alselha, uocatis (quos antiquus interpres nodos Latinè interpretatus est) atq; etiam glandulis, & his similibus duris apostematibus multifariàm differre adiungens: quas differentias ab ipso intelligere poteris. Vbi speciatim glandulas, ab alselha, & neruorum nodis, differentes esse intellexit: pro durissimis uidelicet, purisq; nodis accipiens glandulas, in alijs partibus, q; in neruo cõtingẽtibus. Eruntq; fortassis aliarum partium, ut pote frontis, aut capitis ganglia. q;q; anteà [y] glandularum genus ut commune ad alselha, & scrofulas usurpauit. Interdum [z] uerò glandulæ nomenclatura, nec generatim ampliùs utitur, ut uidelicet communi ad alselha nodos'ue, et scrophulas, nec speciatim, eo. s. modo, quo diuersum tumorem ab alselha, & neruorum nodositate significet. Sed aliter speciatim, pro ipsamet uidelicet neruorum nodositate, quam uerè tùm Græci, tùm Latini ganglion appellant. Idcircò ait similes esse ipsis alselha, & sunt species nodi (generatim scilicet nunc capiendo nodum) Quod porrò ganglium, glandula'ue clariùs anteà [a] descripserat, dicens { Et quandoq; accidit ut nodetur neruus, & assimilatur alselha, et non fit de alselha, & differt ab alselha etc. } ubi pro alselha interpres habet nodos. Cumq; non signa modò, sed curationem quoq;, ex Pauli, Aetijq; (ut patet) monumentis exscripta posuerit, inconsultè rursus de ijsdem glandulis, ganglijs'ue repetit, [b] ac rursùs [m] deniq; de pustulis glandosis loquitur, quasi ad fastidium, nauseamq; uel inuitos excitans. Ni uelimus eũ hac uia quadantenùs excusare, quòd quùm sexto rursùs capite de glandulis repetit: non ampliùs de ganglijs, neruorumq; concretione, uel (ut ipse dicebat) nodositate intelligat: sed de glandulosis

o uersus finẽ li.

Gãglion quid.

p ubi supra. s. 4° 16. & 6'. 39.

q li. 15. cap. 9.

r cap. 16.

s cap. 39

t 15'. 9°.

u li. 7°. cap. 83.

x 2ª. p' Doc. pª ca. 5. post mediũ et uide in margine annotationes Bellunensis.

y circa medium

z 3ª. 4': tr. 2°. cap. 5°. in fine.

a ibidem ca. 4. in fine.

b Ibidẽ cap. 6.

Contra Auicẽnam.

m Ibidẽ cap. 7.

losis quibusdam nodis, extra neruorum affectus obortis. de quibus iam Razes,[c] atq; ipse etiã Hali Abbas [d] eo modo locuti sunt: Quanq; ne huiusmodi quidem excusatio, & superfluitatis, & defectus immunem Principem reddit. Superfluitatis quidem, quoniam priori capite, atq; etiam quarto, de ijs locutus iam fuerat: Defectus autem: quia si repetendum erat, aliquid noui ijsdem ex Arabibus authoribus assumere debuisset. uidelicet nodos siue alselha, siue nodosas glandulas aliquando à ciceris q̃titate exordientes, ad melonis magnitudinem peruenisse.[e] Pustulas tamen glandosas intelligere debemus bothorales. s. paruas, minimasq; ad ciceris duntaxat magnitudinem increscentes. Sed nos ad Ganglia reuertamur, quæ (ut diximus) uel nerui nodos, aut nodositatem, uel glandulas (uti dictum iam est) nuncupat. Interdùm [f] uerò de ijsdem repetens { neruorum duritiem, & eorum tortionem } appellat. Ganglium. n. neruorumq; nodositatem potiùs intellexisse uidetur, q̃ Pauli ancylas siue ancyloses, quemadmodum aliquibus placet. Cùm Pauli, atq; Aetij uerba transcripsisse de ganglio loquentiũ liqueat: sic exordiendo { hoc multotiès accidit à uerberatione, aut casu: & quando premitur, sentitur cum eo stupor. etc. } Est autem Pauli, [g] ἀγκύλη, siue ἀγκύλωσις (ut obiter hìc etiam illum affectum enuclearimus) articulorum κατοχὴ, hoc est, detentio, διὰ σφήνωσιν, idest, propter densitatem, cuneationem'ue, aut neruorum aliquam tentionem cõtingens. } Quoniam uerò { σφήνωσις } cuneationem quandam, infarturamq;, ac densitatem significat, quæ infartos humores supponit: propterea { ex humoribus infartis } exposuit Andernacus. Quem affectum Auicenna, non eo capite intellexit, ubi de neruorum duritie, & eorum tortione locutus est, (q̃q; illic posita curatio, ancylosi etiam percõmoda est) uerùm alibi magis ex proposito, quùm. s. de iuncturarum duritie sermonem fecit, [h] inter frigidos tumores annumerans. Anteà [i] uerò { alachad } & { alzemena } uocauit, quæ nomina (uti Bellunensis [k] exposuit) significant eum, qui sedet, & non potest stare. Etenim ob illam articulorum detentionem, aliqua fieri iuncturæ crurium contractio solet, ut rectus stare nequeat patiens, nisi sedendo quiescat. Definitionum Medicarum Author [l] sic huiusmodi affectum definiuit { Ancyle passio est tendonum circa collum, uel articulos, qua functio impeditur } Dicere solemus uulgò nos inchordaturam. Pauli definitio partim à Galeno prætacta uidetur, qùm ait [m] { καὶ τὰς τῶν ἄρθρων κατοχὰς, ἃς ἀγκύλας καλοῦμεν } quod est. { & ad articulorum detentiones, quas ancylas uocamus. } Interpres ligationes articulorũ sæpè uertit.[n] nonnunq; [o] obstrictos articulos, aliquandò [p] articulorum impeditiones Latinè interpretatur. Interdùm Græcam dictionem seruauit, absq; aliqua interpretatione.[q] Atq; in omnibus his sufferri potest. Ineptè autem in titulo ante præscripta uerba: ubi Græcè habetur { πρὸς ἀγκύλας } interpretatus est, ut Celso aliud intelligenti [r] obsequeretur { Ad articulos recenti cicatrice cõtractos, quas ancylas nominant } Celsi. n ancyla (ut patet) artuum contractio specialior est qùm. s. ex recenti cicatrice orta sit. Sed nostrum propositum prosequamur. Frigidus huiusmodi affectus est, ueluti & ganglium, ut pote à frigidis, crassisq; ac uiscidis, & aliquando flatuosis humoribus originem sumens: Albucasis [s] Ganglion { apostema quod accidit ex torsione neruorum } scripsit. Quoniam uerò nodos { alselha } uocari Arabicè prætactũ est: differre interim ab { alselaha } ipsomet ex Auicenna intelligas. dum medicaminis alselaha cõpositionem docuit.[t] quæ ex hircorum urina fit. SEXTVS tumor est omnibus manifestus, uidelicet hydrocephalus dictus, adiectiuè, quemadmodũ apud Græcos legitur { ὑδροκέφαλον πάθος

---

c 7°. ad Mãsorẽ cap. 15. & libro Diuis. cap. 130.
d 8. Theor. cap. 11. 3°. prac. cap. ult. & 9. practicæ cap. 10.
e ex eodẽ Reze 7°. ad Mansorẽ cap. 14. Hali Abbate 8. Theoricæ, cap. 11.
f 4ª. 4ⁱ. tr. 4°. cap. 7°.
Cõtra Manardum.
g lib. 4. cap. 55
Ancyla.
Ancylosis.
Cõtra Manar.
h 3ª. 4ⁱ. tr. 2°. cap. 13.
i 22ª. 3ⁱ. tr. 2°. cap. 22.
k ibi in margine & in expositione Arabicorũ nominum.
l uersus finẽ lib.
m lib. 7°. de cõp. med per genera sec. 3. in nostra impressione ubi ponitur Lucij præceptoris malagma.
n ut ibidem, & paulò ante, & nõ multo post.
o ut ibidẽ paulò ante.
p ut ibidem post mediũ. cũ ponitur Amithaonis remedium.
q ut in fine. 7ⁱ.
r li. 5. c. 18. sec. 25
s lib. 2°. cap. 50.
t infra tr. 3. cap. 6. & 8.
Sextus tumor. hydrocephalus

πάθος } hoc est, hydrocephala passio, seu hydrocephalus affectus, hydrocephalon uitium. Manifestissimũ quidẽ obstetricibus, cùm infantibus sæpiusculè contingat, quùm primùm in lucem æduntur (uti Paulus[s] ait) capite ab ipsis obstetricibus parùm dextrè presso, uel ex causa latente. Triplicem posuit speciem Paulus, penès affectam sedem. Vel enim inter cutem & exteriorem membranam, quam Græci pericranion uocant, humor consistit: uel inter pericranion & os, uel tertiò inter os & cerebri membranas. Quibus porrò Aetius[t] quartam adiunxit, dicens { Maiores aũt nostri dicunt etiam inter cerebri membranã, & ipsum cerebrum „ colligi. id quod pernitiosum existit. } Triplicem quoq; speciem ex parte causarum idem Ae„ tius posuit { plerũq; igitur (inquit) aquosus humor colligitur, aliquando aũt fœculentus, aut „ sanguinolentus. } Propterea & Arabum Princeps de huiusmodi affectu loquens, sub nomine aquæ intra craneum[u] & aquæ extra craneũ,[x] inquit { Et quandoq; sunt humores alij ab humiditatibus aquosis. } Medicarum uerò Definitionum Author[y] duas uidetur causas assignasse, uidelicet aquam, aut fœculentum sanguinem. Nos uerò & sanguinem, & fœculentum humorem, siue quid fœci simile, atq; sanguinem ipsum fœculentum sæpiùs, q̃; aquosam substantiam, pluribus dissectis hydrocephalis, inspeximus. Razes aliquãdo[z] aquam aggregatam in capite uocat. Interdùm uerò de puerorum affectibus loquens,[a] sub capitis magnitudine huiusmodi tumorem comprehendit. Hali Abbas uerò nonnunq̃;[b] { apostema sub cute capitis } uocat: nonnunq̃; autem[c] { apostema super craneum, & sub cute } dicit: Interdùm uerò[d] clariùs aquam in capite nuncupat. Albucasis quoq; de aqua loquens, quæ aggregatur in capitibus puerorum,[e] omnes mortuos esse uidit: eapropter operationem in ea dimittere sibi uisum est: q̃q̃; curandi modum edocet. Subditq̃; { Et ego uidi ex eis puerum, cuius caput impletum „ erat aqua, & caput magnificabatur omni die, donec non poterat sedere super ipsum, propter „ magnitudinem capitis sui. Et humiditas augmẽtata fuit, donec mortuus est } Similemq̃; casum „ Razes ante Albucasim retulit, dicens[f] { Et ego uidi puerum, cuius caput adeò augmẽtaba„ tur in longitudine & latitudine, quòd corpus eius sufferre nõ poterat: et nõ cessauit augmen„ tari, quousq; mortuus est puer. } Nos autẽ & infantes ferè omnes mortuos uidimus, præsertim quibus intra craneum communicata est aqua, & quendam adhùc bimulum puerulum Panormi inspeximus: cuius & coronalis, & recta suturæ intantùm dilatatæ sunt, ut digiti spacium interfuerit: minùs uerò lambdoides diuaricata erat. huncq̃; longo tempore (aliquibus .n. mensibus) eo modo uidimus, ut Celsi[g] sententiã ueram esse expiremur: posse uidelicet hũc affectum longum esse. an uerò demùm ille obierit, ignoramus, quia Panhormo recessimus. Quod aũt admirabilius erat considerauimus, per earum enim usq; adeò apertarum suturarũ spatium diaphanum quoddam conspiciebatur, non aliam substantiam. q̃; purissimam aquã repræsentans. Si ergo aqua continetur, uel pura fœx, strigmẽtum'ue, frigidus tumor erit. Calidus autem, ubi sanguis, etiam si fœci admisceatur, qui suppurari sæpenumerò consueuit.

PRAETER hũc uerò, alius quoq; infantibus familiaris affectus aduenire solet. Qui græcè σειρίασις, à Paulo,[h] atq; Aetio[i] nũcupatur. hicq̃; septimus ordine præpositus tumor erat { Inflãmatio est (ut aiunt) partiũ cerebri, & membranarũ. Adeò ut syncipitis (βρέγμα Græci „ dicunt) & oculorũ cauitas consequatur, cum febre ardente, & pallore. & corporis siccita„ te, ac prostrato (ut Aetius addit) appetitu. Siriasis autem appellata est à syncipitis cauitate: Siros .n. apud Græcos dicitur fossa, & corpus cauum, in quo frumentum, & alia semina seruantur

s 6. lib. cap. 3.
t lib. 6. cap. p°.
u p[a]. 3[i]. tr. 3°. cap. 10.
x Ibidẽ cap. 11.
y uersus finẽ li.
z 15. cõtin. cap. 3. litera. M.
a de morbis puerorũ cap. 3.
b 8. Theoricæ. ca. 18. post me[m].
c 4° pract. cap. 14. in fine.
d 9. pract. c. 16.
e lib. 2°. ca p°.
f libello de morbis puerorũ ca. 3.
g lib. 4. cap. 2°.
h lib. p°. cap. 13.
i lib. 4. cap 13.
Tumor 7°.
Siriasis.
Siriasis unde dicitur.

uantur, ut in Etymologico etiam perlegimus. Arabũ Princeps de hoc meminit, quùm de cerebri erysipelate loquebatur,[k] sic dicens { Et pueris quidem quãdoq; accidit erysipela in cerebro, & profundantur cum ipsa synciput, & oculi, & minoratur oculus, & desiccatur totũ corpus} ubi non aliud, q̃ prædictã siriasim intellexisse liquet: præsertim quia Pauli quoq; et Aetij curationem, præsidiaq; transcribit. Vbi uerò de infantium morbis õibus sigillatim pertractauit: nomine proprio {Athas} siue cum aspiratione {hathas} Arabicè nuncupauit, dicens[l] { Et est cum in cerebro infantis fit apostema calidum, & uocatur hathas. etc.} quo in loco eãdem curandi rationem tetigit. Quemadmodũ rursùs huius morbi meminit eo capite, quo de hydrocephalo, seu aqua extra craneum pertractabat.[m] Quam ob causam Gentilis, pluresq; alij expositores apostema extra craneum esse crediderunt: ubi corruptè {atasim} in antiqua litera pro {hathas} legebatur. Quorum expositorum erroris causa fuit, quia ubi ex primo libro[n] paulò ante legebamus, apostema calidũ fieri in cerebro puerorũ, uocariq; {hathas} hanc Arabicam dictionem non habebant, sed loco eius {sitibundum} sed non hoc Arabicum nomẽ præsefert, ut ait Bellunẽsis:[p] qùm sic nobis scriptũ reliquit {Hathas est apostema calidũ accidens cerebro, secũdũ Sirasim, & Ebencof. non connotando sitim, neq; sternutationem aliquã, sicut dicunt Latini. Sed hoc nomen impositum est tali apostemati à primis impositoribus sic.} Anteáq;,[q] eandem dictionem absq; aspiratione scriptam exponens, idem proposuerat: Auicennæ loca in medium adducens, ubi non solum Latinos, sed Arabes quoq; expositores multũ diuersificari ait: quare. s. prædictũ apostema dicatur, {Athas} Verùm enimuerò undecunq; impositum nomen sit, non curamus. Sat. n. superq; nobis est, siriasim Pauli, atq; Aetij, tali nomine significari. Galenus autem nullibi quod uiderim de huiusmodi morbo meminit. Nec herclè (ut mihi uidetur) temerè sub silentio præterijt. Etenim si cerebri mẽbranarumq; phlegmone est, quid aliud, q̃ phrenitis est? Cuicunq; n. definitio cõgruit: illi & definiti nomen cõpetere: Phœbo clarius est. Qua de re de puerorum phrenitide sermo fieri poterat. Exquisitiùs autem ipsius rei naturam perlibrantibus, neq; in cerebro, ac membranis phlegmone præscriptis symptomatibus significari potest. Cùm ex phlegmone, oculi potiùs rubicundi, atq; exerti euadant, q̃ concaui, & pallidi. Quodáq; maioris momenti est, tumefieri potiùs, ac dissipari, et in altum eleuari bregma synciput ue, q̃ cauum fieri contingeret. tumefactis uidelicet cerebro, ac membranis, in quibus inflãmatio nata est. Itaq; uehemẽtissimã potiùs febrẽ symptomatum causam esse, q̃ phlegmonen determinarẽ. Vsq; adeò uidelicet intensum causum, ut exiccata cerebri substantia, & membranis, utpotè ob teneritatẽ, uaporabilitatẽq;, ad resolutionem promptissimis, quædam earum partium cõtractio fiat. Cumá; bregmatis infantium substantia mollis adhuc sit: cui quidẽ crassior cerebri mẽbrana per suturas alligata est: facillimè ad cerebri, mẽbranarumq; contractionẽ, ac siccitatẽ bregma, & siccari, & intus retrahi, ac per hoc cauum fieri potest. Id quod natu maioribus, ob ossium factam duritiem, ac firmitudinẽ, contingere nequit. Quas ob causas nullo uacuationis præsidio, sed alterantibus duntaxat, uidelicet frigidis, atq; humidis super bregmate remedijs tam Paulus, q̃ Aetius, eorumá; transcriptor Auicenna tam fero morbo succurrunt. Quo iuxta nostram sententiam supposito affectum hũc à tumorum catalogo delebimus. Nec alium esse morbum opinamur, q̃ eũ, quẽ Razes[b] ab epilepsia distinctum in libro Continentis {matrẽ puerorũ} nominari ait. Quanq; uerò in pueris curationem recipere supponunt: omnes tamen obijsse uidimus, quibus concauum synciput

una

k p^a. 3^i. tr. 3 ca. 5. circa finem.

l 3^a. p^i. doc. p^a. cap. 3. uersus medium.

m p^a 3^i. tr. 3°. ca. 11. circa finẽ.

n fen. 3^a. doc. prima cap. 3

p In expositione Arab. noium dictiõe {Hathas} cũ aspirõne præposita litera. H.

q ibidẽ litera A: dictione {Athas}

Nota de Siriasi.

Cõtra Paulũ, Aetiũ, et Aui.

b p^o contin. ca. 6 & . 8. litera. z. q̃q; libro de morbis puerorũ ca. 8. aliũ uidetur morbum significare.

Mater puerorum.

8°. Tumor. Phrenitis.
r 2°. de sympt. cau. ult°.
Cerebri uenulæ.
Galeni et Vesalij defectus.
a Satyra. 14.
b lib. 4.
c cap. 23. de satureia.
d cap. 7.
e lib. 24. ca. 9.
f in glossem. in Plinium.
s lib. curõnũ. ca. 6. 10. 11.
t lib. 3. cap. 7. 8.
u lib. 6. cap. 25. 26.
x p^a. 3^i. tr. 3°. cap. 4. & 5.
y 9 Theor. ca. 4. & 5. pract. cap. 14.
z p°. Theysir. tr. 3° cap. 6.
a Ibidem.
b 4. colliget ca. 46. uersus finẽ.
Cõtra Oribasiũ, Paulũ. Aetiũ, Auic. Hali Habbatẽ, et Abẽzoarẽ & Auerroem.
c 4. de præsag. ex pulsibus cap. 9. in principio.

unà cum ardente febre, assiduisq; conuulsionibus apparuit. Absurdum uerò non est contra-
cto nonnunq̃; cerebro, atq; ipsum consequentibus membranis, ad expellendum aliquid sæuũ
in uentriculis, aut substantia cerebri contentum, unà synciput ad inferiora decubuisse.

OCTAVVS Tumor Phrenitis est: quam Cerebri, & membranarum eius inflammatio-
nem esse Galenus,[r] ac uniuersa deinceps medicorum caterua pro compertissimo supponunt.
An uerò semper unà cum membranis cerebrum phlegmonen cõpatiatur in phrenitide: an ali-
quando inflammmatis membranis, extraneam participare caliditatem, satis sit, alibi discutien
da quæstio est. Nunc autem sat superq; sit magis, uehementiusq; inflammari membranas, q̃;
cerebrum. Cùm plures illis, maioresq; tùm uenæ, tùm arteriæ insint substãtiaq; densior ue-
hementiorem recipere, continereq; inflammationem queat. Quòd si cerebri substantiæ non-
nunq̃; inflammatio magna superueniret: cùm frigidæ, atq; humidæ naturæ sit, molleq;, ac pau
cioribus, ijsq; minimis, & uix apparentibus uenulis, & arteriolis munitum: non nisi à ma-
xima causa contigisse potest. tuncq; in gangrænam, & demùm in mentis, ac uitæ corruptio-
nem potiùs, q̃; phrenitim homo perducetur. Dixi cerebrum paucioribus, ijsq; minimis, & uix
euidentibus uenulis, arteriolisq; munitum. Præter eas intellige, quæ in tenui mẽbranula sunt,
in cerebri anfractibus dispersæ, cerebrũq; inde nutriẽtes. Exquisitissimè. n. ac apertis oculis
dissecantibus, per totam cerebri substantiam uenulæ apparebunt: quibus cerebri substantia, ad
uentriculos usq;, atq; sub ipsis etiam uentriculis, nutritur. Quas ne Galenus quidẽ ipse medi-
corum lucerna, nec nostro æuo solertissimus Anatomicus Vesalius aduerterunt. De quibus
porrò aliàs uberior sermo erit. Arabes qdẽ, cõmuni uocabulo, sirsen, proprio autem nomine,
karabitum appellant. Apud multos, uerò Latinos in usum uenit ut phrenésis media producta
dicatur: uti apud Iuuenalẽ,[a] Martialẽ,[b] similiter Macrum,[c] licet Q. Serenus[d] media lege
rit correpta. Apud Pliniũ quoq;[e] et Victruuiũ phrenesis legitur. Quouis aũt mõ proferatur,
ab Hermolao[f] castigatur, & non phrenesis, at phrenitis, ueluti neq; pleuresis, aut arthre-
sis, uel nephresis. at pleuritis, arthritis, & nephritis, omninò legẽdũ præcipitur. Sed hæc ad
Grammaticos. Calidissimus proculdubiò tumor, siue à sanguine, siue à bili, uel ex ijs mista
materia: siue etiam ex superassata, & in atram conuersa bile generationis originem susce-
perit. Vnum uerò speculatione dignum est: quoniam Oribasius,[s] Paulus,[t] Aetius,[u] ac dein-
ceps Arabum Princeps,[x] & Hali Abbas,[y] atq; (ut uidetur) ipse etiam Abenzoar[z] de ce-
rebri phlegmone loquũtur, atq; etiam Erysipelate, tanq̃; morbis à phrenitide distinctis, diuer-
sisq;: Quibus Abenzoar,[a] et eius sectator Auerrhoes[b] retis quoq; nuncupati mirabilis phle-
gmonen, imaginatione potiùs q̃; coniecturali quadam, non dico demostratiua ratione, adiũxe-
rũt. Galeni. n. dogmate cerebri siue phlegmonen, siue erysipelas, nil aliud, q̃; phrenitida es-
se, præsenti quidem animo determinabimus. Quotiès. n. cerebrum aliquem morbosum affectũ
patitur (inquit, & quidem rectissimè, Galenus[c]) siue citra fluxionem intemperies sit: si-
ue quæpiam incubuerit fluxio, statim impartiri affectum oportet tenui membranæ: atq; etiam
cõtrà. Sed dura menynx, quoniã longissimè à cerebro dissita est, affecta esse sola potest. etc.
E qua Galeni sententia liquet, siquidem phrenitis inflammatio est membranarũ cerebri, unà
cum inflammatione tenuis menyngis, euestigiò cerebrum inflammari necessum esse. Quòd si
crassior duntaxat membrana inflammata est, phrenitis non statim est, quousq; ad cerebrum
uel phlegmone, uel saltem extraneus ille phlegmones calor descenderit. Diu tamen durare nõ
potest

poteſt, quin cerebro communicetur. Cùm durior, craſſiorq; meninx receptum à torculari ſanguinem tenuiori priùs, ac deinceps ſtatim cerebro diſtribuat. Quòd ſi cerebrum uſq; adeò inflammatum, ſanguineq; infartum eſt, ut præ nimio tumore, cranei ſuturas diſtendat, ſegregariq; faciat, caputq; uniuerſum inturgeſcat, & oculi uelut emiſſitij promineant. quemadmodum prædicti authores tam Græci, q̃ eorum æmuli Arabes teſtati ſunt: quinimmò (ut Oribaſius ait) intumeſcit quoq; facies, & collum, & thorax: quibuſdam aũt & dorſum, ita ut ex ipſo tumore crepet cutis: uel ſi non crepet, bullæ tamen ijs ſimiles, quæ ab igne excitantur, in ipſa cute fiant. Si inq; hæc omnia ſint: Cui dubium eſt, præter cerebrum, membranas quoq; mirumimmodum phlegmone tentatas eſſe? Præſertim quando (ut idem Oribaſius ait) 10 ipſe etiam membranæ, cutis inſtar exteriùs crepent, findanturq;? Quòd ſi compatiente dũtaxat calorem cerebro, ubi membranarum phlegmone eſt, phrenitis iam eſt, menſq; ægrotat: Quonam igitur pacto, ubi tam ingens phlegmone in ipſa cerebri ſubſtantia ſit, dolorem ſentire poteſt? ac ſi mens ipſa minimè ægrotet. quod doloris ſignum ab omnibus, qui hunc morbum deſcripſerunt, poſitum eſt. Sin uerò dolorem ſentiri contingat, cùm acutiſſimus hic morbus ſit, triduo, uel quod ultimum (Oribaſio docẽte) eſt, ſeptẽ diebus, uel pernecans, uel ad ſalutem reductus: Quonam modo diuturnus eſſe huiuſmodi dolor poteſt? perinde ut ineptiſſimè Andernacus, et Albanus Pauli interpretes expoſuerũt? ubi Græcè dicit {διαρκής} quod nomen hìc non {diuturnus} ſed {perſeuerans} interpretandum erat. Quòd ſi eſt ſecundũ plurimũ pernecans in tertio: ſi autem ipſum pertranſierit, fiducia habetur (uti Princeps ait) cur 20 non uehementer prauam eſſe idem Princeps uſq; adeò inconſultè ſubiunxit? Aptius ergo, ac uero ſimilius, qnimmò id mihi compertiſſimum eſt, huiuſmodi aliquando uiſum tumorem, ut ſuturas diſtendat. etc. non ad cerebri plegmonen referre, ſed ad flatuoſum potiùs quendã ſpiritum, eumq; magis in membranæ craſſioris, & cranei interſtitio aceruatum, quanq; & ex aquoſitate fieri nõnulli aiũt. Veroſimiliùs tamen mihi uidetur ab extendẽte flatuoſo ſpiritu huiuſmodi prauiſſimum tumorem fieri: quem aliquando {Rhia alſabian} uocari Belluneſis ait: „ [d] ſic ſcribens {Rhia alſabian. i. uentoſitas puerorum. Quidã per Rhia alſabian intelligunt uẽ„ toſitatem groſſam, intra caput, quæ ipſum replet, ita ut commiſſuræ capitis aperiantur. Et qdã „ alij exponunt in libro Canonis, [e] quod eſt magnitudo capitis, cauſata ex apertione commiſ„ ſuræ, propter uentoſitatem, & humiditatem in eo aggregatam} Has expoſitiones, quæ in idẽ 30 ferè ueniũt, nos ueras eſſe opinamur. Antiquus uerò interpres uentris inflationem expoſuit: ſed non rectè. Subdit. n. Princeps {cuius medicationem iam nominauimus, in capitulo de ægritudinibus capitis [f]} non ergo uentris ſed capitis inflationẽ intelligebat. Nec temerè inter infantium morbos Auicẽna computauit: Cùm talis, tantaq; capitis inflatio, ut ſuturæ diſparentur, in pueris, ob oſſiũ teneritatem, mollicieiq;, cõtingere queat. Atq; ego uel in meipſo huiuſmodi tumorem, prope quartum ætatis meæ annũ expertus ſum. A quo ſtatim euidẽtiſſimo Redemptoris noſtri miraculo (deſperantibus me medicis) liberatus ſum, Intercedẽtibus interim Diui Vincentij precibus, cui Mater mea collachrymans uouit, expeditaq; miſſa, domũ reuerſa, me incolumem reperit. Cuius quidem caſus (Ita Deus Opt. Max. perpetuò me adiuuet) ac ſi heri, aut nudius tertius ſucceſſerit, certiſſimam habeo memoriã (Quicquid diabolici huiu 40 ſce temporis Hæretici ſomnient) De hoc autem tumore RaZes etiam ante Auicennam memi„ nit [g] authoritate Aaron, & Alkindi, ſic dicens {De inflatione capitis. Dixit Aaron, inflatur

Cõtra Andernacũ, et Albanũ Torinũ.

Cõtra Auic.

Rhia alſabian.

d in expõne Arabũ noĩum. R. dictione Rhia. etc.

e intellige. 3a. p1 doc. 1a ca. 3. circa finem.

f colligitur. pa. 3i. tr. 2 cap. 19. ubi uentoſitatem groſſam intrinſecam curauit.

Hiſtoria.

g po Cont. c. 10. litera. nn.

tur caput, uel magnificatur ex uentositate grossæ humiditatis, existentis in eodẽ loco: Et eius cura est cura spasmi } Deinceps uerò infantis morbum esse indigitat. qùm Alkindi remedia subdit, dicens { Dixit Alkindus in libro de electionibus. Sternuamentum expertum probatum, laudabile, et bonum ad intromittendum naribus infantis, cuius caput est inflatũ. etc. } Alibiq; [h] rursùs inter puerorum morbos connumerauit. Sic post naturalem, natamq; ab initio, capitis magnitudinem, scribens { Magnitudo autem capitis aut erit ex uentositate generata in ossibus capitis, aut ex aggregatione aquæ inclusæ in eo, quæ non inuenit uiam exitus. } Nos autem quæ ab aquæ aggregatione facta sit, ad hydrocephalon, eam uerò, quæ ex uentositate, ad præsentem affectum reducemus. qui (ueluti prædictum iam est) Rhia alsabian, uocatur, & ordine quintusdecimus tumor positus est. Sed ne reticuit quidem huiusmodi tumorem Hali Abbas, [i] qui capitis magnitudinẽ (ut traductus est) appellans, ad uentositatem duntaxat retulit. Forteq; hunc Introductorij libri Author intellexit: [k] quùm exteriores capitis affectus enumerans { διάτασιν ῥαφῶν } hoc est { distentionem suturarũ } ante hydrocephalon posuit. Ad nostrum ergo propositum cõuersi, dicamus phlegmonen cerebri non esse, quæ suturas disgregat, tantæq; tumefactionis causa est. Priùs.n. moriretur animal, q̃; ad talem, tantamq;, cum intemperie calidissima, intumescentiam peruenire queat. Galeno, [l] præter experimentum, comprobante, uel ob solam intemperiem, & maximè calidam, multoq; magis ubi unà cũ intemperie, animalis quoq; spiritus corrumpitur, mortem necessariò aduenire. Caussa igitur est flatuosus spiritus. Qua de re ad frigidos potiùs, q̃; ad calidos hũc tumorem referre debemus. cum quo nihilominùs stare potest, circa huiusmodi tumoris exordia, cõstringẽtium, frigidorumq; moderatorum usum quadantenùs conferre. Remota uidelicet causa calida, quæ talem flatum ad superiora eleuat. Sed ne magnum inconueniens est (uti prima statim fronte apparet) tot tantisq; insimul uiris contradicere. Vbi.n. Galenus de re aliqua non meminit: Titubare omnes, qui post eum sunt, sæpissimè inuenimus. Quemadmodum quotiès uel Galenus uel quispiam antiquorum aliquid falsò excogitarit, Paulum, Aetiumq;, nedùm Oribasium, ac postmodùm cunctos Barbaros, Arabes'ue, balitantum more, præsaltantem hircum insequentes, in eandem cecidisse foueam quotidie offendes. Cuius etiam ueritatis inditium est: quoniã neq; Oribasius in eo opusculo, quod nobis uidere permissum est, neq; Paulus, aut Aetius de huiusmodi flatuoso capitis tumore seorsum locuti sunt. Quemadmodũ neq; inter Arabes Razes ullibì, quod uiderim, de illa cerebri phlegmone intãtùm dilatata locutus est, sed illam ueluti Serapion quoq;, ac post eũ Mesuas, Galeno, ac ueritati cõformiores sub phrenitide cõprehenderunt. Risu uerò magis dignum est quod Abenzoar, [m] eiusq; simia Auerrhoes [n] de retis uocati mirabilis apostemate scripserunt. Cùm usq; adeò tenue huiusmodi rete sit: ut multis uel solertissimis anatomes professoribus non esse cõpertum sit. Quibus uerò illud uidere, ut nobis quoq; permissum est, ita tenuissimis quibusdam arteriolis contextum apparuit: ut meritò mirabile nuncupandum ueniat. Quæ igitur inditia potes certa habere?, quæ'ue pulsatio arteriarum sentiri potest? Vltra, quòd obstructis, inflãmatisq; huiusmodi arteriolis, animaliq; spiritu corrupto, q̃; primum animal ipsum (uel Galeno [o] erudiẽte) mortem obiret. Sed de hoc alibi fusiùs. Nunc uerò quod proposuimus exequamur. Ex ijs igitur, quæ præostensa iam sunt, mirũ nõ esse liquet, si doctissimus Manardus, ad annum usq; uitæ suæ sesagesimum quartũ, nunq̃; uidisse refert [p] ingentem cerebri phlegmonen, ut tumefactis capite, & facie, atq; ocu-

lis,

h lib. de morbis puerorũ cap. 3.

i 8° Theoricæ c. 18. et 4°. prac. cap. 14.

k ca. 16. in principio.

l lib. de usu respirationis circa finem.

Excusatio Authoris.

Cõtra Abenzoarem & Auerroem.

m lib. p°. Theysir, tr. 4. cap. 6.

n 4. colliget ca. 46. uersus finẽ.

o lib. de usu respirationis uersus finem.

Manardi excusatio.

p lib. 7°. epistolarũ. epistola; 3ª. post prinª.

lis, suturæ dehiscant, separenturq;. Sed nec medicũ, uel alium quẽpiam hominem audiuit, qui uiderit. Rem nanq; impossibilem nemini uidisse permissum est. Nec tamen se multotiès uidisse uel Paulus, uel Aetius aiunt (uti Manardus refert) sed multotiès intumescere cerebrum inflammatum dicunt: ut capitis suturæ distendantur. Etenim dictio {οἰδεῖ} idem est, quod Latinè {tumet} seu {intumescit} Quòd si legamus {οἶδα} idem erit hìc, quòd {scio} seu {noui} nõ quòd proprijs se uidisse oculis testentur. Quotiès igitur cerebrum phlegmone tentetur, consentiente (ueluti præscriptũ est) statim ipsa tenui membrana, phrenitis fit. Haud.n. phrenitidis ratio in membranæ, uel membranarũ inflammatione, sed in cerebri calida, et sixa intemperie consistit. Nam animæ sedes cerebrũ, non membrana est. Quarq; definitio per causam
10 data magis membranarum phlegmonen exprimit. Vt in quo, ueluti præscriptum iam est, ob uenarum copiam, promptiùs phlegmone gigni solet. Adde ꝙ si magna cerebrum phlegmone prehenderit, ratio non deprauatur modò (pro ut in phrenitide contingit) Sed penitùs interdùm aboletur. Cùm ex inflammatione Gangræna, demumq; sphacelos cõsequatur. de quibus uetustissimus Hippocrates in Aphorismo scripsit[q] {Quibus cerebrũ sphacelatũ est} hoc est, uti Galenus exposuit, gangræna correptũ est {in tribus diebus pereunt} confirmato uidelicet sphacelo {sin uerò triduũ euaserint.} quoniam.s. sola gangræna tentatum sit {hi sani fiunt} HVNC autem affectũ corrupto (ut patet) uocabulo {sphacelos} uocat Razes[r] {sekakilos.} Auicenna[s] {scaculos} quidam habent {sachasilus} (ueluti gangrænam, ganaga, nũcupant) aliqui legunt {sacculos} Est autẽ hic tumor ordine duodeuigesimus anteà pro-
20 positus, quẽ ad phlegmones magnitudinẽ, deincepsq; gangrænã, & deniq; sphacelon referemus. Hæc intantũ de cerebri phlegmone hoc loci per trãsennam dictũ iam sit. Erysipelas aũt, non secùs ac de phlegmone prædictũ iam est, ad phrenitidẽ referendum est. Cuius quidem phrenitidis adhùc species alia est: quæ.s. ex bile fit: adeò ut in nigram degenerauerit: quando etiã grauissima phrenitis nascitur, inqt Paulus.[t] Clariusq; Galenus ait[u] {phrenitis nonũq;
» mitior est, quũ uidelicet à pallida bile ortũ cõtraxit} ut cui serosa humiditas admista siccitatẽ pariter, atq; caliditatẽ refrœnat. Ad hãc primã spẽm, eã quæ ex sãguine uel puro, uel bilioso,
» aut bili sanguinea fit. reducemus. {Interdũ uehemẽtior, cũ flaua bilis eã peperit, Atq; insuper
» alia nonnunq; dementia occurrit ferina, & melancholica, flaua bile præassata} Hæc tertia, est, quæ ferina phrenitis dicetur. Princeps hanc à Karabito (sic.n. uocat phrenitidẽ) seorsùm
30 pertractat,[x] noĩe {sibare} uocans {gienun mefrat} quod Latinè sonat {demonium superfluũ} Multa potes apud Bellunensem, in expositione dictionis {Gienun} legere. Ad phrenitidẽ. ergo hũc tumorem, qui {sibare} dicitur, nos referemus: quẽ ĩ catalogo prius sextũ decimũ ordine collocauimus. Quoniã uerò de mẽbranarũ cerebri phlegmone locuti sumus: Absurdũ herclè minimè fuerit, hìc quoq; aliud ab Auicenna dictũ apostema, super crassiore cerebri mẽbrana obortũ declarare. Quẽ ipse proprio idiomate {fater} et {fatera} Latinè uerò fungũ appellat.
» Nosq; ĩ catalogo. 17[m]. ordine cõputauimus. Inqt.n. Princeps[y] {Et qñ frãgitur craneũ, et egre
» ditur uelamẽ, et fit apostema, quod noĩatur fatera, tũc tibi inest in eo, quod diximus. etc.} Huiusmodi fungũ, ueluti pertrãsẽnã à Galano[z] prætactũ offendimus. quũ sic ait {iã uerò ex his
» ẽt, q̃ adnascũtur rebus, affectæ sedis notæ petũtur: Quippe res adherẽtes cẽtiæ proprietatẽ
40 obtinẽt. quemadmodũ fungi (μυκήτας Græci uocãt) si fracto capite menix fuerit affecta.} Fieri aũt solet fungus hic nõ secùs, ac in lucernis, hyemali præsertim tẽpore, fungus in elych-

Cõtra Manardum.

q 7[a]. aphor. 50 et uide. 2°. et 3°. de morbis de cerebri sphacelo.

r p°. lib. Cõtin. cap. 9. lit. hh.

Sekakilos.

Scaculos.

s p[a]. 3[i]. tr. 3. ca. 2. circa finẽ.

t lib. 3. cap. 6.

u 3°. de loc. aff. 5°. in fine.

x p[a]. 3[i]. tr. 3. cap. 6.

Sibare.

Fater.

Fatera.

Fungus.

y 5[a]. fen. 4[i]. tr. 3. cap. p°. uersus medium.

z p°. de loc. aff. circa prin[a].

μυκήτου.

nij uertice oboriri solet, futuræq; pluuiæ uel mulierculis præsagiũ. quẽadmodũ Poeta,[a] et Plinius[b] quoq; testãtur. Etenĩ cũ aer humidus eẽ ceperit, fauilla, quæ cũ fumo solet egredi, prohibita ob aeris crassitatẽ in lucernis residet, & quasdã uelut fungorũ imitatur imagines. Ita igitur in discooperta reuelatáq; cerebri mẽbrana, quædã priùs substãtia gossipinæ lanuginis imaginẽ repñtat. Deĩ uerò per halitũ discussi uapores, fumiq; ob aeris frigiditatẽ ĩ ea substãtia cõglobati paulatĩ ab ĩteriori calore deurũtur, siccãturq;, donec fungo quoq; similis substãtia appareat, alteratã eẽ ab aere mẽbranã significãs. Id quod aliqñ nõ sine maximo ægrotãtiũ periculo cõspeximus. Quã ob rẽ negligenda fortassis non est antiquior Auic. litera, quæ loco uerbi {egreditur} ut Belluñ. corrigit {infrigidatur} habet. sic uidelicet dicẽs. {Et qñ frãgitur craneũ, & infrigidatur uelamen, & fit apostema. etc.} Tumor quidã præter naturã dici põt: ex eorũ tñ albo, quæ cũ priùs oĩnò nõ fuerint, postmodũ sunt orta.[c] Qua de re exqsitissimè rerũ naturas perpẽdẽtib⁹, nõ propriè apostema dicẽdũ uenit {futurati} et Arabicè legitur, siue cũ articulo {alfuturati} et ĩterdũ {fururati,} et {frutatẽ.} S3 idẽ, quod {fater} seu {fatera} hoc est fungũ præseferũt. Sed hucusq; cõsequẽtiæ necessitate ducti, peruenire coacti sumus. Ad phrenitidẽ ergo reuersi, dicamus ipsam quoq; in libro de tumoribus præter naturã aliquo mõ cõmemoratã. ubi. s. de erysipelate, ac phlegmone, itémq; cõposito ex ijs tumore mẽtio facta est. ad quæ phrenitis, ut spẽs ad genus suũ necessariò refertur. Inuenitur autẽ aliqñ in Arabicorũ libris {Alumbetis tracti.} hoc est phrenitici. Vt antiquus Arabicorũ noĩum interpres ait.[d]

PRENITIDI Contrarius (licet in eadem nihilominùs sede obortus) affectus est, qui qdẽ Græcè λήθαργος, dicitur, Latinè aũt Recentiorũ nõnulli[e] ueternũ uocarunt. Vt sæpè Græcorũ Medicorũ interpretes, ubi Græcè λήθαργον legũt, nobis ueternũ interpretati sint. Sed minùs rectè. Cùm ueternus non huiusmodi morbũ certa quadã, specialiq; significatione, sed ignauiam, segnitiemq;, aut torporẽ, & otium, nec non somnolẽtiã, aut grauẽ aliquãdo somnũ, Ciceroni[f] meritò (ut Plinius[g] ait) Luci doctrinarũ alteri, Itémq; Vergilio,[h] Marco Cælio,[i] Columellæ,[k] Plauto,[l] Terẽtio,[m] Ausonio,[n] ipsiq; demùm Plinio[o] præsefert. Quãq nõ desunt, quibus ob eandẽ ignauiã, segnitiẽq; Hydropen referat.[p] Cõmune igitur qdpiã caro, comati, cataphoræ, torpori, atq; etiã fatuitati, nedũ lethargo, ueterni nomen significat. Cur ergo uni duntaxat affectui, uel inuitis (quos æmulari necessum fuerat) Romanis, nomẽ dedicarũt? Vñ non parua Græcarũ literarũ expertibus cõfusio, æquiuocationis rõne, offertur. Cũ nõnulli nõ lethargũ, sed caron. Alij uerò, quod Græci coma nuncupant, seu cataphoram, Latinè ueternũ interpretentur. quod nomen Græcis dictionibus {νωθρόν,} et {νωθρότης.} appositè apud nos respondet. Quas ob causas Romanorũ Medicorũ coryphæus Celsus,[q] atq ipse itidẽ Plinius,[r] & qui Plinio ascriptus est liber,[s] Aemilius Macer,[t] Quintus Serenus,[u] ac Theodorus quoq; Priscianus[x] Græco nomine (ob Latini penuriã) usi sunt, lethargicum morbũ, & lethargon, seu lethargũ, et quandoq; lethargiã, ipsum affectũ: lethargicos uerò q eũ patiuntur, nuncupantes. Nec secùs ab Arabibus: ut Raze[y] Auicẽna[z] Hali Abbate[l] Serapione[a] atq; ipso demũ Cõstãtino Africano[b] obseruatũ offendimus. Ab Albucasi aũt[c] obliuionẽ uocari legimus. Dicitur enim {λήθαργοσ} à nomine {λήθη} quod est obliuio. Vnde et lethe, ac lethusa (Apuleio Madaurensi[d] teste) syluestre papauer nuncupatur, quoniam. s. degustatũ obliuionem inferre solet. quẽadmodum & de fluuio apud inferos Poetæ fabulantur. ut ipsa deniq; mors, lethũ propter omniũ rerũ obliuionem appelletur. A nomine igitur

lethe

---

a p°. Geor. uer. 492.
b lib. 18. ĩ fine.
c ut 14ᶦ. meth. 17°. circa prinª.
d litera A. ĩ expõn. nom. Arab.
e ut Probus in p°. Geor. & Beroaldus super Columel. 8. cap. 5.
f Epist. 2ᶦ. 13ª. ueternus ciuitatis
g lib. 17. ca. 5.
h p°. Geo. uersu 124. Nec torpere graui. etc.
i 8ᶦ. Epist. Cice. Epistola. 6ª.
k 8ᶦ. 5°. post pricipia. 10°. circa medium.
l in Menæch.
m in Eunucho.

Tumor. 9°.

Lethargus.

n uide Rhodig. lib. 11. cap. 11.
o 8ᶦ. 36. et. 20ᶦ. 4°. Spurij. 4ᶦ. 24°.

Cõtra multos Græc. Interp.

p ut Cato scribẽs {ueternosus q̃ plurimũ bibit tãplurimũ sitit.}
q 3ᶦ. cap. 20.
r 20ᶦ. 4. 5. 12. 13 22. = lib. 22ᶦ. 13° = lib. 23. p°. 4. 8 = lib. 24ᶦ. 6. 7. 9. = lib. 26ᶦ. 11. = lib 28ᶦ. 17. = lib 29ᶦ 4°. = lib 30ᶦ. 11° = lib. 32ᶦ. 10. & sæpè.
s lib. 3ᶦ. ca. 7°.
t ca. de satureia.
u cap. 56. ĩ tit.
x 2ᶦ. cap. 3°.
y lib Diu c. 6 = pᶦ Cont. 8. lit u.
z pª. 3ᶦ. tr. 3. ca. 7. 8. 9.
l 9ᶦ. Theor. 5° = & 5ᶦ. Pract. 15.

lethe, quod est, obliuio, & {ἀργός} quod est {ignauus, ociosus, desidiosus, inutilis, & similia, dicitur lethargus, sicuti ab {ἀργία} quod est, ignauia, ocium desidia. etc. dici etiam potest lethargia. significabit ergo lethargos, siue lethargia uel obliuiosam desidiã, uel desidiosam obliuionẽ. utrũq; autem obliuio inq̃, & desidia, cum uehementi ad somnum delatione, huiusmodi morbum sequitur. Vnde morbum quoq; pigrum Aemilius Macer [d] nominauit, Dicens
» {Est quidam morbus lethargus nomine dictus: Oppositum medici quem dicunt esse phrenesi: Quod uetat hæc somnum, somno grauat hic nimis ægrum. Hoc tam lethali somno depressus aceto: Thymbram commiscens, foueat caput inde frequenter. Sic uitium pigri
» poterit depellere morbi. etc.} Quòd si à nomine {ἄγρα} quod est Latinè {captura} dedu-
10 ctum nomen uolueris: obliuione captum, siue obliuiosum, lethargum interpretaberis. Lethargum igitur, cũ ratiocinatricis animæ noxa sit, locum eundem, quem phrenitis nempè cerebrum occupare: materiam uerò mali cõtrariam esse Alexander, [e] & Paulus [f] Galeni [g] dogmatibus innixi scripserunt. Cerebrum tamen hìc nõ ipsas cerebri membranas, uelut in phrenitide, cum Introductorij Authore, [h] intelligas. difficillimè nanq; in membranas pituita inseritur: quam ob rem eos, qui acidum eructant, ut pituita refertos, non admodum laterali morbo corripi, Antiquus senex [i] ait. Ipsam ergo cerebri substantiam pituita deprehendi, atq; occupari in
» lethargo, ex Galeno quoq; intelligas, sic aliàs [k] scribente {Neq; hìc quidem causas illorũ, quæ
» diximus, inuenire magni laboris fuerit: si scias generari à bilioso humore phrenitim, ut le-
» thargũ à pituitoso. Si itẽ hoc teneas, lethargũ ex ipso magis cerebro, phrenitim uerò gigni ma-
20 ximè ex tenui menynge, & ex septo transuerso.} quanq̃; & ex septo transuerso fieri posse lethargum, ex Archigene, & Possidonio Aetius refert. [b] Quotiès igitur eandẽ partem in alterutro morbo teneri scriptũ est, nempè cerebrũ: nõ pro similari, simpliciq; substantia cerebrũ capere oportet, uerũ, ex ipsius quoq; Galeni dogmate, pro organico mẽbro. Aliquãdo.n. [l] inter organica, cõpositaq; membra cerebrũ connumerat Galenus. ubi uidelicet totũ, quicquid intus craneũ cõprehẽditur, cerebri nomine intelligit, q̃q̃; et alias [m] inter simplicia numerare cõsueuit. qùm.s. ipsam cerebri medullarẽ substantiam concipiebat. Eadem igitur affecta pars in utroq; morbo est. quia cerebri organum, etiã si phrenitis à mẽbrana, lethargus uerò ab ipsa cerebri substãtia magis, frequentiusq; exordiũ sumpserint. Haud.n. inficias intereà nos ibimus, phrenitidem aliquando à cerebri substantia (id quod anteà [n] iam supposuimus) atq; le-
30 thargũ quãdoq; à mẽbranis primã suæ generationis originẽ suscipere. Quanuis Auic. [o] in cerebri meatibus gigni lethargũ frequentiùs, q̃ in ipsa etiã substãtia, & uentriculis uoluerit. Quicquid tamen sit quamplurima de huiuscemodi tumoribus disputanda, & quidẽ uberrimè ad propria cuiusq; capita reseruauimus. Hunc uerò sat superq; est, in tumorũ catalogo non minus, q̃ phrenitim collocandũ esse lethargum, in quo propter humoris putredinem, non caliditas modò, sed febricula etiã necessariò excitatur, ut q̃q̃; inter frigidos ab initio tumores numerandus, et inter œdemata locandus, nihilominùs tamen ad calidos tandẽ, putredinis ratione, reducatur, atq; in phlegmonarum catalogo reponendus ueniat. Fit.n. & à pituita, ueluti & ab atrabilario succo cõmuniter dicta phlegmone. Quemadmodũ de pleuritide à Galeno [p] præscriptũ est. putre factis inq̃ hisce humoribus, & calorem nactis. Fiunt [q] autem lethargi (in-
40 quit Definitionum Medicarũ Author) οἱ μὲν παθόντος τῆς ἀρχῆς, οἱ δὲ ἐπὶ ἀποστάσει}
» quod est {hi qdẽ patiente principio, hi uerò propter abscessum} Quæ uerba duplicẽ possunt, no-

a pº. Breu. cap. 17.
b lib pº. de morborũ curõne & agn. cap 14.
c ca. 9. libri pⁱ.
d cap. 53 libri de uirtutibus herbarum.
d ubi supra. s. cap. de satureia.
e lib. pº. ca. 14.
f lib. 3 cap. 9.
g 13 meth. cap. 21. 2 4ⁱ. de caus. Puls. 14. 15. lib. q animi mores corp. tẽperaturã in seq. cap. 3. & 3ⁱ. Aphor. cõ. 30

Cõtra Introductorij Authorem.

h cap. 14.
i 6ⁱ. Aphor. 33.
k 4. de pulsus causis. cap. 15.
b lib. 6. cap. 3.
l ut lib. de cõst. art. med. cap. 11. et de morb. dif. cap 3.
m ut pº. de elemẽtis. ca. 10. & 13. q̃q̃; dicit ibi μυελός. i. medulla. sed uide pª de pot. naturalibus cap. 6.
n in sermone de siriasi et phrenitide. s. tum. 7º. & 8.
o pª. 3ⁱ. tr. 3º. cap. 7. in prinº.
p circa mediũ.
q 6ⁱ. Aphoris. 33. lib de const. art. med. ca. 15. et 5º. de loc. af. ca. 2. post prinª. 2º. de crisi cap. 10. et. 2º. de differẽtiis febriũ. cap. ultimo.

bis sẽtẽtiã ostẽdere. Quarũ prima est, capiẽdo apostasin pro transitu unius morbi in alterũ. ueluti apud Hippocratẽ aliqñ [r] legi, nos anteà [s] scripsimus. Adeò ut sensus sit, fieri lethargũ, aliqñ primogenio cerebri affectu, aliquando uerò consensu, uel transitu, permutationeq; morbi alterius: ut quùm ex perperàm refrigerata phrenitide, in lethargum transitus fit. Vel alterius etiã partis, in ipsum cerebrum. Secũda uerò, quæ magis mihi arridet sentẽtia est. fieri nõ nunq̃; lethargũ patiẽte cerebro, absq; ulla partis corruptiõe, nõ secùs ac phlegmonen, atq; erysipelas, inspersis inq̃; sanguine, aut bili, uel utroq; humore per ipsam cerebri, mẽbranarum'ue, aut utriusq; substãtiã: nõnũq̃; aũt propter apostema siue abscessum, propriè. s. capiendo apostasin, pro eo, in quo intermediũ quoddã uacuũ sit, corruptis uʒ aliqbus interiacẽtibus particulis, quẽ affectũ ab Arabibus propriè {dubellet} nũcupari præscripsimus [t] (Quãq̃; largè sũpto apostematis noĩe, apud Barbaros, et phrenitis, et lethargus, sed et oĩs ferè tumor apostema nominatur) tũcq; perniciosissimus huiusmodi lethargus erit. Sed de his aliàs uberius repetemus.

Hoc dũtaxat impræsentiarũ apponere nõ grauabimur, quoniã Galenus præsagitionẽ ex pulsibus docẽs, [u] ex sola uidetur ĩtẽperie humida cerebri lethargũ cõcedere. Id quod tã ipsiusmet dogmati aduersum est, pituitæ germen esse lethargũ q̃; pluribus in locis determinãtis, q̃; nobis ẽt ponẽtibus ipsum perpetuò inter tumores præter naturã. Sunt aũt Galeni uerba hæc {Humidæ intẽperaturæ cerebri molles diuturnitate efficiunt pulsus, ac hoĩem comatosũ. Si ad illas accesserit febrilis calor, morbus appellatur lethargus, et pulsus est non modò mollis, sed magnus. Si uerò putrida pituita ita cerebrũ afficiat: erit tũ etiã morbus lethargus. etc.} Pro cuius sententiæ claritate, Nota, quoniã Galenus ibi duplicẽ uidetur lethargũ ponere, Alterum qdẽ ex sola intẽperie humida cũ febre, uidelicet per consensum, et per quãdã euaporationẽ. Alterũ uerò per protopathiã, & est quũ pituita in cerebro aggregata putresit, & hic uerè ac propriè lethargus est. Vbi nota uerba. Etenim de prima specie ait, {appellatur lethargus} de 2ª uerò {est lethargus.} Itẽ circa secũdã aduerte, quoniã Græcè dicitur {εἰδὲ ἐπὶ σηπομένῳ φλέγματι κατὰ τὸ ἐγκέφαλον ἡ τοιαύτη γίνεται διάθεσις} hoc est {si aũt à pituita putrefacta in cerebro(.q.d. primogenio affectu, & in cerebri substãtia, non per euaporationẽ, et consensum, aut ex sola ĩtẽperie humida) huiusmodi dispositio fit: erit tũ & hic morbus lethargus. etc.} Hãc duplicis lethargi distinctionẽ ex ipsomet alibi [x] collegisse difficile nõ ẽ. Expressit tñ Aetius [y] ex Archigene, et Possidonio. q̃; q̃; à Galeno [z] difformes sint, minutissimum, & ægrè mobilẽ pulsũ esse dicẽtes eorũ, q semper affecti sunt. q. s. uerè lethargici sint. Quoniã uerò q per consensum uerè lethargus non est. sicut neq; per consensum facta phrenitis, adeò ut uelut hæc paraphrenitis dici consueuit, ita & illũ paralethargũ uocare queamus: Idcircò Galenus simpliciter describens, lethargũ, alibi non semel, præsertimq; methodi. 13.° de uero intelligẽs, ex putrida ĩ cerebro pituita fieri protulit cũ febre.

AD 10^m^ uerò tumorẽ cõuertamur, q̃; typhomaniã uocauimus, propter id, quod dicemus. A Paulo aũt speciatim {κῶμα ἄγρυπνον} Græcè nominatur. q. d. {somnus uigil} Etenim coma nõ aliud, q̃; in somnũ delationẽ nobis præsefert. Dicitur. n. à uerbo {κῶ} quod ẽ, dormio (ut in Etymologico scriptũ ẽ) 1. unñ formatur {κῶμα} ex quo ueteres {κώμυς} et {κώμας} noĩarũt loca, ĩ qb⁹ erãt dormituri. Vel à uerbo {κοιμῶ} quod ẽt {dormio} significat. Vñ {κοίμημα}, i. somnus, et per syncopen 2. fit {κοῖμα} dein mutata {οῖ} in {ῶ} fit {κῶμα} uel 3°. nũcupationẽ hinc productã, ex Cælio Rhodigino, [b] determinabimus. quoniã substratis pellibus, q̃ {κῶδια} uocãt, indormirẽt priores. 3.

[r] p°. de morbis uulg. cõmẽtario 2. tex. 21.
[s] supra fol. 29. lin. 30.
[t] Ibidẽ lin. 37.
[u] lib. 4. de præsagit. ex pulsibus. cap. 8.
Letharg⁹. 2^x^. p⁹. 2⁹.
[x] 3°. de locis affectis. ca. 5. post principia.
[y] lib. 6. cap. 3.
[z] 4°. de causis pulsuũ c. 14. & de puls. ad Tyrones. c. 15. et. 4. de præsag. ex puls. cap. 8.
[a] cap. 21.
10⁹. 11. 12. Tumor insimul.
Typhomania.
Coma unde dicitur.
[b] lib. 11. cap. 11. ante medium.

Nonnulli autem & quartò ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod est, crapulosè inebriari dictum esse co=
ma, Galeno [c] referente, uoluerunt. quoniã ebriorũ instar, inconstans uniuersum corpus in mo
tibus, titubansq; comatosi habent: ultra ꝙ uigilantes in somnum quoq; deferuntur. Sed hæc ad
Grammaticos. Satis.n. fuerit nosse coma somnũ quodammodo significare: determinatum uerò
id nomen ad speciem quandam, quæ non naturalis, at morbosa quædam ad somnum inclinatio
est, & ut Etymologicus Author inquit {ληθώδης καταφορὰ} hoc est {obliuiosa ad somnũ
delatio} Pro cuius nominis exquisitiore notitia, ex ijs, quæ Galenus libello de comate scripsit,
notandum est, non aliud Galeno καταφοράν, q̃ Hippocrati κῶμα significare. Dicitur.n.
cataphora à Græco aduerbio {κάτω} quod est {deorsum} & nomine {φορά} quod est
10 {delatio} Etenim κάτω φέρονται, hoc est, deorsum ferũtur hi, quos somnus inuasit. Qua de
re nõ est aliud cataphora, q̃ in somnũ delatio. Itidemq; (Galeno docente [d]) apud Hippocratẽ
coma significat. Sed ne intelligas quidem cataphoram, coma'ue, quoniam in somnũ delationem
esse interpretati iã sumus, Idcircò somnolẽtã semper, ad somnũq; peruenientẽ cataphorã esse.
Haud.n. necessariò somnũ coma, cataphora'ue inducit, nisi in lethargicis. Sæpiculè aũt insom=
nis uigil'ue, ut in phrenitide erit. Quãuis ergo in somnũ inclinet, deferatq;, ac impellat, nõ tñ
semper dormiũt qui comate oppressi sunt: Sed eorũ oculi nonnunq̃ grauati sunt, ut uix con=
niuere queant, & quadã inclinatione in somnũ adeò tenentur, ut sperare possis, si illis hoc ip=
sum cõcedas, eos facillimè somnũ consequi. Verùm nõ solùm nõ dormiunt, sed etiã spe, quam
anteà habebãt, ut dormituri essent, omninò destituũtur. Duplex igitur cataphora, coma'ue est,
20 tùm somnolenta, quã lethargicis propriam esse Galenus ait, ubi somnus, & quidẽ profundis=
simus existit: tùm insomnis, quæ tametsi phreniticis propria non est, illis tamen aliquando ad=
iungi uidetur. Primam ex Hippocrate coma soporiferum nuncupabimus, secundam uerò, co=
ma uigil, quod ob admistam pituitæ bilim aduenit. Pituitæ.n. causa, in somnum inclinatio quæ=
dam fit: Bilis uerò ratione, uigil est. Atq; idipsum rursùs bifariàm esse potest. Vel.n. domi=
nante bili: & coma uigil, Græcè {ἄγρυπνον κῶμα} ex Hippocrate, uel cataphorã uigilem
ex Galeno simpliciter, generisq; nomine appellabimus, & hæc pigra non est. De qua ut de=
cimo tumore loquẽdũ proposuimus. Sic.n. uocari ab Hippocrate cõsueuit {coma uigil} seu {co
matosus uigil} non infrequenter proferente.[e] Sic etiã Paulus nominauit. Vel superãte pitui=
ta coma uigil fit. Et hæc secũda spẽs est, quã uel coma uigil pigrũ, uel ẽt ex Galeno catapho=
30 ram uigilẽ pigram nuncupabimus: Magis.n. hi dormituriunt, ipsoq; à somno grauantur, ut nõ
multũ moueãtur, immò segnes in lecto decũbant. cũ tñ excitantur, uiolẽtiãq; ab astantibus pa=
tiuntur, ut surgant, magis intelligũt. Quòd si quieti remissis in illis coma sæuire permittas, eos
magis, ac magis tũc desipere uidebis. Vetustiores Galeno Medici (Paulus ait [f]) malũ id ca=
tochon (masculino genere) nũcuparũt. Estq; is tumor in cerebro factus, ex lethargo & phre
nitide admistus, eo uidelicet superante, hac uerò subdominante. Quã ob rem somni plus, q̃ ui=
giliæ cõtinet. Adeò ut uel ipsa etiam uigilia pigra, grauisq; sit, & (ut ita dixerim) soporife=
ra uigilia. Hic demũ tumor est. quẽ ordine undecimũ anteà proposuimus, & catochon ex Pau
lo uocauimus. Ex Paulo inq̃, Quãuis.n. ex ueterũ, nõ proprio, dogmate Paulus catochũ nomi=
narit. Quia tamẽ illi ueteres ignoti nobis sunt, Eapropter nomenclaturæ dignitatem Paulo
40 dedicasse libitũ est. Aliud interim annotantibus, huiusmodi. s. catochũ nuncupatum. ab Hippo=
crate, Coma uigil pigrum, à Galeno autẽ cataphorã pigrã, aliud morbi genus esse ab eo, quẽ

c lib. de comate post principia.

Cataphora q̃d et unẽ dicitur.

d Libello de comate.

Coma seu cataphora.2^x.

Coma uigil duplex.

Coma uigil pigrum.

e Vt lib.pº. prorrhet. in' prinº. et 3. epid. commentario. 3. tex. 73. & .84. & alibi sæpè.

f lib. 3. cap. 6.

Catochus Pauli.

g p°. prorrheticorum parte. 2ª. cõm. 56. & 13. meth. c. 21. uersus finẽ et lib. de puls. ad tyrones. ca. 17. & 4. de cau. pul. c. 17. 3° de loc. affec. c. 4 circa finẽ. et. 4ⁱ. 2°. post me^m.

Catoche, seu Catalepsis.

h lib. 3. cap. 10.

Cõtra Copũ, & Agricolã.

a 4°. de loc. affectis. 2°. et uide ẽt. 3ⁱ. 4°.

b Agricola ĩ eiusdẽ lib. annot. cap. 4ⁱ. 2°.

i 9. ad Mãsorẽ cap. 5. et p°. cõt. cap. 8. litera. BB.

k p°. Breuiarij. cap. 18.

l pª. 3ⁱ. tr. 3. c. 12

Catochi spẽs duæ.

m lib. 3. ca. 10.

n cap. 6.

Galenus,[g] Ideq; Paulus alibi,[h] ex ueterum quoq; sententia, fœminino genere catochen, seu catocham, & catalepsim. quasi dicat detentionem, deprehensionemq; nominant. Quemadmodum, & eo morbo, pressos homines κατόχους, & κατεχομένους. q. d. deprehensos, detentos'ue, aut occupatos ex uetustioribus appellabant. ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι, quod est, detineri, occupariq;. Hic. n. affectus (quem nos ordine duodecimum in catalogo declarandum proposuimus) minimè compositus esse scribitur, ut ille, qui ex lethargo, ac phrenitide mistus dicebatur. Verũ ad humorem melancholicum in posteriore uentriculo residentem, ut propriam ipsius causam refertur. Quanq; libri de locis affectis interpres Copus[a] quẽ incõsultò Agricola[b] trãscripsit, ubi Græcè Galenus habet {κατὰ δὲ τὰς καταλήψεις τε, καὶ κατοχὰς ὀνομαζομένας} quod est {in uocatis autem catalepsibus, & catochis} uel sic {in ijs autẽ, quas catalepses, & catochas uocant} utroq;. n. nomine eundem affectum uocari insinuat. Interpres aũt ita uertit {in catalepsi uerò, & uigilanti sopore (Græcè catoche) posteriora cerebri. etc.} ubi quidem non in eo tantummodo aberrat, quoniã catachen pro uigili comate interpretatur. Sed in alio etiam. Nam dictionem {sopor} paulò ante Græcè dicto {κάρῳ} dedicarat. Deinceps autem coma uigil insinuare uolens {uigilantẽ soporẽ} conuertit. quod aliquis pro uigilãte caro intelligere posset. de quo tamen infrà, A Raze,[i] Serapione,[k] & Auicẽna,[l] Practicisq; uocatis passim (ut uidebimus) congelatio dicitur, quam nos catalepsin, & fœm. genere catocham appellauimus. Hanc quoq; mascul. genere catochum proferre possumus. Adeò ut duæ sint catochi species. Prima, quam anteà tetigimus, compositum esse, ac mistum ex lethargo, et phrenitide affectum dicentes, uocariq; etiam coma uigil pigrum, seu cataphoram uigilem pigram. Secunda uerò species est, quæ frequentiùs. fœm. gen. catoche, seu catocha, & specialiori nomine catalepsis nuncupatur. Hanc ob causam Paulus,[m] ubi & primi catochi, compositi. s. ac uigilis comatis non pigri (de quo rursùs posteà loquemur) curationem proposuerat: Expeditisq; iam utriusq; comatis, cataphoræ'ue uigilis inditijs, tùm. s. pigræ, quã ex Galeno uetustioribus catochum nominauerat,[n] tùm non pigræ, quã generis nomine simpliciterq;, coma uigil, Græcè ἄγρυπνον κῶμα nũcuparat: sic demum subdit. {ἔστι δὲ ὅπου τὸν κάτοχον ἕτερόν φασι, παρὰ τὸ ἄγρυπνον κῶμα. etc.} quod est {Est autem ubi alterum catochũ dicunt, præter uigilans coma} sic. n. Latinè uertenda Pauli prima uerba sunt, ut apertiùs eius sententiam ostendant {quòd simplicem, non mistam habet causam, nimirum frigidiorem, siccioremq; materiam, quæ posteriore cerebri uentriculo obstructo, malum id excitarit. Ob quã etiam æger, si corripitur subitò in illa permanet figura, qua correptus est. stans. s. uel sedens, clausis oculis, aut respiciens. etc.} Dicebat ergo Paulus alterum esse catochum, præter uigilans coma. Quæ uerba duplici modo intellecta, semper uerũ præseferent. uidelicet[1] {præter uigilans coma,} tã pigrũ, q; non pigrũ. ut totum exclusisse genus uoluerit, cuius species alter catochus erat. Aut[2] {præter uigilans coma} hoc est, præter eã comatis uigilis speciẽ. s. nõ pigrã, quã ipse paulò priùs,[o] generis noĩe, uigil coma, Græcè ἄγρυπνον κῶμα, nũcupauerat. à quo uigili comate, seu uigilis comatis specie diuersus positus erat catochus primus. Subdit ergo alterum adhùc esse catochum, à uigili comate. s. non pigro diuersum. Vt non ille tantùm catochus, sed hic etiam à uigili uocato comate non pigro diuersus sit, qui simplicem habet causam. etc. In idem uerò semper uenit: duas uidelicet catochi species esse, quarum prima est, quæ undecimum à nobis propositum tumorem ostendit. Secunda duodecimum præsefert. Primam

Pauli loc⁹ expositus.

Expõ pª.

2ª.

o. s. ĩ titulo eiusdẽ, & cap. 6.

alio nomine coma uigil pigrum nominabimus, mistũ ex lethargo dominante, ac supposita phrenitide affectũ dicẽtes, Secũdã adhùc alio uocabulo catalepsin, lucidioris doctrinæ studio, uocabimus: Simplicẽ intereà tumorẽ ex melancholico dũtaxat succo obortũ esse determinãtes. Hũc Galenus [p] affectũ, in suo condiscipulo uidit {cũ.n. ille assiduo disciplinarũ studio se fatigaret,
» hoc malo correptus est. {Iacebat.n. (ut ait) ueluti lignũ, prorsùs inflexus, rigidusq;, atq; extensus. Videbaturq; oculis apertis ita nos intueri, ut ne conniueret quidem, nihil tamẽ loquebatur.
» Is quoq; tempore eodem, quæ loqueremur audire se dixit, q̃q̃ non euidenter, clareq;. Nonnulla itẽ & memoria tenens referebat, præsentesq; omnes sese cõspicere dixit. Ita ut quorundã
» actiones recordatus exponeret: sed neq; loqui posse, neq; membrũ ullũ mouere. etc.} E quibus Galeni uerbis unà cũ alijs ab eo scriptis, perspicuũ fit, Aetium [q] ab eius, Pauliq; sententia q̃ plurimùm aberrare. ut qui catocham, catalepsim'ue, aut si mauis dicere secunndam catochi spẽm, cum prima, quã coma uigil pigrũ nominauimus, admiscet: signa qdẽ turpissimo errore confundens (coma uigil non pigrum intereà omittens.) Adeò ut simplicem causam, humorem .s. melancholicum ponẽs, quæ secundi catochi est, mediam tamen inter phrenitidem, et lethargum affectionem scripserit, quod primæ catochi speciei interest. Præterea & huius deliriũ, inordinatosq; manuum motus, & febrem, atq; oculorum aliquando clausuram, ut dormire uideãtur, (quæ symptomata primi catochi sunt) & fixos, intentosq; oculos, et palpebras immobiles, (quæ secundi catochi sunt,) admisceat. Cùm tamen Galenus [p] catocham, catalepsim'ue absq; febre inuadere, ultraq;, eos, qui eo malo correpti sunt, audire, ac uidere, quin & memorari (q̃q̃ posteriorẽ cerebri partem occupari potiùs contingat) & demũ, quia immoti permanent, & sine loquela, desipientiam in ipsis cognitu (præterq; in principio morbi) impossibilem ait: Aetius tamen ab Alexandro [r] (ut perpendenti liquet) aliqua transcribẽs, de falso lethargo loquẽte, eoq; nomine utrũq; comatis uigilis modum intelligente, sensu etiã priuatos esse minimeq; audire, adiunxit, ac si caro, sopore'ue insimul affecti sint. Quã ob rẽ condemnanda quidem Aetij cõfusio est. Nisi ab oĩbus prædictis iam affectibus, cõpositum quẽdã, mistumq; ex utraq; catochi specie, atq; etiam caro affectum intellexerimus. quem Aetius catochæ, catalepsisq; nomine intellexerit. Quæ morborũ confusio impossibilis non est. Quemadmodũ & causæ, humores'ue ipsi etiam confundi possunt, & plura insimul affici loca, à diuersis interim humoribus, uel eisdem patientia. Quibus porrò positis, piè statim Aetium excusabimus.
Intereà tamẽ annotantes, ꝙ si sic Aetium ab errore immunem reddere conabimur, aliam Aetij catochen, catalepsim'ue, à catoche, catalepsi'ue Galeni, quin etiam à prima catochi specie diuersam omninò esse, confiteri necessum est. Quam fortassis intentionem Aetius non habuit. Eam.n. (ut sui moris est) expressisset. Verùm hæc obiter intantùm dicta nunc sint. Ad propositũ ergo reuertamur. COMA inq; uigil non pigrũ, quod pro decimo tumore nunc enarradũ proposuimus, Paulus ex Hippocrate simpliciter {coma uigil} Græcè {ἄγρυπνον κῶμα} nũcupat: Nil prætereà adiungẽs, sicq; nos etiã generis nomine utentes, agrypnon coma, decimũ tumorem nominauimus. Coma. s. uigil non pigrum intelligentes. Tumor hic est, q̃q̃ ex lethargo etiam, & phrenitide commistus, Nihilominùs tamen plus phrenitidis. q̃ lethargi, quoniam plus bilis, q̃ pituitæ particeps est. Quam ob rem & si ad somnũ inclinant, deferunturq;, magis tamen uigilantes, q̃ dormientes sunt, quicunq; hoc mali genere affecti sunt. Atq; adeò multùm, facileq; mobiles existunt, ut neq; aliquam corporis partem (ut Galenus ait [s]) uehementer

[p] pº. prorrheticorũ. cõmẽtario. 2º. com. 56.

[q] lib 6. cap. 4. Cõtra Aetiũ.

[p] 13. meth. cap. 21. uersus finẽ.

[r] lib. pº. cap. 14

Aetij quædã excusatio.

Agrypnon coma.

[s] libello de Comate cap. 3.

menter mouendo,neq; alta uoce clamando deficiant. Quòd si eos concites, aut cum illis loqua-
ris,toruè te intuentur,atq; etiam magis ab se alienantur : inferreq; malum tentant , & ad au-
diendum promptissimi fiunt: Nullaq; in re sunt ijs,qui summè desipiunt dissimiles.} Huius-
modi affectum,sicuti & alium quoq;,uidelicet coma uigil pigrũ iam iam declaratũ,Galenus
alios se uetustiores imitatus ex phrenitide & lethargo mistum appellat,[t] nonnulli autem uo-
cant (ut idem[u] ait) Typhomaniam.q.d.Latinè fumosam insaniam.quoniam.s.febrem, non si-
cuti pura, exquisitaq; phrenitis incendentem, at succensam, & ueluti ex uiridibus lignis ele
uatũ ignem,tùm debilem,tùm fumosam,& resolutu difficilem excitat,ob pituitæ admistionẽ,
quæ uiridium lignorum instar,succendi,atq; effumare , non uehementer incendi solet. Vnde
& febres fumosæ , uaporosæq; , ac humidæ non ἑλώδεις modò.q.d. palustres , humidæ'ue 10
(ἕλος.n.paludem significat) quoniam.s.paludis ritu continuos uapores humidos emittant,ue-
rùm & τυφώδεις à uetustioribus , Galeno[x] referente , nuncupantur.q.d.fumosæ. τύφω
enim,& Τύφομαι,idem est,quod fumo,seu fumigo. Magis tamen fumosum est coma uigil
pigrũ,ut in quo pituitæ,lethargiq; plus,q̃; bilis,phrenitidis'ue inuenitur. Hinc lethargo pro-
pinquiorem typhomaniam illi crediderunt , ut ex Galeno colligi potest .[o] Fumosissimũ uerò
somnolentum coma est , quod quia lethargicis ut proprium inest , lethargicum coma dixisse
absurdum non est. Quanquã uerò ita est,uidelicet typhomaniæ nomen de admisso phrenitidi
lethargo,tam.s.pigro,q̃; non pigro dici,proprieq; magis (uti dictũ est)de pigro: Nobis tamen,
qui proprijs,specialibusq; nominibus designatos tumores in catalogo uestigamus , cùm alteri
speciei,uidelicet pigro comati nomen ex Paulo determinatum inuenerimus , illiq; catochi no- 20
menclaturã determinarimus, Alteri uidelicet non pigro comati dicto,ubi (ut diximus) bilis do
minatur,tanq; speciale nomẽ Typhomaniã ascripsisse placuit. Tuũ uerò fuerit quouis nomi-
ne appellare,modò rerum differentias obseruaris. Nonnulli autem potiùs {Typhoniam} per
syncopen proferunt. Coma,seu cataphorã quãlibet Princeps[y] Arabicè {subeth} nũcupat,sic
etiã Razes,[z] Serapion[a] & Abẽzoar.[b] Subeth simpliciter dicti nomine tã coma,q̃; caron(de
quo mox loquemur)intelligentes. Hali Abbas[c] aũt(ut eũ Latinè loquentem legimus) obstupe
factionẽ simplicem,utrunq; affectũ,coma uidelicet,atq; caron uocat, fortassis uerò & subeth
proprio idiomate scripsit. Sed de comate simpliciter enuntiato,quemadmodũ & de caro mox
deinde repetemus. Quod autem nos paulò ante coma uigil pigrum , ubi lethargus phrenitidẽ
excellit,seu cataphoram pigram,seu cum Paulo catochũ diximus, Auic.[d] subeth alshari,uel 30
shari,uel alsahara,uocat.q.d.(ueluti apud Serapionem[e] legimus)subeth uigilatiua. Est.n.(ut
idẽ Auic.[f] inquit) sahara superfluitas in uigilia,et egressus à re naturali.etc.} Si uerò coma
uigil non pigrũ sit,ubi phrenitis,ac per hoc uigilia superat, ab Auic.[g] sahara , seu shera su-
bethia nuncupatur. Serapion[h] utrunq; subeth uigilatiuam nuncupabat. sic etiam Razes.[i] Ale
xander[k] autem falsum lethargum uocat. Hali Abbas[l] demùm,corrupto quadantenùs Græco
nomine,cuma,utrunq; uigil dictum coma nuncupauit.(exponitq; interpres.i.ob stupefactionẽ
peruigilatiuam.) Alteram uerò catochi speciem,quam propriè catalepsim , & catochen uoca-
ri prædiximus, Serapion[m] congelationem habet,qui tamen {cathacheis} corruptè,pro {cato-
chis} legit. Itidemq; Razes congelationem uocat.[n] qui tamen catalensim,& catalasim,& ca-
talensiam,deprauatè,pro catalepsi habet . Distinguere tamen uidetur à congelatione sachos, 40
siue saccos,aut succos, Latinè dicemus extasim,hoc nomine,subeth uigilatiuam intelligẽs. Ad-

uersùs

t lib.de comate: cap.4. in fine et p°.prorrhet.cõmẽtario p°.com. p°. & de pulſ. ad Tyrones. 16. et. 4.de pulſ.causis cap.16.et 3'. de loc.affect.ca. 4°. & uide. 4. de præsagit. ex pulſ cap.8.

Typhomania.

u lib. de comate cap. 4° & p°. prorrhet. cõ. p°.

x lib. cõtra Lycũ.cap.2.et. 7'. Aphor.42.et p'. Aphor.12°.

o Libello de comate c.7.ĩ fine.

y p[a].3'.trac.4. cap.p°.

z p°.Cont. cap. 8.litera.cc.& 9 ad Mãsorẽ ca.5. lib Diui.cap.6.

a lib. p°. Breu. cap.17.

b lib. p°. tr.9. cap.13.

c 9.Theor.c.5. & 5'. Practicæ. cap.16.

d p[a]. 3'.tr.3. cap.12.

e lib. p°. Breu. cap 19.

f Ibidem tr. 4. cap.4.

g p[a]. 3'. tract. 3.cap.12.

h p°.Breu.c.19

i p°.Cont.ca.8. litera dd.

k lib.p°.ca 14

l 9.Theor c.5. &. 5°.practicæ cap.17.

m p° Bre.c.18.

n 9'ad Mãsorẽ ca.5.et p°. Cõt. ca 8.litera.bb. et cap.4.litera.S.

» uersus quem tamen Auic.[o] inquit { De subeth alshari: quam quidam Medicorum nominant sa- chos: sed non est ipsa: Immò sachos est species congelationis. } Opinor autẽ corruptam esse dictionem hanc à nomine {catochos} & per syncopen {cachos} scriptum esse: mutataq; dein- ceps litera .c. in .s. factum esse {sachos} adaucta deinceps corruptione {saccos} & demũ, {suc cos} in Barbarorum libris legi. Razes tamen à Paulo[p] sumpserat, catochum quoq; ex ueterũ sententia nuncupante, quod Hippocrates coma uigil pigrum intellexerat. Principis ergo di ctum contra Paulum quoq;, ac ueteres, à quibus Paulus sumpsit, dirigi potest. Omnes tamen defendũtur. quoniã æquiuocũ nomen catochos est. Diuersus nanq; catochos est, quã uulgò cõ- gelationem dicimus, à catocho, quam Barbari subeth uigilatiuã nũcupant. perindè ac ad nau- seam usq; præostensum iam est. Definitionum Medicarum Author sub catochi noĩe utrãq; comatis spẽm, somnolẽtã .s. & insomnẽ, atq; etiã catalepsim Catochen'ue intellexisse uidetur. Tres enim catochi species ponẽs, Primam ait somniculosam esse, lethargo proximam. Nos coma somnolentum, Galeni, atq; Hippocratis dogmate, appellauimus. Secundã uerò speciẽ ait uigilantem, cui tetanũ, & uuluæ præfocationem proximos, affines'ue affectus esse adiunxit. Nos hanc catalepsin, & fœm. gen. catochen, seu catocham uocari prædiximus. Tertiã deniq; catochi spẽm Author ille posuit, phreniticã .s. ex catocho detentione'ue (intellige secũdæ spe- ciei) & phrenitide mistam. Veluti ut subdit Typhonia delirus lethargus, uel lethargicum delirium .q.d. ex lethargo et phrenitide compositus affectus est. Priùs uerò communiter cato- chum definiens, simplicem catalepsin, congelationem'ue generatim esse supposuit. dicens sensu priuari animam, corpusq; uniuersum uelut gelu obrigescere. Quæ omnia dicta quomo do et à se inuicem repugnent, & Galeni placitis refragentur, ex ijs, quæ de catochis, & co- mate præscripta iam sunt, dicendáq; adhùc nõnulla supersunt, liquere perfacilè potest. Quod enim sensu destitutum est, an phreniticum sit, deliret'ue, cognosci (Galeno[q] docente) nequit. Ex eo fortassis Definitionum Authore Aetius[r] suam fabricauit catocham.

o p^a. 3^i. tr. 3. c. 12. in titulo.

p lib. 3. cap. 6.

Catochos no- men æquiuocũ.

Cõtra Defin. Authorem.

q p^o. prorrh. cõmẽtario. 2°. cõm. 56.

r lib. 6. cap. 4. quã uide supra fol. 319.

EXPOSITIO LIBELLI DE COMATE.

VERVM Enimuerò quoniam de Comate meminimus. Est autẽ Co- ma genus (ueluti prætactum est) ad coma somnolentum, quod lethar- gicis proprium est, unde lethargicũ coma dici potest, et ad coma uigil, quod phreniticis inesse nonnunq; solet, q̃uis illorum proprium nõ sit: (exq̃sitis .n. nõ inest, sed mistis.) Rursúsq; coma uigil subdistingui- tur in pigrum, & non pigrũ: perinde ut ex Galeno in libello de co- mate collegimus. Quanq; Aetius[s] Possidonio potius, q̃ Hippocrati, Galenoq; innixus, ali- ter coma, & quidem satis obscurè definiuit. pro quolibet profundiore, ac insimul deliro somno capiens. Hanc ob causam & hoc loci pro Tyronibus, & ijs, qui singula exquisitius pernoscere optarint, Galeni libellum de comate summa diligentia correctum inserere decre- uimus. quem in octo capita, distinctioris doctrinæ, ac facilioris memoriæ causa, distinximus: Cuilibet interim capiti propriam intentionem præponentes, atq; Hippocratis loca, unde Ga- lenus suam extraxerit sententiam, in margine apponentes. Quamprimùm nanq; perlecto opu sculo, & Authoris intentionem percipere, & memoria tenere, cuiuis uel medicinæ candida- to promptissimum erit. Priùs uerò q̃ ipsius Galeni uerba referamus: Duo prælibanda sunt: Alterũ est, scribendi occasio: Alterum uerò totius opusculi summaria intentio. Primum quidem sic

s lib. 6. cap. 6.

Cõtra Aetiũ.

Scribendi occasio.

r in principio.

dem sic absoluitur. Quoniam Hipp. libro Prorrheticorũ primo[r] de comatosis quibusdã loquẽs, atq; unà uigilãtibus, an phrenitici sint, dubitat. Cõmunis aũt uulgarisq; opĩo est, comatis nomẽ de profundiore somno intelligere: phrenitici uerò uigiles sunt, ac delirãtes: Eapropter stulta, nec non uana Hippocratis dubitatio apparet, an. s. phrenitici sint, qui comatosi iã esse praepositi sunt. Vltra ꝙ impossibile uidetur insimul comatosos. q. d. dormiẽtes, ac uigiles existere. Omnibus. n. apparet, ꝙ si comatosi, sõnolẽtiq; sint, uigiles ĩtereà, phreniticiq; simul esse nequeũt. et ecõtrà. Illius ergo Hippocratici textus occasione, opusculum id scribere Galenus coactus est.

Totius opusculi summa.

s cap. primo.
t cap. 2.
u cap. 3.
x cap. 4.
y cap 5.

IN QVO (ut secundũ quoq; propositum absoluerimus) proposita circa textum difficultate,[s] uigiliae coniunctũ aliquando esse coma, ex Hippocratis monumentis, ostendit. Vt uanam non esse dubitationem liqueat. sicq; statim difficultatis solutio data sit. Ex altero tamen, aduersoq; latere,[t] aduersum esse uigiliae coma, uel eodem ex Hippocrate docet. E quo[u] magis augetur ambiguitas: cùm superfluus esse Hippocrates uideatur { coma non somnolentum } aliquando proferens. Hanc igitur soluit. Addens[x] statim, quomodo possibile est unà hominem comatosum, ac uigilem esse. quanq; contrarium uigiliae coma est. Quoniam uerò[y] dũ coniunguntur, coma uigil dicitur, hoc autem duplex est. s. pigrum, & non pigrum, Ideò utrũq; declarat: cuncta semper ex Hippocratis monumentis comprobans. Quibus expeditis, ad primae quaestionis solutionem reuertitur,[z] cur. s. Hippocrates dubitat, an phrenitici sint? Improbatq; aliorũ respõsione: Propriã[a] deniq; solutionem repetens, eã clariùs assignat. per quam omni ruditate immunis Hippocratis quaestio redditur. Ab alterius demùm[b] quaestionis determinatione se absoluit, excusatq; Galenus. An. s. de praesentibus, an de futuris phreniticis Hippocrates in praeassumpto textu intellexerit. Sunt aũt Hippocratis uerba,[c] in quibus orta quaestio est, haec. { οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι, μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχήλου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί εἰσιν; } quod est Latinè { Qui comatosi ĩter initia fiunt, cũ capitis, lumbi, hypochondrij, colliq; dolore uigilãtes, an phrenitici sunt? } Quanuis autem liber Prorrheticorum omninò legitimus nõ sit. Praescriptam nihilominus sententiã Galenus ut Hippocratis germanam admittens, in examen reuocat. Commentariolum uerò hunc de comate Galeni legitimũ esse, ultra proprij dogmatis concinnitatẽ, ex multis etiã eiusdem Galeni locis[d] compertissimum est. Sed Galenum audiamus.

z cap6.
a cap. 7.
b cap. 8.

c in prin°. prorrheticorũ.

Quòd liber de camate sit germanus.

d ut libro. 4. de praesagit. ex pulsibus. cap. 8. in com. p°. p¹. prorrheticorum. 3ⁱ. epid. part. pª. cõm. 7. in prin°. et libello de linguarum Hippoc. expõne dictiõis. κῶμα.

CAPVT PRIMVM.

In quo proposita quaestione quadrimembri, quid nam comatis nomine apud Hippocratem intelligendum sit. Quanq; apud Homerum, aliosq; ueteres, significet somnum (ut ex duobus Poetae locis ostendit) quod erat. 2ᵐ quaestionis membrum. Ex Hippocratis tamen quatuor locis, coniunctũ esse interdũ uigiliae coma, demonstrat. Adeò ut nec somnum, neq; cataphoram, aut aliud quidpiam uigiliae oppositũ esse concludatur. Insimul. n. stare nequirent. Quod demũ ex nominis etymo ab expositoribus assignato quasi corollariè cõfirmat. Declarans intereà tria in quibus comatosi conueniãt cum his, qui comazant, ebrij'ue sunt, duoq; alia in quibus ab illis differant. Hippocratis tandem dubium soluens, dubitandiq; rationem ex eis inferens, quae de comatosis, atq; ebrijs praescripserat.

Idẽ proponendi modus est ĩ principio libelli de optima corporis cõstitutione.

QVID Nam significat comatis nomen apud Hippocratem?[1] Vtrum ne insomnem cataphorã? (ut aliqui expositores affirmarũt)[2] An somnum ipsum?[3] An (sicut alij) somnolentam cataphoran? sic. n. quidam illam nominauerunt, compositoq; appellatione uocabulum exposuerunt.[4] Nonnulli tamen non his uocabulis, sed lethargicam cataphoran ab hoc uiro coma nominari asserunt. Verũ ab alijs antiquis

quis testimonium maximè fidedignum nullum factum est. Licet.n. hoc uocabulum de alia re illi, præcipuè ferant: Nihil temen prohibet Hippocratem ipso diuersimodè uti. Cōfestim.n. apud Poetam hoc uocabulū somnum significare uidetur, quū ait[e] {coma mihi grauiter patēti lumina texit} & alio in loco f { Quoniā ipsum molli comate obtexi } Hippocrates autem hac uocabuli significatione (ut apparet) minimè utitur. Etenim unà cum uigilia coma fieri, et phreniticis assidere autumat. In principio nanq; prorrhetici hæc scripta reliquit g { Qui comatosi inter initia fiunt, cum capitis, lumbi, hypochondrij, colliq; dolore uigilātes, an phrenitici sunt? } In tertio quoq; epidemiorum h (ex quibusdā.n. concessis ipsius legitimis cōmentarijs testimonia accepimus) hoc modo dicit { Vndecima intelligebat, sed erat comatosa: urinæ multæ, tenues, & nigræ, uigilans. } Atq; hæc deinceps ait[i] { Vrinæ huius perpetuò nigræ erant, tenuesq;, & dilutæ, comaq; consequebatur, cibum non sumebat, inanimosa, uigil } In omnibus.n. prædictis sermonibus, de uigilia, comateq; (ut uidetur) meminit. Rursusq; in eodem libro alium infirmum describens, inquit[k] { Huic semper, postq; hominem ego uidi, aluus turbata fuit, urinæ tenues, & nigræ, comatosus ipse, & uigil. } Qua de re omnibus clarū extem plo fit. nec somnum, neq; cataphoram comatis uocabulum significare. Quocircà expositores nonnulli (ut arbitror) à comazando, hoc est, inebriando, comatosos nuncupari asserūt. Nā & qui comazant, quod est, inebriantur, uigilant quidem, Vigilātq; etiam, & illi (ut inqunt) qui comatosi sunt. Verū hi non ita læti degunt, sicut qui comazant, ebrij ue sunt. Quemadmodum contrà z qui comazant non ualde quicq; annuūt, ut ille, qui comatosus est. Quos præsertim b ex oculis licet deprehendere. Humidi.n. ipsis sunt, & rubei, ac minimè firmati, sed uicissim nūc sursum, nūc deorsum obuoluuntur. Nihilominus uniuersum corpus utrisq; fallax, inconstansq; in motibus est, eodemq; in loco permanere, cōtinerīq; minimè potest. Qua de re de uniuerso accidentium cōcursu non immeritò Hippocrates ambigit, an phreniticos siue quid aliud ipsos nominare expediat. Phreniticos.n. uocare illos ueretur, cū non delirent: Omnia autem phrenitica symptomata uideat. Capitis.n. lumbi, hypochondrij, colliq; dolores, atq; alia phreniticorum symptomata l illis utiq; insunt. Quo fit ut hunc uirum neq; errasse, neq; ignorasse aliquid certum sit.

e lib. f 14. Iliados uersus finem. g tex. p°. h cōmētario. 3°. tex. 73. āte me^{m}, de muliere, quæ in Thaso ægrotabat. i Ibidē circa finē tex. ubi deprauate { κῶνμα } .i. æstus, pro { κῶμα } legitur quod nō aduertit Cruserius. Corolla. p^{m}. k Ibidē tex. 84. in fine. Cōuenien. p^{a}. Differen^{a}. p^{a}. 2^{a}. Cōuenien. 2^{a}. 3^{a}. Coroll. 2^{m}. Hipp. dubiū. Dubitādi rō. l Alia q̄dē symptomata sunt. ut uigilia. stillatioq; è naribus, præsertim die. 4°. quæ ibi. & corporis ī cōstantia, seu titubatio quas hic prædixit. z comatosis mēs promptior est ut quidpiā liberalius annuant am bobus uerò oculi grauati sunt. etc. ut infra cap. 7.

CAPVT SECVNDVM.

In quo clarioris, certiorisq; dogmatis gratia, q̄q; primo capite soluta probabiliter difficultas est: quia tamen non ex Hippocratis dictionibus totum, sed dimidium ferè, plurimū uerò ex commentatorum sententijs collectū est: Idcircò boni Interpretis munus obire uolens Galenus (ut. s. nō uera modò, sed Authoris quoq; menti conformia referat) ex quatuor ipsius met Hippocratis seriebus, uigiliæ oppositum esse coma, elicit. Vnde contrarium eius quod dictum est, inferri uideatur. Quam oppositionis intentionem, comatis. s. ac uigiliæ (ut magis elucescat) iuxta loquendi, alijs etiam in rebus, consuetudinem, ex undecim eiusdem Hippocratis locis manifestat.

VERVM Et si hæc haud esse probabilia nullus unq; dicet: Ea tamen mihi nec sufficienter, neq; cum demōstratione prolata esse uidentur. Opus.n. erat ex ipso Hippocrate dictionem exponere. Vt non solum ea ratione probabili declarata esse, uerū etiam secundùm illius mentem exposita diceremus. Nanq; ut arbitror boni expositoris e munus est, considerare non solū an ratione probabili, aut uera exposuerit: Sed etiā an authoris mētem quod dixit obtineat. Quod quidē in priori sermone minimè obseruatum est. Quanuis quædam uocabuli pars ex illius Senis sententia declarata sit, per illas dictiones, quibus uidetur declarare uigiliæ speciem esse coma. Et quispiam fortasse integram rei sententiā

Boni expositoris munus. e uide in prin°. nostræ præfationis supra folio. 13.

habere

habere iam utiq; arbitratur. Verũ si paululùm expectauerit, atq; audiuerit eiusdẽ libri epide-miarum tertij dictiones alias: Is profectò inueniet quo pacto non intelligat, non solùm huiusce rei sententiam integram, sed neq; dimidium totius se cognoscere deprehendet. Ea igitur consi-dera, quæ de infirma quadam muliere uerba dicit[m] { Alteram ex abortione ad quintum men-sem, domestici cuiusdam uxorem ignis corripuit. quæ inter initia comatosa erat, et rursùs ui-gil. } Hac. n. uerborum serie coma ab ipsa uigilia, ea oppositione, quæ est inter contraria, di-stinguere uidetur. Rursùs autem in pestilenti statu inquit[n] { comatosi ut plurimũ, & rur-sùs uigiles erant. } & Paulò post[o] { Plerosq; uerò semper aut graue coma sequebatur: aut tenues, paruosq; somnos dormiebant. } Prætereà etiam sic[p] { In thaso Parium quendam, qui supra Dianæ templum decumbebat, febris corripuit acuta, primò continua, & ardens, ipse sitibundus, & initio comatosus, & rursùs uigil erat. } In omnibus. n. hisce uigiliam comati op-ponit. Quòd si de more hoc modo Hippocratem exposueris deciès miliès ipsum, quùm de re-bus contrarijs mentionem facit, hoc pacto scribentem comperies. Immò nec aliter unq̃. ueluti ex multis pauca ascribam, ex eodẽ tamen libro. Ex uno. n. libro cuncta exempla accipere, pul-chrius, honestiusq; esse uidetur. Duas igitur lege mulieres quas ante pestilentem statum de-scribit. De prima. n. sic ait.[q] { Qinto cuncta exacerbata sunt, multùm delirauit, statimq; ad mentem redijt. } De Secunda autem muliere loquens,[r] sic aduerbum scripsit { nonnihil deli-rauit, statimq; ad mentem redijt. Contrarium. n. est delirium, mentis constantiæ, siue intelle-ctioni. Deinceps autem in peste multos infirmos describit. Atq; omnium primum illum enu-merat, de quo paulò suprà mentionẽ feci, qui uariè, inæqualiterq; ægrotauit. Nec non sæpe-numerò quamplures accedentes, & recedentes spontaneas in contraria mutationes fecit. Hoc autem pacto incipit[s] { In Thasô Pariũ quendam, qui supra Dianæ Templum decumbebat fe-bris corripuit acuta } uerùm primarum dierum numerum in præsenti sermone scribere haud opus est. De illis ergo duntaxat, quibus egeo, mentionem faciam { Vndecima sudauit, nõ to-to autem corpore. refriguit, Moxq; recaluit. } Etenim refriguit, moxq; recaluit, inter se con-traria esse uerũ est. Postea subiungit { Duodecima febris acuta, deiectiones biliosæ, } & cæ-tera, quæ ad uigesimum quartum usq; diem. { Vigesima quarta recidiua fuit febris. Trigesi-ma autem quarta ille sine febre fuit. Aluus non constitit, & calor redijt. Quadragesima sine febre fuit. aluus paruo tempore constitit, à cibo, abhorrebat, rursusq; aliquantulùm febricita-uit. } Prætereà hæc { Nam si quando intermitteret, essetq; leuior: Mox rursùs grauabatur. } Grauari enim, & leuari, contraria sunt. Deindè hæc subijcit { Aluus adstricta, rursusq; laxata } Aluo nanq; restringi, eaq; rursùs laxari, contraria sunt. Deinceps alia quadam infir-ma exposita inquit[t] { Die octaua proximisq; diebus multũ delirauit, statimq; ad mentem re-dijt. } Deinceps etiam dicit { Vigesima aliquantulùm friguit, statimq; calor redijt. } Et iterùm { Vigesima septima sine febre fuit, aluus substitit. nõ multò post dextera coxendix grauiter illi diu doluit, & febres iterùm reuersæ sunt } Deinde etiam sic { sequentibusq; diebus obmu-tuit, rursusq; ad mentem redijt, & locuta est. } Sed quid omnia exempla memorare, multilo-quioq; uti opus est? Cùm præcipuè deciès milliès decem millia numero sint eiusmodi apud Hippocratem dicendi formæ, abundeq; constet interpretatio. Qua de re quùm sic dicit { Co-matosus est, & rursùs uigil } Coma ipsi uigiliæ opponere compertissimum est.

m li. 3°. epidem. commentario 2°. tex. 8. in prin°.

n Ibidẽ cõmẽta-rio 3°. tex. 16.

o Ibidẽ tex. 63.

p Ibidẽ tex. 77 in prin°. et uide rursùs post mem.

Hipp. mos de cõtrariorũ enũ-tiatione.

q 3°. epid. cõmẽ-tario 2°. tex. 8.

r Ibidem tex. 9. circa mem. Eun-dẽ uerò sermonẽ uide ibidẽ tex. 3. qùm de Euryana cte loquitur.

s Ibidem cõmen-tario. 3°. tex. 72.

t 3°. epid. cõmẽ-tario. 3 tex. 73. et uide tex. 66. { uẽ-tres uariis modis etc. }

CAPVT TERTIVM.

Quoniam uigiliæ contrarium coma esse, prædictũ secundo capite fuit. Quod nil aliud esse apparet, q̃; cataphoran quandã ad somnũ: propterea dubium proponit. Cur. s. aliquando {coma non somnolẽtum} profert. Cui dubio statim respondet. Quia. n. consequi ut plurimũ & sui rõne somnus consueuit: Idcirco subintelligendũ necessario uidetur: Cùm simpliciter {coma} seu {comatosus} profert. ut in ultima huius capitis authoritate manifestatur. Quoniam uerò nonnunq; licet rariùs, insomnes uigiles'ue remanent, q̃q̃; ad somnum inclinentur, impellanturq;: Ideò ad determinandum id quod rarius, & præter morbi rationẽ contingit {nõ somnolentum} ab Hippocrate nonnunq; addi, proferriq; {non somnolentum coma} ostendit: sex quidẽ ex locis, in alijs etiam similibus dictionibus, comprobans: Duo in omnibus ex tali modo loquendi ab Hippocrate significari dicens, alterũ. s. ea, quæ morbi ratione consequi solent, alterũ uerò insimul, quæ præter morbi rationem aliquando adnecti etiam syptomata inueniuntur.

AT Si potes cataphoram delationem'ue ad somnum uigiliæ opponere: Nihil aũt aliud esse apparet cataphora, nisi quod rursùs ex hoc uocabulo coma significatur: Quid ergo erit, Cũ dicit hoc modo? [u] {Detinebãtur aũt aut comate perpetuo non somnolenti, aut uigilantes cũ laboribus erãt.} Etenim tale genus expositionis Hippocrati propriũ est, subindicare. s. eo loquendi modo partim qdẽ ea, quæ consequi consueuerunt, partim uerò ea, quæ præter morbi rationem adueniunt. Veluti qùm dicit [x] {Ardẽtes uerò febres paucissimos arripuerunt, & minimè ex ægris ij laborauerunt. Nec sanguis de naribus, nisi paucis, & admodùm paucus profluxit, nec delirabant.} Deinde Paulò post ait [y] {Nullumq; tunc febre ardente uidi mortuum, neq; in phrenitim incidisse} per quæ, cũ copiosi sanguinis effluxus à naribus abesset, morbũ non tangere mẽtem, neq; properè obuenire pericula significabat. Nã si sanguinis copia de naribus profluxisset, mẽtem morbus utiq; tetigisset, acutaq; pericula contigissent, quibus resistere non oẽs utiq; potuissent. Et quod infert, uidelicet {Neq; in phrenitim incidisse} cõsimili modo dictũ est. Iisdẽ .n. tẽpestatibus, & ijsdẽ causis febres ardentes, & phrenitides exoriuntur. In æstiuo. n. tempore, in regionibusq; calidioribus, & in adultorũ ætate, & in naturis calidioribus, in uiuendi quoq; rationibus, uitæq; institutis modo simili, siquidem febres ardentes plurimos inuaserint, quòd phrenitica abundarent, dignum erat putare. Quam ob rem non esset illi consentaneum plaudere, si decepisset, dicendo {phrenitides quidẽ haud oĩnò, febres uerò ardentes multæ fuerunt.} In eadẽ quoq; sententia hæc dicta sunt [z] {Febrium aũt ardentium, quæ uigebant, hæc erat constitutio. Initio comatosi erant, fastidiosi, inhorrescebant, febris nõ acuta, neq; magnoperè erant sitibũdi, neq; deliri.} Et paulò post [a] {Neq; sanguis ritè profluxit, neq; alius quispiã cõsuetus fiebat abscessus decretorius.} At illa quomodo dicta sunt? [b] {Tubercula aũt secũdũ alterutrã aurẽ multis, secũdũ uerò utrãq; plurimis erãt, q stãdo in erectũ, febre carebãt: nõnullis, aliquãtulũ accẽdebãtur, sed oĩbus extincta sunt, citra alicuius incõmodũ, neminiq; suppurarũt cuiq;: Vti solent, quæ alijs ex occasionibus extuberãt} Verè. n. præter morbi [c] rõnẽ erat, ea nihil suppurasse, neq; rupta, apertã ue esse. Deinde subinfert {Horũ aũt modus erat talis, laxa erant, magna effusa, citra inflãmationẽ.} Id. n. morbi rõni cõsonũ nõ erat, quod oĩbus absq; inflammatione, circa aures abscessus fierent. Quas ob res & hoc in loco [d] rursùs coma somnolentam cataphoram esse (ut uidetur) his uerbis declarat {Erat autem coma continuum non somnolentum} Hoc enim dicit, ac si coma ipsum somnolentum esset, ac ueluti tale ut plurimũ [e] fieret. Præterea nunc, quæ præter rationem raro fiunt, indicat. Quando autem in eodẽ tertio epidemiarum libro; de Pythione dicit [f] {Nona comatosus erat, cùm excitaretur, fastidiosus.} Hoc in loco coma cataphoram quandam esse, manifestè declarare uidetur.

Dubium.

Rñsio.

u 3°. epid. commẽtario. 3°. tex. 39.

x p°. epid. cõmẽtario. 2°. tex. 15. 16. cum. 17.

y Ibidẽ tex. 19.

z 3°. de morb. uulg. cõmẽtario. 3°. tex. 34.

a Ibidẽ tex. 42.

b p°. lib. eiusdẽ commentario p°. tex. 10.

c Morbũ intelli ge, ardẽtẽ febrẽ, cuius rõne hæc nõ sunt, sed tempestatis aquiloniæ etc. Vide pro his p¹. 2°. cõ. 17. et. 3¹. 3°. cõ. 34. & cap sequenti huius.

e lib. 3. cõmẽtario. 3°. tex. 39.

e uide adhùc clarius cap. sequẽti.

f cõmẽtario. 3°. tex. 74.

CAPVT QVARTVM.

Quoniam insomne coma inueniri præpositum est, id aũt cataphoram esse prædixerat: Ideò non temerè dubium incidit, quomodo insimul uigilia, cataphoráq; compossibiles sunt? Responsionemq; subdit, duplicem uidelicet cataphoram esse dicens. Alteram s. quæ in somnum iam peruenit, minimè uigilans, quæq; lethargicis propria est: Alteram uerò quæ in somnũ licet impellat, atq; inclinet; nequaq; tamẽ lucrari somnũ potest. Atq; hæc q.q; phreniticorum propria non est, illis tamen assidere, adiungiq; interdum solet. Quam tunc nonnulli ex lethargo & phrenitide mistam non temerè arbitrati, Typhomaniã uocarunt. Vtranq; autem cataphoræ spẽm, apud Hippocratẽ coma dici ait. Adeò ut minimè repugnet, absurdumue sit, siquidẽ coma nõ somnolentum, seu uigil sæpenumerò pronũtiarit. præsertim quia uigiliæ phrenitidiue cataphora etiã pigra coiũgi solet. uti ex Hippocratis etiã authoritate demũ cõprobat. q.q; nõnulli, q se Hippocraticos putãt ĩpossibile reputarũt.

VErum nullo modo fieri posse dicunt, ut idem simul cataphorã patiatur, & uigilet. Hæc.n. admirabiles isti expositores inquiunt, haud cognoscẽtes duas esse cataphoræ species (ut probatissimi Medicorum scriptum reliquerunt: & effectus ipsi, qui in hac re quotidiè apparent, expressè testantur) Quarũ altera quidẽ somnolenta est, altera uerò insomnis. Dicũtur autẽ ambæ comata siue cataphoræ. Nã in utraq; commune est, ut oculos attollere nequeant. Sed cum eorũ grauedine sint, & dormire desiderent. Alterius autem peculiare est, ut hi quidem mox, profundéq;, & diu dormiant: Illi autem uigiles, & uersuti maneant. Cũ ipsis diuersæ, uariæq; imagines rerũ semper succedant, quæ illorũ mentem moueant, interrumpantq; somnum. Quamobrem insomnes quidem extant ut plurimũ. De lecto autem surgere, uigilantiumq; opera exercere nequeunt. Hæc.n. opera non adeò exactè persoluunt, ut facerent, si sine infirmitate uigilarent. Oculi nanq; illorũ grauedine quadam correpti sunt: Cataphoráq;, uidelicet in somnum inclinatione tenentur, adeò ut sperare possis, si illis hoc ipsum concedas, eos facillimè somnum consequi. Verùm non solũ non dormiunt. Sed etiam, in quam anteà coniecti erant, spe dormiendi priuantur omninò. Quare hoc in loco potes intelligere, quòd coma, ueluti commune uocabulum de utraq; cataphora prædicatur. At de illa præcipuè, quam cataphoram absolutè de more uocamus. Nã si somnolentam cataphoram duntaxat intellexeris: decipieris quidem, ea de causa, q eam cataphorã, quæ somnolenta non est, ab hac uocabuli nuncupatione separabis. Quæ quidem non minùs, qũ altera cataphora. s. somnolenta, sub appellatione comatis uocabuli continetur. Siue igitur somnolenta, siue non somnolenta cataphora fuerit: hanc Hippocrates coma uocare cõsueuit. Neq; tamen ea inter se repugnant, quæ in exemplis particularibus protulit. Præterea non sine ratione aliquando in tenuibus, paruisq; uigilijs: aliquando in somno, coma deprehenditur. Cataphora nanq; nunc cum somno, nunc absq; somno uenit. Qua de re qui cataphora tenentur, eos insomnes esse solũ, uel solùm dormitare, dicere non possumus. Sed ea ratione differunt, q illorum plures dormiunt, pauci uerò, qui sic se habeant, insomnes permanẽt. Vnde & si utriusq; sit affectus idem: longè tñ in dormientibus peculiarior inuenitur. Hoc igitur est, quod sic ait[e] {Detinebãtur aũt comate perpetuo nõ somnolento} ac si somnolẽtũ coma utplurimũ fieret.[f] Quòd si utriusq; est cõmune uocabulũ coma, et magis, proprietate quadã, somno conuenit. Is qdẽ quũ sõnolẽtã cataphorã uult indicare, maxima cũ rõne ægrotũ comate teneri absolutè dicit. Quũ uerò cataphorã sine sõno significare illi in aĩo est, nõ absolutè, sed cũ epitheto sic ait {comate ĩsomni tenẽtur} Nouit.n. utrũq; Hippocrates, q. s. coma sõno peculiare est, cũ sit sõni naturæ magis simile, & q aliqñ nõ sõniculosum uenit. Cæterũ si hæc ita se habent, minimè mirandũ est, si coma nõ solũ lethargicis, uerũ etiam phreniticis accidat. Ignorare autem

non

Cataphoræ spẽs. 2.

Somnolenta.

Non somnolẽta seu uigil.

Coma utriq; cataphoræ cõmune nomen est.

e 3°. epid. cõmentario. 3°. tex. 39.

f Idem cap præcedẽti prope finẽ

non debemus, ꝙ somnolentũ coma lethargicis propriũ est. Insomne autem uigil'ue coma, quãq; phreniticis propriũ nõ est, g aliqñ tñ solet illis euenire. Multos.n. phreniticos inuenias, q de lecto surgere qdẽ possunt: oculos aũt minimè tollere possunt, et lethargicorum more semper in eodẽ loco permanent. Quã ob rẽ q̃plurimi, sed indocti medici quo uocabulo sit opus eos noĩare, minimè norũt: et in ea re penitùs ambigui sunt. Ipsisq; hic affectus sine nomine, & extraneus esse uidetur. Quãuis illorũ quidã ex phrenitide & lethargo affectum commistũ esse arbitrentur: Queqdẽ Typhomaniã uocauerunt. Id uerò etiã peius ĩter cætera habetur, ꝙ aliq se fatentur sectatores Hipp. & illud ipsum asserũt. Cũ tñ Hipp. in tertio epidemiarũ (quiqdẽ liber inter legitimos Hippocratis et est, & haberi debet) adeò apertè, & manifestè ita scri-10 pserit h { Nec phreniticorũ mania correptus fuit quispiã: quod alijs usu uenit: sed alia quapiã " cataphora pigra grauiter peribant } Id.n. declarauit, ꝙ non modò cataphora interdũ phreniticis adueniat, uerũ etiam ꝙ illis pigra quædam cataphora sæpenumerò accidat.

g Ibidẽ ĩ prin°. capitis sequẽtis.

Typhomania.

Asserũt illi ĩpossibile esse simul cataphorã pati, et uigilare, seu phreniticos esse.

h cõmẽtario. 3°. tex. 45.

CAPVT QVINTVM.

Quoniam non solũ de somnolenta cataphora lethargicis propria meminit Hipp. sed etiam de uigili phreniticis nonnũq; eueniente, Rursusq; de hac interdũ pigra: Idcircò duplicem esse cataphoram repetens, eam, quæ uigil, insomnisq; est, iterùm in duas spẽs subdistinguit, uidelicet pigram, & non pigram: Ambasq; proprijs inditijs definit. Hipp. intereà morẽ declarãs, q nil superfluũ, aut ociosum (ut Poetæ faciunt) adiũgit Quinimò nõ generi tãtũ, sed spẽbus quoq; morborũ, et eorũ gradibus, pro clariore dogmate noĩa adinuenire consueuit.

CAeterùm si uis in hoc sermone intelligere quid sit pigra cataphora, Id opus est, ut memoria repetas eam diuisionẽ, quæ superiùs facta est: aliam. s. esse cataphoram 20 somnolentã, aliã uerò nõ somnolentam. Quæ cũ somno uenit, eã esse lethargicorũ propriã, & illis inesse semper. Quæ uerò sine somno est, eam non esse phreniticorũ propriã,[i] neq; semper illis adesse. Somnolenta igitur (quantũ ad præsens negotiũ attinet) lethargicis ipsis accidit. Quæ uerò sine somno uenit, & phreniticis euenire solet, eam distinguere tentabo. Quò facilè queas ĩuenire quid differẽtiæ sit in eo, quod ab Hippocrate dictũ est. Hippocrates.n. non est habendus in numero illorum, qui rebus nomina frustrà imponũt. Neq;.n. temerè cataphoran pigram uocauit. Nec usus est epithetis ociosis, aut superfluẽtibus, ut Homerus, qui humidum, aut pingue oleum, & lac album dixit. Omne.n. lac album, et omne oleũ humidũ, & pingue est. At in huius libris nõ dictio, nõ syllaba, nõ deniq; litera est, quæ nõ aliquid maximè aduertendũ significatione determinet. Quam ob rem quũ de phrenitide loquitur 30 (id.n. quod in proposito utile est, eos docere uolo, qui eius loquendi consuetudinem cognoscere cupiũt) sic aliqñ dicit { Amens est: } Aliquando autẽ { Delirauit } Aliàs etiam sic { intermisso spiritu locutus est. } Atq; aliàs { Desipuit } Interdùm etiam dixit { non fuit apud se } Et interdùm { mania correptus fuit } aliqñ { Mania tenebatur } Et aliàs { non intelligebat } aliàs { rationi dissona loquebatur } Hæc.n. sunt omnia ex his, quæ solẽt illis euenire, qui læsione quadam mentis oppressi sunt. Quos quidem uniuersos desipientes uocare potes. Hippocrati tamen genus duntaxat proferre haud suffecit: Sed unicuiq; speciei, in desipientiæ magnitudine, proprium uocabulum adinuenit. Vt in febribus etiã solet. Ait enim { calescens cœnauit homo. } Neq; enim ausus est uocare, febrem, tantam caliditatem, in qua cœnare quispiam potest. Prætereà cùm febris magnitudinem uellet ostendere, dicere de mo-40 re ipsius est { ignis eum corripuit } ueluti quùm dixit [k] { Mulierem quandam, quæ decumbebat in littore, trimestri fœtu grauidam ignis corripuit. } Verùm de his hactenùs.

i Idẽ cap. præcedẽti uersus finẽ.

Hipp. mos circa noĩum usũ.

Oppositũ huius 7[1]. aphor. cõ 29 de alba pituita.

Simplici.n. adiectione. etc. Restõsio. non simplici oĩnò, ut Poetæ q ob carminis decorũ, uel cõplementũ pleonasmo sæpè utũtur. sed ad ostẽdẽdũ rei proprietatem 4[1]. ut aphoris. 28. & 3°. de artic. cõm. p°. l3 aliter Leonicenus in Antisophista.

k p°. epid cõmẽtario. 3. tex. 30. uide pro his quæ 2. de crisi. cap. 13. 16.

Id.n.satis est,in quo fuimus occupati in ostendenda,circa uocabula,uiri huius diligentia. Nũc in illorũ gratiã, q persuasi sũt,ad propositũ reuertamur. Duæ igitur sunt ĩsõnis cataphoræ spẽs. Quarũ altera dicitur pigra: Cuius nunc [y] Hippocrates mentionẽ facit. Alteram autem uocabulo generis nominat. [z] Commune autem utriq; est, quo etiam à somnolenta maximè differunt, scilicet quia delirent, neq; rationi consentanea loquantur, & ad surgendum promptissimi sint. Quorum nihil in lethargicis cataphoris uidere est. Haud enim qui lethargicis affecti sunt, ij seorsùm aliquid, aut sapienter loquuntur, sed difficulter quidem sentiunt, neq; acclamati, neq; puncti faciliter excitantur. Quod uerò coma phreniticis accidit: Id quidem est insomne, & citra sentiendi, mouendiq; difficultatem. Cùm enim qui eo comate laborant, uocẽ, sonum'ue audiãt, exurgunt faciliter. Quòd si quis eos aliqua in corporis parte cõtingat, mox oculos tollunt, & in tangentem respiciunt. Cùm uerò cataphora laborãt, aut manus, aut crura motant, iactantq;, aut toto se corpore repentè attollentes, mox reuoluuntur, nullàq; habita ratione desipientes, illorum more, q conuulsionibus quibusdam cruciantur, se exagitant, & quodammodo debacchari uidentur. Hæc igitur, et alia huiusmodi faciunt: & si qd loqui uolunt, eorum sermo stultus est. Quorum quidẽ nihil in lethargicis uidemus cataphoris. Immobiles.n.qui eiusmodi cataphoris laborant, & ueluti muti semper decumbũt, ijs qui profundo sopore (quem Græci κάρον uocant) tenentur, ualde similes. At illorũ, qui insomni cataphora tenentur, Alij quidem adeò multùm facileq; mobiles existunt: ut neq; aliquã corporis partem uehementer mouendo, neq; alta uoce clamando deficiant. Quòd si eos concites, aut cũ illis loquaris, te toruè intuentur, atq; etiam magis ab se alienantur: Inferreq; malum tentant, & ad audiendum promptissimi fiunt, nullàq; in re sunt ijs, qui summè desipiunt, dissimiles. Alij uerò cõtra, quũ surgunt, magis intelligunt, nec multũ mouentur. Quòd si in illis coma sæuire permittas, eos magis, atq; magis desipere uideas. Hac igitur ratione hos ab illis, qui lethargica cataphora correpti sunt, agnoscere licet. Hæc itaq; est illa cataphora, quæ ab Hippocrate pigra dicitur.

Vigilis cataphoræ species duæ.

y .s.3°.epid. cõ mentario 3. tex. 45.

z ut ĩ alijs multis locis suprà allegatis.

10

Cataphoræ uigilis nõ pigræ inditia.

20

Cataphoræ pigræ inditia.

CAPVT SEXTVM.

Ad principalis quæstionis (cuius ratione cõmentariolũ scripsit) solutionẽ reuertitur. Cur.s. Hippocrates ambiguus in prorrheticis sit, an eos, qui comatosi erant, atq; unà uigiles, etc. phreniticos esse pronuntiandũ sit? Repetita igitur quæstione, ac dubitandi ratione, aliorũ responsionẽ assignat. qui dictionem {ἆρα} (quam nos interrogatiuè traduximus {an} siue {utrum}) syllogisticè, atq; illatiuè interpretantur. ut significet idem, quod {ergo} uel {igitur}. Adeò ut secundũ illorũ expositionẽ, non dubitet Hippocrates {num phrenitici sint} sed determinatè potiùs inferat, sic interpretando {Ergo phrenitici sunt.} Quorũ quidẽ expositionẽ duabus rationibus improbat. Primò quia non potest sine præassumptis syllogistica illatio fieri. Secundò quia in textu dictio {ἆρα} præponitur, ut mos est, quũ dubitatiua est quotiès n. illatiua fuerit, ĩ medio potiùs locũ sibi uẽdicat, sic dicẽdo {phrenitici ergo sunt.} Suãq; interpretationẽ deniq; ex quatuor Hippocratis seriebus cõprobat. Quibus possemus nos tertiã rõnẽ adiũgere, quoniã differũt, quia quando dubitatiua hæc dictio ẽ, accẽtu circũflexo scribitur in penultima, ut idẽ Galenus in primo prorrheticorũ [a] insinuat, atq; etiam Ammonius [b] testatur. sic uidelicet {ἆρα} Quando autem illatiua dictio est, paroxitonos est, hoc est, accẽtũ acutũ in penultima habet, sic {ἄρα} Sed hanc Galenus hìc non ponit: quoniam hoc, an illo modo Hippocrates scripserit, compertum non est, nec demonstrari potest.

30

a cõ p°. uersus medium.

b in tract de simil. ac differentia dictionum.

c ca. præcedẽti.

QVoniam autem non solũ cataphora affici phreniticos quosdam, sed etiam pigra: de qua maximè quispiam dubitare poterat, apertè didicimus: [c] Ad reliquam dubitationem transeamus. Cuius si aliquam solutionem profectò inuenerimus: iã de comate totum, idemq; perfectum negotium habebimus. Hæc autem dubitatio talis est. Hippocrates postq; in principio prorrhetici de his, qui insomni, uigili'ue comate tenentur, meminit:

40

Id

Id ambigit, utrũ phreniticos, an quid aliud eos nominare expediat. Eius autem uerborũ se-
" ries talis est { Qui comatosi inter initia fiunt, cũ capitis, lumbi, hypochõdrij, colliq; dolore ui-
" gilantes, ἆρα, quod est, an, phrenitici sunt? } Bifariã autem ea uerborũ series describitur. In
aliquibus.n.exemplaribus habetur, ut hic notatum est. In aliquibus autem absq; particula illa
{εἰσὶν} hoc est {sunt} scripta est.[d] {an phrenitici?} Nunc igitur scrutandũ primò restat, cùm
duæ sint comatis primæ species: quarum altera semper lethargicis, altera phreniticis interdũ
accidat: Quare nũc Hippocrates ambigit, an illos, qui sic habeant, expediat nominare phre-
niticos? Id.n.non solũ dubitabile non esse apparet: Verùm etiam in promptu est, ut eius con-
trarium inueniamus. Cùm.n. duo comata sint, alterũ insomne, somnolentum uerò alterũ. Cũq;
10 hoc, quod cũ somno est, ipsorumq; lethargicorum proprium intelligi nequeat: Dictio.n. {uigi-
lantes} addita id significari non permittit, Reliquum est de altero comate, ꝙ phreniticum sit,
uideri enuntiandum. Quare igitur dubitat Hippocrates? SYLLOGISTICA Illatiuaq;
coniunctio est illa dictio {ἆρα} (inquiunt nonnulli) & non dubitatiua. Sed hanc quidem
expositionem fortassè probarem, si interpretationem barbaram, omniq; Græcorum consuetu
dine dissonam non haberet. Cùm uerò nec Hippocrates, nec alius Græcorum tali propositio-
nũ cõpositione in scriptis usi cõperiãtur: Qualiter ego cõiunctionẽ {ἆρα} ibi syllogisticã esse
cõcedã? Ante.n.q̃; assumptis propositionibus in ratiocinatione utamur, easq; conclusioni ac-
comodemus, ratiocinari, syllogizaré ue non possumus. Vt uerbi gratia (quò his etiã, qui in dis-
serendi ratione minùs exercitati sunt, id quod dicitur manifestum fiat.) hæc oratio {ἆρα γ' ἡ-
20 μέρα ἐστὶ;} quod est {an dies est?} et {ἆρα σήμερον ἐλεύσεται;} idest {an hodie ueniet?}
habet illud {ἆρα} quod est {an} dubitatiuum. Quòd si oratione enuntiatiua illud explica-
re uoluero: Aut simpliciter, & absq; omni demonstratione, sic dicam {ueniet hodie} Aut cũ
demostratione, sic {si sol est super terrã, ἄρα, hoc est, igitur dies est.} Item {si ambulat,
ἄρα, quod est, igitur mouetur} Cùm autem sine demõstratione aliquid enuntiamus, ea con-
iunctione non indigemus. In ea.n.oratione superflua esset: nec ullus propriè enuntiando sic di-
xerit {dies est igitur} neq; sic {Igitur dies est} Cùm sic liceat absolutè dicere {dies est} Sed
neq; sic in demõstratione possibile est uti hac coniunctione {ἄρα} idest {igitur} Etenim si
omnis demonstratio ex alijs præassumptis propositionibus, aliam assumptam propositionem
comprehendit: Nullamq; nunc assumptam propositionem syllogisticam ad demonstrandũ ac-
30 cipere uideatur Hippocrates: Id sequtur, quòd ea demonstratio nõ est. Quomodo ergo {ἆρα}
coniunctio ex dubitatiua fiet syllogistica, & illatiua? Adde ꝙ neq; eundẽ locum obtinet du-
bitandi coniunctio, & syllogistica, & illatiua uocata. Dicimus.n. dubitatiuã esse, quũ præpo-
nitur cũ interrogatione, syllogisticã uerò & illatiuã, quũ sine interrogatione inter nomen &
prædicatũ collocatur. Cũ.n. dubitamus, hoc modo dicimus {ἆρα ἡμέρα ἐστὶ;} quod est {an dies
est?} Cũ uerò rõcinamur, sic {ἡμέρα ἄρα ἐστὶ} hoc est {dies igitur est} Quoniã ergò cũ iter-
rogatione prælocata cõiũctio {ἆρα} est: Nõ debemus ipsam accipere, ut syllogisticã, sed ut du-
bitatiuã iterpretari. Nõ.n. sic extat prolatũ {φρενιτικοὶ ἄρα εἰσὶν.} quod ẽ {phrenitici igitur
sunt} sed sic {ἆρα γε φρενιτικοὶ εἰσὶν;} hoc est {an phrenitici sunt?} Quocircà Hippocrates
apertè dubitauit, neq; expressè affirmare ausus est. Quẽadmodũ sæpiùs ferè eum fecisse ui-
40 demus. Verùm mihi libet unum, aut alterum exemplum adducere. Ne in re adeò manifesta
diutiùs immoremur. In primo igitur epidimiarum[e] sic ait {postea omnes hi dysenterici fa-

d Idẽ uide cap. ultimo.

Quõ p[a]. cur ãbigit Hipp.

Quæstiõis rẽ. qa.s. dubitare nõ debuit Hip.

Solutio aliorũ.

Impugnatio dupliciter.

p[a].

2[a].

Nec aliter Ammonius in cõm de simil. et dif. dicti onũ suis exemplis ostendit.

e Cõmẽtario. 2[o]. tex. 71.

cti sunt: An q̄a (Græcè ἆρα ὅτι) dilutas urinas emiserit? aduertendũ est.} Quod hìc ait {ad- »
uertendum est} nec impundentissimus quidem permittet aliter intelligere: q̄; coniunctionem
{ἆρα} dubitatiuam. In sexto quoq; epidemiarum [f] sic {post mictum cõcretio pueris magis, »
ἆρα ὅτι θερμότερα;} quod est {an quia calidiores?} In ipso etiã prorrhetico [g] inquit {phre »
niticis alba deiectio mala est, ut Archecrati, An et his pigrities aderit?} Et rursùs [h] {In pri- »
uatione uocis spiritus promptus, ut est in his, qui strangulantur, malum est. An hoc delirium »
portendit?} Quare si modum, finemq; orationi facere oportet, neq; alius quispiam Græco-
rum unq̃; coniunctione {ἆρα} eo modo usus est, neq; etiam (ut nunc ostendi) ipse Hippocra-
tes: Id sequitur (ut puto) q̄ aliquis eos meritò reprehendere possit, q̄ coniũctionẽ illã {ἆρα}
ut non dubitatiuam exposuerunt. 10

f cõmentario. 3° tex. 15.
g lib. p°. cõmentario p°. tex. 13.
h Ibidẽ tex. 14.

CAPVT SEPTIMVM.

Quoniam aliorum solutio reprobata iam est, exponentium s. {ἆρα} ut illatiuam, quò Hippocratem à calumnia uendicarent. Vt qui non dubitet (secundùm illorum expositionẽ) sed assertiuè inferat phreniticos esse. Si autem nos exponimus {ἆρα} ut dubitandi coniunctionem, augeri tantò magis contra Hippocratem proposita quæstio uidetur; quoniã de re non dubitabili dubitet. Cùm insomnis cataphora non lethargicis, at phreniticis euenire soleat. Nõ ergo dubitandum fuerat, an phrenitici sint: sed certè affirmãdum. Ideo Galenus hìc, repetita prius quæstionis ratione, ueram pro Hippocrate responsionem subiunxit. Ideò scilicet ambiguum fuisse: quoniam morbus ille adhùc circa principia erat, in quibus similia symptomata ebrijs euenire solent. mistis uidelicet biliosis cum pituita succis. progressu uerò temporis, uel in phrenitidẽ (acriore bili reddita) uel in lethargũ (ea discussa, dominanteq; interim cruda pituita) conuerti morbus consueuit. Hanc ob causam nõ temerè circa morbi principia dubitat Hippocrates, an phrenitici sint? Decenter igitur soluta iam quæstio est.

Quæstionis repetitio.

Vera Galeni solutio.

Atqui scio me difficiliorem orationem fecisse. Nam cùm somnolenta, cata- 20
phora distincta sit à nõ somnolenta, quæ phrenitis iam est: quomodo absur-
dũ non uidebitur firmè, grauiterq; non enũtiare phreniticos esse hos? Ve-
rùm quia mihi non minor est cura difficultatis uerborum, q̃ ueritatis: Eam
esse coniunctionem dubitatiuam fateor. Causamq; ostendam quare non sit ausus Hippocra-
tes enuntiare eos esse phreniticos, atq; adhuc dubitet. Etenim ea uerba {ἐν ἀρχῇσι} quod
est {inter initia} in serie apposita totam orationis habent uirtutẽ. quod expositores multi, ue-
luti superflua scripta prætermittunt. Consimile. n. quodpiam pluribus incipientibus ægritu-
dinibus euenire solet. Quemadmodum fieri in quibusdam ebrijs uidere est. Cùm quidem co-
mate laborant, & titubant, & grauedine capitis occupantur: Neq; si cogantur, palpebras tol
lere possunt. Ob hanc autem rursùs grauedinem affecti tædio, seq; ipsos & reuoluentes, & 30
exagitantes, atq; etiam ex alia in aliam faciem, situmq; mutantes, dormire nequeunt. Hæc. n.
fieri sæpenumerò uidere licet in ebrijs. quando ebrietate caput ipsorum grauatum est, atq; in-
de simul in coma ex grauedine trahitur, simulq; somno prohibetur. Hoc igitur modo cũ ali-
qua humorum incoctorum copia caput inuaserit, uno & eodem tempore comatosi sunt, &
uigilant. Initioq; morbi eiusmodi facto, interdũ patiuntur quidem: Veluti si ex uino talis affe
ctus ipsis accidisset. Verũ sic neq; lethargus, neq; phrenitis consecuta est. Interdũ uerò si in-
cocta humorũ multitudo facta sit acris, in phrenitidẽ terminata est. Multis autem eius portio
subtilior uel concocta, uel per uapores discussa euacuata est, quæq; crassiore materia fuerit,
ea remansit. Atq; eo modo lethargus factus est. Igitur si talis [a] ille morbus inualuerit, is affe
ctus (quemadmodum nos ostendimus) iam phrenitidi proximus est. Vt uerò putant illi qui 40
ex lethargo, et phrenitide affectũ comistũ ĩtroduxerũt [i] lethargo magis affinis esse uidetur.

a talis ĩtellige de eo, prius q̃; ĩ phrenitidẽ, aut lethargũ terminetur. dũ tamẽ comatosi sunt, et uigilãt Ideo Typhomaniam illi nuncuparũt q. d. leuiter succensam maniam. etc.

i quos uide supra cap 4°. uersus finem.

CAPVT OCTAVVM.

Quoniam duplex litera Hippocratis est, & cũ uerbo {sunt} & sine illo: propterea quæstione altera proposita, an s de præsentibus, an de futuris phreniticis prima quæstio intelligenda sit. Respondet, alibi determinandum, præcipueq; ob illud uerbum {sunt} si.n. ponitur. tũc quæstio erit {an sunt phrenitici an non?} si uerò non ponitur: tunc & sic etiam intelligi potest, & hoc modo {an futuri sunt phrenitici, an nõ?} Cùm igitur diuersa sit quæstionis forma diuersus quoq; esset respondendi modus. Eapropter se nescire quomodò respondendum sit, fatetur. Sed hanc, ueluti ad propositum minimè conducentem omittit. Cùm hic quæ sit uocabuli comatis significatio duntaxat uestigare proposuerit.

VTrum autem qui sic affecti sunt, an qui paulò post futuri sunt, eos phreniticos nominare oporteat, impræsentiarum determinandum non est, tùm quia hoc alteriùs erit considerationis, quæ quidem ad propositam rationem nihil pertinet. tùm magis quia nescio quomodo. propter illud uerbum {εἰσὶ} hoc est {sunt} quod illi particulæ {an phrenitici} aliqui quidem ascribunt, aliqui uerò non apponunt.

2ª. quæstio circa eundẽ Hippocratis textũ ĩ prorrhenticis.

Finis Libelli de Comate, qui tametsi ex Græco exemplari, & antiqua uersione, per Montesaurum restitutus, à nobis tamen in q̃plurimis locis rediuiuus penè redditus est. Vt cuiuis singula perlibranti liquere potest.

HAec sunt, quæ de comate, ipsiusq; speciebus, pro decimi, & undecimi propositi iam in catalogo tumoris enucleatione, intantũ hoc loci dicta sint. Donec.s. mistos esse tumores ex bili, ac pituita pernouerimus, q̃q; in decimo, bilis, in undecimo uerò, pituita dominatur. Ad calidos tamen ambo tumores redducuntur. Cum his autem et de catalepsi, duodecimo inq; tumore, tetigimus. Etenim & hunc in eorum albo collocasse nõ dedecet. Cùm eadem ratione, qua præscripti, generationem recipiat, & si posteriorẽ magis partem occupet. Verùm enimuerò inter melãcholicos hic tumores computandus, ad frigidos statim reducendus uenit. AT Priorem prædictis affectum consideremus, quem Græci {κάρον} uocãt, nosq; ordine tertiumdecimum anteà proposuimus. Dicitur autem κάρος à nomine {κάρα} seu {κάρη} quod significat caput, unde {καρηβαρία} fit.i capitis grauitas. quoniã.s. caput huiusmodi symptoma mirũ in modũ molestare, grauareq; solet. è quo noĩe {καρούσαι} uerbum, quod est, perturbari, capiteq; grauari, & {καρωτικά} ea dicta sunt, quæ in profundam, et malam huiusmodi quietem hominem trahunt. Quanq; uerò ebrietatem, uertiginemq;, nec non & quamlibet capitis grauitatem, siue molestiam (uti Cælius quoq; annotat [k]) significare potest: Nihilominùs tamen apud Medicos, uti nos impræsentiarum capimus, affectum quendam soporiferum præsefert, apoplecticis proximum. Etenim nisi dùm acriter pungũtur, sentirent, apoplectici esse dubio procul omni iudicarentur, q̃q; nec si puncti sentiũt, aliquo pacto respondent. uel alijs præter tactum sensibus uti possunt, ueluti nec motibus, nisi qùm fortissimè punguntur. Est igitur propriè caros, inquit Galenus [l] (Leonicenus uertit Latinè stupor) totius corporis insensibilitas, atq; immobilitas repentina. Contingit [1] tamen (ut alibì dixit [m]) sentire. quod intelligendum (ueluti prædictũ iam est) quotiès punguntur. Quòd si neq; tunc sentiunt, apoplecticos esse determinat. utrosq; Hippocrates aliquãndò [n] mutos nuncupat, ab uno symptomate, quod est, uocis priuatione nomen imponens. Differũt uerò ab apoplecticis etiã, uti ex eodẽ Galeno [o] didicimus, quoniã in apoplexia stertor [2] esse solet, [1] ac respiratio necessariò læditur. [3] Idq; quadrifariam. [p] Vel.n omninò auferri, apparet. Vel si remanet, magna cũ ui cõpletur. Vel tertiò intermittens, atq; inæqualis remanet: quæ tres fortis apoplexiæ species

Tumor. 13ᵘˢ. et 14ᵘˢ.

Caros, et Apoplexia.

k lib. 11. lectionũ antiquarum. cap. 11.

l quinti Aphorismorũ. com. 5º.

Differẽtiæ ĩter apoplexiã et carũ quĩq;.

m 6ⁱ. Aphor. cõ. 51º. circa prinª.

n ut in prædictis Aphor. In. 5ⁱ. n. 5º. intelligit caromenos. i. caro affectos. ĩ. 6ⁱ. uerò. 51. apoplecticos

o 4ⁱ. de locis affectis 2º. et præallegatis Aphor.

p ex. 2ⁱ. Aphor. cõ. 42. & uide. 3ⁱ. de locis affectis. 10.

pª. 2ª. 3ª.

species sunt, uel demũ, si non omninò, aliqualem tamen ordinem seruare uidetur. Atq; hæc le-
uis apoplexia ab Hippocrate nũcupatur. Carus autẽ profundissimè dormiẽtis instar, anhe-
litũ apparenter impeditũ nõ habet, neq; stertor ipsi adest. nisi ex cõsuetudine stertens hõ sit.
Præter has uerò tres penès symptomata differẽtias, ex sensu, uidelicet, stertore, acre spiratio-
ne sumptas, adhùc duas eodem ex Galeno penès sedem affectam collegimus.[q] Etenim quanuis
utrq; affectus in cerebro fiat: Carus tamen anteriora magis,[4] præcipueq; primos uentricu-
los, consensuq; deinde medium: Apoplexia uerò totum cerebrum afficit. Item[5] Carus uẽtres
magis, cerebri corpus minus: Apoplexia autem corpus magis affici significat. Est autem am-
borum affectuũ causa frigidus, & crassus, aut omninò uiscidus humor (idem Galenus[r] ait)
quanq; et alijs cõsentire affectibus Carum dixerit, præcipueq; musculis temporum mirũ im-
modũ læsis, aut ubi quæpiam caluariæ fractæ, depressæq; portio mediũ uentriculum cõterat.
Verùm de his, atq; alijs multis, alìas uberior sermo habendus est. Nunc igitur sat superq; sit
scire, quod maxima ex parte impactos cerebro humores Carus sequitur, rarissimeq; aliter adue
nire solet, paucissimiq; uisi sunt, qui superstites euaserint. Si.n. ex impactis cerebro humori-
bus, crassis quidem (ueluti prædictũ est) ac frigidis, uiscidisq; fit morbus, ad mortem sæpis-
simè hominem perducet. Quòd si uehementior aliquãdò febris, q; in lethargo sit, Carũ præ-
cedat (quemadmodũ Paulus ait[s]) Debilis tamen febris inest, Aetij,[t] & Possidonij dogma-
te. Qùum ex prænarratis humoribus, & nõ cõsensu Carus fit. quinimmo ex crapula, uiniq;
potione absq; febre nonnunq; fieri Hippocrates ait.[a] quem posteà febris superueniens sanat
At lethargo peiorem esse Alexander insinuat, dũ in caron lethargum aliquando ægros per-
ducere protulit.[u] Quemadmodũ et ipsum Carum in apoplexiam, ut fortiorem morbum ue-
here consueuisse compertum iam est. Arabes subeth nomine tam coma, q; Carum, atq; omnẽ
deniq; cataphoram comprehendunt. Vt ijsdẽ locis, quibus de comate scripsisse prænotauimus,
de caro etiam intellexerint. Latinorum recentiorum plurimi, præsertim, qui Græcos nobis au
thores interpretantur { soporem } Latinè conuertunt. Sed minùs (ut mihi uidetur) appositè.
Quoniam sopor naturalem, atq; optatum, uel Ciceroni[x] somnum significauit. Vnde Quintus
Serenus[y] ait. {optato pergit uiduare sopore} quanq; de lethargo loquens posteà, soporem al-
tum uocauit.[z] Quemadmodũ & grauem somnum quoq; appellat. Commune igitur nomen
{ sopor } est, ueluti & { somnus } quæ uocabula pro epitheti conditione, bonum, uel malũ si-
gnificabunt. Quòd si unus aut alter Latinorum pro malo sopore sumpserit. Alij tamen pro
Græcorum caro, nonnulli pro illorum comate usurparunt. ut sæpè in epidemijs liquet. Quo-
niam ergo reliqui (uti dictum est) ut commune uocabulum intelligunt. Eapropter securita-
tis, & euitandæ æquiuocationis gratia, nos Græco nomine caron, siue carũ semper nuncupa-
bimus. Ita etiam & apoplexiam, tametsi Celsus[a] attonitum uocat, quinimmò exquisitiùs per-
pendentibus non attonitum morbũ nũcupat, prout multi usurparunt, sed attonitos homines, qui
tali morbo deprehensi sunt. Fiunt uerò (eodem enarrante) ictu quoq; fulminis interdùm atto-
niti. Quam ob rem peculiare morbi nomen illud non est. Neq; aliud s. paralysin, quum ait[b]
{ Nunc utrũq; paralysin appellari uideo. } Adeò ut commune uocabulum et hoc apoplexiæ,
ac neruorum secundũ partem factæ resolutioni sit. ultra quod hoc Græcum nomẽ est. Comper-
tum uerò est & Siderationis etiã nomen, quo plurimi interpretes utuntur, huic morbo ut pro-
priũ dedicari non posse. Cùm sideratio quoq; nomen commune sit. Inquit.n. Plinius[c] {Side-

rano

Marginal notes:

q 4°. de locis affectis. 2°.

4ª.

5ª.

r Ibidem.

10

s lib. 3°. ca. 9°.
t lib. 6 cap. 5.

a 5. Aphoris. Aphoris. 5°.
u lib. p°. ca. 14.

20

Subeth.

Nota contra plurimos interpretes Græcorum.

Sopor.
x p°. de diuinatione. & in Salustium.
y cap. 55.
z cap. 56.

30

Apoplexia.
a lib 3°. ca. 26.
Attonitus morbus.
Attoniti.
Paralysis.
b Ibidẽ ca. 27. in principio.
Sideratio.
c lib. 17. cap. 24

40

" ratio tota è cœlo constat. Quapropter & grando in ijs causis intelligi debet, & carbunculatio. etc: } Commune igitur uitium est è sidere adueniens, non in humanis, aut animalium duntaxat corporibus: uerùm etiam plantis. Adeò ut plurimi quoq; { σφάκελον. } Alij autem { βλητοὺς } Latinè { Siderationē, } & { Sideratos } interpretentur. Nec leuis, aut contemnenda pauperculis, miserisq; uel grammaticen Latinam, nedū Græcā ignorantibus studentibus accedit. Serapion,[d] Razes,[e] Auicēna,[f] Hali Abbas,[g] Atq; ipse etiam Abenzoar[h], Græcorum seruato nomine, apoplexiam uocant. q̄.q̄; Serapion subdit Arabicum nomen dicens { & est alsecati } Alexander,[i] & Paulus[k] eodē insimul capite de apoplexia, & paresi, seu paralysi, siue quæ apoplexiam aliquandò sequitur, propriè uocata (iuxta Galeni etiā decreta[l]) paraplegia, determinarūt. Aetius uerò seorsum de apoplexia prius[m] (quam Cornarius Siderationē uertit) ex Galeni monumentis, deincepsq; ex Archigene locutus est. Post deinde autem[n] de paralysi resolutione'ue, ex Archigene tantū determinauit. Sed omnia sigillatim, atq; uberiùs proprijs capitibus disputabimus. Nunc uerò propositum quod intendimus, exequamur. Dicitur ergo à Græcis { ἀποπληξία } à uerbo { ἀποπλήττω } quod est Latinè { percutio } quoniā s. ueluti percussi, et fulmine icti extēplò decidūt, et attoniti iacēt. q hoc morbo deprehēsi iā sunt. Vñ et { ἀπόπληκτοι } dicūtr, hoc est, attoniti, stupidi, īsensati, stolidi. etc. Quoniā uerò ex frigidis, crassisq; nō pituitosis modò, ac per hoc uiscidis, sed aliqñ etiā (ut cū Hippocrate Galenus ait)[o] melācholicis fit. Idcircò ad frigidos tumores referendus hic uenit. Vñ inter acutos morbos, q sine febre sunt, à Galeno[p] cōnumeratur. īmò eius remediū, salusq;, superueniēs febris est.[r] Nisi ex phlegmonode aliquo affectu gignatur. uti nonnunq; (licet rarissimè) fieri posse Galenus affirmat.[s] Idem quoq; de caro dicēdum, Cùm (ut uidetur) in eo, quod magis, minus'ue est, ab apoplexia differat. Quanq; ille ob aduenietem humori putredinē, unde frequentior febris est, lethargicorum instar mox ad calidum uergit, qui ab initio frigidior exortus est. Verùm de his hactenus. TVMOR autē ordine quintusdecimus Arabicè uocatus { Rhia alsabian } suprà, in sermone de phrenitide, octauo inq; tumore, declaratus iā est. ut ipsum repetere superpondium sit. Illùc ergo recurre. Vbi etiam & Sextumdecimū Arabibus { sibare } dictū inuenies. Itemq; Septimūdecimū, quem ex Auicēna { fatera } nominauimus. atq; demùm Duodeuigesimum { sckakilos } dictum, ibidem à nobis obiter declaratos offendes. Quamobrem ad Recētiorum nomina pertranseamus. TVMOR Igitur vndeuigesimus ordine sequitur. quem nō ex Græcis, aut politis illis Romanis declarare possumus, sicut nec alios quoq; quatuor insequentes. Verū ex Barbarolatinis potiùs chirurgicis describere conabimur. Qui tamen ab inuicem circa huiusmodi nomina interdùm dissentiūt: Testudo igitur abscessus est magnus, humoralis, mollis, uel non ualdè durus, latiore forma in modū testudinis (uti Lanfrancus,[t] et Guido[u] aiūt) à cuius similitudine nomē accepit (Quāq; Rolādus[x] qñq; ī modū oui, qñq; aūt in modū castaneæ nasci uoluit.) Sic. n. circa principia fieri pōt progressu uerò temporis satis magnū fieri tumorē Recētiores aiunt.[y] in quo tamen pinguis materia tunica quadā obtecta continetur (quā cistim uocant) quæ caluariæ ita inhæret, ut ipsam plerūq; uitiet. Rarò. n. ī alijs partibus, præter q̄; sub capitis cute, oriri Brunus[z] testis est. Qui uarias in uarijs partibus habere formas, alibi[a] subiungit. Si uidelicet interdū in alijs à capite locis oriatur. Hanc non est dubium (Præceptor noster ait[b]) de numero esse abscessuū, sub'q; meliceride, uel atheromate contineri uidetur. tamen ad melicieridem magis inclinare. Cū

pulte

d p°. Breuiarij. cap. 24.
e 9. ad Mansorē. 4. et lib. Diu. c. 12. et p°. Cōt. cap. p°. litera. D.
f pª. 3ª. tr. 5. ca. 12. 13 14.
g 9. Theor. ca. 6. & 5. Pract. cap. 22.
Alsecati.
h p°. Theysir. tr. 9. cap. 11.
i lib. p°. cap. 16.
k lib. 3. cap. 18.
l 4. de rōne uic. acut. com. 23.
Apoplexia unð dicitur.
m lib. 6. ca. 27.
n Ibidē cap. 28.
o 6ª. Aphoris. 56. 57.
p 2ª. Aphor. 19. et. 5ª. eiusdem. 30. & sæpè.
r ut 6ª. Aphor. 51.
s 2ª. Aphoris. com. 42.
Tumor. 15°.
Alsabian.
Tumor. 16. 17 & 18.
Tumor. 19°.
Testudo.
t tr. 3. doc 2ª. 3°. in chir mag.
u Trac. p°. doc. pª. 4°. et. 2ª p°.
x lib. p°. ca. 16.
y ut Manardus Epist. 7ª. pª. & Tagaul. de tum. præt. nat ca. 13.
z lib 2. cap. 7. rubrica 4ª.
a lib. 2. cap. 3. in principio.
b Manar. epist. 7ª. 2ª. cuius uerba exscripsit Tagaultius. cap. 13.

pulte liquidior sub eo contineri humor inueniatur. qui os etiam contaminare, & in cariē perducere uideatur. Hunc tumorē nos sæpiculè in ijs, qui Gallica lue infecti sunt, conspeximus. quo dissecto, erosum quoq; craneū inuenimus. Quā ob causam & eundem quoq; Talpā Lanfrancus [c] & Topinariā uocari ait, quoniam. s. sicut talpa sub terra deambulat, ita hic sub cute craneum quoq; depascitur. Ex tenui, muccosoq;, hoc est, glutinoso phlegmate fieri Lanfrancus ait. Theodoricus autem. [d] Rolandusq; [e] melancholicum succum eius generationi adiungūt. Haud uerò aquosum tenuis nomine intelligas, uti id est, ex quo œdema fit. sed tenue quidem ait, quod à crasso, duroq;, & assicato differt. à quo abscessus alij gignuntur: in qbus lapidi, aut arenæ, uel cuipiam huiusmodi duræ naturæ simile continetur. quos omnes Chirurgorum grex nodos ex Auicēna uocare consueuit. Verosimile autem est, & nitrosæ quidpiā pituitæ, atq; etiam aliquandò atræ bilis admisceri. quorum ui & os quoq; ipsum uitiare, corrumpereq; potest. {Et ego (inquit Guido. [f]) sicuti Lanfrancus, uidi hominē, qui habebat talpam (pro testudine nostra accipit, ut posteà uidebimus) ulceratam supra proram capitis, cum corruptione ossis, adeò, ꝙ ita perpendebatur panniculorum motus, ac si locus esset discoopertus.} Frigidus qdem tumor est, calefieri tamen interdū solet, increscente putredine.

c tr. 3. doc. 2. ca. 4. in prin^o.
d lib. 3. ca. 24. in prin^o. et uide cap. 26. 27.
e lib. 2. cap. 3. in principio.
f tr. 2. doc. 2^a. cap. p^o.

Tumor. 20°. Talpa.

EST et alius, quē ordine uigesimū posuimus, Talpāq; nūcupauimus. Hūc maior Chirurgorū pars pro eodem cum testudine sumit. Sic. n. Brunus, [g] Theodoricus, [h] & Rolandus [i] intellexisse uidentur, uidelicet sub testudinis nomine talpam. Cùm de testudine mentionem facientes, nil de talpa dixerint. Argellata [k] uerò clarius ambas confudisse apparet: de testudine, siue talpa, tanq; de eodem affectu loquens. Nec aliquam expressit differentiam Lanfrancus, [l] qui Topinariā quoq; pro eodē intellexisse apparet. Verùm Guido Cauliacus [m] nomen testudinis ueluti genus commune talpæ, siue talpariæ, boccio, & herniæ posuit. Si. n. in capite nascatur, Talpariam, in collo bocium, in testiculis herniam uocandam præcipit. quam rursùs cum sanie interdū, & squamis, aut fistulis, hoc est cuniculosis quibusdam anfractibus reperiri adiūxit. Manardus [n] uerò (cuius uerba Tagaultius [o] imitatur) diuersam esse speciem à testudine talpam, ex Recentiorū sententia reputauit. Id quod dubio procul omni uerū nō est. Etenim uel cum Guidone, Testudinem Talpæ genus esse, uel cum alijs, pro eodem ambo uocabula sumi, & Talpam, seu Talpariam non aliud, q; Testudinem significare proferendū est. Solū legimus Vigonē, [p] qui expressè Talpam à Testudine distinguit. Nos igitur etsi distinctam à Testudine Talpam posuerimus, Haud tamen eadem culpa redarguimur. quoniam non ex aliorū sententia locuti sumus. quorum interpres fidus esse cupiens, iuxta eorum mētem loqui debet, q; q; falsum exposuerint. [a] Manardo nihilominùs, Vigoniq;, ac Tagaultio ī eo subscribemus: ut si crassior materia fuerit, pultiq; potiùs, q; mellis substantiæ assimilis (nuper determinata, & usurpata uocabuli significatione, distinctioris dogmatis gratia (Talpam, & non testudinem appellemus. Quam deinceps ad atheromata, quemadmodū, & testudinem ad melicceridē referamus. frigidūq; īterea tumorē ītellexerimus. De utrisq; Celsus ī capitis affectibus loqtur. [b] Nos aūt suprà de atheromate, [q] meliceridēq;, [r] ac steatomate [s] fusiùs determinauimus.

g lib. 2°. cap. 7. rubr. 4.
h tr. 3. cap. 24. 26. 27.
i lib. p^o. ca. 16. et. 2^i. 3°.
k tr. 2°. cap. 2. libri. 2^i.
l tr. 3. doc. 2. c. 3.
m tr. 2. doc. p^a. c. 4°. circa me^m
Contra Manardum & Tagaultiū.
n Epist. 7^i. 2^a.
o de tum. ca. 12.
p li 2. tr. 3. c. p^o.
a uide sup. fol. 13. in prin^o. & 323. uersus finē.
p lib. 7. cap. 6.
q fol. 83.
r fol. 84.
s ibidem. et uide supra de ganglio fol. 303. lin. 34.

Tumor. 21°. Topinaria.

PRAETER hos autem alius restat tumor, quem Topinariam nuncupant, nosq; ordine primum supra uigesimum collocauimus. Quanuis n. (uti dictum est) Lanfrancus cum Talpa, & Testudine confudisse: uideatur diuersus tamen affectus est, & pueris (uti Gulielmus, Placentinus [t] & Argellata [u] scripserunt) familiarior. {fitq; (ut aiunt) ex phlegmate dulci,

t lib p^o. chirurgiæ cap. 5°.
u li. 2. tr. 2. c. 3.

quod

" quod declarat uiscositas saniei, & albedo eius. Et aliquando fit ex phlegmate misto cũ san-
" guine: quod declarat eius color, qui est rubeus, et citò ad maturitatem deuenit. Et aliqñ fit ex
" melancholia, uel cholera, sed tamen rarò. Ideo rarò uidetur citrinitas, aut nigredo in eius sa-
nie } Hunc uerò tumorem nos ad hydrocephalon intrepidè reducendum censemus. de quo priùs iam locuti etiam fuimus. [x]

x fol. 308. in declaratiõe tumoris sexti huius noui catalogi.

PRAETER hunc uerò alius quoq; tumor succedit, pueris, quinimmò lactentibus infantulis frequentissimus. Quem aliqui lactumen, Alij lactucium, Alijq; latimum uocant. Nos in catalogo uigesimum secundum statuimus. Huiusmodi autem nomina à lacte Recentiores impo suerunt. Quoniam. s. lactis impuritatem sequi putabant. Qua de re Argellata inquit [y] { latimũ
10 generatur in pueris, maximè ex acuitate lactis, unde caput efficitur crustosum } uberiusq;
" Gulielmus Placentinus [z] ait { Hæc ægritudo non nascitur nisi in pueris, cum lactantur, &
" uocatur crusta, Et fit eis in fronte, & capite. Et multotiès diffunditur ad alia membra. Na-
" scitur hæc ægritudo in pueris, propter acuitatem lactis inducentis salsedinem in nutrimento
" pueri, uel in materia, quæ debet in nutrimentũ cõuerti, quæ materia humida est, et uiscosa. Et
" signum ꝙ acuitas lactis cum tali materia est causa huius ægritudinis (q. d. nitrositas glutinosi-
" tati adiuncta, ueluti de achoribus, & fauis prædictum iam alibi [a] fuit) est asperitas reperta
" in crusta, cum tenacitate crustæ. Nam asperitas crustæ significat super adustionem, sed te-
" nacitas, & adhærentia super uiscositatem. } Hæc (inquit Manardus [b]) { non est dubium ad
" achoras, & uel ceria, uel psydracia, uel exanthemata antiquorum pertinere. } Cur autem sic
20 disiunctim loquatur, rationem adiungit, dicens { Licet. n. eodem semper nomine lactuminis à
" mulieribus appellentur: uariant tamen multùm, iuxta materiæ, à qua gignuntur, uarietatẽ }
Nos autem etsi quodammodo ad prædictos referri posse morbos, materiæ. s. nitrosæ, atq; in-
simul glutinosæ ratione admittimus: Differre tamen ab illis, forma, & curandi etiam metho
do hunc affectum arbitramur. Maxima. n. curationis indicatio hìc est, post conueniens nutricis regimen, crustas humectare, quò decidant, & huiusmodi cutaneam expurgationem adiuuare potiùs, q̃ exiccãtibus ad sanitatem perducere. Infantibusq; (uti dictũ iam est) lactentibus proprius affectus est. Illi autem morbi adultioribus aduenire solent. Ad capitis ergo scabiẽ referre quispiam posset, quod Abenzoar [c] sagrum uocat, de quo nos etiam suprà, [d] in sermone de Cerio, meminimus. Verùm exquisitiùs perpendentibus euestigiò compertissimum fiet, neq;
30 scabiem esse hunc affectum, quod lactumen uocamus, nullum n. in infantium capite ulcus fit, sed glutinosus quidam humor per poros sudoris instar emanat. q statim qdẽ, ꝙ à porulis illis foràs egreditur, à continente densatur, gelaturq;: ut crustæ formã recipiat. Qua tamẽ deciden te mollientis, atq; humectantis alicuius medicaminis ui, nullus ibi morbus apparet, neq; tumor aliquis affatu dignus. Ex quo mulieres crustam decidere, capitis morbum sanari dicũt. Quæ quidem Neapoli populari uocabulo { Ruuã } appellãt. Videtur igitur nõ aliud, q̃ expurgatio quædam esse à Natura quidem facta, sed præternaturalem intereà causam, uidelicet uitiosos succos, exterioremq; alteram, & quidem priorẽ. s. lactis, ac nutrimenti uitium præ se ferens. In synonymis continentis Rasis legimus { Anacarsius } & { anatatare } .i. pustulæ quæ sunt in capite. Alios tñ potius, q̃ hũc affectũ ĩtelligimus. Vbi. s. pustulæ sunt.. Sed alia percurramus.
40 CORNV Igitur consequens est, tumor qdem ordine uigesimustertius anteà propositus. Ex uerrucarũ genere est, atrabilario ex succo generationis originem sumens, nõnunq; uerò

Tumor. 22.
Lactumen.
Lactucium.
Latimum.
y libro. 5. tr. 3. cap. 4.
z lib. p°. chirur. cap. 2.
a sup[a]. fol. 167. 168.
b Epist. 7[l]. 2[a].
Cõtra Manardum.
c p°. Theysir. tr. p°. cap. p°.
d fol. 175. linea. 39. 40.
Ruua.
Anacarsius.
Anatatare.
Tumor. 23.
Cornu.

ab assiccata pituita, magis aũt ab utroq; humore commisto. Quanq; iuncturis omnibus, quæ in extremis partibus sunt, cõmunis ab Auicẽna describitur, sic dicente [e] {Cornua sunt additiones spissæ, recuruæ, nascentes super iuncturas, in extremitatibus, propter uehementiam operationis} .q.d ob motus uehementiam, cuius ratione calefiunt iuncturæ, indéq; attrahunt, attractũq; humorem crassum, (siquidem hic in corpore abundabat) tenuioribus partibus discussis, ad lapidem conuertunt. Sunt autem instar cornuũ, à quorũ similitudine nomen ipsis impositũ est, in summo acutiores tumores, circa basim uerò crassiores: tũ quia crassissimæ partes in radice, ac basi resident, tenuiores uerò, siue minùs crassæ ad superiora magis eleuantur. tũ secundo quoniã ab eisdem humoribus magis, ac magis continuò nutritur, Indéq; augetur basis, summa uerò extremitas, deficiente eousq; humoris penetratione, gracilescit, magisq; tamẽ interea durescit, ac ferè in lapidem conuertitur. ob siccitatem quoq; quasi conuulsionem quandam passa recuruatur. Quanuis inq; Princeps iuncturis propriũ hũc tumorem præscripserit: Plurimi tamẽ ex Recentioribus [f] (quorũ nomina impræsentiarum enarranda proposuimus) inter capitis affectus unà cũ testudine, siue talpa adnumerarunt. Quo in loco nomen id mereri decentius est, cum ibi cornua nascantur. Sed ne impossibile quidem est usq; adeò nonnunq; huiusmodi cornua indurari, atq; in ossium naturam conuerti, ut ossi os adnasci, uel ex ipso etiam osse emergere uideatur. Quocircà Lanfrancus [g] ait {Vidi quoq; cranei manifestas eminentias, sicut cornua. Nam uidi hominem, qui uenit ad me pro cõsilio, qui habebat in capite septem eminentias, unam alia maiorem, & in diuersis locis. Quarum aliqua erat ita magna & acuta sicut cornu capreoli, uel longitudinis, pollicis, & multum lædebat cutem. Et miratus fui quomodo cutis non fuerat ulcerata. Quùm ergo uidi ꝙ habebat à craneo suam originẽ, & radicẽ non me uolui de cura intromittere. Sed ægro consului, ne se poneret in manu alicuius, propter curã. quoniã mihi impossibilis uidebatur.} Hæc Lanfrancus.

e 7[a].4[i].tr.3[o]. cap 14. & uide prius in titulo capitis.12. eiusdẽ.

f uide Theodoricũ.3[i].27[o]. & Lanfrãcũ.tr.2. doct.2[a].cap.3.

g tr.3.doct.2[a]. cap.3.

Historia.

Nos autem Panhormi unà cũ solertissimo chirurgo Iacobo à Sory, nostro à pueris ferè familiarissimo, nobilẽ quandã puellam uirginem, q; plurimis recuruas, simulq; in summo exacutas, cornuũ uitulorum instar, effigies repræsentãtibus, & omnibus ferè artubus præcipuéq; manuum, cubiti, & genuum correptam conspeximus, atq; etiam in capite, & fronte. Verũtamen nõ sub cuti, sed super ipsa oborti erant tumores illi, & quidem nouo quodam generationis ordine. Etenim uelut lapidis generatio contingit in uesica. ut. s. alia paulatim, atq; alia super aliã uelut tunica adueniente, in magnitudinem increscat: Ita & in illis aspeximus plurimas ueluti osseas crustas, sibi inuicem inhærentes, non secùs etiã, ac si auellanarum cortices dimidios, alterũ alteri superimponas, minorẽ tamẽ maiori, ut in acutam, Pyramidisq; effigiẽ cõiungãtur. Tacti aũt summoperè circa basim dolebant, & intantũ firmissimè, ac summa duritie inhærebãt: ut nemine medicorũ aliquo remediorũ genere succurrere ualente, ad nos tandẽ, post multos iam sui morbi, atq; ortus horum annos, cõsanguinei uenerint. Cõtinuò enim & magnitudine, & alijs nouis enascentibus numero etiam augebantur. Quam Dei Opt. Max. gratia paucissimis diebus ad sanitatem reduximus, pristinamq; pulchritudinem. Cùm tamen turpissima euaserit, demoniũ potiùs, q; hominẽ præ se ferens. usq; adeò ut parentes libentiùs mortem, q; uitã illi optarint. Sed curandi rõnẽ locis deindè proprijs recensebimus. Nũc uerò quod propositũ, est, absoluamus. Melancholicus proculdubiò tumor, terrestrisq; est, etiã si à lenta pituita principiũ duxisse nõnunq; potuerit. Qua de re ad frigidos dubio procul oĩ referẽdus est.

Verùm

VERVM Enimuerò his expeditis ad alios cutaneos potiùs tumores accedamus. Iuxta seriẽ igitur catalogi ordine quartus supra uigesimum succedit, ἀλωπεκία. Cum qua insimul & de ophiasi, consequentiæ necessitate determinabimus. {Vnũ.n. ambæ, secundũ morbosam affectionẽ, malũ sunt (ait Galenus [b]) Nomina autem iuxta figuram habentes diuersa. Serpenti.n. (qui Græcè ὄφις dicitur) similis læsa capitis pars in ophiasi apparet. Alopecias autem ob id appellatas ferunt, quòd uulpibus frequenter accidãt.} Hæc Galenus, qui utriusq; morbi nomen à similitudine impositum à ueteribus esse ostendit. Verùm in quo stet similitudinis ratio, quibusdam ambiguum adhuc extitit. Nonnulli.n. Græcorum ἀλωπεκίαν, & ἀλωπεκίασιν inde sic dictam esse alteram morbi speciem uolunt: Quoniam (uti iam iam ex Galeno præscriptum est) Vulpi, quæ ἀλώπηξ Græcè dicitur aduenire huiuscemodi pilorũ casus aliquãdo consueuit. Etenim (ut Albertus [i] testis est cognomẽto Magnus) capitis aliquando patitur calefactionem, & præcipuè tempore æstiuo, & curatur sanguine ad extra fluente, & pellem ulcerante, & ideò cadunt tunc ei pili} Quo tempore uenatorum canes eam abhorrent. Intellexit autem Albertus per sanguinem, uitiosũ humorẽ (ni falsus sit.) Qui.n. doloris causa fuerat uitiosus humor ad cutim deinde à natura depellitur. Quam ob rẽ & Galenus à præsciptis uerbis alibi [k] subdit {quod aliud est nihil, q̃ pilorum denudatio, qua locus affectus apparet colore prorsus exangui.} Galeni uerba Paulus, [l] Aetius, [m] Auicenna, [n] Serapion, [o] Hali Abbas, [p] atq; Abenzoar [q] exscripserunt. Nonnulli autem (ut in Etymologico, Antiquorumq; lectionibus [r] scriptum est) alia similitudinis ratione, deductum esse à uulpibus id nomen asserũt. Vbi.n. uulpes ipsa lotium effuderit, e uestigiò locus ille infructuosus redditur. Arescentibus herbis, nec alijs denuò succrescentibus nouis, ut area q̃ primum fiat. Eadẽ igitur ratione morbus hic pilos diruit, qui iam præorti fuerant, nec alios renasci sinit. Definitionum uerò Medicarum Author tertiam ab ijs diuersam duntaxat similitudinis rationẽ perpendisse apparet, quoniam.s. uulpis pilos colore aureos, flauos'ue repræsentare hoc morbo affecti capilli uideantur. Sic.n. ait iuxta Syluanij interpretationem [s] {Alopecia est, quùm color (intellige pilorum, de quorum affectibus ibi loquitur) albidior redditur. Qua mutatione, auri colorem referentes pili radicitùs decidũt} ubi patet Syluanium legisse {χρυσίζουσαι αἱ τρίχες} quod est {auri colorẽ referentes pili} cui sententiæ Oribasii antiquus interpres astipulatur. [t] Cùm dicit {Alopecia autem uocatur, quia uulpis similat colorem} Quæ interpretatio non modò ab Oribasii mente dissentit, uarios ibi colores, pro humorum uarietate, referentis, sed ob eandem rationem falsissima est: cum præscripto Medicarum Definitionum Authore. Haud enim flauus tantùm, aureusq; color ex huiusmodi morbo fit, q̃ q̃ interdùm fieri contingit, quùm scilicet ex flaua bile, aut pallida originem acceperit, uerùm si ex pituita, albus, quemadmodùm si atrabilario ex succo generetur, niger color resultare, (uel Galeno, ac uniuerso medicorum Grege testibus) conspicitur. Sed ne hi quidem colores in pilis (ut aiunt) at in cute, ob inspersos, impressosq; inibi humores, euadunt. Noster uerò Græcus Codex, ubi Syluanius legit {χρυσίζουσαι} habet {διὰ ἂν χρονίζουσαι} quod est {Qua mutatione diù perdurante, siue (ut alij interpretantur) inueterascente, pili radicitùs decidunt.} Quouis autem pacto legerimus, ab errore immunis reddi Author ille non potest, albidiorem fieri pilorum colorem simpliciter, uniuersaliterq; definiens. Nos uerò primam similitudinis rationem cum Galeno, & Medicis ferè omnibus insequamur. Secundam intereà

Tumor. 24ᵘˢ. & 25ᵘˢ.

Alapecia & Ophiasis.

b pº. de comp. med. secũd. loc. cap. pº. circa prinª.

Alopeciæ morbi ad uulpẽ similitudinis rõ triplex.

i lib. 22. de animalibus. litera. V

k de Rẽm parातु facilibus. 13.

l lib. 3. cap. pº.

m lib. 6. ca. 55.

n 7ª. 4ⁱ. tr. pº. cap. 5.

o pº. Bre. c. pº.

p 8. Theoricæ. ca. 18. post prinª.

Cõtra definitionũ Medic. Authorem.

q pº. Theisir. tr. pº. cap. 3.

r lib. 19. ca. pº. Cælius Rhodig.

s post meᵐ. libri

t lib. curõnum cap. 13.

Cõtra Oribasii Interpretẽ.

minimè despicientes. Nec minùs alterũ nomen à similitudine impositum est. s. {ophiasis} q.d. Latinè {serpentatio} quoniam serpenti, qui {ophis} Græcè uocatur, læsa capitis pars in eo morbo apparet. Sic. n. Galenus ait.[u] Qui tamen similitudinis rationem. quomodo. s. serpentis formã læsa pars repræsentet, non expressit. Nec etiã (ut qui eius dũtaxat uerba transcripserũt) Paulus,[x] & Aetius.[y] Definitionũ tamẽ Author Galeno ascriptus eam declarasse apparet, subdens {cũ tortuosa nudatione} Græcè {μετὰ τοῦ σκολιοῦσθαι τὴν ψίλωσιν.} Celsus.[z] uerò de tortuosa nuditate nil meminit. In eo tamen serpenti assimilari insinuat: quoniam illius animalis instar serpit, ab occipitio exordiens, ad frontem usq;. duobusq; serpẽtibus, quasi in occipitio adnexi sint, assimilare uidetur. quorũ alter in dextra parte, alter uerò in sinistra antorsum, & frontem uersùs ad aures serpat. Sic. n. huiusce depilatio deambulare uidetur, extendiq;. Haud tamen relicto priore loco (quẽadmodũ de herpete alibi[a] Galenus ait) In occipite. n. oriens, ibiq; uehementiùs affixus ad anteriora nihilominùs expanditur, uel ad aures usq;, uel magis interdũ. s. ad frontem, donec hinc & inde serpentia capita coniungantur. Sed ipsum Celsum audias {Id uerò, quod à serpentis similitudine ophiasis appellatur, incipit ab occipitio, duorũ digitorum latitudinem nõ excedit: ad aures duobus capitibus serpit: Quibusdam etiam ad frontẽ: donec se duo capita in priorem partem committant.} Priorẽ similitudinis rationẽ innuit Princeps,[b] quùm ait {Et fortassè accidit in ea figuratio proueniens, sicut figura serpẽtis.} Cui tñ nõ adeò inhærere uidetur, utens aduerbio {fortasse} uti alteri, quã præscripserat, et nos ut tertiã narrabimus. Quinimmò Hali Abbas illi ĩtãtũ assentit, ut hãc reprobet: sic dicens[c] {Aiunt autẽ nõnulli Tyriam (sic. n. uocant oẽs Arabes, quoniã serpentes omnes, præsertimq; uiperas Tyri nomine intelligũt) dici quoniã in hac passione, pilorũ fit euulsio, ipso in loco contorta, & incurua, qualis est serpentis reflexus. sed nihil est quod proponunt.} Est ergo similitudinis ratio uerior, cui non Hali Abbas modò, sed ipse etiam Auicenna subscribit: Quoniam scilicet non solùm ibi pili cadunt, ut in alopecia. Verùm id plus est, ꝙ excoriatur cũ ea cutis tenuis, sicut accidit serpẽti. Nec aliud mea sententia uoluit Serapion,[d] dicens {Et eueniunt cortices ei sicut quùm excoriatur serpens} Abenzoar autem solus Definitionum Authoris sensum comprobat. Qui deinceps rationem eiusmodi tortuositatis uestigat, sic scribens[e] {Et dicitur tyria, eo ꝙ depilatio cutis sit per uiam tortam. Et causa istius tortuositatis est paucitas phlegmatis in quantitate, cum non ultima subtilitate. quoniam si esset in subtilitate ultima, fieret depilatio per uiam rectam. sicut facit aqua, quando cadit super terram. Sed quia retinet aliquid grossitudinis, & non est æquale, accidit ei, quod accidit aquæ, quando aliquid luti ei superspargitur: quia cum cadit in terram, facit uiam tortuosam, & non rectam. Et propter hoc ab antiquis nominatur nomine serpentis, scilicet tyria.} Dicit autem Abenzoar in præscripto sermone, phlegmatis, & nõ alterius humoris inæqualitatem: Quoniam hunc duntaxat humorem causam esse amborum affectuũ cognouit. VERVM enimuerò diminutum hoc est: Tres enim humores Galenus, ac post eum Oribasius, Alexander, Paulusq;, & Aetius,[f] cumq; his etiam Razes[g] declararunt: bilim uidelicet utranq;, ac nitrosam pituitam. Quibus quidẽ Serapion, Auicẽna, Hali Abbas,[h] & Constãtinus Africanus[i] quartã nõ temerè (ut mihi uidetur) causã addiderunt: sanguinẽ, uidelicet corruptũ. Sæpè. n. et nos hũc uidimus ut copiosa, et sæpius repetita sanguinis missione, ĩtermissisq; unà purgationibus opus fuerit ad sanitatẽ. Hoc præsertim æuo, quo Gallica lues huiusmodi affectuũ occasio

Ophiasis nomen à similitudine. 4[r].

u Vbi supra. s. p°. de cõpo. med. secũdũ loc. cap. p° & de paratu facil. 13.

x lib 3. cap. p°.

y lib. 6. cap. 55.

z lib. 6. cap. 4.

p[a]. 2[a].

a 2°. meth cap. 2°.

b 7[a]. 4[t]. tr. p°. cap. 5°.

Tyria.

c 8. Theoricæ. cap. 18.

3[a].

d p°. Bre. c. p°

e p°. Theysir. tr. p°. cap. 4.

Cã tortuositatis, ĩ ophiasi.

Cõtra Abenzoarem.

f Oẽs hi locis supra notatis

g lib. Diuisionũ. cap. p°. & 5[i]. ad Mãsorẽ. cap. 2. & uide. 25. Contin. cap. 21.

h 4. Prac. cap. 12.

i lib. p°. cap. p°.

occasio fit. Adeò ut quibus pili cadunt, excusari nequeant, etiã si omninò careant, quin eo contagio infecti à uulgo determinentur. Quemadmodũ uerò diminutũ illud est.unũ.s.tantũ humorẽ horũ morborũ causam esse: Ita & Abẽzoaris ratio rhetorica potiùs apparet, q̃ demonstratiua. Etenim humores, qui ab uniuerso corpore in totũ caput defluũt, non aquæ unitæ instar, super aliquo plano defluũt: ut huiusmodi tortuosum iter fiat. At per euaporationẽ quandã ascendũt. Adeò ut si aliqua pars magis affici contingat, promptior quidẽ ea erit, quæcunq; futuris, et ex ossibus, ijs, quæ in Bregmate syncipite'ue sunt, superstat, insidetq;. Quòd si per uenas huiusmodi humor exiliat, ubiubi quidẽ uenæ sunt, è quibus effundi humor potest, ibi affectũ gigni posse compertũ est. Diuersitatis tamẽ causa nõnunq̃ est, ut in parte cadant, in alia uerò non, ipsa loci dispositio. Quẽadmodum & in alijs omnibus affectibus pronũtiandũ. Nã ꝙ in hac, uel illa parte tumor, uel intemperies, aut abscessus, seu dolor, siue qduis aliud præter naturã acciderit: ab uniuersa tũ Philosophorũ, tũ Medicorũ schola nõ alia assignari unq̃ potuit ratio, præter eius partis dispositionẽ. Cuius adhùc dispositionis interdũ manifesta causa est, nõnunq̃ uerò usq; adeò abdita: ut sat superq; nobis sit dicere, hanc partẽ ideò magis affici, quoniã ad recipiendũ affectũ disposita magis est. At enimuerò q̃q̃ innumeros ferè depilatos conspeximus: nunq̃ tamen uel huiusmodi tortuosis areis, uel (ut Celsi definitio est) ea circulari depilationis effigie uel in infantibus, uel in natu maioribus uidimus. Impossibilem tñ eiusmodi formas euenire, non dicimus. Verũ ex accidenti fient, sicuti & alias multas, diuersasq; si quispiã numerare uellet, figuras inspeximus, ob diuersas (uti præscriptũ iã est) partiũ dispositiones. Mea quidẽ igitur sententia, uerior similitudinis ratio est, quã tertio loco recensuimus. Quòd si peregrina mente singula perlibrarimus, ac prætereà rationem ipsam experimentis, & ijs, quæ oculis euidentia sunt, cõprobarimus: Verissimã similitudinis, rationem, & inde morbi spẽm, atq; ophiaseos ab alopecia differentiam inueniemus. Etenim quia tenuis cuticula non in ophiasi modò, sed in ipsa etiã quauis alopecia quotidie resoluitur, contabescitq;, ita ut furfurũ unà copia (uti post hæc enucleabimus) decidat: Eapropter non quia serpentiũ senectæ assimiletur, ophiasis, aut serpentantio dicetur. Verũ quia ob uehementiorẽ adustionẽ, gignentisq; humoris crassitiem, squamulæ quædã (ut in lepra contingit) à patiente loco decidant, serpentũ squamulis persimiles. Quẽadmodũ perbellè (mea quidẽ opinione) Theodorus Priscianus ait.[k] Huiusmodi ergo affectũ, qñ contigerit, non alopeciam, sed ophiasin appellabimus. Ab ea nihilominùs, in eo, quod magis est, ob maiorẽ uidelicet cutis exustionem, differre determinabimus. Qua de re bilis atræ plus, ac grossioris nitrosæ pituitæ, in ophiasis generatione, At in alopeciæ ortu bilis, sanguinis'ue corrupti plus concurrere, Itemq; alopeciam, perdurante affectu, & increscente ad ophiasim deniq; permutari posse decernimus. E quibus rursùm liquet tantũ distare, ut ophiasis infantulis accidat, ac per se (Celsi dogmate) finiatur, ut difficilioris curationis (ut Serapion rectè expressit) existẽs, q̃ alopecia, natu grãdioribus, & qbus copia exustorũ humorũ maior sit, frequentiùs aduenire queat. Nisi Celsi ophiasin aliũ ab ea, quã hic uestigamus, affectum intellexisse malueris. Tuũ uerò est quouis modo nõis rationẽ intelligas, dũmodo rerũ differentias, ac per has methodi intẽtiones pernoueris. Quæ aduertẽs Galenus[l] statim subdit. {Nos aũt propter qd sic appellari cõtingit, nõ quærimus. Vñ uerò oriantur, causa quærẽtes. etc.} Quæ uerò Albanus ĩ Alexãdri interpretatione partim ex antiqua uersione, partim proprio pedagogi marte, deliria cõtexuit de ulceribus, ac plagis. etc.

k lib. pº. ad Timoteũ cap. 6.

Cõtra Celsũ.

l pº. de compo. med. secũdũ loc. cap. pº.

Cõtra Albanũ Torinũ.

falsissima esse, & ab Alexandri sententia prorsùs aliena, tùm ex Græco Alexandri codice, tùm ex Andernaci nuper ædita interpretatione liquet. Quāuis impossibile non est, ubi alopecia, præcipueq; ophiasis malè curata inueterauit, cutem in ulcera, ac deinde, achoras, uel ceria, uel aliquē huiusmodi ulcerosum affectū perducere. Sed tunc alterius generis morbus est. non q ulcera sint, uel alopeciæ, uel ophiasis propria symptomata. Celsus aream uocauit utrunq; affectum. s. alopeciā, et ophiasim. Quoniā arida, sterilis, ac pilis destituta cutis, ut herbis area terræ locus fit. Plinius nullibi (quod uidisse recolam) de area, pro huiusmodi morbo, uel de ophiasi nomine mentionē fecit. Ex quo sub Alopeciæ uocabulo subintellexisse utranq; speciē autumo. Cuius sæpissimè in suo de naturali historia meminit.[l] Pliniumq; (uelut in alijs quoq; consueuerunt) secuti sunt et Marcellus Romanus,[m] & alter quoq; Plinio ascriptus[n] de medica re liber. { Alopeciæ (hic inquit) magnā fœditatē afferunt: & propter hanc seruorum pretia diminuūtur. } Q. Serenus[o] sub capillorū fluore intellexit, quē ex ueneni potione, aut Salamandræ tactu nōnunq; euenire ait. Quēadmodū et ex animalis uenenosi morsu, aut esu, uel ciborū quoq; uitiosorū frequēti usu cōtingere solet. Perindè ac de Adolescente Galenus[p] refert sibi familiari. Quiquidē per tres, aut quatuor menses quotidie se fungis explebat. Vnde in alopeciā cecidit. Quanq; aūt non capiti modò, sed uniuerso etiā corpori cōmunis uterq; affectus est: Quia tn̄ pilorū usus maior in capite, supercilijs, et palpebris est: Ibiq; pilorum copia maior: Idcircò euidentior, & pilorū usui magis oppositus in capite existens, ac turpiorem inde hominē reddens, tanq; capiti proprius morbus ab omnibus describitur. Ex eo morborum genere hos esse Galenus ait,[q] in quibus naturalis aliqua pars, quæ utilis anteà fuerat, amissa est. Qua de re morbū esse in numero diminuto determinandum. Erant aūt utiles pili, tùm ad defensionem, & cooperimentum, ut præcipuè capilli, atq; etiam barba sunt, tùm ad decorū, uirilitatisq; inditiū, ut præsertim barba. tū tertiò ad oculorū tutelā, ac exquisitiorē quoq; uisionis actionem, ut palpebræ, nec nō supercilia sunt. (Quēadmodū ex Galeni[r] quoq; monumētis dedicisse promptū est.) Itaq; quoniā nō turpitudinē modò, sed alicuius etiā usus, ac uidendi quoq; actionis læsionē huiuscemodi pilorū casus inducit: Ea propter Galenus in morborū catalogo recēsuit, quiquidem in diminuto numero facti sint. Sed ne obstat quidem, q alibi[s] non morbū, sed symptoma esse insinuet. quā ob rem causæ, quæ morbus est, occurrēdum esse præcipit. Etenim qui morbus est, alicuius symptomatis respectu: Alterius morbi ut causæ cōparatione symptoma dici potest. Nec aliū ibi morbū ponit. q huius depilationis, ut symptomatis causa sit, nisi uitiosos ipsos humores, qui pilorum radices erodunt, corrumpūtq;. Sunt ergo īmediata causa casus pilorū. Haud. n. ītemperies causa. Nā sic ex sola intēperie caderēt. Neq; ratione tumoris: quoniā tūc in omni tumore pili deciderent. qui tn̄ uehementer fixi permanēt, quo uis tumore, aut in temperie in mento factis. Cū uerò neq; solutionis continui causa cadāt pili. Sic. n. à uulnerata parte statim & ipsi defluerēt. Reliquū est igitur ut per se humores illi casus pilorū causa sint. Quā ob rē in numero morbi humores illi sub cute aceruati dicēdi sūt, sed qdē adaucto. E qbus rursū euestigiò seqtur morbū in numero adaucto causam esse alterius morbi, qui sit in numero diminuto. Sed de his, atq; alijs maioribus difficultatibus aliàs uberiùs disputandū reseruauimus. Nunc uerò nouisse duntaxat satis est, in huiusmodi succorū circa cutim facta aggregatione, nonnihil tumoris, & quidē maioris, q; in herpete, ac simplici erysipelate fieri, ut nō temerè inter tumores à nobis collocentur. Pro humorū uerò natura, & tē-

peramētū

Alopecia, & Ophiasis ex quo morborū genere.

Contradictionis Galeni solutio.

l ut lib. 20. cap. 5. circa finē. 8. post prin[m]. 13. post princi[a]. 22. post princi. 23. circa finē lib. 21 ca. 19. post prin. 32. lib. 22 cap. 21. circa finem. 22. post princi. lib. 23 cap 4 circa me[m]. 6. circa principia. 7. post principia. 8. ante me[m] li. 24 cap. 4. uersus finem 5. ī prin[o]. 7. prope me[m]. 11. post princi. 14. circa princi. 19. circa principia li. 25. cap. 2. circa finē. 11. in principio lib 27. cap 13. uersus me[m]. lib. 28. cap. 11. circa principi. lib. 29. cap 6. sæpè. lib. 32. cap. 7. 10. circa finē. li. 34. ca. 15. post me[m]. & alibi sæpe.

m de medicamentis cap. 6.

n cap. 6.

o cap. 8.

p p[o]. de compo. med secūdū loc. cap. primo.

q 14. meth. cap. 17 in principio & fine et uide cap. 18.

r 11. de usu partium cap 14.

s primo de cōp. med. secūdū loc. 6. p. p[o] post prin.

peramentum quoq;, uel calidum, uel frigidum nanciſcētur. Omnis autem pilorū caſus à præternaturali cauſa factus, ſiue hi affectus iam iam prædicti adſint, ſiue propter ulcera, uel tineā pili cadant, in libris Arabicorum (uti Bellunenſis[l] ait) inuenitur nominatus {alcharba non naturalis} quemadmodum naturalis ipſa caluities, quæ Græcè {φαλάκρωσις} dicitur, apud eoſdem {alcharba naturalis} appellatur.

EADEM quoq; ratione in tumorū albo reponendus alter eſt affectus, quē ordinē uigeſimū ſextum propoſuimus. Græcè {πιτυρίασις,} Latinè interdùm porrigo, interdū uerò {furfures,} et aliqn̄ {furfur} appellatur. Etenim {πίτυρον} Græcè nobis {furfur} ſignificat. Vn̄ in numero plurali nōnulli dicūt {πίτυρα} quod eſt {furfures} et inde {πιτυρίασις} q.d {furfuratio} deriuatur. Quanq; nonnulli pityriaſim urinæ incontinētiam ſignificare Græcis aiūt. Sed mea quidem ſententia, non rectè. Volunt.n. illi aliquando urinæ uitiū intelligere: quotiès uidelicet furfuraceæ quædā ſubſtantiæ, ſquamulæ'ue in urina reſident: de quibus in Aphoriſmis,[t] & prognoſticis,[u] ac ſexcentis ferè in locis ſcriptum eſt. Et ſi retentionis urinæ cauſa fieri poſſint, ubi furfuracearum ſquamularū aceruus meatum obſtrueret. {πιτυρίασιν} ergo Galenus,[x] Alexander,[y] Paulus,[z] & Aetius[a] Græcè nominarunt. Arabes reſpondente Græcæ dictioni uocabulo {alhebrie} appellarunt. quod aliud nil eſt, q̄; Latinè {furfur.} Eapropter Serapion,[b] Razes.[c] Auicenna,[d] Hali Abbas,[e] Abenzoar,[f] Meſue,[g] Conſtantinuſq; demùm Africanus,[h] prout nobis traducti ſunt, furfures nominant. Quæ quidem nomina conſideraſſe operæpretiū fore duximus. Cùm multa circa hæc apud Authores, præſertimq; Romanos ambiguitas occurrat ijs, qui diligentiùs cuncta perpendunt. Vltrà quòd penes morbi eſſentiam, cauſaſq;, & ſedes quoq; affectas: Indéq; penes morbi notas, & uniuerſam curandi methodum, maxima (ob Authorum diuerſitatem) confuſio exiſtit. Quam pro uiribus elucidare, atq; omnes ferè concordes reddere pauciſſimis, quoad poſſibile fuerit, enitemur, à nominis uſu exordientes. Celſus[i].n. ſub porriginis nomine intellexiſſe hunc affectum, perſpicuum iam eſt. Nullibi.n. de furfure meminit. Ita etiam. Q. Serenus,[k] quùm ſic in carmen redegit {Eſt inſenſibilis morbus, ſed noxia forma: Cùm caput immenſa pexum porrigine ningit: Copia farris uti frendētibus ædita ſaxis} Nec aliud Horatius uoluiſſe apparet, qùm ait[l] {Vngere ſi caules oleo meliore, caputq;: Ceperis impexa fœdū porrigine. etc.} Scribonius Largus,[m] uel (ſi Græcus author fuit, ueluti nos opinamur) eius interpres {totius corporis porriginē} habet. Aemilius uerò Macer[n] neutro gn̄e, ſingulariq; numero {furfur} uocat. Nec aliud hic furfuris uocabulo, q̄; illorū porriginē intellexiſſe apparet. Etenim à ſimilitudine deſumptū furfuris, ſeu pityriaſis nomē eſt, quoniā corpuſcula quædā furfuribus ſimilia à cute reſoluūtur. Aliàq; rōne porrigo nuncupatur à porrigendo (ut aliq exponūt) quod eſt, extēdēdo, qa creſcēdo porrigitur, extēditur'ue nō modò qa parua incipiēs, increſcit poſteà: ſed quoniā priùs à capite exordiēs, dein barbæ, ac cilijs, & ſupercilijs poſtmodū uniuerſo etiā corpori cōmunicari ſolet. Plinius aūt īter furfures, et porriginē, quādā ſubītelligere differentiā inſinuat. Primò quoniā ſeorſum de porrigine, et furfuribus meminit: Secūdò quoniam uel in eodem capite, non ſecùs ac de rebus ab inuicem differētibus loquitur, furfures inſimul porrigine fortiores eſſe innuens. Propter primum conſidera quoniam per ſe interdùm porriginem profert.[o] interdùm uerò[p] addita dictione {capitis} ſic {ad porriginem capitis.} De furfuribus autē ſic meminit. Aliquando[q] enim {furfures} capitis ait: Aliquando[r] furfures in

[l] ī expo. Arab. nom. litera. A.

Tumor. 26[a].
Pityriaſis.

[t] 4[i]. aphor. 77.
[u] 2[i]. Progn. 28.
[x] p[o]. de cōpoſ. med. ſecūdū loc. cap. 8.
[y] lib. p[o]. cap. 4.
[z] lib. 3. cap. 3.
[a] lib. 6. ca. 56.
[b] p[o]. Bre. ca. 4.
[c] 5[i]. ad Mãſo. 4[o]. lib. Diuiſ. cap. 109. 25. Cotin cap. 2e. litera. N.
[d] 7[a]. 4[i]. tr. p[o]. cap. 24 et ſequētibus.
[e] 8. Theoricæ 18. et. 4[i]. Practicæ. 13.
[f] lib p[o]. They. tr. p[o]. cap. 10.
[g] De ægrit. capitis. cap. 2.
[h] lib. p[o]. cap. 5.
[i] lib 6. cap. 2.
[k] cap. 3.
[l] 2[o]. Sermonum ſatyra. 3[a]. ante mediū.
[m] cap. 243.
[n] cap. 22. de liſlio circa finē: et 40. de uio lis, et 62. de Malua.
[o] 29[i]. ca. 6. poſt prin[a]. 20[i]. 14. circa prin[a]. 24[i]. 5[o]. circa me[m].
[p] 24[i]. cap. 19[o]. circa finē.
[q] ut. 20[i]. 9. uerſus finē, & cap. 21. poſt prin[a].
[r] 21[i]. 19[o]. ante me[m]. 22[i]. 21[o]. prope finē. 24[i]. 5[o]. circa prin[a]. 19. circa finē.

facie, Nōnunq; [s] furfures ex facie, Nōnunq; [t] furfures corporis: Atq; alibi [u] demùm furfures cutis expressè scripsit. Vt non in capite solùm, sed in facie, ac uniuerso etiā corpore furfures generari significet. Ex quo & alibi sæpissimè simpliciter, & absq; ulla penitùs additione, ad furfures remedia præscripsit. [x] Propter secundū. cuiuis Plinij uerba legenti porriginem à furfuribus secreuisse liquebit: quùm de fœnugræco loquens, sic ait [y] { Farina porrigines capitis, furfuresq; cum uino, et nitro celeriter tollit. } Longè autem apertiùs idem cōfirmat. Vbi de ursino adipe, atq; hircino demū felle, præter alia remedia, loquēs, sic etiā scripsit [z] { Porrigini cum uino prodest (scilicet adeps ursinus) Ad hanc & cornus ceruini cinis è uino. utq; non tædia animalium capillis increscant: Item fel caprinum cum creta cimolia, & aceto: sic ut paululū capilli inarescant. Item fel hircinum cū urina tauri. Si uerò uetus sit, etiam furfures, adiecto sulphure emendat } In quibus quidem uerbis nulli nō apertum fieri opinor, non modò à porrigine furfures differre, uerū etiam difficiliorem affectum esse: ut cui præter tauri urinam, sulphur quoq; hircino felli adiunxit. Eandem uisi sunt differentiam obseruasse alter quoq; Plinius, [a] & Marcellus Romanus, [b] atq; etiā Apuleius Madaurēsis. [c] Apertissimè nanq; hi (ut cuiq; apud eos uidere facile est) differentiam faciunt. Hanc differentiam & si recentiores (quos uidimus) omnes uel nō aduertunt, uel fortassè neglexerūt, Marcellus tamen Vergilius [d] in Plinij monumentis olsecit. Quanq; non rectè decernit in triplici determinationis modo. peiusq; in primo, dū porriginis & furfurū uoce, unū idemq; Plinio mali genus significari ait, uniusq; mali duas fuisse quondàm appellationes, quod Celsus etiam indicare uidetur } Hæc. n. Marcellus. Sed q̄uis unum esse mali genus intelligere admittimus; Aliquam nihilominùs differentiam, saltem in eo, quod magis, minus'ue sit, eligere præscriptis ex Plinij utriusq;, ac Marcelli Romani, et Apulei quoq; debuerat. Qua de causa neq; huiusmodi responsio mentem eius placauerat. Vnde & secundò rursus subdit, dicens { Aut porriginē, capitis: furfures uerò, reliqui corporis fuisse. } Cui rursùs intellectui acquiescere nō potuit. Quoniam capitis, & faciei quoq; furfures (ut iam iam ex Plinij locis adnotauimus) scriptum inuenimus: perindè ac in Scribonij Largi compositionibus [e] totius corporis porrigines, aliquando legimus. Quam ob rem & tertiam subiungit expositionem, dicens { Aut madefacere porriginem, furfures uerò siccos esse } Adeò ut in hoc differant. quoniam. s. porrigo humida: furfures uerò siccæ sint. Sed ne hunc quidē sensum admittimus. Quæ. n. humida est manantis alicuius ulceris ratione humida fit. Quocircà fortioribus medimentis indigeret. Plinius autem addens ad furfures sulphur, uti præassumptum est, [f] ualidioribus indigere desiccantibus furfures ostēdit. Hermolaus Barbarus [g] à furfuribus pityriasi'ue diuersam esse porriginē telligit, ac ad Græcorū λεπίδας, hoc est, squamulas reducit. quoniā quasdā quasi squamulas à cute resolui Celsus ait. Nos aūt, quanq; ꝙ apud Celsum, aliosq; multos Romanos, ueluti prætactū est, porrigo furfures, pityriasim'ue cōprehēdit: prout pityriasis furfuratio'ue, apud Græcos, & Arabes, porriginem quoq; continet, inficias non imus: Duas tamen esse species ostendemus: Quarum quæ leuior est, & capiti magis propria: porriginem, quæ uerò fortior, & nō capiti modò, sed toti etiam corpori communicari solet, furfures, iuxta Plinij, & eum insequentium placita, nuncupari, præsenti quidem animo decernimus. Pro cuius exquisitiore notitia, duplicem hanc speciem enucleare certum est, quo tot, tantæq; de causa morbi diuersitates concilientur. Etenim Galenus, [h] cui ad uerbum subscripsit, Aetius [i] ex uitiosis

s ut lib. 23. ca. 8. post principia.
t ut lib. 22. cap. 25°. post prinª. et. 35¹. 15°. circa finem.
u Vt lib. 26 ca. 8. post prinª.
x 23¹. p°. uersus finē. cap. 2. post mediū. 3. uersus meᵐ. 4. ante mediū. 7°. ante mediū 8°. uersus finē. 9°. post prīª. lib. 24. cap. 11. circa prinª. & sæpè alibi.
y lib. 24 ca. ult. in fine.
z lib. 28 cap. 11. in principio.

Cōtra Marcellū Vergiliū.

Cōtra Rñsionem. primā

Cōtra. 2ᵃᵐ.

a lib. p°. cap. 4.
b de medic. c. 4
c de uirtut. herbarum. cap. 20.
d lib. p°. cōmentariorum Diosc. ca. 28.
e cap. 243.

Cōtra 3ᵃᵐ.

f ex lib. 28. ca. 11. in principio.
g in Glassemat. in Pliniū.

h p°. de compo. med. secūdū loc. cap. 8.
i lib. 6. cap. 65.

De cā pityriaseos uariæ sententiæ.

pª.

tiosis ichoribus fieri hunc affectum scribit: Haudquaq; intereà declarans ex quo humore, scu
2. cuius humoris ichore fiat. Alexãder[k] autem, cuius uerba transcripsit Paulus,[l] ex uitioso humore. s. uel salsæ pituitæ, uel biliosi, & melancholici sanguinis, generari uitium id determi-
3. nauit. Serapion[m] uerò ab ijs diuersus utrisq; est. Etenim cùm priùs dixerit accidere ab humore, aut à ueneno malo (quasi per humores Alexandro, & Paulo astipularetur: per uenenum uerò, quo nomine semper Græcorum ichoras intelligere consueuit, Galeno, & Aetio subscribere uellet, sicq; illos conciliaret, quoniam ex utraq; causa fierent. s. ex humoribus, atq; ipsis etiam ichoribus) statim qdẽ post hæc subdit. {Et generatur à duabus causis: quarum una est, ut sit complexio capitis calida, exiens à natura sua, mala, generans furfures, & humores
10 remanentes cum dispositione sua in natura. Et fortassè generatur ex superfluitate humorũ calidorum, quando effunduntur ad caput.} In quibus quidem uerbis apertissimè ostendit, magis ex calida intemperie, q̃ ex humoribus gigni affectum, ijsq; humoribus calidis, quãdo con
4. tingit. Adeò ut ex pituita fieri non queat. Razes quanq; ad Mansorem scribẽs,[n] & libro Diuisionum[o] nullam expressit causam: Nihilominùs tamen in Continente,[p] authoritate Aaron priùs fieri hunc affectum ex phlegmate salso ait: Mox uerò deinde ex Alexandro phlegma
5. salsum, & humorem melãcholicum adiunxit. Licet nõ rectè, ubi Alexander habet {ex cacochymia} hic {ex mala complexione} referat. Demùm ubi nullum nominat authorem, ex
6. propria uidetur sententia, phlegma, & choleram causas ponere. cùm de phlegmatico, & cho-
7. lerico capite mentionem faciat. Hali Abbas[q] phlegma salsum, & melancholicũ humorẽ in
20 causa ponẽs, nil de cholera, uel ĩtẽperie meminit. Auicẽna.[r] bilim præteriẽs, phlegma salsum, et
8. melãcholicũ sanguinẽ morbi causas esse, ac interdũ solã intẽperiẽ posuit. Qui tñ etsi cũ Serapione cõuenit, solã aliqñ intemperiẽ ponẽte, ab eo nihilominùs discrepat, dùm nõ ut ille calidã,
9. sed siccam intemperiem declarauit. Mesue[s] calidos & frigidos humores ait: nullum tamen
10. proprio nomine distinguens. Constãtinus Africanus,[t] uel ex cerebro exire, uel ex fumo cuiuslibet humoris caput ascendentis nasci morbũ declarat. Cumq; dicat {cuiuslibet humoris}
11. sanguinẽ quoq; affectus causam uoluisse ĩsinuat. Quem nullus aliorũ expressit. Abenzoar[u] demũ prædictis omnibus authoribus aduersatur. Vt qui unã duntaxat causam posuit, uidelicet pituitam, sed ne hanc quidem salsam, tenuem'ue illius ichorem, sed crassam dixit. nil penitùs de alijs humoribus, aut ichoribus, uel intemperie mentionem faciens. QVIBVS pro-
30 fectò ĩtellectis authorum ferè omnium, in nomine priùs, ac deinceps in causæ assignatione diuersitatibus quem sequi ex ijs cõgruẽtius sit, quãq; ĩde curationis methodum eligere debeamus, latet: priùs q̃; aliquã concilij formam inuenerimus. cùm unusquisq; propriam sententiam & rationibus, & experimentis comprobare queat. Nullus. n. condemnandus inconsultò est, priùs q̃; eius, qua mouetur, ratione mintellexerimus. Pro cũctorum igitur concilio, simulq; nõ modò nominum, sed rei quoq; differentiarum intelligentia, Notandum imprimis est, ꝙ duplex huiusmodi pityriasis est, duplicem quoq; habens originem. Interdùm. n. furfures sunt ex tenaci, pituitosoq; humore. sed ne absurdũ quidem est, ut ex melãcholico etiã generari queãt: Præsertim quotiès nonnihil tenacis pituitæ admistum illi sit. Non quia huiuscemodi humores ad caput fluant, uel cutim ipsam, ibiq; aceruẽtur: sed uapores duntaxat, q paulatim & caloris
40 ui ducti exhalantes, inter barbæ pilos, atq; capillos extra cutim eijciuntur, ibiq; ob tenacitatẽ, uel terrenam quandam substantiam retenti, maximeq; à pilis, ne in halitum digerantur, impe-
diti

k lib. p°. ca. 4.
l lib 3. cap. 3.
m p°. Breuiarij cap. 4°.
n 5ª. ad Mãsorẽ cap. p°.
o cap. 109.
p lib. 25. cap. 22. littera. N
Rasis locus.
q 8. Theoricæ cap. 18.
r 7ª. 4ª. tr. p°. cap. 24.
s cap. 2°.
t lib. p°. cap. 5.
u p°. Thysir tr. p°. cap. 10.
Pityriasis duplex spẽs.

diti, demũ à cutis calore usq; adeò exiccantur, donec dealbati fufurum hordeaceorum figu-
ram repræsentent. Id quod rursùs difficile uideri non debet. Cùm & lapides, et multa q̃dem
diuersissima secundùm figuram, atq; substantiam, non in renibus modò, aut uesica, sed in in-
testinis, ac dentibus, & in ipsis deniq; dissectis frigidis apostematibus, generari quotidie con-
spexerimus. Est autem furfuratio hæc symptoma potiùs, q̃ morbus, ad exiens mutatum redu
cibile. Vnde turpitudo quædam, ac fœditas resultat in capillis, ob furfurum abundantiam. Alia
tamen ex parte tantùm abest, ꝙ naturæ functio uituperanda sit, ut laudanda potiùs ueniat. cũ
extra cutim uitiosos humores, à se priùs in uapores conuersos, expurget. Qui si retinerẽtur,
uel obstructionem, uel aliud aliquod effatu dignum potuissent nocumentum in uisceribus, aut
ipso fortassis cerebro inferre. Symptoma igitur est, quod tamen sæpè, quùm sanissimis corpo- 10
ribus aduenit, συμβεβηκὸς, Latinè accidens, siue concidens, propriè (iuxta Galeni[x] decretũ)
dici posset. Huius itaq; causa crassior, lentaq; pituita, uel melancholicus humor esse potest, uel
ex ambobus mistus, non humorali quidem præsentia, sed uaporosa: quatenùs. s. in halitus con-
uersi huiusmodi humores ad capitis, facieiq; superficiem ascendunt. Quas porrò causas con-
siderasse uisus est Archigenes. Vt qui (Galeno referente[y]) uictum flatuosum, crassi succi
quidpiam admistum habentes cibos prohibeat. Qua quidem uictus ratione, tam crassam pitui-
tam, q̃ melancholicum succum, uel mistum ex ijs, huiusmodi affectus causas esse insinuat. Ex
ijs enim flatuosi spiritus promptissimè gignuntur. quorũ natura est facillimè ad caput ascen-
dere. Præcipueq; ubi uel uniuersum corpus, uel hepar, calidi temperamenti sint. Maximeq;
caput ipsum repletur, si calidum, atq; humidum fuerit. Diminutis ergo crassis succis (uideli- 20
cet pituita, & melancholico succo) aut ablatis, Archigenes diminuere, uel auferre pityriasim
uolebat. Verũ enimuerò quoniam ex tenaci succo faciliùs huiuscemodi affectum generari ue-
risimilius est: ultrà ꝙ huiusce humoris copia perpetim circa cerebrum maior aceruari con-
sueuit, indeq; per suturas, craneiq; porulos expurgari: Idcircò frequentiùs ex phlegmaticis,
crassisq; uaporibus, q̃ melancholicis (nisi admisti sint) gigni prædictam furfurationis speciẽ
decernendum est. Hanc ob causam Abenzoar[z] duntaxat ex grosso phlegmate fieri deter-
minauit. Sic. n. excusare Senem Arabem magis pium est. Quoniam. s. de eo, quod maxima ex
parte contingit, ipse intellexerit. Quanq̃; dubio procul omni tanq̃; diminutus alia ex parte in-
crepandus uenit, qui unam duntaxat speciem, unamq; causam declarauit, ac per hoc unici affe
ctus curationẽ breuissimè docuit. Hæc igitur prima species, quam hucusq; declarauimus, est, 30
Qua oẽs ferè homines, qui non assiduis lotionibus, uel saltẽ cõtinuò pectentes caput repurgãt,
magis, minus'ue tentati fœdãtur deturpanturq;. Nec inter morbos, sed inter naturales capitis
expurgationes numeranda hæc est (Nisi ob hominis fortassè pigritiem caput non aliquando
pectentis, intantũ increuerit, ut alicuius intemperiei, uel ulceris fortassè, aut pediculationis cau
sa tanta sordities retenta fiat) Tunc nihilominùs medicorum præsidia efflagitans, quando
propter nimiam pituitæ, uel melancholici etiam humoris, siue in toto corpore, siue duntaxat in
capite congestam copiam, adauctis euaporationibus, ad fastidium usq; furfuratio increuerit.
Hæc quoq; species in capite, ac barba, itemq; palpebris, supercilijs, & nõnunq̃ alijs in locis,
ubi pilorũ copia sit, ueluti præsertim ex alijs, in pectine, gigni solet. Alterà uerò species est,
quã non eadem ratione, uidelicet ex ipsis resudantibus uaporibus assiccatis extra cutim, fur- 40
furiq; similem quandã effigiem adeptis fieri definimus: At ex ipsiusmet cuticulæ (quã Græ

ci

Furfuratio symptoma.

x p°. meth. ca. 9. et 2°. art. medicinalis. tex. 2.

y p°. de comp. med. secũdũ loc. cap. 8.

z ubi supra. s. lib. p°. tr. p°. cap. 10.

Abẽzoaris excusatio.

Abenzoaris defectus.

Pityriasis species 2ª.

ἐπιδερμίδα uocant) corruptione gigni decernimus. Contabescit.n.desquamaturq́;, & resoluitur frustulatim cuticula, usq; adeò interim persiccata, ut ad albidius uergens, quasi in squamulas piscium resoluatur. Qua quidem priori resoluta, q̃ primũ & alia gignitur, cũ nõ aliud, q̃ ipsius ueræ cutis efflorescẽtia quædam, uel (Galeno [a] docente) superficies sit cuticula hæc. Qua rursùs, atq; iterũ resoluta, denuò semper alia noua perpetim regenerata instauratur, non tamen adhùc firma, sed quoniã uitiosis ichoribus infarta cutis est, Idcircò & resolubilis etiam hæc regignitur. Quem desquamationis modũ in lepra, lichenibus, & scabie (uti Galenus [b] ait) atq; ipsorum quoq; uiscerum affectibus quibusdam, præsertimq́; uesicæ, aduenire in dies conspeximus. Nobis autem huiusmodi furfurationẽ maximè in alopetia, magisq́; 10 adhùc in ophiasi non semel inspexisse permissum est. Quinimmò & nouacula caput radente chirurgo, aut quouis tonsore, qualibet rasura, sic desquamari, ac resolui cuticulam uidere unicuiq; in promptu est, ut cornu instar, uel cæpæ multis ex foliculis cõpositã esse cutim, quispiã suspicari queat. Eóq; magis, quò uetustior, aut maior uel ophiasis, uel alopecia sit. De hac igitur specie, tanq̃ morboso quodã affectu Galenus, eiusq́; simia Aetius, præter eã, quæ ex Archigene colligitur, & Abenzoare desumpta est, intellexerunt. De hac quoq; nõ Celsus modò sed ipse etiam Alexander, Paulus, Serapion, Razes, Auicenna, & Haliabbas, Mesue, Constantinusq́; Africanus loqui intendebãt: quũ in morborũ catalogo reposuerunt. Primam uerò speciem, uel neglectã ab his, ut minimè sui ratione morbosam, uel sub hac secunda comprehensam esse ab his omnibus Authoribus, præcipueq́; à Celso (ut patet) determinandũ est. 20 Quanuis autem furfuratio hæc morbus non sit, morbosum tamen symptoma est. cuius causa (ut uidebimus) in intemperie sicca morbus est. Cuius adhùc morbi causas esse ichores ex Galeno declarabimus. Hæcq́; rursùs est, quã (licet rariùs) nonnunq̃ tamen ulcerari & Celsus, & Alexãnder, Atq; noster etiam Arabum Princeps testes sunt. Quanq̃ Paulus, & eum hac in re transcribens Haliabbas simpliciter, absq; ulcere fieri affectionem hanc aiũt. Qua in re de Paulo mirandum est, qui Alexandri (ut liquet) uerba exscribens, dictiones tñ {κατὰ τὸ πλεῖστον} quod est {secundũ plurimũ} non scripsit. Aut ergo in Alexandri, quem Paulus exscripsit, codice non erant uerba hæc, Aut (quod potiùs reputo) in Pauli codice nunc desiderantur. Nisi ueritati, nedùm Alexandro repugnantem Paulum intellexisse malueris. ob ichorum nanq; acrimoniam exulcerari nonnunq̃ inspeximus. Quam ob rem Alexandrum 30 Græcè loquentem legentibus perspicuũ exemplò fit, dictionem {plurimũ} non uerbo {resoluuntur} construendam: ut Andernacus fecit, legendo {plurimùm resoluuntur} neq; cum Albano Torino interpretandum est {κατὰ τὸ πλεῖστον} Latinè {confertim} qui Alexãdri sensum minimè olfaciens, confertim resolui corpuscula intelligit. Quò autem omnes rei ueritatem perspiciant, Alexandrum Græcè loquentem audiamus {ἡ πιτυρίασις ἐστὶ (συντόμως εἰπεῖν) λεπτῶν πιτυροειδῶν σωμάτων, ἔκ τε τῆς ἐπιφανείας τῆς κεφαλῆς, ἢ καὶ ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, ἀπότηξις, χωρὶς ἑλκώσεως κατὰ τὸ πλεῖστον.} quod est, Græcis Latina uerba reddendo {Furfuratio est (ut compẽdiosè dicam) tenuium, furfuraceorũ corporum, ex superficie, tùm capitis, tùm reliqui corporis resolutio, absq; ulcere secundũ plurimùm.} In qua quidem dicendi serie, uerba {secundùm plurimũ} non alteri dictioni accommo- 40 dari posse perspicuũ fit, q̃ ultimò, et statim antehæc dictis. s. {sine ulcere} Sed de his, atq; alijs multis alibi. Hæc iterùm secunda species non tantùm capiti, & barbæ, locisq́; pilo infartis,

sed

a 4[i]. aphorismorum. 77. et. 2[i]. prognosticorum con. 60. in fine.

b 4[i]. aphorismorum. 77.

Pauli locus.

Cõtra Andernacũ, et Albanũ Torinũ.

sed uniuerso etiã corpori cõmunicari solet. Cũq; in capite inualescit, in achoras, uel aliud capitis ulcusculũ, uel interdũ alopecias, aut ophiases permutari (nisi curetur) consueuit. Quũ uerò totũ corpus acriter afflixerit: in psoras, lepras, aut lichenas pertrãsire nõnunq; uisa est. Totius enim corporis cutis albescit: à qua nõ secùs atq; ab ipso capite (si pectine, aut strigili fricueris) furfuraceæ multæ ueluti squamulæ substantiæ resoluentur. Intellexit autem Alexander per humidas, eas, quæ iam exulceratæ sunt, ut è quibus aliquid saniei emanare appareat. Ex quo mirandũ magis est, Paulum Alexandri uerba, de humidæ pityriaseos curatione, transcribentem, Nihilominùs tamen abq; ulcere illas fieri simpliciter protulisse (Nisi pro ut anteà diximus) mancã Pauli literam esse suspicemur. Distinguemus uerò primam speciẽ, à secunda. Etenim ex prima pingue, sordidiusq; caput apparet, & frigidum potiùs sentitur. ut capitis tegmina citò, uelut oleo intincta fuerint, sordidescant: squamulæ item, furfures'ue grossiores, quæ grossi phlegmatis atq; unà tenacis inditia erunt. Capilliq; lenes erunt, et plurimis ad albũ citiùs peruenient. In secunda uerò siccitas quædã, leuiusculusq; sæpiculè pruritus in capite, ac alijs ubi inualuerit partibus absq; oleagina illa sorditie. Vltra quæ squamulæ etiam tenuiores, aridioresq;, cũ quibus sæpenumerò pexo capite plurimi etiã pili cadũt. Quòd si pectendo quadantenùs cõprimas, infricesq; facilè multotiès caput rubefiet. Capilli aridiores, ac sæpè fissiles ob ariditatem fiunt. Præter hæc demùm omnia, prima spẽs uel in corpore, secundũ alias omnes operationes sanissimo, euenire solet: Secunda uerò non nisi uitiosis humorũ ichoribus redundans ipsum corpus sit. Sed hæc satis, atq; intantũ dicta sint hoc loco. Vt duæ furfurationis species à nullo unq; uberiùs enucleatæ innotescant. Reliqua proprijs locis discutienda reseruauimus. Ad id ergo reuertamur, unde digressi fuimus. Duæ nanq; difficultates propositæ sunt. Quarũ prima fuit de porriginis, ac furfurum uocibus apud Pliniũ. Atq; hanc enodabimus, dicentes, Plinio, eiusq; sectatoribus altero Plinio, ac Marcello & Madaurensi Apuleo porriginis nomen, primam iam dictam spẽm: furfures uerò secundam præsetulisse. Altera uerò & maioris quidem momenti difficultas de causis fuit. Cũ tot uariæ Authorũ sententiæ extiterint. Pro huius ergo confusionis elucidatione, imprimis quid nã ichoris nomine Galenus intellexerit, enucleare operæpretiũ est. Quãuis n. ἰχὼρ multa apud ueteres Authores repræsentare appareat: Idẽ nihilominùs omnibus præsefert: uidelicet substantiam quandam tenuem, serosamq; & aquosam, quam in corpore, ac intus uasa adhùc existentem, serosam humorum partem, siue serosum humorem, siue quod clarius est, humorum (ut puta sanguinis, aut alterius bilis, aut pituitæ) serũ, siue serositatem dicere possumus. Extra uasa autem, ac foràs, extra corpus defluentem, saniei quandam sic nominatam speciem, ex Celso, generisq; nomine cũ Plinio saniem uocare possumus. Nec.n. aliud q; præscriptũ illiusmodi serum Plato uoluit, quum ait [e] { Ichor autem, sanguinis quidem serũ, mite: Nigræ uerò bilis, sed acutæ, immite. } Siquidem hæc uerba ex Græco habentur. q̃ q; prima confundat Marsilius, sic interpretans { cruor prætereà, qui sanguinis residuum, & defluxus est. etc. } Nec aliud unq; Hippocrates (Galeni expositione) intellexit.[d] Vel etiam Aristoteles, [e] quũ exquisitè perpenditur. Itemq; Diocles, [f] Anteq; hos omnes Homerus. [g] quũ à sauciata per Diomedem Venere ichorem promanasse effinxit. Quanq; alij cruorem, alij saniem Latinè interpretati sunt. Minimè aduertentes ꝙ Latinum id nomẽ {sanies} tametsi apud Pliniũ Græcorũ ichori aliquando respondens, aquosum quendam sanguinem, ac serosum significet, siue

ab

Primæ speciei inditia.

2æ. spẽi ĩditia.

ἰχὼρ quid?

e in Timæo uersus finẽ.

d ut patet. 4i. de rõne uic. in morb. acut. tex. pº. & 6. epid. cõmẽtario. 2. tex. 38. et 2º. epid. in principio.

e 3i de hist aĩa liũ. 19. in fine. et 20. ante mem.

Cõtra Marsilium.

f in epist. quam Antigono Regi scripsit, quam Paulus refert libro pº. cap ultº.

g lib. 5. Iliados.

ab assato iocinore,[b] aut pulmone[i] defluentē siue è cerebro uiperæ punctis emissam[k] scripserit: Vt eundē aliqui cruorem, aliqui uerò sanguinem simpliciter uocarint. Celso[l] tamen uocabulum {sanies} æquale ichori non est, sed ichorem sub se, uelut speciem, atq; etiam alterā, quam meliceriam uocat, comprehendere hic uoluit: ac utranq; saniei speciem, nec in uenis, aut sanguine posuit, neq; ab assatis iocinore, uel pulmone, sed à malis ulceribus emanantem intellexit. Ichorem intereà tenuem, subalbidum, maximeq; ubi neruo læso inflammatio secuta est: Meliceriam uerò crassiorem, & glutinosiorem, subalbidam, melliq; albo subsimilem, atq; ubi nerui circa articulos læsi sunt, & inter hæc loca, maximè ex genibus defluentem definiens. Qua de re ab æquiuocatione tutum non est, uel saniem, uel cruorem, qui Græcè ἰχὼρ dicitur, interpretari: sed tutius quidem uelut in alijs quoq; multis uocabulis ostendimus, Græcū nomen usurpare: sicq; ichorem appellare. Id nihilominùs memoria tenentes, quod iā anteà admonuimus, serosum quēdam homorem, tenuiorem'ue humorum partem, priùs q; extra uenas eiecta putrescat, ichoris uocabulo significari. Cū uerò corruptus iā est, atq; in tenuius, serosiusq; conuersus est sanguis, uel quiuis alter humor, q̄q; non aliud, q; serosam, tenuemq; illam substantiā præ se ferat, generali tn̄ uocabulo, Celsi dogmate, saniem, ex Auicēnæ aūt interprete, uirus, aut uirulētiā, ex Serapionis uerò traductore, uenenū subtile nūcupare possumus. De quo quidem ichore apud Galenum quoq; nonnihil aliquando legimus. dùm scilicet ab ulceribus siccandum ichorem, abstergendamq; sordem docuit,[m] Atq; ubi quatuor ulcerum tempora definiens,[n] ichorem priùs, ac deinde pus emanare uoluit: pus ichore crassius, quemadmodum & Celsus[o] quoq; supponens. E quibus omnibus mirum non est, si Dioscorides[p] ex uirētibus, intensisq; uiridibus arboris Corni folijs, uel rectiùs legendo, lignis emanantem liquorem, tenuem'ue aquam, siue (ut Plinius[q] idem uocat) sudorem {ichorem} nuncupauit. Sed nostrum prosequamur intentum. Galenus[r] igitur (non secùs ac de Homero, Hippocrate, Platone, Aristotele, atq; etiam Diocle præscriptum iam est) in danda pityriaseos causa, ichoris nomine tenuiorem, aquosiorem'ue humorum, uel sanguinis partem intellexit. Pro cuius rei notitia, omissis ijs, quæ ab ipso, ex libro de elementis secūdo,[s] ac de tuenda ualetudine sexto[t] dicimus (quanq; ibi liquorem, hìc uerò saniem interpretes conuerterunt) Ea præ cæteris exquisitè perpendamus, quæ in sexto epidemiorum[u] perbellè scripsit Galenus. Quoniam. s. quilibet ex quatuor humoribus habet proprium ichorem. Adeò ut ichor quidam sit sanguinis, & hic mitior cæteris omnibus est: Itemq; alius ichor pituitæ, uel dulcis, aut acidæ, aut etiam salsæ, quorum qui dulcis pituitæ ichor, serum'ue, aut colamentum est, mitior reliquis est, q̄q; & hic minùs est, q; ichor sanguinis, ut quartæ substantiæ, Minusq; adhùc q acidæ, minimeq; omnium, qui salsæ. acrior autem qui flauæ, quemadmodum & acerrimus qui atræ bilis ichor & ueluti serum quoddam est. In omnibus autem (ut ab initio sui sermonis annotauit Galenus) uenenosa quadam, & maligna facultate præditam tenuiorem humoris partem intelligit. licet magis, minus'ue hic, aut ille huiusmodi facultatem (uti prædictum est) participet. cū iuxta humorum, quorū ichores hi superfluitates sunt, naturas à se inuicem differant. Quas ob res bonum ichorem eum, qui sanguinis est, uel ex Hippocratis intentione, uocat: aliorum comparatione, qui peiores sunt, ut præsertim qui salsæ pituitæ, uel flauæ, aut demùm atræ bilis ichores existunt. q. d. illum minùs malū esse. Quibus quidem omnibus prælibatis, ad dubij enodationem reuertamur. In primis. n. Galenus[x] (cui ad uerbum Aetius[y] subscripsit) pi-

tyriasis

b ut lib 28. ca. 11. ante medium.
i ut lib. 30. cap. 8. post medium.
k lib. 30. ca. 14 post principia.
l lib. 5. cap. 26. sec. 17.
m 3°. meth. c. 3.
n lib. de totius morbi tempori bus cap. 3.
o lib. 5. cap. 26. sec. 17.
p lib. p°. cap. de cornu. secūdùm Marcellū. 140 qui traduxit {humor.}
q lib. 23. cap. 8. parū post me[m].
r p°. de comp. med. secūdū loc. cap. 8.
s cap. p°.
t cap. 13. et. 14
u comētario. 2. cōm. 38.
x p°. de comp. med. secūdū loc. cap. 8.
y lib. 6. ca. 65.

tyriasis causam esse ait, uitiosos ichores, intellige uti iam iam prædictũ est, tenuiores, serosiores'q; partes bilis utriusq;. s. tam flauæ, q; atræ, atq; etiã salsæ pituitæ. Per id enim quod addit {uitiosos} ab ichoribus sanguinis distinxit, qui, horum respectu, boni potius ichores dicuntur. quemadmodũ ex ipso etiam Galeno [z] didicimus. Hanc Galeni, atq; Aetij comprobantis sententiam Alexander, [a] & Paulus [b] tantùm abest, ut reprobarint: ut potius magno cum artificio simul exponentes approbarint. Etenim Alexander non dixit inde fieri uitium, q pituita salsa, aut biliosus humor, aut melancholicus sanguis in caput efferantur. Sed eius uerba hæc sunt {γίνεται δὲ τὸ πάθος τοῦτο διὰ τὸ κακοχυμίαν τινὰ ἀνενεχθῆναι ἐν τῇ κεφαλῇ, "
φλέγματος ἁλμυροῦ, ἢ χολώδους, καὶ μελαγχολικοῦ αἵματος} quod est, ad uerbũ in- "
terpretando} Fit autem affectus hic, quoniam humoralis quædam prauitas phlegmatis salsi, 10
uel biliosi, & melancholici sanguinis ad caput ascendit} Vbi κακοχυμία (quã exposuimus "
ut sonat, humoralem prauitatem, seu uitium) huiusmodi prædictos ichores significat. Ideò in Genitiuo casu ponũtur humores. q. d. quoniã ichores pituitæ salsæ, uel flauæ bilis, aut atræ ad caput ascendũt. Ita etiã peregrina mente perpendendo Pauli uerba intelligẽda sunt: quùm sic etiã ait, ferè per eadẽ uerba} Fit autem cacochymiã} idest humorali uitio, seu dixisse mauis uitioso humore. Haud. n. addendũ ab Andernaco fuerat {corporis} Fit ergo, inquit Paulus, ex cacochymia uel salsæ pituitæ, uel biliosi, & melancholici sanguinis in caput ascendente} Si "
ergo inuicem comparentur alter alterius expositor fit. Verbi gratia dicit Galenus ex uitiosis ichoribus fieri affectum hunc, si tu ergo adhùc quæras, ex quibus nam ichoribus? Respondebit Alexander cum Paulo, ex ichoribus. s. salsæ pituitæ, uel bilis flauæ, aut atræ. Quòd si 20
priùs Alexandrũ, Paulumq; legeris dicentes fieri ex cacochymia salsæ pituitæ, uel alterius bilis: Dubitare statim posses quomodo ex horum cacochymia? Ex Galeno, atq; Aetio respondere poteris, dicens, ex cacochymia i. ex uitiosis horum ichoribus. Sic igitur Græci authores conciliantur; qui præsertim de secunda, tanq; morbosa specie loquuntur. Serapion [c] uerò non aduertens Alexandrum, et Paulum in Galeni sententiam peruenire: hosq; de humoribus intellexisse opinatus, utranq; causam retulit, dicens {Hæc ægritudo accidit ab humore, aut ue- "
neno malo} per uenenum. n. ut aliàs diximus, ichorem intelligit: dixitq; {malo} sicut illi {uitiosis} addebant. Tu autem ex illorum sententia, humoris uenenum malum, seu uitiosum ichorem intellige. Si. n. humores adiungantur, uidelicet crassiores humorum partes, aliquem furfuribus peiorem affectum gignerent, magisq; in profundioribus consistentem. Nec aliud in- 30
tellexisse Principem dicemus, quùm ait [d] fieri ex materia acuta baurachiati. etc. quasi per acutam materiam, ipsum uoluerit tenuẽ ichorem, q; q;, ut Arabum moris est, uel fortassè interpretum, Barbaro loquẽdi modo ueritatem perturbat. Præsertim cùm nil de bili meminerit. Cũq; ex superfluitate humorum calidorum Serapion in fine generari adiunxerit: nõ aliud, q; quod dictum est insinuat. Etenim calidi iam prædicti ichores sunt. Haud. n. ex dulcis, uel acidæ pituitæ ichoribus fieri Alexãder, Paulusq; ait, qui frigidi sunt, sed salsæ pituitæ, aut bilis, uel atræ, siue melãcholici sanguinis. Si quispiam ergo quæreret, In quo morbi genere hic affectus est? & an calidus, uel frigidus? siq; ichores illi cuticulam illam contabefaciunt, qua id qualitate agunt? Respondet Serapion q calida. Vt ad calidos affectus reducendus hic sit, et in genere morbi, quod est, intemperies calida computandus. Princeps uerò ex sicca intemperie 40
gigni uoluit. Innuuntq; hi ambo, ex sola etiam intemperie fieri posse. Id quod prorsùs impossibile

---

z 6. epid. cõmentario. 2. cõ. 38.
a lib. p°. cap. 4.
b lib. 3. ca. 3. in prin°.

Cõtra Andernacum.

c p°. Breu. c. 4.

d 7[a]. 4[i]. tr. p°. cap. 24.

Pityriasis species. 2[a]. ex sola ẽt ĩtẽperie.

sibile de secūda specie nō uidetur. Nec uetustioribus aliquid addere absurdū est, qn potius laudandū: quotiès aliquid uerū adiungitur. Nam & ex insolatione, atq; immodica nonnūq; siccitate, cuticulā excorticari, ac desquamari uidimus. Verū est tamen ꝙ calor, inductæ siccitatis ratione, id efficiet. Distinguentur autem hæ ab ijs, quæ ex ichoribus fiunt, quoniā quæ sola ex intemperie fient furfurationes paucissimæ erūt. Idcircò fortassis eam negligentes Græci omiserunt. Præsertim cū durare nequeat, quin ad cutim peruenientes humores deniq; corrūpantur. In oībus tamen, quorū causæ prædicti ichores sunt, caliditas cū siccitate redundans est. quemadmodū in prima pityriasis spē, potius frigiditas, nōnūq; cū humiditate, nonnūq; uerò cū siccitate exuperat. Nec aliter ītelligere oportet Razē, q tametsi alicubì omisit bilim,[e] Alibi

10 f tñ, uti præscriptū est, tetigit. Quā nihilominùs Hali Abbas,[g] uel eius īterpres omisit. Vt supplere illius defectui opus sit. Mesue,[h] Cōstātinusq; Afric.[i] frigidos, calidosq; hūores ponētes cōdēnādi nō sūt, si utrāq; spēm cōprehēdere uoluerīt. A qbus eleuati uapores, iā tenuiores existētes portiones, pro ipsis ichoribus ītelligi possunt. Nec absurdū est à sāguinis uitioso ichore fieri, sāguinē pro aggregato ex humoribus quatuor ītelligēdo, uel si de 4ª. ītelligimus substātia, ipsū uitiosū supponere. Vt uitiosus quoq;, ac acris eius ichor sit. Qua de re Cōstātinū quoq; à culpa liberabimus. Abēzoarē[k] uerò de prima pityriasis spē uerū dixisse præscriptū iā ē. Quorū porrò redūdātiū humorū, siue ichorū nota, quēadmodū ī alopecia, & ophiasi dicitur, ex colore cutis distinguētur. q̄ q; furfurū color, ob nimiā cuticulæ siccitatē, uel ēt pituitosi humoris, ut ī prima spē, ad albū sēper uergit. Hæc ad nauscā usq;, et præter nostrā ītentionē di

20 cta sint: Ob noīum, causarūq; tātā apud Authores cōfusionē, ut cui credēdū sit, minimè cōpertū hucusq; fuerit. Præsertī qa multi noui scriptores hodie nil, præter id, quod ab alijs præscriptū iā est, addere, sed eorū dūtaxat monumēta exscribere decreuerūt: Nil unq; uel etiā exponentes, uel (præter q; in paucissimis, & ubi nulla ferè difficultas occurrit) annotantes.

AD aliū igitur affectū per trāsire tēpestiuū est quē numero. 27ᵐ. proposuimus, et {φθειρίασιν} Græcè, q.d. Latinè {pediculationē} uocauimus. Etenī {φθείρ} Græcè, Latinè pediculus ē. Vñ nōnulli ad pediculos, quasi ad morbū remedia docēt. quare Paulus[l] {πρὸς φθεῖρας} hoc est {Ad pedūculos} Galenus[m] uerò, et Aetius[n] {περὶ φθειριάσεως} quod est {de pediculatione} scripserūt. De hoc affectu nōnihil anteà tetigisse recolo. Vbi. s. de cerio loquebamur.[o] Cuius causā aliqñ esse, Priceps dicebat, morsus albaud, hoc est, pediculorū Pharaonis. q.d. fera-

30 liū. Inqt. n. Cælius Aurelianus[p] {Antecedēte cachexia, ēt hoc symptoma gñatur, quod nos ac
» cidēs dicere poterimus. Sūpsit igitur nomē, nō à genere, sed à multitudine pediculorū. Plurimi
» .n. creātur, nūc per totū corpus, nūc per eas partes, quæ capillatura cōceptæ sūt. Et nūc cōsue
» ti, atq; simplicis formæ, nūc ignoti, hoc est, latiores, et duri magis, ac sæuiētes morsibus uehe-
» mēter, quos qdā ferales appellāt. Nā ēt sæpè sub capillis īueniūtur corpora penetrasse.} Id genus morbo Pherecydē philosophū haud incelebrē, Poetamq; Tragicū cōsumptū esse frequens apud Authores memoria est (uti rectè Rhodiginus[q] inquit.) Ad eum grauiter affectum, quū uisendi gratia Pythagoras discipulus aduenisset, ac quo nam pacto haberet sciscitatus esset: immittens is digitum per ianuam, inquit {χροῒ δῆλα} quod est, ex corpore palam est. Et per numinū, maximeq; Apollinis irā immissum referūt Græci scriptores, præsertimq; Aelia

40 nus. De hoc igitur, Q. Serenus[r] ita scripsit {Noxia corporibus quædā de corpore nostro: Pro-
» genuit natura uolēs abrūpere sōnos: Sēsibus, et monitis uigiles ītēdere curas. Sed qs nō paueat
» Pherecydis fata tragœdi? Qui nimio sudore fluēs, aīālia tetra, Eduxit turpi miserū quæ mors

e lib. 25. Cont. cap. 22. litera. N ante meᵐ.
f Ibidē uersus finem.
g 8. Theoricæ. cap. 18.
h cap. 2.
i lib. pº. cap. 5.
k pº. Theysir. tr. pº. cap. 24.

Tumor. 27.
Phthiriasis.

l lib 3. cap. 3. in fine.
m pº de comp. med. secūdū loc. cap. 9.
n lib. 6. ca. 67.
o fol. 174.
p lib. 4. cap. 2. in principio.
q libro. 14. lect. Antiq. cap. 13.
r cap. 5.

te tulerunt.} Quas ob res peripateticorũ Princeps ait {Pediculi ex carne fiũt, qbus futuri, ceu ionthi qdã sine pure emergũt exigui: quos si pungas pediculi exeũt. Accidit morbus hic nonnullis hoĩbus præ nimio corporis humore. Et qdẽ aliquos fœditate obiisse proditũ est ut Alcmanẽ Poetam, et Pherecydẽ Syrũ.} E qbus et Plinij[s] locus explanatur, quũ ait {Morborũ uerò tã infinita est multitudo, ut Pherecydes Syrus copia serpentiũ ex corpore eius erũpente, expirauerit.} Etenĩ qa solẽt Græci ἑρπετά simpliciter, et ἑρπετὰ ἐν τῇ κεφαλῇ pediculos appellare. Idẽ uerò ẽ Græcè ἑρπετόν quod latinè serpẽs, seu repẽs, à uerbo {ἕρπω} quod est, repo, seu serpo. Inde igitur Plinius Græcorũ imitatione, serpẽtes uocat pediculos: quoniã super corpus ipsum serpunt, præcipueq; ĩ capite. Non ut aliq opinantur colubri, aut uiperæ fortassis è Pherecydis corpore exudarũt. Id etiã genus incurabili morbo Sylla Dictator, et Aleman (teste Plinio[t]) interierũt. Vt mirũ sit nasci quoq; in sanguine ipso hominis aĩalia (aliàs inquit)[u] exesura corpus. Quã ob rẽ alibi[x] de eodẽ Sylla testatur. q sibi fœlicis cognomen asseruit {Age, Non exitus uitæ eius, oĩum proscriptorũ ab illo calamitate crudelior fuit, erodẽte se ipso corpore, et supplicia sibi gignẽte?} Quocirca Serenus quoq; subdit[y] {Sylla quoq; infœlix tali lãguore peresus, Corruit, et fœdo se uidit ab agmine uinci.} Forteq; ob id, ĩ Cornelia domo, nemo ante Syllã Dictatorẽ traditur esse crematus. Cõburi.n. suũ corpus uel ipse, uel quiuis alter iussit, ob tantã fœditatẽ. q̃q; Plinius[z] nõ hãc ob causam cẽsct: sed id eũ uoluisse, ueritũ talionẽ, eruto Cai Marij cadauere. Quicqd tñ de hoc sit, quod nostrũ ẽ exequamur. {Aegyptij Reges, (inqt alter Plinius[a] recẽtior) qbus erat studiũ scrutari corpora mortuorũ, et causas ualetudinũ, oculata fide recognoscere: in corde ipso nasci eiusmodi uitiũ. s. phthiriasim prodiderũt} Eius uerò curationem alibi[b] Marcello[c] congruens edocuit. Celsus de pediculis palpebrarũ loquens, ex Græcis etiã φθειρίασιν uocat.[d] Veluti et q̃ plurimis in locis Plinius.[e] Galenus[f] uitij causam ita definit {pediculorũ generatio quibusdã in capite cõtingit ἀθρόως (hoc est aceruatim. q. d. simul copia multa) ex multis uidelicet humoribus, calidis qdẽ, sed nõ ad tantã caliditatẽ progressis, ad q̃tã perueniũt acres ichores. Quare manifestũ est in profundo cutis pediculationis affectionẽ fieri. Vbi etiã aĩalia hæc generari possibile est: nõ in superficie cutis, ĩ qua furfurationẽ cõsistere diximus} Eadẽ ferè tũ Aetius,[g] tũ quoq; ex Arabibus Serapion,[h] ac Razes[i] exscripserũt. E quibus liquet non ex ichoribus, at ex ipsa humorũ substãtia fieri pediculos. Vt nõ temerè Auicẽna[k] ad ea, quæ ferè mediocria secũdũ substantiã sunt, referre uisus sit. Quòd si Hali Abbas grossam humiditatẽ scripsit.[l] si tñ exquisitiùs perpendatur eius sententia, deductoq; liuore, Tenuissimorũ relatione grossam ĩtellexit: eorũ s. è qbus furfures fiũt, uel q per halitũ insensibilẽ digerũtur, aut in sudorẽ, uel in sordes conuertuntur: ueluti perbellè Auicenna declarat. Nec eiusmodi calidus humor bilis rubea tantũ est: ueluti eã solã Cælius Aurelianus[m] expressit. Verũ qlibet humor, præcipueq; (ut opinor) sanguis, ac pituita, quibus putredinalis calor aduenerit, non multus, nec (ut Abẽzoar[n] ait) in facto esse: sed in fieri. quousq; s. aĩatũ qd fieri (Auicẽna explanãte) põt. Vñ pediculus Græcè dictus est {φθείρ} à uerbo φθείρω, quod est putrefio: quoniã ex corporis putredine fit. Vt in Etymologico legimus. Quanq̃; communis pediculorum generatio, absq; tumore euidenti fieri queat. In ea tamen de qua hìc loquimur, pediculatione, ob infartam esse cutim & putridis illis humoribus, & pediculis etiam, quibus adhùc erodentibus, dolorem fieri, mordicationemq;, & inde ulcuscula cõtingit: tumores quoq; eleuari necessum est. Vltra q uelut ionthi præexistunt, perinde, ut Aristoteles[a] inquit, quibus apertis pediculi exeunt. Ad calidos uerò hic

a 5[i]. de hist. animaliũ cap. 31.
s lib. 7. cap. 51.
Plinij locus expositus.
t lib. 11. ca. 33.
u lib. 26. ca. 13. in fine.
x lib. 7. ca. 43.
y cap. 5.
z lib. 7°. ca. 54
a libro. 4. de re medica. cap. p°. ubi de raphani uiribus loquitur.
b lib. p° cap. 4. de re medica.
c lib. p°. cap. 4. de medicametis.
d 6[i]. 6°. sec. 15.
e ut præter allegata loca etiã lib. 20. c. 6. post me[m]. 22. post prĩcipia: lib. 23. ca. 4°. uersus finẽ. p°. post prin[a]. 8. uersus finẽ.: lib. 24. cap. 5. circa. me[m]. 9°. ĩ fine. 10. ĩ prin°. bis. et circa me[m].: li. 25. ca. 5. ĩ fine.: lib. 30. cap. 14. post me[m]. et alibi sæpè.
f p°. de comp. med. secũdũ loc. cap. 8.
g lib 6. cap. 67.
h p°. Breu. c. 5.
i 25. Cõt. c. 17.
k 7[a]. 4[i]. tr. 3°. cap. 26.
l 8. Theoricæ. cap. 17.
m li. 4. Chroniõ c. 2. circa prin[a].
n libro p°. tr. p°. cap. 11.

rò hic affectus putredinis ratione referendus est. Arabicè {Motes immores}.i. pediculi exponitur in synonymis continentis Rasis. Sunt uerò & quædam species pediculorum, qui dicuntur Arabicè {alcarad} à nostris uulgò piattolæ dicūtur, in Sicilia chattulli. Abēzoar[b] uocat platulas. Nec aliā intelligi opinor, q̄ hanc spēm apud Arabes nomine {alguardan} & interdū sine articulo {guardan} et {gardan} atq; ēt {alseed} quā in inguine, atq; axillis præcipuè oriri, antiquior Arabicorū noīum Auicennæ ĩterpres ait. Præter hāc uerò pediculorū speciem alia est, sub cuticula oboriens, ibiq; affixa permanens, aut parum deambulans, præcipueq; in manibus, & pedibus, frequētiusq; ĩ pedibus infantiū, non permittens illos quiescere: Dnr Arabicè {assoab} apud Abēzoarem, à nostris uulgò pedicelli, dicunt aliqui pedoscelli. Mirum herclè dictu, q͏ uti perbellè Abenzoar descripsit, cū excoriatur cutis (ubi s. minimus ille ionthus uarus'ue, cuiusdā sudaminis ĩstar, apparet) exeūt aĩalia uiua, tā paruūcula, q͏ uix possunt uideri.

b.p°.They.tr.8.cap.8.

c 2°.They.tr.7°.cap.19.

SED Alios quoq; tumores à Galeno, in suo de tumoribus cōmētario, minimè tactos perpēdamus. In ipsis uidelicet oculis, eorūq; partibus nouū hūc iā inceptū catalogū cōtexentes: siue Græcis, siue Latinis, aut Arabicis noībus uocentur. Quēadmodū ergo Galenus pterygion, ipsius adnatæ oculi tunicæ morbum, et staphyloma, ipsius ēt oculi tunicæ corneæ uocatæ affectū in tumorū albo recēsuit: Quos ātea nos ordine sexagesimū,[o] et 61[m].[p] declarauimus. Itēq; ut angulorū oculi morbū Encanthida recoluit: Quē rursus ordine 59[m]. supra[q] enucleauimus: Quam ob causam plures alios tum totius oculi, tū et earūdē tunicarū, atq; uueæ ēt noīatæ, sic & alios angulorū, ac deniq; palpebrarū quoq; tumores omisit? Nullamq; nihilominus tumorū speciem remanere gloriatur, quā in eo cōmentariolo non tetigerit? Sed qui sint, & quales hi tumores enumeremus, à totius oculi tumoribus exorsi, numerum tamē inceptum, pro clariore noui catalogi numero, obseruātes.

Repetitur obiectio aduersus Galenū.
o sup. fol. 284.
p fol. 291.
q fol. 283.

¶ Totius Oculi & partium eius Tumoris numero. 63.

Totius Tumor.
28. Proptosis Galeni siue epiesmos Pauli
Totius sed præcipuè Mēbranæ adnatæ Tumores.
29. Taraxis.
30. Ophthalmia.
31. Epiphora Introductorij.
32. Chemosis. (Ctorij
33. Xerophthalmia.
34. Sclerophthalmia.
35. Scirrhopthalmia.
Mēbranæ corneæ tūores.
36. Phlyctæna.
37. Bothrion.
38. Cœloma.
39. Argemon.
40. Epicauma.
41. Encauma.
42. Myocephalos.
43. Melon.
44. Clau⁹ Pauli, & Aetij.
45. Clauus Introductorij. et Celsi.
46. Hypopyon.
47. Onyx.i.unguis.
Adnatæ atq; etiā corneæ communes tumores.
48. Hyposphagma.
49. Achlys Aetij.
50. Nephelion Aetij.
51. Vla, seu Nepheliō.
52. Leucoma. (Pauli.
53. Sebel.
54. Bothor Auic.
55. Hymenepanastasis
56. Nyctalopia.
57. Anthracosis.
58. Carcinoma.
Vueæ mēbranæ tumores.
59. Synchysis.
60. Mydriasis.
61. Proptosis, Pauli.
Palpebrarū tumores.
62. Ptilosis.
63. Madarosis, seu Milphosis.
64. Pladarotes.
65. Emphysema.
66. Symphysis, siue ancylosis.
67. Etropion.
68. Lagophthalmos.
69. Trachoma.
70. Sycosis.
71. Tylosis.
72. Dasyma.
73. Pachytes.
74. Barytes.
75. Hydatis.
76. Psorophthalmia.
77. Crite.
78. Chalazion.
79. Poriasis.
80. Lithiasis.
81. Alantisac.
82. Sude: Auic.
83. Sarcosis.
84. Lupia.
85. Mydesis.
86. Pustula Abēzoaris
87. Scleriasis.
Angulorū oculi tumores.
88. Anchylops.
89. Aegylops.
90. Epinyctis Plinij.

Tumor.28.
Proptosis, uel Ecpiesmos.
r fol.197.
s post mem.
t cap.15.
u lib.3.cap. 22. prope finem.
x lib.7.cap.55.
y lib.7.cap.24 & uide.ca.2.in fine.

PRIMVS Ergo tumorum oculi propriorum, qui octauus supra uigesimum ordine dicendus est, à Galeno Græcè πρόπτωσις.q.d. Latinè procidentia uocatur. De hoc nonnulla obiter à nobis præscripta iam sunt. Vbi de staphylomate propositus, ex Galeni catalogo, sermo fuerat.[r] Illùc ergo recurras, Denuóq; illis exactè perpensis, hùc reuertaris: & causas morbi consideres. Etenim Definitionum Medicarum Author[s] ab ictu uiolento[1] (ut in athleticis certaminibus contingere solet) uel strangulatione,[2] cũ febre[3], uel capitis dolore[4] fieri proptosin, procidẽtiam'ue definiuit. Introductorius[t] uerò qntã causam posuit, ipsam uidelicet inflãmationẽ, qua moti oculi à sede sua procidunt. Sextam ex Paulo[u] adiungemus (qui ἐκπιεσμὸν.i. expressionem intereà nuncupat) ex uehementi uidelicet dolore (intelligo oculorum, aliter eadem esset cum quarta.) Atq; ex eodem septimã discas, quoniam.s. mulieribus ex uiolẽto partu nonnunq̃; contingit. Octauam ab Aetio[x] sub ἐκπιεσμοῦ nomine intelligas. Ex fluxionibus.n. plurimis, quæ aceruatim à capite defluxerunt (etiam si phlegmone non sit, percipito) exprimi oculum cõtingit. Qua q̃; Aetius seorsum de proptosi loquens,[y] longè peiorem affectũ intelligit. ut ἐκπιεσμὸς, quod est Latinè expressio prominentiam quandã ipsi præsferat: haudquaq̃; tamen procidentiam. Sed πρόπτωσις, de qua iam anteà locutus fuerat,[y] est q̀um totus oculus foràs procidit: Vt à palpebris contegi non possit: Aliquando etiã usq; ad malas, & supercilia. Atq; hoc maximè contingit ex casu ab alto loco, aut ex plagis ictibus'ue capitis uiolentis. Prædixerat uerò uel ex ulceribus carbunculosis,[9] aut internis uasis, ac pelliculis, qbus adhæret oculus ruptis, aut laxatis,[10] eiusmodi affectũ aliqñ euenisse. Præter quas omnes prædictas causas, ab Arabũ Principe[z] quatuor alias collegimus, uidelicet septimi oculos cõtinentis musculi paralysim[11] (quam Razes quoq; insinuat[a]) uehementem uomitum,[12] clamoremq́;,[13] ac tinesmum.[14] A quauis autem causa euenerit, tumor quidam in oculis apparet. qui si ex humoribus factus sit, Ad calidos, uel frigidos, pro humoris ipsum efficientis ratione reducetur. Arabicè dicitur {almahagiat} Bellunensi[b] teste. Antiquus uerò Arabicorũ nominum Interpres habet {alicod.i. ægritudo, qua oculi mouentur ad exteriora.}

z 3a.fen.3i.tr. 2.cap.30.
a 2.Cõt.cap.2. litera z.
b in expositione Arabic.noĩum.
Almahagiat.
Alicod.

Tumor.29.
Taraxis.
c cap.15.
d lib.3.cap.22. circa prin.
e lib.7.cap.3.
f 3a.3i. tr.p°. ca.6.ĩ prin°
g Ibidem, post principia.
Aphriben.

AB Hoc uigesimus nonus tumor sequitur, qui Græcè {τάραξις} dicitur, Latinè resonans {perturbatio} à uerbo {ταράττω} quod est, {perturbo} De qua sic Introductorius Author ait[c] {Taraxis perturbatio'ue est, quùm oculus leuiter, ac mediocriter commotus tandem rubicundior euadit.} Paulus[d] oculi humiditatem esse definit, & calorem cum rubore præternaturali nõ ex corpore, sed ab externa aliqua causa proueniẽtẽ. Vt à sole, fumo, puluere, uel oleo. Qua de re occasione ipsius ablata, promptissimè soluitur. Nec aliud Aetius[e] insinuat. Auic.[f] ophthalmiã nõ uerã, et ueræ similẽ, et cõturbationẽ, seu turbulẽtiã uocat. Antiqor litera habet {uacillationẽ.} Quãuis posteà[g] Græco noĩe utatur quadãtenùs corrupto. dicẽdo {tarasis} uel ut alia dicit {tharachsis} Dixitq́; {cũ permutatur, & est in principio permutationis ĩ ophthalmiã, noĩatur Græcè, aphriben} Incognitũ ferè nomen è quonam Græco deriuetur, usq; adeò corruptum est. Græca tamen dictio est {ἐπιφορά} de qua posteriùs loquemur. Aliquis ibi tumor calidus, & sanguineus existit, quanq̃; leuis adhùc, uaporosusq́;. Calidus ergo est.

Tumor.30.
Ophthalmia.
h 4°. de comp. med secũdũ loc. cap.2.
i 2°.meth.ca.2.

OPHTHALMIA uerò manifestior tumor, atq; interdùm ingens, cũ uehementissimo dolore fit. Hũc trigesimum ordine proposuimus. Membranæ oculi adnatæ phlegmone est: quã propriè Galenus ait[h] {ὀφθαλμίαν} dici, noĩe (ut aliàs[i] inquit) sumpto à sede affecto. Etenim {ὀφθαλμός} Græcè idẽ est, q̃ Latinè {oculus,} unñ {ophthalmia} deriuatur, quasi dicat {ocularis} Notissimus quidem omnibus affectus est, quem non Celsus, modò, ac Plinius, sed Romani oẽs

ni omnes lippitudinem unanimi cõsensu uocarunt.

QVOTIES autem unà cum ingenti phlegmone, humoris etiam copia influxerit, Introductorius Author epiphoram (Latinè defluxionis impetum nonnulli conuertunt) propriè nominari uoluit. Tametsi (ut ait) commune nomen id est, tùm inflammationis magnæ uniuerso illatæ corpori, tum largorum fluorũ. Adeò ut de testiũ quoq; epiphoris Plinius aliquãdo meminerit.[k] qui tamen sexcentis in locis epiphorã eam, quæ in oculis fit, intelligit. At lachrymarũ quoq; copia etiam sine phlegmone, aut ullo tumore sub epiphoræ nomenclatura intelligi potest. Propterea nonnulli, pro lachrymarũ defluxu immodico, epiphoræ nomen usurparunt. Ni ex gemitu, ac tristitia fiat. De morbosis.n. lachrymis nũc sermo est, ꝙ epiphoræ nũcupentur.
10 Sic Largus,[l] & Columella,[m] ultra Plinium, epiphoram intellexerunt. Quam Celsus[n] pituitæ cursum uocat. Nos autẽ hic ex Introductorio magnã intelligimus phlegmonen, unde pituitæ cursus emanet, lachrymæ'ue, et fluxionis impetus sit. Quocirca à propriè dicta ophthalmia, lippitudine'ue, in eo quod maius est, differt. Quã Celsus his uerbis descripsisse apparet:
„ quũ sic ait[o] {Hos igitur interdũ inflãmatio occupat, ubi cũ tumore in his dolor est, sequiturq;
„ pituitæ cursus, nonnunq; copiosior, uel acrior, nonnunq; utraq; parte moderatior.} Nos intelligemus, ubi acrior, copiosiorq; pituitæ cursus fit, epiphoræ noĩe tumorẽ qdẽ hũc, quẽ trigesimũ primũ ordine recensuimus. Idẽ quoq; apud Galenũ[p] Alexãdrũ,[q] Paulũq;[r] intelligo. E quibus rursũ liquet, ꝙ Auicẽna rectius dixisset {aphriben}.i.epiphorã uocari, qñ ex ophthalmia trãsitus fit ĩ chemosim: adaucta.s.ophthalmia (q̃.q; et saluari eius sentẽtia põt, largiùs epiphorã
20 capiẽdo.s.pro humorũ ad oculos effluxu. Cũ taraxis ipsa, præter euidẽtẽ effluxũ extiterit.

EST aũt χύμωσις, uel (ut alij per.η.scribũt) χήμωσις (Paulo[s] definiente) Cũ utræq; palpebræ ex uehementi inflãmatione inuersæ fuerint. Vt uix oculi ab ipsis cõtegantur, et albũ oculi nigro sublimius euaserit, rubrũq; iã redditũ plurimã nigri partem occupet. Nec aliud Aetius[t] esse innuit. Si ergo scribatur per.υ. {χύμωσις} formari dicemus à uerbo {χύω} quod ẽ {fundo} ut nil aliud sit χύμωσις, q̃ fusio quædã.q.d.copiosa defluxio, ac sparsio sanguinis in adnata. Hac igitur ratione scribetur Latinè {chymosis} Nobis uerò magis arridet, ut scribatur per.η. {χήμωσις} q.d.Latinè {hiatulatio} nuper usurpato uocabulo, à similitudine hiatulæ, q̃ Græcè {χήμη,} à qbusdã etiã ex nostris {chame} nũcupatur. Quarũ caro circũcircà rubidior existẽs, ĩ medio cauã, nigrãq; cõtinet. Quocirca Introductorius Author[u] ait
30 {χήμωσις ex ĩflãmatiõe uehemẽtiore utrasq; palpebras ĩ exteriorẽ partẽ detorquet, ne totũ
„ oculũ cõtegãt. Propriè uerò χήμωσις dicitur, quũ albũ utraq; iridis parte ĩflãmatione afficia-
„ tur. Iuxta irim aũt cauũ, hiatularũ similitudine, apparet} Idemq; Definitionũ Author[x] ĩnuit,
„ dicẽs {chemosis est ambiẽtis oculũ mẽbranæ, quod albũ quoq; appellatur, affectus, hiatulæ carni persimilis} Sic.n. Græcè legẽdũ {ὅμοιον χήμης σαρκὶ} ubi dicitur ĩ ĩpresso codice {ὅμοιον λευκῇ σαρκὶ} quod est {similis albæ carni} Hac igitur rõne scribendũ nostris characteribus {chemosis} Quouis aũt modo scribatur, uel proferatur, satis est affectus differentiam pernouisse. Si.n. tædio affectus qspiã, ophthalmiæ spẽs esse, chemosin, epiphorãq;, ac taraxin, & eam, quam proprio, specialiq; rursus nomine, ophthalmiam appellauimus, recenseat. Velut Arabes obseruarunt, nihil interest. q̃.q; illi tres expresserunt spẽs, epiphoran intereà sub
40 ophthalmia propriè dicta, uel chemosi comprehendentes. Taraxis à Serapione[y] (quam primam speciem ophthalmiæ dixit) corruptè {Tarkinisis} dicitur. Secũda species {Noutelinie}

Tumor.31.
Epiphora.
k lib.20.ca.13 prope finem.
l cap. 19. usq; ad.27.sæpè.
m lib.7.cap.17 prope finem.
n lib.6.cap. 6. sæpè.præsertim. sec.pa.et.8.et uide.lib.7 cap.7. sec.pa. & præsertim.14.
o lib. 6. cap. 6. sec pa.ãte me[m].
p 4o. de comp. med.secũdũ loc. cap.5.
q lib.2. cap.po.
Tumor.32.
Chymosis.
r lib.3.cap.22. sec.5.
χύμωσις.
s ubi supa.sec.6
t lib.6.cap 5.
χήμωσις.
u cap.15. post medium.
x post me[m].lib.
Definitionum libri locus.
y lib. 2o. Breu. cap.5o.

z 9. Theoricæ cap.12.et.5.Practicæ.cap.34.
a lib.9.ca.15.
b cap.19.
c lib.2.Cōt.ca. p°.et.2. litera D
d Ibidē. cap.2. D.circa mem.
e 3ª fen.3ª. tr. p°. cap. 6. post principia.
f supra fo.284 in medio et īde.

& est,quam propriè ophthalmiam ex Galeno uocauimus. Tertia species nominatur ab eo {kermusilis} q.d.chemosis. Tres quoq; has ut ophthalmiæ species Hali Abbas [z] declarat. Razes ad Mansorem scribēs,[a] & in Diuisionibus [b] sub ophthalmiæ, corruptéq; obtalmiæ nomine cunctas cōprehendit. In Continente [c] uerò tametsi non aliud uoluerit: speciatim nihilo minus Græcorū {chemosin} ipse Arabicè {guardinigi} appellat,et {Rosciriū} Tresq; Ioānitij authoritate species aliquando [d] declarat. Arabum deniq; Princeps noster[e] ultimam speciem ex Græcis {chymosin} corruptéq; in quibusdam codicibus {scinosin} appellari ait. subdens {Et apud nos dicitur alguardenisi} secundū nouam autem literam {aluardinegi} De quo tamen uocabulo paucula quædā à nobis scripta [f] legas, ubi de encanthide sermocinati sumus. Siue autem tres, siue quatuor ophthalmiæ species ponantur, quanq; ex omnibus humoribus gigni (Auicenna docente) cōtingit, quia tamen inclusi putrescunt, calesiuntq;, ut phlegmonen in oculis inducant: Idcircò ad calidos referēdi tumores sunt. Præsertim quia rarissimè ab alio,q; à sanguine bilioso,uel sanguinea bili gignuntur. In synonymis continentis Rasis legimus {fartis} .i. ophthalmia de motu pectoris, & pulmonis. Sed alia contemplemur.

Tumor.33°.
Xerophthalmia.
a lib.6. cap. 6. sec.29.
g ca.15.ī pri°.
h libro.3.cap.3. sec.9.
i lib.7.cap.2.
k ubi supª.post principia.
Obiectio.
l ubi supª sec.9
m lib.7.ca.75.
n lib.9.Theoricæ cap.13. post prinª.et uide.5. Pract.cap.37.
o 3ª.3ª. tr. 3. ca. 5.
Resp̄ sio pª.
2ª.

AB His sequitur trigesimustertius tumor, qui {ξηροφθαλμία} q.d. Arida lippitudo dicitur. Haud.n.obstat,quoniam Celsus [a] non tumere oculos ait. Verum nanq; esse admittimus euidentem tumorem non habere oculos. Intrinsecùs tamen aliquis tumor est,humoris inspersi ratione, Vnde & rubedo, & grauitas succedit, atq; etiam dolor. Introductorius Author [g] inter oculi totiùs affectus (nō temerè,ut mihi uidetur) annumerat. Ita etiā Paulus.[h] Præcipuè autē adnatæ esse,ueluti præscriptos,determinamus. Nec aliud uidetur [i] Aetius uelle,qui communem oculis,ac palpebris posuit. Potest enim priùs oculorum morbus esse, interim uerò & ipsis palpebris communicari. Arabum uerò Princeps inter palpebrarum (ut uidebimus) morbos recenset. Sed morbi definitionem intelligamus. Inquit ergo Introductorius.[k] {xerophthalmia est cùm anguli,ulcerosi,exasperati, & pruriginosi sunt,palpebræ rubent, lachryma salsa & nitrosa profluit.} Ex qua quidem admissa definitione non arida penès hunc Authorem diceretur.qa.s.nihil penitùs inde effluat,quēadmodū Paulus [l] uoluit, Aetiusq; [m] (licet non expresserit) insinuare tamen uidetur. Sed quoniam quod defluit arefactiuum est, quia nitrosum,salsumq;,ac per hoc pruriginis inductiuum. Introductorio Hali Abbas [n] adhærere uidetur,qui pruriginem uocat. Arabum uerò Princeps,[o] oculi siccitatem nūcupans, Paulo magis assentit.quoniam.s.nulla inde materia defluat. Id quod sæpenumerò propter materiæ grossitiem euenire ait: nil.s.humoris effluere. NOS autem Maxima ex parte sic esse,uti Paulus ait,nōnunq; uerò cū Introductorio salsas,acresq;,et nitrosas emanare lachrymas posse,aliquando affirmauimus. Itaq; Authores quodammodò conciliauimus. Tumorémq; ibi aliquem inesse adiunximus,ob infartos humores,qui ruborem,pruritum,ulcera, & asperitatem efficiunt. Citra duritiem tamen esse Aetius inquit. Verùm si exquisitiùs singula perlibrarimus,ut nos posteà obseruauimus, Introductorij Definitionem, ipsius psorophthalmiæ esse,à Paulo,magisq; ab Aetio declaratam inueniemus, de qua tamen psorophthalmia posteriùs loquemur. Attamen restat mox considerandum, quoniam Hali Abbas seorsum, de oculi prurigine,quam diximus,[p] & de alia [q] loquitur, quam inter palpebrarum morbos recenset, ac scabiem quoq; appellat, in quatuor (ut uidebimus) species distinguens. Vel ergo Introductorij Codicem deprauatum esse existimandum, & psorophthalmiam xerophthalmiæ lo-

p 9.Theor.cap. 13.post prinª. et 5.pract. ca.37.
q 9.Theor. ca. 13. post memª. et 5.Pract.ca.48.

p°. co

eo ponendũ eſt, tuncq; xerophthalmiæ iam definitio deerit. Hoc interim annotantibus, quoniã ſ.penès Introductorij Authoris decreta diff rũt pſorophthalmia, & pſoriaſis. Illa.n.oculi 2ᵒ. affectus ſcabies'ue eſt, hæc uerò ipſius palpebrarum coronæ. Vel ſecundò Authorem illum condemnare oportet, Pauloq;, Aetio, & Auicennæ inhærere nil inde profluere determinan- 3ᵒ. tibus. Vel quod magis pium eſt (uti iam prætactum eſt) ſic inuicem conciliare. Vt magna. ſ. ex parte aridi, nihilq; manantes oculi ſint, Aliquando tamẽ, ob ardoris, pruritusq; uim lachrymæ moueantur, quæ nihilominùs pauciores ſint, q̃ in ipſa pſorophthalmia. Quòd ſi nil inde emanet, adhùc tamen in tumorum catalogo reponimus, tùm rõne humoris nitroſi pruriginem inducentis copia, tùm ratione pruritus, quoniam aſſidua fricatione oculos, palpebrasq; tumere 10 neceſſum eſt. Ad calidos uerò potiùs referrem.

NEC Minùs inter oculi affectus, atq; huius præſertim adnatæ, alius quoq; à Paulo,[r] Introductorijq; Authore deſcriptus tumor eſt, qui σκληροφθαλμία. q.d. dura lippitudo nuncupatur. quẽ tumorem ordine quartum & trigeſimum propoſuimus. Quanq; Aetius[s] cõmunem oculo, & palpebræ poſuit. Cuius definitionem à Demoſtene præſcriptam, ut reliquis copioſiorẽ enarrabimus. Inquit ergo ex Demoſtene Aetius { Sclerophthalmia eſt, quùm palpebræ duriores fuerint, & ipſe oculus durior, & ad motum pigrior fuerit, dolensq;, ac rubicundus. Et præſertim quùm poſt ſurrectionem ex ſomno, palpebræ difficulter aperiri poſſunt: & nulla humiditas euacuatur: Gramæ uerò in angulis conſiſtunt paruæ, contortæ ſubaridæ. Et quùm ipſas palpebras euertere uolumus, non facilè à nobis euerti poſſunt, ob duri- 20 tiam. } Hanc ferè definitionem Hali Abbas[t] tranſcripſit, qui duritiem in oculo uocat. Nec differt Razes,[u] duritiem quoq; appellans, ac deniq; Auicenna,[x] qui { Geſſe } Arabicè nuncupat. Qui unà cum Raze lippitudinem aliquando aridam, groſſamq; ineſſe dicentes, non aliud lippitudinis nomine intelligunt, q̃ prædictas gramas, hircquorumq; lemas. Haud enim, ut ex Romanis prædiximus, ophthalmiam. Huius origo eſſe ſolet, poſt ophthalmiam, uel chemoſim, uel epiphoram, quotiès, uel nimiùm congelatæ, uel acrioribus medicamentis aſſiccatæ ab inconſultis medicis fuerint. Quanuis ergo nonnihil adhùc calidi particeps ſit: ad frigidum nihilominùs uergit. Cũ glutinoſa, atq; ſiccata pituita, uel melãcholicus humor dominetur. Eóq; magis aduenire huiuſmodi tumor cõſueuit, quò durior, groſſiorq; ophthalmiæ humor extiterit.

Tumor. 34ᵒ.
Sclerophthalmia.

r lib. 3. cap. 22.
ſec 9.
s lib. 7. cap. 2. & 74.
t 9. Theor. cap. 13. poſt prinᵃ. et 5. Pract. ca. 36.
u lib. 2 Contin. cap. 2. litera. EE.
x 3ᵃ, 1ᵃ. tr. 3ᵃ. cap. 5.

INTRODVCTORIVS Autem liber σκίρρωσιν, ut à ſclerophthalmia diuerſum af- 30 fectum adiunxit. tametſi duritiem nomen id, non minùs, q̃ σκλήρωσις ſignificat. Nos ergo ex eius placitis hunc tumorem ordine trigeſimum quintum addidimus, & quoniã in oculis etiã aduenit, quò ab aliorum membrorũ duritie differat, ſcirrhophthalmian appellauimus { Oritur autem (ut ait) ex inflammationis diuturnæ uehementia, carne increſcente, & ſubliuida }

Tumor. 35ᵒ.
Scirrhophthalmia.

A Quo ſtatim reliquos percurramus affectus ipſi quidem mẽbranæ dictæ corneæ proprios. De quibus quidem omnibus iam, tametſi obiter, Nihilominùs tamen plurimũ quod ad propoſitum ſpectat abſoluimus. Vbi de pterygio, ſexageſimo quidem, ex Galeni catalogo, atq; etiã de ſtaphylomate, ſexageſimoprimo & hoc tumore, ſermonem habuimus. De hypopyo qdem, & onyche, ungue'ue, tumoribus proculdubiò calidis, in ſermone de pterygio[y] ſatis ſuperq; præſcriptum eſt. De reliquis uerò omnibus, ut phlyctænis, quas Aui. ueſicas uocat, Bothrio, 40 cœlomate, Argemo, Epicaumate, Encaumate, Myocephalo, Malo, & Clauo utroq;, calidis quidem et ijs, quatenùs erodentem, ſiue nitroſam. putridamq; pituitam, ſiue bilim, uel admiſtũ

Tumor. 36ᵒ. uſq; ad. 47ᵐ.

y fol 234. 30. et ſequẽtibus.

humorem in tunicis inspersum, ut mali causam habent: In sermone, quem uberrimè de staphylomate habuimus, determinatum iam est.[a] Quam ob rem hìc repetere superpondium foret. Illùc ergo repetas. Quibus euestigiò intellectis, mox deinde hùc reuertare. Atq; illis paucula superaddas. Etenim in synonymis Razis legimus {colcotana, idest pustulæ, in cornea.} credo autem aliud nolle, q; id, quod apertiùs Arabum Princeps[z] de sanie sub cornea loquens (quam nos ex Græcis ὄνυχα. i. unguem, & ὑπόπυον. q. d. suppurationem uocari diximus) ait {Et quando corroditur cum ea pars. s. corneæ, nominatur calcathaia} uetustior autem litera habet {calcataren} aliqui dicunt {calcateron} usq; adeò Arabicorum nominum corruptio, uariusq; apud uarios illius Idiomatis Authores usus est. Rursusq; in ijsdem synonymis Serapionis legimus {alfuchoach. i. ungula oculi.} Pluraq; in his alia. Quæ, ne in Barbarorum barathrũ ceciderimus, omisisse certum est.

ITAQVE ad tumores adnatæ, corneæq; communes accedamus. à quadragesimo octauo exorsi, hyposphagmate inq;. Pro cuius iterùm enucleatione, quæ à nobis anteà obiter scripta sunt, perpẽdito. Vbi. s. ecchymoseos speciẽ secundã explanauimus.[a] Halia Abbas[b] {Tarfa.n.} nominat. Abenzoar[c] uerò {tassam.} In synonymis Contin. Rasis legimus {anisum} & paulò post {ammyum idest sanguis ligatus in cornea.} Sed primũ superficialiùs, secundùm profundiùs consistere significat. Item paulò post ibidem scribitur {analotira. i. tarfa. i. sanguis ligatus in oculis} Ibidemq; {anosikima} idem morbus appellatur. Alibi uerò[k] {sanguinẽ mortificatũ in oculis[l]} & {maculã[m]} uocat. DE Pauli autem Nephelio, atq; Aetij tam Nephelio, q; Achly, hoc est, caligine, prædictum quoq; est, in eo sermone, in quo de staphylomate pertractabamus.[d] Nunc uerò sat est annotasse, quoniam Arabicè {ketamon} dicitur ab Antiquo Arabicorũ nominum Auicennæ interprete, quod est in oculo quasi nubes. Atq; in synonymis Razes[e] ait {Agildis est ulcus in mẽbro corneæ: Cuius color est, ut fumus} credo φ corruptum sit nomẽ {achlys} quod est Latinè {fuligo} Quod autẽ λεύκωμα dictum est. q. d. Latinè {albugo} cicatricis quædam species est, profundiùs consistens, q; altera species, quã generis nomine οὐλὴν. i. cicatricem, speciatim, uerò (Paulo[f] docente) νεφέλιον, hoc est, nubeculam nonnulli appellant. Quocirca Definitionum Author[g] ait {leucoma albugo'ue, cicatrix est, crassa & profunda, ulceri inducta} Introductorius uerò liber[h] distinctius cicatricem (quam Paulus Nephelion, idest nubeculam uocabat) & leucoma, siue albuginem definit, sic dicens {cicatrix est, ubi nigro oculi ex alto ulcere membranæ crassities superuenit, & color albior apparet: Accidit quoq; albæ membranæ dictæ, sed non perspicitur. Albugo autem nihil à uocata cicatrice differt: Nisi φ ex ulcere maior cicatrix, simul & crassior in iride nascatur, quam leucoma, hoc est, albuginem uocant.} Cur uerò albidior cicatrix fiat, Aetius[i] declarat, sic dicens {omnes cicatrices in nigro oculi albæ apparent. Densata. n. corniformi tunica, subiectus ipsi cæruleus color non translucet.} A quo quidem Aetio discas, generis nomine uocari primam speciem. s. cicatricem, haud quidem Nephelion, uti Paulus fecit. Etenim id nomen (ut aliàs[k] declarauimus) alteri morbo Aetius dedicarat,[l] unà cum Introductorij, ac Definitionũ Authoribus, uidelicet cuidam superficiariæ in cornea factæ ulcerationis speciei. Quam ob causam & nos in catalogo addidimus, dicentes {Nephelion Pauli} & {Nephelion Aetij} q; q; id nõ Aetij modò, sed Introductorij quoq;, ac Definitionũ Authoris est. Maximè tamen supereminentes (hoc est supra tunicam, calli cuiusdam instar, eleuatæ) cicatrices

albescũt

a fol. 294. & sequentibus.
Colcotana.
z 3[a]. 3[l]. tr. 2. cap. 10.
Calcathara.
Calcataren.
Calcuteron.
Tumor. 48. usq; ad. 53[m].
Hyposphagma.
Anisum.
Ammyun.
Analotira.
Anosikima.
a sup. fo. 111. 32
b 9 Theoricæ
x 3. post prin[a]. et. 5. Pract. c. 39.
c p[l]. 8[o]. cap. 26.
k 2. Cõtin. c. 2[o].
l litera. kk.
λεύκωμα.
Leucoma qd?
Nephelion Pauli.
m litera. ee.
d fo. 295. 296. 297.
e 24. Cont. col. p[a]. rub. secũdæ.
f lib. 3. cap. 22. sec. 25.
g post me[m].
h ca. 15. uersus finem.
i lib. 7. cap. 37. in prin[o]. et uide usq; ad. 40[m]. caput.
k sup[a]. fo. 296
l lib. 7. cap. 25.

„ albeſcunt(uti perbellè Aetius idem ait)[m] planæ autem,& tunicæ æquales, minùs ſunt albæ.
„ Cauiores uerò.ſ.quæ ad æqualitatē non peruenerūt,quodāmodo cōcolores ſunt nigro; Cuius
rationem in promptu habemus.quoniam ſ.quò maior,groſsiorq́, & eleuatior,cicatrix eſt,eò
denſior eſt,ut ſubiectus ipſi cœruleus color minùs quoq; tranſluceat. Auicenna[n] Pauli uer-
ba de nubecula,& albugine tranſcripſiſſe apparet. Verūtamen ubi ex Paulo utranq; ſpeciē
cicatricis nomine appellare potuerat. Ipſe tamen ambas albuginis uocabulo nuncupauit. Dicēs
„ {Scias ꝙ albugo in oculo alia eſt ſubtilis,proueniens in ſuperficie apparente, & nominatur
„ nebula, Et alia eſt groſſa & nominatur albugo abſolute} Haudquaq; uerò Auicennam er-
raſſe dicimus,quia utranq; albuginem uocet. Poſſunt.n.ſic uocari. Cùm utræq; cicatrices ſint,
10 & ratione ſupradicta etiam albæ. Hali Abbas quandoq;[o] {albedinem} uocat, & {pannum}
utranq; ſpeciem.quandoq;[p] autem {maculam,} & {albulam} nuncupat. Diſtinguens poſteà
in ſubtilem,& groſſam:uidelicet ſubtilem,nubeculam,cicatricem'ue dictam groſſam uerò al
buginem uocatam intelligens. In ſynonymis continētis Razes {coloma} uocat {albedinē in ocu
lis groſſam,et profundam, de ueſtigijs cōcauis.} Leucoma igitur ipſum uoluiſſe intelligimus.
Qui tamen alibi[q] {pannum,& cicatricem poſt conſolidationem} appellat: utranq;(ut opinor)
ſpeciem intelligens, quam alibi[r] albedinem uocat:aliàs[s] autem ex interpretum diuerſitate
albuginē,quā rurſus in tenuem, & groſſam diſtinxit. Quo in libro[t] {pannū} pro ipſo affe-
ctu,quod hypochyma Græci dicunt,uulgò catarrattam uocant,accepit. Id quod nō niſi ob In-
terpretum diſcoliam ſuccedit. De Sebel autē plura iā diximus,[u] ubi de pterygio determinan-
20 dum propoſuimus. Illùc ergo,reuolutis quibuſdam folijs,reuertare. Nunc autem id adiunge-
mus,quoniā frigidus tumor eſt:ſicuti et Pauli nephelion, & leucoma. Veluti cōtrà Achlys.i.
caligo Aetij atq; eiuſdē nephelion ad calidos potiùs referenda ſunt.cū erodens ibi humor in-
ſit. Præthereà de ſebel ſpeciatim id annotemus,quoniā Razes in ſynonymis Cōtin.ait {Mia-
lana crolni,hoc eſt uitiū ſebel in oculo.} Nec aliud uoluiſſe apparet in ſynonymis Serapion,
dictione {ſeraſiph} Atq; idem ſignificat {alhaſue} ut Antiquus Arabicorū noīum Auicēnæ
„ ĩterpres,ait ſic {Alhaſue.i.ægritudo oculi ſimilis fumo,et pulueri ſuper nigro oculi exiſtēs}
SED alia percurramus. Ab his.n.omnibus ſuccedit,quē ordine quartum ſupra quinquage-
ſimum propoſuimus, tumor dictus ab Auicenna[x] {Bothor} ſpeciali quadam nomenclatura.
q̄q; {bothor} apud eum quodlibet & in quauis parte factum apoſtema paruū ſignificat. Ra
30 zesq;[y] {bothor} in oculo pro eodem cum puſtulis accepit, Hali Abbas[z] uerò puſtulas dicit,
ſuntq́, hi affectus tū à Raze,tùm ab Hali Abbate intellecti,quos alibi nos,ex ipſomet Princi-
pe,[b] ueſicas, à Græcis uerò phlyctænas appellari prædiximus. Nunc uerò non illas inquiri-
mus,ſed alium affectum,de quo diſtincto capite Auicenna loquitur,uocans {bothor in oculo}
In cuius quidem definitionis exhibitione,propriam uidetur uocem ignorare. Nam definitio,
quam dat,ad uerbum eſt tertiæ ſpeciei ulcerum corneæ,quam ipſe coronalem uocauit:[c] Nos
autē unà cū Græcis Argemon appellauimus.[d] Præſidia uerò tranſcripta ſunt à Paulo,[e] quū
σύγχυσιν,quod eſt Latinè confuſionem curabat. Adeò ut nil aliud uoluiſſe {bothor} nomine
præſeferat,q̄; ſynchyſin intelligere.tametſi malè ab ipſo definita fuerat. Hic ergo affectus,
quanq̄; ex definitione Auicennæ,inter eos,qui ſunt corneæ,atq; adnatæ communes,annume-
40 ratus à nobis in catalogo eſt. Exquiſitè nihilominus perpenſus,quia nō aliud q̄; ſynchyſis eſt,
in ueæ tumorū catalogo reponendus uenit. Idcircò paulò infrà,[f] quùm ſynchyſim declara-
bimus,

m lib.7.ca.37. in prin°.
n 3ª.3ª.tr.2. cap.17.
o 9.Theoricæ. cap.13. de paſsionibus corneæ ĩ fine.
p 5.Pract.c.45
q 2°.Cōt.ca.p°. et 2°.litera O.
r 9.ad Maſorē cap.18.
s lib.Diuiſ.c.21
t cap.32.
Sebel.
u ſupª.fol.289. 40.& ſequentibus.290.291.
Tumor.54.
Bothor.
x 3ª.3ª.tr.2. cap.8.
y 2°.Cont.cap. 2.litera O.et ca. ēt.p°.litera.O.
Cōtra Auic.
z 9.Theor.ca. 13.ante mem.
a ſupra ĩ declaratione.36.& anteà fol.294.
b 3ª.3ª.tr.2. cap.p°.
c 3ª.3ª.tr.2.c.3
d fol.294.295.
e lib.3.cap.22. ſec.penultima.
f In declarōne tumoris.59.

bimus, ipsum exactius intelliges.

Tumor. 55. Hymenepanastasis.

g 4°. de comp. med. secũdũ loc. cap. 5. sec. 5. post prin.ª secũdũ distinct. Cornarij.

ALIVM Ergo expediamus, quem nos {ὑμενεπανάστασιν} uocauimus. q.d. (nouis effictis uocabulis) Latinè {Membraneruptionem} Galenus [g] duobus distinctis nominibus {ὑμένων ἐπανάστασιν} uocauit, hoc est {membranarum eruptionem, siue extuberantiam.} Quæ quidem, ob humorum quandam in membranarum substantiam insperſionẽ, ac sub ipsis quoq; factam aceruationem, usq; adeò ut extuberent, succedit. quisquis ille humor fuerit. Cornarius {pellicularum eminentias} Latinè interpretatur. Verisimilius autẽ est flatuosos spiritus esse, qui recludantur. Qua de re ad emphysemata illorum referendus tumor sit.

Tumor. 56. Nyctalopia.

h lib. 7. ca. 46.

i 1°. de comp. med. secũdũ loc. cap. ult°.

k 2°. meth. c. 2°

l lib. 3. cap. 22. sec. 32.

m 3ª. 3ⁱ. tr. 4°. cap. 5.

n lib. 2. cap. 6. in prin°.

SED Ne indecens quoq; est, in tumorũ catalogo recensere nyctalopian. Cùm maximè ob uisiui spiritus crassitudinem, itẽq; reliquorũ oculi humorum, ac tunicarum (Aetio [h] docẽte) fiat. Præcipueq; corneæ. Quæ tunicarum crassitudo non fit, ni crassis quidem succis infartæ illæ sint. quanq; & ob capitis imbecillitatem fieri potest. Verùm quia ad hanc quoq; imbecillitatem crudorũ humorũ, crassorũq; copia sequitur: Idcircò difficillimum uidetur huiusmodi affectum absq; tumore fieri. Galenus [i] absq; ulla morbi definitione ueluti per se notum affectum supponens, eum curat. Qui tamen alibi ab exteriore symptomate, atq; interiore nomen impositũ esse innuit. [k] Ab hoc quidem quia uisiuæ actionis læsio in diminutione est. ab illo uerò, quoniam. s. noctu minimè hos uidere apparet, qui. s. huiusmodi morbum patiuntur. Etenim prout non Aetius modò, sed Paulus [l] quoq;, ac Arabum Princeps [m] comprobant, Die quidem homo cernit, Sole dein occiduo, obscurius: Nocte uerò demum penitus nihil uidet. Libro tamen de linguarum Hippocratis expositione ait {Nyctalopes per noctem non uidentes} Alexander [n] unà cũ Galeno de nocturna duntaxat cæcitate meminit. sub quo tamen uerbo iam reliqua comprehenduntur. Nam si nocturna cæcitas esse dicitur: statim concipi necessum est interdiu uisum adesse. Aliter absolutè cæcitas diceretur, non solum quæ noctu adueniat. Quòd si quidem interdiu cernendi facultas adest, noctu autem oboletur, quamprimùm ratio dictat, quò magis occidente Sole deest lumen, eò magis & cernendi uim diminui. Quam ob rem occidente Sole obscurius cernũt quicunq; talem affectum patiuntur. Hi uerò Nyctalopes dicuntur Latinè lusciosi, siue luscitiosi, & lusciti. atq; in singulari numero Nyctalops. Ipse autem affectus dicetur nyctalopia, Latinè luscio. Quanq; Græcis omnibus medicis Nyctalops in communi usu est. Vnde Plinius [r] ait {sanguine hircino sanari lusciosos putant: Nyctalopas appellant Græci. etc. Componitur autem nomen id {νυκτάλωψ} ex tribus dictionibus, scilicet {νύξ, νυκτὸς} quod est nox, & {ἀλῶ} quod est idem, quod {πλανῶ.} idest decipio, impono, seduco, atq; etiam erro, & {ὄψ, uel ὤψ ὀπὸς,} idest uisus. Quoniam. s. in nocte uisus decipit. q. a deest, uel errans est, hominẽq; uidere sperantem decipit. Dicetur ergo {νυκτάλωψ, παρὰ τὸ ἐν τῇ νυκτὶ ἀλᾶσθαι, ὅ ἐστι πλανᾶσθαι τὴν ὦπα} quod est {ex eo quod in nocte imponit, hoc est, decipit uisum.} Vel potius, quoniã {λάω} Græcè idem est, quod {uideo} addita {ἀ} ἀλάω. unde contrahitur {ἀλῶ} hoc est {non uideo} hinc fit ἀλαός, qui. s. non uidet. Vnde Galenus libro de linguarum Hippocratis expositione ait {νυκτάλωπες, οἱ τῆς νυκτὸς ἀλαοί} hoc est {Nyctalopes, siue luscitiosi, qui nocte non uident.} Ad hunc sensum Plinius quoq; accepit, Quũ ait [o] {caprinum iecur si uescatur, restituit uespertinam aciem his, quos nyctalopas uocant.} Qui eodem quoq; nomine quãdam Plantam alibi [p] uocat, quoniam. s. e longinquo noctibus luceat. Celsus [q] imbecillitatem oculorum nominat, ex qua quidam interdiu satis,

r lib. 28. ca. 14. ante med.

o lib. 8. cap. 50. post medium.

p lib. 21. cap. 11. circa principia.

q lib. 6. cap. 6. sec. 38.

ſatis noctũ nihil cernũt. Definitionum uerò Medicarũ Author oppoſitum de nyctalopis mor= bi ſignificatione ſenſit. Videlicet hos interdiù nihil, noctũ uerò naturaliter cernere. Cuius qui dem uerba correxiſſe promptiſſimum, tranſpoſita negatione, fuerat. Legẽdo. ſ. {ἡμέρας μὲν
» ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ μὴ βλέπειν} quod eſt {die quidẽ uidere, nocte autem non conſpicere} Sed illius fortaſsè Authoris hæc intentio fuit. Vnde Definitionũ Author utraſq; fortaſſis opinio= nes aduertens, utrunq; hoc nomine ſignificari cenſuit. Sic ſcribens [r] {Nyctalopes uocantur,
» qui die uident obtuſius, ſole occiduo acriùs, nocte magis adhùc. Vel contrà, die parùm, ueſpe=
» re autem, uel nocte, prorsùs nihil.} Tuũ uerò eſt ſi Authorẽ ſecundi prorrheticorũ[b] ſic quoq; intelligere uelis. ut dicat affirmatiuè, quia. ſ. in nocte uideant) uel negationem adiungere: ut nõ
10 Celſus modo, et Galenus intellexiſſe apparẽt, ſed ipſa ſermonis ſeries oſtẽdere uidetur. Nos autẽ neglectis huiuſmodi adulterinis libris, Galeno, Paulo, Alexandro, Aetio cæteriſq; tam Græcis, q̃; Latinis, atq; Arabibus etiã adhærẽtes nyctalopẽ pro ueſpertina cæcitate perpetim intelligemus. Quã Serapion [s] Arabicè {ſubrucati} nuncupat. Hali Abbas [t] {ſebequera} & {tenebroſitatem} uocat. Razes aliquando Græco utitur nomine: [u] Aliquando [x] autem Arabi= ca dictione {Aſche} utrunq; contrariũ affectum intelligens, Itemq; alios, quando. ſ. de longe uidet, & nõ de prope, & econtrà. Auicẽna autem, qui primum, quem præ manibus habemus, Nyctalopen uocauit. [y] Eius tamen oppoſitum, ut. ſ. in die non uideat, noctu autem conſpiciat, proprio idiomate {algiehar} corruptè autem in antiqua litera {alihar} nominat. frigidus affe ctus eſt, quem ueſtigamus, & uel melancholicus, uel phlegmaticus, aut miſtus.

20 AB Hoc alium contemplare tumorẽ, quem ordine quinquageſimumſeptimũ propoſuimus. quiq; nõ modò corneæ adnaſci ſolet, ac adnatæ membranæ communicari, ſed ipſis etiam pal pebris, Græcè ἀνθρακωσις dicitur. q. d. carbunculatio. Celſus carbunculum uocat. Sic dicẽs [z]
» {ſolent etiam carbunculi ex inflammatione naſci, nonnunq; in ipſis oculis, nonnunq; in palpe
» bris. Et in his ipſis. modò ab interiore, modò ab exteriore.} Nos multa de anthrace generatim anteà [a] locuti ſumus. Ad quem locum reuertare. Quemadmodũ etiam ea, quæ de cãcro (quod Græci καρκίνωμα uocant) generatim dicta iam ſunt, [b] repetere potes. Deinde quæ à Paulo [c] dicuntur intellige. Vberiùs autem, & ita ut à nullo exquiſitiùs referantur, quæ de anthraci= bus, carbũculiſ'ue Aetius [d] ex Seuero, & de canceratis deinde oculorum ulceribus [e] ſcripta nobis reliquit. Qua de re non eſt, ut à nobis hìc referantur. ſed ab ipſis diſcas. Auic. de can=
30 cro locutus eſt [f] (quem hic ordine quinquageſimum octauum ſtatuimus) atq; etiam Hali Ab= bas. [g] Anthracoſin uerò ſub hulcerũ fortè ſpẽbus, aut ſub cãcro hi Arabes intellexerũt.

SVPEREST Ergo, ut uniformis tunicæ affectus conſideremus. inter quos eſt ille, quẽ or= dine quinquageſimum nonum poſuimns. diciturq; Græcè {σύγχυσις} q. d. Latinè {confuſio} Hic eſt, quem Auicenna {bothor in oculo} uocauit. q̃; q̃; (uti prædictũ iã in declaratione quin quageſimi quarti eſt) propriam Arabs uocẽ ignoraſſe oſtendit. Galenus, [h] ac Paulus [i] abſq; ulla morbi definitione curãt. Niſi quod Galenus addit {ubi multa ſanguinis effuſio fit in æſtate} Paulus uerò confuſiones ex ictu aduenire inſinuat. Quid nam autem ſit, non explanant. In=
» troductorius uerò Author [k] inquit {confuſio autem eſt, quotiès humores oculorum ſuo loco non conſiſtunt, proprium ordinem ſeruantes, ſed perturbati ſunt.} quod uerbum {πεταραγ=
40 μένα} quod nos uertimus {pertubati ſunt} interpres uertit {hùc, illucq; feruntur} Apertius
» multò Definitionũ Medicarum Author [l] ait {ſynchyſis, confuſio'ue eſt ruptio tunicarũ, quæ

in

q poſt mem.
r cap. 15. circa finem.
b circa finẽ lib.
s 2o. Bre. ca. 10
t 9 Theor. cap. 13 uerſus finem et. 5. Pract c. 61.
u 9. ad Mãſorẽ cap. 28.
x 2. Cõt. cap. 2: litera. BB. etiam cap. 4.
y 3a. 3i. tr. 4. cap. 5.
z lib. 6. cap. 6. ſec. 10.
a ſupra. fol. 85. 86.
Tumor. 57. 58
Anthracoſis.
b ſupra. fol. 87. et ſequentibus.
c lib 3. cap. 22. ſec. 29.
d lib. 7. cap 30.
e ibidẽ cap. 31.
f 3a. 3i. tr. 2. cap. 12.
g 9. Theoricæ cap 13. de paſſio nibus quæ in cor nea in prino. & 5 Pract. ca. 46
Tumor. 59. 60
Synchyſis.
h 4o. de comp. med. ſecũdũ loc. ca. 5. ſec. 6. ante mem. ubi Scribo nij largi compo= ſitionẽ refert.
i lib. 3. cap. 22. prope finem.
k cap. 15. circa finem.
l poſt mem. libi.

in profundo sunt, aliquando quidem ex percussu, interdū uerò spontina cū profusione humo-rum, & pupillæ alteratione.} E quibus uerbis huius Authoris aliquo modo tumorē esse elicitur, atq; pupillæ dilatationē ob huiusmodi humorū profusionem fieri. Diligentiùs uerò, atq; apertiùs hunc Aetius[m] affectum nobis enucleat, dicēs {confusio oculi pleruq; ad uehementes plagas consequitur. Sed et ex uuiformis tunicæ inflammatione contingit, ruptis in ipsa uasis. Pupilla uerò colore turbida fit, & aut maior, aut minor seipsa euadit.} Sic ergo tumor necessariò fuerit, dum ex inflammatione uueæ confusio fit. à qua nihilominùs phlegmone penitùs absolui nequit, quotiès ex uehementi percussione conturbatio humorum fit. Hanc ex tali phlegmone factā synchysim bene innuit Auic.[n] quando de pupillæ dilatatione loquitur quā ipse {alintisar} Arabicè nominat, Græci uerò {μυδρίασιν} appellant. Nos tumorem numero sexagesimum posuimus. Ita etiā & Hali Abbas[o] ex apostemate in uuea orto fieri foraminis dilatationē, aut coartationē posuit. Quomodo autem uel maior, uel minor aliquando pupilla fiat, alibi discutiendū erit. Nūc uerò sat superq; fuerit synchysim, ac mydriasim quoq; maiore ex parte in tumorum catalogo, causarum ratione, reponendas esse. Mydriaseos causas à Paulo,[p] & Aetio[q] perlegas. Ambo.n. ob humorum copiam affusam, aceruatamq; fieri aiūt. Quanq; nō me latet aliquando, licet rariùs, ob membranæ uueæ siccitatem, Galeni[r] dogmate fieri posse. de qua tamen ut dixi aliàs sermo fiet. Razes aliquādo[s] dilatationē pupillæ habet, Aliquando[t] autem Arabicū nomen {alintisar} in eius scriptis inuentum est. Aben Zoar[u] & synchysim, et Mydriasim sub pupillæ dilatatione cōprehēdisse uidetur, sicut alij quoq; Arabes fecerunt. In synonymis Serapionis legimus {alurafar} Alij habent {alustasat} .i. pupillæ dilatatio. Priùs uerò q; alia consideres, aduerte hìc q idem non est synchysis, & hypochyma, siue hypochysis, latinè suffusio. Hæc.n est, quā uulgus catarractam uocat, & aliqui guttam serenā, et aquā descendentē ad oculū dicunt alij. Cuius principium uocāt imaginationē Arabicè in synonymis cōtinentis Rasis dicitur {Anusmuma} de qua tn̄ suffusione aliàs loquemur.

TVMOR sexagesimus primus, uidelicet Pauli proptosis, declaratus iam à nobis est, suprà in sermone, quem de staphylomate scripsimus.[x] Est.n. genus quoddam ad myocephalon, malum, clauumq;, et staphyloma. ueluti uberrimè ostendimus. Communes affectus hi corneæ & uueæ sunt. Qua de re ad alia pertransire occasio præceps accelerat. Itaq; tumores in palpebris obortos perpendamus. Inter quos primùm occurrit, quam Græci {πτίλωσιν} uocant q.d. Latinè deplumationem. Etenim πτίλον (unde πτίλωσις deriuatur) apud Græcos idem significat, quod apud nos {pluma} .s. pēna mollis: cui palpebrarū pilos assimilarunt. Vnde & πτίλοι etiam dicuntur, quicunq; morbum hunc patiuntur. Inter morbos à Galeno[y] cōnumeratur, in quibus aliqua utilis pars deperdita est. Vt in numero morbus sit diminuto. Sed ultra pilorum defluuium, crassities quædam palpebris inest, callosa, & rubicunda, quemadmodū Paulus[z] ait. Vt composita sit affectio (Aetio[a] docente) ex madarosi, et sclerophthalmia. Nec semper inesse pilorū casum innuit Paulus, at sæpè. Quo circa prima ratione callosus quidā tumor est. Introductorius uerò Author[b] aliter ptilosin q; Paulus, atq; Aetius, definit. Etenim sic ait {ptilosis est, cùm alij quidem subnascuntur, Naturales autem collapsi, fractiq; stimulant, ac pungunt.} Eo modo, quo in dentium regeneratione pueris contingere solet. Inde igitu m tus est Cornarius, qui præter Galeni intentionē, ubi Græcè ille scripsit[c] prius {πρὸς πτίλους} quod est {ad ptilosi affectos} Hic Latinè traduxit {Ad glabras, simulq; nascentes

alias

---

m lib. 7. ca. 56

n 3a. 3i. tr. 4. cap. 12.

Alintisar.

Mydriasis.

o 9. Theoricæ. cap. 13. de passionibus uueæ. 1 prin° et. 5. Prac cap. 47.

p lib. 3. cap. 22. sec. 30.

q lib. 7. cap. 52.

r p° de sympt. caus. cap. 2.

s ut 9. ad Mansorē. cap. 29.

t ut lib. Diuis. cap. 34. & uide pro utroq; . 2°. Cōt c. 3. lit PP.

u lib. p°. trac. 8. cap. 17.

Tumor. 61.

Proptosis Pauli.

x supra. folio. 297. et sequentibus.

Tumor. 62.

Ptilosis.

y 14. meth. ca. 17. in prin°. & in fine.

z lib 3. ca 22. sec. 17.

a lib. 7. cap. 78

b cap. 15. ante medium.

Cōtrā Corn.m.

c 4°. de comp. med secūdū. loc. cap. 8.

alias palpebras, ptilos Græcis dictos} rursusq; subdit Galenus {ἐπὶ δὲ τῶν πτίλων} quod est {in his aũt, qui ptilosi affecti sunt} Hic Latinè interpretatus est etiam {in his, qui glabras, simulq; nascentes alias palpebras habent} Quæ uerba cũ Galeni non sint: addenda quidem eius seriei non erant. Ne his, quibus Græca lectio ignota est, blaterandi occasio sit. Etenim Galenũ quasi Latinè loquentem, non Cornarium, aut alium quemuis interpretem fimbrias dilatantẽ audire optamus. Propriam uerò phãtasiam alibi seorsum huiusmodi Interpres, quibusdam ueluti scholijs, ostendere potuerant. Sed quamprimũ à nobis scripta hæc sunt, Vltimam Cornarij correctionem conspicere occurrit. Vbi uerba hæc ab eo, non amplius ex Introductorij, sed Pauli, atq; insimul Aetij definitione, sic uersa inuenimus {Ad eos, qui crassas, callosas, ac rubras, glabrasq;, & pilis nudatas genas hñt, ptilos Græcis dictos} Rursusq; alia uerba statĩ sic {In his, q crassas, callosas, ac rubras, et glabras palpebras, siue genas hñt. etc.} Quã adhuc expõnẽ, ex quouis Authore excepta sit, immo etiã si ex ipsius Galeni alibi scripto dogmate, nõ laudo. Fidus. n. interpres nõ est, q tot tantaq; aceruat. Tutius ergo est, uel Græcũ nomen usurpare, uel aliud potiùs nouũ nomen Græco respondens (Aristotelis[d] ẽt uenia) effingere, uti nos fecimus {ptilosim} deplumationẽ, {ptilos} uerò deplumatos appellãtes. Quòd ãt glabrities necessariò ptilosi non insit, Galenus quoq; uidetur Paulo fauere: quũ ait {ἐπὶ δὲ τῶν πτίλων, καὶ τρίχας μὴ ἐχόντων.} quod est {In ptilis autem (siue his, qui ptilosi correpti sunt) & ijs, qui pilos non habent} Si. n. ptili sine pilis sunt. Cur addit Galenus {et pilos non habentibus?} Alios ergo per, pilos non habentes, intellexisse uoluit, quod posteà statim {μίλφωσις} uocat, quasi dicat, pilorum palpebrarũ defluuiũ patientes. Est enim {μίλφωσις} (ut alium quoq; numero sexagesimum tertium Tumorem simul absoluerimus) communi omniũ, præsertimq; Pauli[e] uoce, pilorum palpebrarum defluuium, quod etiam à Græcis {μαδάρωσις} dicitur, à uerbo {μαδάω} quod est {caluus sum, caluesco, glabresco. Vnde et {μαδαρός} i. caluus etiã deriuatur. Inde & madarosis, et madisis pilorũ quidẽ defluuiũ, ex acri fluxione obortũ (uti Aetius[f] inquit.) E quibus omnibus liquet, eã potiùs literam cõmendandã esse libri Defin. Medic. Auth.[g] in qua habet {Milphosis est defluuiũ palpebrarũ, ex acerrimo defluxu} q̃; alia litera, ubi habet {ptilosis} Serap.[h] casus pilorũ palpebrarũ duas spẽs facit. quarũ prima est hæc milphosis, seu madarosis nũc dicta, quam uel acuta humiditate, uel alopecia fieri ait. Secunda uerò est, quam nos hìc primo loco declarauimus, & ptilosim appellauimus. Qui ẽt rubedine, ac dolore perseuerante pilos ibi gigni impossibile ait. Razes primã à nobis dictam speciem {silac} & {sulach} uocat:[i] Secundam uerò scilicet milphosim ipse {morbum uulpinum} quasi dicat alopeciam nominat.[k] Abenzoar {casum pilorum palpebrarũ} habet.[l] Princeps autem Medicorum Arabum, priorem (quam nos ptilosim uocauimus) Arabicè {silac} etiam appellat.[m] Addens {Et est Græcè, anuseme,} alia litera habet {abusimi} alia uerò {asusimi} aliaq; tandem {abirsema} Qui & ulcerationem extremarum partium, unde pili cadunt, fieri adiũxit. Plurimumq; opthalmiæ succedere, atq; inde oculi corruptionem sequi uoluit. Distinguẽs prætereà in recẽtẽ, et antiquã. De milphosi uerò seorsùm ab hac loquitur, sub nõe {casus pilorũ}[n] Hali Abbas[o] deniq; {palpebrarũ casum} utranq; spẽm appellat.

SED Alium intelligamus, quem ordine sexagesimum quartum statuimus Græcè {πλαδαρότης} nuncupatur, quasi dicat flacciditas. De hac Introductorius[p] loquitur. Sic dicens {Pladarotes est, mollia ueluti corpora, uetusta, & maximè decolora, palpebrarũ parte interna, nõ dũ asperdinẽ hñtia. Propterea πλαδαρότης à Græcis uocatur.} Dicit aũt sic quoniã apud

Nota contra multorũ Interpretũ usum.

d in Prædicamẽtis cap. de relatiuis ãte me[m].

Tumor. 63. Milphosis. seu Madarosis.

e lib 3° cap. 22. sec. 16. 18.

f lib. 7. cap. 78.

g Vbi de oculis loquitur in fine.

h 2°. Breu. c. 6.

i lib. Diuis. cap. 24. et. 2. Contin. ca. 12. et 6. lit. Q.

k 2°. Cont. cap. p°. 2. 6. lit. Q.

l lib. p°. trac. 8. cap 7.

m 3[a]. 3[i]. trac 3. cap. 3.

n Ibidẽ. ca. 29.

Tumor. 64. Pladarotes.

o 9. Theor. cap. 13. de passionib. palpeb. in fine et

p 5. Pract. cap. 52

Græcos πλάδαρον, nō humens simpliciter significat, sed quod cum humore flaccescit. Oportet ergo intelligere in eo, quod pladaron est. q. d flaccidum, & humorem, & ex humore infirmitatem. Hinc solent illi quædam ulcera πλαδαρά, idest laxa, & mollia, seu flaccida nominare. Hunc morbum aliud non esse opinor, q̄ illud, quod à Raze [q] dicitur {celsum} ab Auicenna [r] {susati} siue rectius, secūdū nouam literam {althute} quod nomē interpretatur {morū} idcircò & ab Hali Abbate [s] {morum} scriptum inuenimus. Haud. n. illis assentimus, qui ad scabiem fortem, ex Auic. referunt. Quāuis ei quod corrosiuum est, illius fortis scabiei remedijs succurrendum uoluerit. Inquit ergo de hac Razes. à quo Auic. & Hali Abbas transcripserunt {De celso. Hic morbus accidit ex corrupto sanguine malo. & inuenitur caro interior palpebrarum, aut nigra, aut rubicunda, mollis. & fluit ex eo sanguis continuè.

AB Hoc alium proposuimus tumorem numero sexagesimum quintum. qui ab Auicenna [t] {Tebegi} & cum articulo {altebegi} uel cum aspiratione, ut alij scribunt {Thebegi} & {althebegi} nuncupatur. q d. Latinè {inflatio} de hoc generatim, quia uniuerso potest corpori, & cuiuis parti aduenire, suprà, & quidem uberrimè locuti fuimus, quū de œdemate, pro absoluendo Galeni catalogo, sermonem faceremus [u] Quoniam igitur facile est, reuolutis quibusdam paginis, eò reuerti, satis quidem superq; hic fuerit, alteram œdematis speciem hoc nomine significatā esse Auic. eam s. quæ uaporoso spiritu repleta est, ac nō morbū, sed symptoma potius appellauimus. Verū deinceps pulchriora, intelliges: Cùm de alātisfac, ex ipsius etiā Principis [x] decreto, sermonem faciemus. [y] Fortassis hunc intelligit Abēzoar [z] quū uocat Arabicè {scarnabe} quod Latinè etiam sonat {inflatio} Legimus quandoq; in Arabum monumentis {Thebebusi} hoc est {Thebegi} Primam uerò œdematis speciem Bellunensis {Trebel} uocari insinuat. dū in expositionibus Arabicorū nominum, eius à thebegi differentiam posuit.

AT Sexagesimumsextum contemplemur. qui Græcè à Paulo [a] σύμφυσις. q. d. Latinè coalescentia, siue conglutinatio uocatur. Ab Aetio [b] autem πρόσφυσις, hoc est, agglutinatio, dicitur generatim, siue inuicem palpebræ coalescant, siue albo, aut nigro, uel toto demū oculo. Quotiès uerò albo palpebræ agglutinantur, & oculi motus impeditur (inquit Aetius) affectionem hanc ἀγκύλωσιν. q. d. Latinè detentionē, seu cōtractionē uocāt. In idē ferè tendit Introductorius Author. Celsus [c] uerò affectum hunc, quouis modò fiat, {ἀγκυλοβλέφαρον} q. d. {palpebrarum detentionem,} ex Græcorum quoq; placitis, nūcupat. Razis Interpres [d] inuiscationem, & consolidationem palpebrarum uocat. Sic Auicenna [e] inuiscationem, Hali Abbas [f] conglutinationem, & consolidationem dicit. Abenzoar [g] tandem coniunctionem, seu sigillationem palpebrarum appellat. In synonymis continentis Rasis legimus {anitusma, idest apostema quod nominatur inflatio} Apertiùs uerò paulò post {ancrisina. i. inflatio in oculis.} Tumorem ibi aliquem inesse, quin sæpiùs ex tumore quopiam ortum habere huiusmodi coalescentiam, pro comperto habemus. Quocirca ad sexagesimum septimum accedamus. atq; unà cū eo sexagesimū octauū cōsideremus. Illū Græcè {ἐκτρόπιον} hūc uerò {λαγώφθαλμον} uocant. Dicitur. n. {ἐκτρόπιον} à nomine {τροπή} quod est {conuersio} & præpositione {ἐκ} quod significat {extra}. q. d. ad exteriora conuersio. Quod nomen quanuis de inferioris, superiorisq; inuersione dici queat, eo modo quo simpliciter intellexisse Introd. [h] ac Defin. [i] Auth. apparet. Qui absolutè palpebrarū uitiū posuerunt; nil intereà de lagophthalmo exprimētes. tametsi et hi aliàs lagophthalmū noīarunt. [k] Nihilominùs tn̄ Alij [l] Græ-

ci

---

q 2° Cont. cap. 2. liter. II.
r 3^a. 3^i. trac. 3. cap 20.
Contra Manardum.
s 9. Theor. cap. 13. de affectibus palpeb. uersus finem et. 5. Pract. cap. 57.
Tumor. 65. Tebegi.
t 3^a. 3^i. tr. 3°. cap. 8.
u supra fol. 213. cū sequentibus.
x 3^a. 3^i. trac. 3. cap. 25.
y in expōne tumoris 81.
z lib. p^o trac. 8. cap 3. in fine.
a lib. 6. cap. 15.
b lib. 7 ca 64.
c lib. 7. cap. 7. sec. 6.
Tumor. 66. Symphysis.
d 2°. Cont. cap 2. litera MM.
e 3^a. 3^i. tr. 3. ca. 10 & 34.
f 9. Theor. cap. 12. de passionibus, quæ in palpebris. circa me^m. et 5. Pract. c. 51.
g lib. p^o. trac. 8. cap. 5.
h cap. 15 ante medium.
i de affec. oculorū in fine.
Tumor. 67. 68 Ectropiō et lagophthalmos.
k Introd. cap. 3 Defin. Author supra cū enumerat palpeb aff.
l ut Paulus. lib. 6. cap. 10. et. 12.

10 20 30 40

ci, ac Celsus [m] etiam ectropion inferioris, lagophthalmon autem superioris palpebræ inuersionem significare statuerunt. Dicitur uerò {λαγώφθαλμος} à nomine {λαγὼς} quod est {lepus} uel {λαγῶος} quod est {leporinus} & {ὀφθαλμὸς} quod est {oculus}. q. d. {leporinus oculus} quoniã. s. adapertus est ijs oculus, qui hunc affectũ patiuntur, inter dormiendum (inquit Aetius [n]) uelut in leporibus fieri solet. Ea nanq; aĩalia oculis apertis dormire certum est. Vnde nonnulli [o] aiunt leporem dici {λαγὼν} à uerbo {λάειν} quod est uidere, quasi uidere existimentur dormientes. cũ oculos non claudant. q̃q; alij à dictione {λα} quæ intensiua particula, & {οὖς, ὠτός}, i. auris, deriuari componi' ue {λαγὼς} nomen aiunt. Quoniã. s. magnas auriculas habeant huiusmodi animalia. Sed prior etymi ratio ad nostrum propositũ spectat. Quare Auicenna. [p] qui utranq; speciem sub nomine inuersationis palpebræ: Arabicè autem {alsathere} uel sine articulo {sathere} in ueteri codice corruptè {ascera} in eodẽ capite determinat. sic ait {& nominatur oculus huiusmodi oculus leporinus} Razes, [q] & Abenzoar [r] utrunq; morbũ sub noĩe etiã {inuersationis palpebrarũ} scripserunt. Hali Abbas [s] separationẽ palpebrarũ nominat Siue aũt ulceratione prægressa, & carne ipsarum superaucta, queadmodũ sæpius contingit, siue à duriore cicatrice palpebra cõtrahitur, ac euertitur, siue ex carbunculis, aut alia quauis occasione, absq; aliquo subincluso tumore huiusmodi euersionẽ fieri difficillimũ, atq; rarissimũ est. Ea propter in tumorũ albo recensuimus. Ectropion Albucasis uocauit simpliciter [t] {xatrati} seu cũ articulo {alxatrati} lagophthalmon uerò nuncupat {xatrati, seu alxatrati leporinũ} [u] Apud antiquũ Auic. interpretẽ legimus {asestra, hoc est, inuersatio palpebræ} forteq; uoluerũt per hãc dictionẽ Arabes {ectropiõ} per aliã uerò dictionẽ, q̃ ibidẽ exponitur, {lagophthalmon.} Est aũt alia {asarnach} i. ægritudo palpebræ superioris.}

MOX Deinde quatuor insimul perpẽdamus, de q̃bus eodẽ capite Aetius [x] ex Seueri monumentis loquitur, quorum primus est, quem sexagesimum nonũ ordine proposuimus, & {τράχωμα} seu {τραχύτης} Græcè dicitur, quod est Latinè {asperitas} siue {aspritudo} post quem septuagesimus est, qui {σύκωσις}. q. d. {ficositas} dicitur. Et deinde septuagesimus primus {τύλωσις, & τύλη} quod est {callositas, & callus} uocatus. Præterea septuagesimus secundus, qui {δάσυμα} & {δασύτης} Græcè, quod est, Latinè {densatio} seu {dẽsitas} appellatur. De tribus primis duntaxat Paulus [y] insimul determinat. Razes autem, quanuis aliquando [z] de oculorum scabie locutus, nil de speciebus meminit: In continentis tamen uolumine [a] quatuor hæc, ad Seueri exemplar, definit: scabiei species esse supponens. Nec aliter Hali Abbas, [b] & Auicenna [c] quatuor has pruriginis, & scabiei species definiunt. Atq; etiã Serapion, [d] Qui corruptis Græcis dictionibus loco {Dasytes} quod est {dẽsitas} habet {dissuris} loco {trachytes} i. aspredo habet {tricutis} sycosim uerò dicit {sucusuris} et tylosim deniq; hoc est callum uocat {fulusuis} Abenzoar [l] idem intellexisse apparet, q̃q; unam duntaxat speciẽ expressit, dicens eam, quæ corticibus ficuum assimilatur cæteris deteriorem esse. Quã. n. granulosam uocat, chalazio potiùs conuenire uidetur. Ni uelis per granulosam scabiem, eam intelligere asperitatem, quam Aetius absq; defluxione fieri ait. in qua uelut milij grana, et erui parua semina uideri scripsit. Verùm & hic peior Abenzoaris error esset. Nam granulosa hæc tùm ficosæ, tũ quoq; tribus alijs spẽbus iã iã prætactis cõmune genus (uti uidebimus) est. Sed Aetij ex Seuero uerba intelligamus, unde Arabes hi transcripserunt. quò rectiùs iudicare queas, an hi uera retulerint. Inquit ergo } [m] Asperitates, quæ etiam ab aliquibus densita-

m lib. 7. cap. 7. sec. 9. & 10.
n lib. 7. cap. 73.
o uide Etymologicũ & Cæliũ Rhodig. lib. 26. cap. 29. & 30.
p 3a. 3i. trac. 3. cap. 12.
q 2. Cont. ca. 2. 6. litera NN.
r po. Theysir. tr. 8. cap. 2.
s 9. Theoricæ. cap. 13. de morbis in palpebris. circa mem. & 9. Pract. ca. 20.
t lib. 2o. cap. 14.
u ibidẽ. cap. 13.
Tumor. 69. 70. 71. 72.
x lib. 7. cap. 43. uide. 3i. Epid. cõmẽtario. 3o. tex. 28.
y lib. 3. ca. 22. sec. 12.
z Vt. 9. ad Mãsorẽ cap. 19. & 10 et lib. Diuis. cap. 22.
a lib. 2. Contin. cap. 2. litera AA
b 9. Theor. ca 13. et. 5o. Pract. cap. 49.
c 3a. 3i. trac. 3. cap. 23.
d 2. Breu. ca. 5.
l po. Theysir tr. 8. cap. 4.
m lib. 7o. c. 43.

tes uocãtur, ex mala curatione sæpè fiunt. Dũ medici diutius collyria instillant. Quemadmodum.n.in externis uulneribus pinguium adhibitio, carnium quarundam inutilium causa est: Sic etiam in præsenti fieri cogitare oportet. Sint autẽm & ex fluxione (hoc est collachrymatione diuturna minimè mordaci. Si.n.acris esset, citiùs oculis damnũ induceret, q; palpebris affectionẽ inseminaret. Fit etiam aliquando nõ prægressis fluxionibus lachrymis'ue, neq; manifesta causa præsente. Et sunt huiusmodi nõ similes his, quæ ex fluxionibus fiunt. In illis.n. (.s.quæ ex fluxionibus) densiores, & asperiores, & cruentiores euersæ palpebræ apparent. In his uerò uelut milij grana, ac erui parua semina uidere est intra palpebras exurgentia. Estq; hæc species, reliquis curatu difficilior. Differunt tñ hæc inter se Nam {δασύτης} densitas'ue in superficie est, & cũ rubore. τραχύτης autem, Aspritudo'ue maiorẽ inæqualitatem, ac eminentiam habet, cũ dolore simul, ac grauitate. Ambæ autem oculos humectant. Quæ uerò sycosis dicitur altiores eminentias habet, & uelut incisas. Et cui aly rei, q; ficui hianti similis est? τύλωσις uerò, idest callositas, aspritudo est diuturna, induratas, et callosas inæqualitates habens.} Hæc Aetius. qui tantũ abest, ut scabiei species ponat (quemadmodũ Arabes egerunt) ut satis distanti capite seorsùm de scabie palpebrarum, tanq; diuersa morbi specie ab his quatuor pertractarit. De qua tamen scabie sic ait[e] {ψωροφθαλμία, quod est, lippitudo scabra est, quũ anguli ulcerosi sunt, ac rubicundi, & ualde pruriginosi, & palpebræ rubicũdæ, & lachrymæ salsæ, ac nitrosæ destillant.} Nec aliud uoluisse Paulus[f] insinuat. Sicq; Definitionũ Author, et Introductorius quoq;, qui psoriasim. q.d. scabiositatẽ appellauit. Hi.n. distinctam scabiem ab illis affectibus intellexerũt. Quanq; Introductorius nonnulla de speciebus illis dicit, quæ à præscriptis diuersa apparent, sed tamen quæ de tylosi dixit, exquisitiorẽ rei definitionẽ, si ijs, quæ hìc dicũtur adiunxeris, efficient. Ex diuturnitate.n. crassiores, albidiores, & parùm sensiles, fieri palpebras ait, eoq; difficulter sanabiles. Dũ uerò de asperis loquebatur, eas, quæ ex fluxione gignuntur (uidelicet sanguinolẽtiores esse, magisq; asperas, & carnosas) cũ his, quæ sine fluxione sunt (q.s. fici acinis similes sint) admiscet. Sunt enim acini ficus, milij quoq; seminibus persimiles. Quod demùm de sycosi ait. (carni uidelicet quid simile adnasci), Seueri, Aetijq; illum enarrantis sententiæ minimè aduersatur. Quas enim illi posuerunt maiores eminentias, carneas esse ex hoc Authore intelligas. quæ proculdubiò oculi motum aliquo modo impedient.

Dasyma.
Trachoma.
Sycosis.
Tylosis.

e lib.7.ca.76. et uide etiã.77.
Psorophthalmia.
f lib.3.cap.22. sec.8.
g 3[a].3[i].tr.3.c.7
h 9.Theoricæ. ca.13.de. morb. palpebrarũ post me[m]. & uide.5. prac.cap.
i 3[a].3[i]. trac. 3. cap.9.
k 14. meth.ca. ultimo.
m lib.7.cap.7. sec.prima.
n 3[a].3[i].trac.3. cap.17.

PRAETER Hæc uerò, crassas quoq; palpebras definit Introductorius. Vnde nos aliã elegimus tumorũ speciem: & numero septuagesimam tertiam collocauimus {παχύτητα} quod est, {crassitudinem} uocantes. Est.n. (ut inqt) ubi euersæ palpebræ duriores ijs, quæ naturaliter se habent, existunt, & scabris magis carnosæ. Auicenna[g] {grossitudinẽ palpebrarũ} uocat. Ac scabiem aliqñ sequi, nõnunq; uerò nimiũ frigefaciẽtibus præsidijs succedere uoluit.

Tumor.73.
Pachytes.
Tumor.74.
Barytes.
o 9.Theoricæ. cap.13. de palpebrarũ morb. ĩ prin[o]. 5[o].Pract. cap. 48. & 9. Pract.21.

POST Hũc uerò alius prætermittẽdus nõ est, q ab Hali Abbate descriptus est, noĩatus ĩterim {grauitas} Græcè {βαρύτης} dici põt. Inqt ergo Hali Abbas[h] {grauitas ãt palpebræ ex uẽtositate grossa fit, quã q patitur, cũ à sõno excitatur, ĩuenit in oculo tãq; arenæ qd simile, et pulueri.} De huiusmodi etiam grauitate ab alijs affectibus distincta loqtur etiam Princeps.[i]

Tumor.75.
Hydatis.

SED Aliũ quoq; ĩtelligamus, qui à Galeno[k] Paulo[l] et Defin. Auth. Græcè {ὑδατίς} q.d. Latinè {aquula} nuncupatur, Celsus[m] uerò uesicã noĩat pinguẽ, Auicenna[n] {alsarnac.} Hali Abbas[o] uerò proprio idiomate {auratus} uocat, eiusq; interpres exponit Latinè {fissuram}

Legimus

legimus n in synonymis Razis, q {Aurus} illorum idiomate significat oculos. Vnde nomen
{auratus} efformatum est. Quanq; in alijs eiusdem synonymis legatur {auratis.i.noduli pal-
pebrarũ superioris pinguedinis.s.sarnach} Albucasis[p] eundem affectum uocat {axirnath.}
{Est autem huiusmodi affectus (inquit exactiùs, q; reliqui Paulus) pinguis quædã substãtia,
palpebræ cuti præter naturam substrata} Intellige non interna palpebræ regione, sed inter
duas portiones periostij corporis mediam uti Galenus ait,[q] ac superioris quidem palpebræ.
Vt ab alijs ferè omnibus determinatum est. Eo nanq; loco uiscosa quædam, pinguisq;, et un-
ctuosa substantia secundum naturam genita est, molliendarum.s.sua pinguedine palpebrarũ
gratia. Hæc igitur supra modũ aliquando naturalem aucta, hydatis uocatus affectus gignetur.
{In aliquibus autẽ (subdit Paulus) et præsertim pueris, ceu natura humidioribus augescens,
malorum superuenientium causa redditur: dùm oculum pondere suo grauat, eoq; fluxiones
lachrymasue excitat.} Razes[r] autẽ ipse uocat {schernach} siue cum articulo {alschernach}
& Minnulam, quoniam s.(ut ait) assimilatur capitellis mãmillæ. ut à nobis quoq; papillæ dici
queant, Græcè θηλαί Diuersæ tamen interim affectiones ab alijs papillis, quas in capitis cute
oriri anteà præscripsimus.[s]

p lib.2.cap.10.

q 10. de usu partium cap.7. post principia.

r 2°. Cõt cap.2 litera.hh.

s fol.303.

DE alio autem tumore, quam ψωροφθαλμίαν. q.d. oculorũ scabiem, siue scabram lippitu
dinem uocari prædiximus, et septuagesimum sextum ordine tumorẽ proposuimus: anteà iã,
quũ detrachomate, sycosi, & tylosi loquebamur, quos affectus scabiei spẽs Arabes ponebant,
nos, quantum ad huiusmodi propositum spectat, satis superq; scripsimus. Ad hãc referri uidetur
quod nonnulli Arabes[t] {sulatum} uocant. Aiunt.n. {q est ægritudo oculorum, quæ accidit
pueris, propter fletum, & est quasi scabies.} Nisi uelis id, quod anteà diximus {sulach} intel-
ligere, quã ptilosim græcè nuncupauimus.[u] In synonymis Contin. Rasis legimus {drasmo-
tus.i.leuis scabies oculorum.}

Tumor. 76 Pscropthalmia.

t Vt in antiqua Arabicor. noĩum Auic. interpret.

u supra fol.361

AD alia igitur accedere, occasio præceps accelerat. Succedit ergo tumor ordine septuagesi-
mus septimus, Græcè {κριθὴ} quod est Latinè hordeũ, siue hordeolum, ab eius grani similitu
dine uocatum. Tuberculum quidem hordei instar, oblongum, super pilorum locũ, quod Græ-
cè ταρσὸν Paulus[x] appellat, enatum {πόσθιαν} Galeno[y] referente, uel numero plurali {πο
σθίας} ueterum quoq; Græcorũ nonnulli uocarũt, prout ab Introductorio[z] quoq;, ac Aetio[a]
comprobatur. Cornarius Aetij interpres {πόσθιαν} Latinè uertit {præputiolum} à simi-
litudine (ut putauit) ad πόσθην, idest præputium, pudendi uirilis nomine deducto. Sed quã ha-
beat cum præputio, uel ipso etiam pudendo similitudinẽ, haud intelligo, Nec ipse nominis uim
perfectè considerauit. Etenim eadem ratione, qua præputium uirilis membri {πόσθη} eadem
quoq;, morbus hic {πόσθια} dicitur. Deducuntur enim à nomine {πόθος} & {ποθὴ} quod
est Latinè desiderium, Addita enim {σ} figura pleonasmo dicta, fit {πόσθη} quoniam à
mulieribus desideratur, uel desiderium illis auget. Vnde {ποθέω} uerbum est s. {desidero.}
Quoniam uerò uulgaris opinio mulierum est, ut in Italia, sic opinor in alijs quoq; regionibus,
ob mulierum utero gerentium desiderium, alijs huiusmodi morbum aduenire: Quotiès u3.
qdpiã desiderant, quod in alicuius alterius manibus sit: Nisi.n. desiderãti grauidæ illud præ
beat q possidet, hordeolũ sibi adnasci ait: Quocircà solent grauidæ mulieres dicere, Da mihi
hoc, Aliàs ad te mittã hordeolũ. Inde igitur ex cõmuni plebis opinione {posthian}.q.d. {deside
riũ} seu dixisse mauis {desideriolum} ueteres nuncuparunt. Nec mirũ, aut nouum quid est,

Tumor.77. Crithe.

x lib.3.cap.22. sec.14.

y 4°. de comp. med secũdũ loc. ca.5.sec.4. uersus finẽ & in fine libri.

z cap.15. ante mediũ

a lib.7. cap.8.

Cõtra Cornarium.

nomina, ex uulgari hominum opinione imponere. Vt de crisi (Galeno docente [y]) liquere potest, alijsq; nō paucis. Ex superabundanti sanguine fieri, Princeps hordeolum ait. [z] Abenzoar [a] uerò ex humore acuto. In idem reduci potest, capiendo acutum largè (ut calidū. s. humorem connotat) Tunica tamen quiddam quod difficulter maturescit, comprehensum esse docuit Celsus. [b] Razes [c] quoq; hordeolum uocat. Qui non temerè uiscosum esse tumorem ait. Etenim sanguinem, pituitæ nihilominùs admistum, huiusmodi tuberculi causam esse reor. Definitionū Author [d] nil à præscriptis Authoribus differt. Introductorius uerò Author [e] quidpiam nouum habet. Nam non modò in extremis palpebrarum partibus (ubi s. pili nascuntur) gigni hordeolum uoluit: Verū & in interna palpebræ regione, iuxta coronam (oculi intelligo, uidelicet iuxta Iridem) suppuratum tuberculum hordei grani formam referens eodē nomine appellat. sed hunc {abscessum in palpebris} uocat Aetius. [f] Possemus autem Introductorij uerba & aliter intelligere. quū. s. ait {πρὸς τοῖς στεφανίαις} quod est, ad coronas, seu prope coronas. ut non coronam oculi, quam & iridem uocamus, intellexerit, sed ipsarū palpebrarum extremitatem, circuitum'ue, quem Paulus tarsum nominabat: In quo loco hordeolum nascitur. Dici autem potest cum Aetio forinsecus, quoniam. s. nō interiori loco, sicuti grando, nascatur. Alia tamen ratione intùs dici absurdū non est. quoniam neq; in exteriori palpebræ cuti oboritur. sed cum in tarso nascatur, à cartilagine potiùs emergere uidetur. & sic ab interioribus. q̄.q̄. ut in medio existens rectè extremorū cōparatione, intrinsecum, & extrinsecum esse tumorem, diuersis respectibus, quemadmodum & neutrum, proferri potest. Marcellus Romanus [g] uarulum nominat: Hali Abbas {Hordeum.} [h] In synonymis continentis legitur {filca} & {Carui} idest hordeolum.

TVMOR uerò septuagesimus octauus est, qui Græcè dicitur χαλάζιον, quod est Latinè {Grando} à Definitionū. Authore {χάλαζα} quod idem est. Et {χαλάζωσις}. q. d. {Grandinatio} ab Introductorio [i] nominatur. Otiosi humoris (præsertimq; lentæ pituitæ) cōcretionem in palpebris esse, ait Paulus. [k] Cuius ratione rotundæ quædam eminentiæ, pellucidæ, grandini similes (Aetio docente [l]) apparent. Quibus dissectis humor euacuatur, similis candido oui. Arabum Princeps [m] non semper grandinis instar pellucere insinuat. Nec temerè, quoniam (uti Paulus [n] ait, anteq; ipsum Celsus [o]) nō semper ab interiori parte palpebræ, per cartilaginem intermediam lucet. Quandoq;. n. in exteriori parte sub cuti aggregatur. ut incisa cuti ab exterioribus tumorem sanare debeamus. Alia igitur, et quidē uniuersalis erit similitudinis ratio. quoniam. s. dura simul, ac rotunda eius substātia grandini assimilatur. Quā Introductorij quoq;, ac Definitionū Authores, & Celsus, ac demū Albucasis [p] uoluisse insinuāt. Mobiliaq; esse tubercula, simul atq; digito hùc, uel illùc impellūtur, ait Celsus. Nec milij tantūmodò magnitudinē refert (uti Definitionum Author ait) sed usq; adeò nonnunq; increscere uidimus, ut lentis, quæ si non curatur, parui ciceris, dein magni, quantitatem superet. Razes [q] {niueum} simpliciter, et {morbū niueum, seu morbū niuis} uocat. Sed Aetius [r] Ganglia quoq; seorsùm ueluti, et steatomata, atheromata, et meliceridès, præter grandinem in palpebris adiunxit. Quatuor pustularum species Abenzoar esse ait. [a] Quas tamen huiusmodi species Paulus uel sub generali de illis alibi scripto sermone, uel sub grandinis uocabulo intellexisse uoluit. Hali Abbas [s] grandinem quoq; eum, quē præ manibus habemus uocat. Abenzoar [t] autem granulosam scabiem, & granula nuncupat, Arabicè {halbarda} ut idem ait. [a]

Hæc

Marginal notes:

y p°. de diebus decret. cap. p°. 3ⁱ. de crisi. ca. 2. et. 3ⁱ. prognost. cōm p°.
z 3ᵃ. 3ⁱ. tract. 3. cap. 15.
a p° Theysir. tr. 8. cap. 9.
b lib. 7. cap. 7. sec. 2.
c 2°. Cont. cap. 2. litera. D. et lib. Diuis. cap. 36.
d de affec. ocul. uersus finē.
e cap. 15. ante medium.
f lib. 7. ca. 79.
g de medicamētis. cap. 8 sec. 6.
h 9. Theor. ca. 13. & 5. Pract. cap. 51.
Tumor. 78. 79. 80. Chalazion.
i cap. 15. ante mediū.
k lib. 3. cap. 22 sec. 13. et lib. 6. cap. 16.
l lib. 7 cap. 81.
m 3ᵃ. 3ⁱ. trac. 3. cap. 11.
n lib. 6. cap. 16.
o lib. 7. cap. 7. sec. 3
p lib. 2. cap. 9.
Cōtra Defin. Authorem.
q 2° Cont. cap. 2°. litera. D.
r lib. 7 ca. 83.
s 9. Theoricæ. 13 et. 5°. Pract. c. 50. 9ⁱ. Pra. 23
t lib. p°. trac. 8. cap. 4.
a Ibidē. cap. 3.

HAEC autem grando, si malè curata magis indurescat {πωρίασις} dici potest, ex Introductorij Authore[u] uel πώρωσις. q.d. Latinè {Tofatio} siue mauis dicere {Tofus} quanq; non definit posteà propositū à se hūc tumorē ille Author. Ni mancus (ut opinor) Liber sit. SINniq; usq; adeò indurescat, ut in lapideam substantiam pertrāseat {λιθίασις} ex eodem nuncupabitur (quanuis ipse hanc in exteriore, illam uerò. s. poriasim, interiore palpebræ parte fieri supposuerit.) Sed quāuis in regione fieri utranq; euenit, rationabileq; est. Aetius[x] autē idē per lithiasim q.d. lapidositatem siue lapideitatem, & poriasim intellexisse uidetur. Verū tamen est, ꝙ de hac seorsùm à grandine pertractauit. Sic & Arabum Princeps[y] (qui aliquando sanguinem à lapidositate emitti adiunxit) atq; etiam Hali Abbas.[z] Paulum uerò cùm nec 10 de poriasi, neq; de lithiasi ullibi meminerit, sub grandine intellexisse uerisimile est: Quas ob res & Definitionum Authoris negligenda sententia non est: cum de chalaza locutus, ꝗ̄ primum subdit. {Eadem quoq; est lithiasis.} Nos uerò distinctioris doctrinæ gratia, præsertim cùm diuersa inter hos tumores materia appareat, distinctè grandinem, poriasim, & lithiasim in catalogo proposuimus. Suntq; hi ultimi tumor septuagesimus nonus, & octogesimus.

u cap. 15. circa principia. Poriasis. Lithiasis. x lib. 7. cap. 80. y 3[a]. 3[i]. trac. 3. cap. 21. z 9. Theoricæ. c 13. et 5. Prac. cap. 51.

QVIBVS octogesimus primus succedit: quem Auic.[a] uocat proprio Idiomate {alantisac} Razis[b] autem, et Hali Abbatis[c] Interpretes {Inflationē.} Sed Hali Abbas, qui tumorē quoq; dicit, inter totius oculi morbos Aetij,[o] et Demosthenis imitatione: Illi uerò inter palpebrarum affectus annumerāt. Omnes tamen quatuor huiusce morbi species declarant. quas Razes ex Ioannitij monumentis didicisse refert. Primam uentosam, Secūdam phlegmaticam, ex phlegmate non grosso aduenientem. Tertiā aquosam, & Quartam melancholicā ponunt. Proprijsq; 20 singulas inditijs perbellè describunt. quæ apud eos uidisse inutile nō fuerit, nec te uidisse pœnitebit. Sed tamen ab Aetio melius didicisse fuerit, qui primam quidem speciem emphysema nuncupauit,[p] secundam uerò, & tertiam œdema.[q] Secundam quidē simpliciter œdema, tertiam uerò, cū additione {σομφὸν} quod est laxū. Quartam deniq;[r] scirrhosum, induratum' ue œdema nominat. Frigidi tumores sunt omnes quatuor species. Ad uentosum prima, secunda uerò ad flegmaticum, tertia ad aquosum, quartāq; demū ad melancholicum referuntur.

Tumor 81. Alantisac. a 3[a]. 3[i]. tr. 3. c. 25. 26. 27. b 2. Cont. cap. 2. litera X. c 9. Theor. ca. 13. post prin[a]. et 5. Pract. cap. 35. o lib. 7. cap. 12. 13. 14. p cap. 12. q cap. 13. r cap. 14.

PRAETER hos uerò Princeps[d] alium habet, quem octogesimum secundum ordine proposuimus. Ipse autem uocat Arabicè {sude} siue cum articulo {alsude} Interpres uerò antiquus uertit {Morum.} Definit autem ipse, ꝙ {est caro botoralis, addita in oculo} Credo non 30 aliud intellexisse Introductorij Authorem,[e] (ꝗ̄q; posteà definitionem haud adiūxerit) hoc nomine {σάρκωσις} q.d. {carnositas} Hali Abbas[f] carnem superfluā uocat. Sed notandum interea est, Auicennam in alio codice non alium describere tumorem, Sed pro curatione inuiscationis palpebrarum, de qua iam anteà locutus fuerat, cōsiderare, si causa illius sit carnis incrementum, quid nam agendum ueniat. Verū quicquid sit, sarcosis huiusmodi tumor est. Qua de re quāuis distinctā, arguendi gratia, proposuerimus sarcosin à sude, pro eodem tñ capiatur.

Tumor. 82. 83. Sude. d 3[a]. 3[i]. trac. 3. cap. 11. e cap. 15. circa prin[a]. f 9. Theor. cap. 13. de palpebrarū morb. in fine et. 5. Pract cap. 57. et. 9. Pract. cap. 24.

QVIBVS uisis octogesimum quartum intelligamus, uidelicet quem Barbarolatini quidam è recentioribus Lupiā uocant. Theodoricus[g] enim in palpebris eam posuit, parte. s. interna, & speciem nodi reputauit. Si exquisitè quispiam consideret, apud eum non aliud, ꝗ̄ grando " est. Apud Guidonem[h] uerò, quem sequitur Tagaultius[i] {Lupia, sicut lupulus (idest paruu- 40 lus lupus. Ridiculum. n. est herbæ cōparare) mollis rotunda in iuncturis. & locis siccis, suam " aperit natiuitatem.} Ad ganglion aliqui reddeucunt. Differunt. ergo lupia Guidonis, à lupia

Tumor. 84. Lupia. g lib. 3. cap. 28. h tr 2. doct. 2. c. 4. circa me[m]. i cap. 13. libri. primi. post pri[a].

Theodorici. Haud uerò Aetij ganglion est, in palpebris descripta lupia. Cùm Theodoricus intùs genitam, indéq; aperiendam uoluerit: quemadmodum de grandine scribitur: Aetius[k] aūt in exterioribus ortā (ut patet) mollientibusq;, ac discutientibus medicamētis curare docuerit.

k lib.7.ca.83.

Tumor.85. Mydesis.

OCTOGESIMVS Quintus tumor est, quem Introductorij Author {μύδησιν} Græcè uocat. q. d. Latinè {putridam tumefactionem} à uerbo. n. dicitur {μυδάω} quod est, {putrefio, tumeo, inflor. etc.} Inquit ergo {Mydesis commune nomen est partium, quæ ex putrefactione contabescunt. Palpebræ quoq; eadem laborant: ubi & tumentiores apparent, & assiduè diffluūt, adipem paulò copiosiorem sortitæ.} posset ad putridam hydatidem reduci. quam sæpè uidimus in gangrænā deniq; terminari, ac sphacelon superioris palpebræ, præsertim anno 1539. ut ob adustionem, quæ necessaria fuit, lagophthalmi facti sint hoīes, qui passi eā sunt. 10

Tumor.86. Pustula.

OCTOGESIMVS sextus præscriptus tumor est, quem Abenzcar[l] sub pustulæ non ine descripsit. Cuius quatuor species definiuit. Primam, cuius humor melli similis est, et hæc meliceris Aetij[m] est. Secundā, cuius humor similis lacti. Tertiā, cuius materia similis pultibus farinæ, que atheroma est. Quartā, in qua lacti coagulato humor assimilis includitur.

l lib.p°.tr.8.c.3
m lib.7.ca.83.

Tumor.87. Scleriasis.

DENIQ; tumor ordine octogesimus septimus, atq; inter palpebrarū affectus ultimus est: qui ab Introductorio Authore {σκληρίασις} dicitur. q. d. Latinè {durities} quanq; sub sclerophthalmia includi poterat. Nos tamen ab illa distinctum tumorem posuimus. Sclerophthalmiam scilicet durum tumorem oculi priùs, licet palpebræ communicatum intelligētes, scleriasim uerò ipsius duntaxat palpebræ duritiem, seu durum tumorem. Quocirca illam inter oculi affectus, hanc inter palpebrarū morbos enumerauimus. Inqt ergo præscriptus Author[n] {scleriasis est tumor palpebræ cū rubore, doloréq;: difficulter aboletur: durat magis, q̄; inflāmatio:} 20

n cap.15. ante medium.

PRAETER hos affectus, Aetius[o] uarices, & malignas adnascentias palpebrarū declarauit. quas ut incurabiles omisit. Itémq; Paulus[p] de uerrucis palpebrarum, meminit. Hali Abbas[q] de formicis, quæ idem quod uerrucæ sunt, & de tinea palpebrarum. Sed hæc, & alia q̄; plurima ad ea, quæ uel nunc, uel in præcedentibus dicta sunt, reducentur. Quocirca præscriptis duntaxat sexaginta tumoribus oculi, uel totius, uel partium, aut palpebrarum contenti: eos qui in angulis oboriūtur (præter eū, q à Gal. in suo de tumoribus præter naturā catalogo dictus est, encanthida) cōtemplemur.

o lib.7.cap.84
p lib.6.cap.17
q 9. Theoricæ 13 & .5. Prac. cap.57.

Tumor.88.89. 90.

Est. n. octogesimus nonus, qui græcè {ἀγχίλωψ} uocatur. q. d. Latinè {iuxta oculū} Etenim {ἄγχι} significat {propè} seu {iuxtà} et {ὤψ} oculum. unde {ἀγχίλωψ} hoc est {iuxta oculū.} Vt Definitionū quoq; Author[r] testatur. {Est enim (ut idem ait) tumor in angulo magno consurgens, & humorum collectionem habens, nō perforatus, neq; foramine peruio præditus.} Cui quidem definitioni Paulus[s] subscripsisse uidetur. Dū ait {Prius q̄; abscessus in ulcus erumpat, anchilops uocatur.} Postq̄; uerò in ulcus eruperit, Aegilops nuncupatur. Qui ruptus si negligatur, usq; ad os in fistulā dehiscit. quemadmodum sæpenumerò nos experimentum docuit. Adeò ut ferè idem anchilops, & ægilops sint, tempore solo differentes. Quā fortè ob causam, Definitionū Author nil de ægilope meminit, sub anchilope intelligens. Introductoriusq; expressè pro eodem sumens, ait {Aegilops, uel anchylops abscessus quidam est. etc} Inter oculum, et nares huiusmodi abscessus gignitur. Auic.[t] {garab} & cum articulo {algarab.} utrunq; appellat. Qui tamen Paulo inhærens, ait {Et exitura illa priùs, q̄; rumpatur, nominatur {akilus} corruptum nomen est. Volebat. n. dicere {Aegilops} Hali Abbas[u] {coruū} utrunq; uocat. Razes uerò aliquando[x] {garab} Ali 30 40

r de affec. oculorū. circa finē.
s lib 3.cap.22. sec.11. et uide libro.6.cap 22.
t 3ª.3¹.2°.cap. 14.15.
u 9.Theoricæ. cap.13. de angulorū oculi passionibus. & .5. practicæ cap.60.
x lib. Diuis. ca. 4.

quando

quando[y] autem {in lachrymalibus fistulā.} nomineq; proprio Aegilopem corrupto uocabulo {angiles} dicit.[z] Sæpè tamen hoc {apostema in lachrymalibus} nuncupans. Nec aliter de his scripsit Abenzoar,[a] qui fistulam uocat lachrymalium. Plinius[b] uerò epinyctidas aliquando. Græcorum ægilopas uocasse uidetur (prout anteà[c] demostrauimus.) adeò ut æquiuocum ipsi etiam Plinio epinyctis nomen sit. cùm liuentes quoq; pustulas, noctibus inquietantes significare idem retulerit. In tibijs fortassè, iuxta Pollucis definitionem, ac pedibus, uel in alijs quoq; partibus eminentibus, præter oculos, uti ex Celso[d] colligi potest. Nec absurdum est, quod Plinius subdit, de angulorum quoq; ulceribus intellexisse. q. s. qdā eodem nomine appellāt pustulas liuentes, ac noctibus inquietantes, in eodē uidelicet anguli loco. quasi quod subdit priorem significationem specificans sit, haud alium ab illo diuersum affectum præseferēs. Aetius autem anchilopem[e] ut diuersum ab ægilope[f] abscessum describit. Illum enim ad atheroma, & meliceridem reducebat: Hūc uerò os corrumpentem, atq; ægrè curabilem morbum definiuit. Quas ob res & nos ut tres numero tumores in catalogo proposuimus: cùm possint distinctè tres intelligi: uidelicet ægilops, anchilops Aetij, & Plinij epinyctis (iuxta tertiā à nobis declaratā significationē:) uidelicet liuida pustula, in angulo nocte inquietans. In synonymis Contin. legitur {asilutis} corruptè à nomine {anchilops} aliàsq; ibidem {hagiloms} & {asilus} & {abuulis} & quādoq; in antiqua nominū Arabicorū Auic. expōne {aschylus}

HI ergo tumores in oculis, uel eorum angulis adueniunt. quos memorasse Galenus debuerat, si nullam esse speciem, quæ prætacta à se in eo libello non sit, gloriari optabat.

NOS autem Galeni patrocinium sumpsimus, ita semper & in omnibus his dicentes, nullam esse speciem, quæ ad illorum aliquam, puta uel phlegmonem, uel erysipelas, aut scirrhum, aut quanuis deniq; ex ijs, quæ in libro de tumoribus inscripto prætactæ iam sunt, reducibilis non sit. Pro cuius exactiori notitia, reliqua etiam percurramus. quæ ad aures, uel his proximas partes attinent. Sat autem erit tres duntaxat scribere tumores. quorum primus erit ordine.

91. Auritus. 92. Parotis. 93. Pherea.

NONAGESIMVM Primum, auritum. q. d. magnas aures habentem appellauimus. De quo affectu Abenzoar[g] locutus est. de grossitudine. s. auris caput scribens.

NONAGESIMVS Secundus omnibus notus est, qui Græcè {παρωτὶς}, à præpositione {παρά} quod est {iuxtà} et {οὖς ὠτός} quod est {auris} q. d. {iuxta aures} E genere sunt inflāmationum (ait Galenus[h]) fiunt autem glandulis iuxta aurē affectis. Razes[i] {cugile} uocat. Auicenna aūt aliqñ[k] {fugille,} seu {fugule} aliqñ[l] uerò {Beditus} secundū aliquos codices {ueditus} Nonunq; legitur {neditus} Græcorum, ac Romanorum Græx parotidas uocat. quanq; & illorum nōnulli (Definitionum Authoris testimonio) διοσκόρους nominarunt.

NONAGESIMVS Verò tertius est, quem Hippocrates[m] {φήρεα} plurali numero, neutroq; genere uocat. sunt autem (uti Galenus[n] ait) oblongiores sub auribus glandulosæ eminentiæ, quales & satyri habent. quos quidam Iones {φῆρας} appellarunt. quasi diceremus Latinè {feras} Sicut. n. {θὴρ} Græcè feram significat: Ita Iones, atq; etiā Aeolici per {φ} scribere solent {φὴρ} dicentes. Propterea Galenus antiquas Hippocratis glossas exponens, sic ait {ἐνίοις δὲ καὶ φῆρες, καὶ θῆρες καλοῦνται. ἵνα ἢ οἷον θήρεα ἀττικῶς εἰρημένον}. i. A qbusdam aūt satyri Pheres, & theres uocantur: ut Atticè dictum sit therea} quasi dicat tumores, quos Iones {φήρεα} dicunt, per {φ} Attici per {θ} scribunt {θήρεα} sicuti quos illi {φῆρας}

y ut 9°. ad Mā sorē. 30. & 2°. Cōtin. cap. 5. litera. uu.
z 2°. Cōtin. ca. 5. litera. T T.
a p°. Theysir. tr. 8. cap. 10.
b lib. 20 ca. 6. in principio.
c fol 185. linea. 28.
d lib. 5. cap. 28 sec. 14.
e lib. 7. cap. 87.
f De quo antea cap. 85. 86.

Replica°. obiectionis cōtra Galenum.

Respōsio pro Galeno.

Tumor. 91. Auritus.

Tumor. 92. Parotis.

g p°. Theysir. tr. 4. cap. 5.
h 3°. de comp. med secūdū loc. cap. 2. in prin°.

Tumor. 93. Pherea.

i 13 Cont. cap. 5. litera. k.
k 3ª. 4ⁱ. trac. 2. cap. 8.
l 4ª. 3ⁱ. ca. 24.
m 6. epid. cōmētario. 3. tex. 14.
n Ibidē in cōm. & lib. de lingu. Hip. expōne.

{φῆρας} nominant, hoc est feras, hi {θῆρας} dicunt. Quanq; Galeni contextus usq; adeò deprauatus est, ut quid nam sibi uoluerit, Interpretes minimè perceperint. Quam ob rem & Cœlius Rhodiginus [p] tumores ipsos pheres, et theres ex Galeno appellari ait. quod prætactũ et à nobis anteà [q] recolimus. Ab ipsorum itaq; Satyrorũ similitudine quos pingunt, finguntq; oblongos apud aures excessus habentes, hos tumores {φῆρεα} & alibi [r] etiam {Satyriasmos} Hippocrates nũcupauit. Quanq; nos minimè latet nonnullos esse Hippocratis interpretes {φῆρεα} uocari dicentes: quoniam {φηραῖς} {Peloponnesi ciuitate abundant. Alios uerò per {ε} scribentes dicere {φέρεα} sicq; nominari, quoniam {φέραις} Thessaliæ urbe plerunq; oriuntur. Sed ueriorem nominis formationẽ esse reputamus, quã priùs enucleauimus. Potiùs hũc, q; parotidas nomine {fugille} apud Auicennam intelligerem. Sũt autem hi tumores frigidi, maximáq; ex parte pituitosi, Nonnunq; uerò & melancholici. Quemadmodum parotides crassiori ex sanguine sæpenumerò generationem recipientes, ad calidos potiùs reducibiles sunt. Sed Narium tumores percurramus, quos itidem Galenus minimè in libro de tumoribus præter naturã tetigit. Quẽadmodũ ergo ibi de polypis meminit: cur & hos omisit, q sequũtur?

94. Ozæna	96. Thelul Albuc.	98. Chaisum Arabum.
95. Sarcoma.	97. Alharbian Auic.	99. Hæmorrhoides Arabum.

Tumor. 94. Ozæna.

QVORVM primus, ordine autem nonagesimus quartus est Græcè dictus {ὄζαινα} quasi dicat graueolens, seu fœtens, à uerbo Græco {ὄζω} quod est Latinè {oleo} Quo etiam nomine polyporum genus quoddam uocatur. Sic (Plinio teste [s]) dictum à graui capitis odore, ob hoc maximè murenis eam consectantibus. In naribus autem ulcus est plures crustas, & odorem fœdum habens, uti rectè Cælsus [t] ait. Eius enim causa non acres modò humores sunt (sic.n. haud graueolens fieret) sed unà putrescibiles. Velut Galenus [u] Paulusq;, [x] & Aetius [y] aiunt. De sarcomate autem nonagesimo qnto tumore, [z] atq; thelul quod aliqui morum uocãt, [a] et alharbian [b] et Hæmorrhoidibus Arabum, [c] præcipueq; Rasis, et Auicennæ locuti iam anteà sumus, quũ de polypo sermo à nobis fieret. Chaisum uerò, nasi quædã obstructio est, quæ tametsi ex alijs possit causis aduenire, Nunc tamen, ut ex subnascente carne, uel quopiam tuberculo gignitur, de eo loquimur. De qua Principem [d] uidere poteris, atq; etiam Razem. [e] qui uocat {alcasem.} aliqui habent {chasem} alij uerò {chaiasim} et {cassanũ} Præter hos autem & in lingua, & ore tumores qdam gigni solent. quorũ tres noĩabimus.

100. Batrachos	101. Glossomegethos.	102. Ancyloglosson	103. Aphthæ.

Sicut enim epulides, & parulides. 52[m]. & 53[m]. tumores gingiuarum tetigit: Cur & horũ oblitus omninò est?

Tumor. 100. Batrachos.

ERIT Ergo centesimus ordine tumor. qui Græcè {βάτραχος} Latinè ranula nominatur, sub lingua existentium partium, præcipueq; uenarum tumor est (ut Aetius [f] inquit) Maximè autem pueris aduenire Paulus [g] ait, qui phlegmonodem tumorem supposuit. Nos autẽ frequentiùs ex glutinosa materia genitum hũc tumorẽ uidimus, coloreq; (ut rectè Princeps [h] ait) composito ex colore superficiei linguæ, et uenarum eius. Veterinarij quoq; medici ranã sub pecorum lingua nascentẽ (Columella [i] docente) cognouerunt. Tumor uerò supra centesimũ primus est linguæ magnitudo, quæ nõ indecenter mea quidẽ sentẽtia {γλωσσομέγεθος} appellari posset. Hunc tumorem uidit Galenus [k] usq; adeò magnum ut linguam continere in ore homo non posset, flatuosćq; ex spiritu genitum fuisse curationis modus ostẽdit. Auicẽna [l] linguæ

Tumor. 101. Glassomegethos.

p libro. 14. lec. antiqua. cap. 8. in fine..
q sup[a]. fol. 163. lin. 25.
r 2[l]. Aphor. 26. et uide. 7[l]. Epid. uersus finẽ {quatia satyris. etc.}
s lib. 9. cap. 30. in prin[o].
t lib. 6. cap. 8.
u 3[o]. de comp. med secũdũ loc. cap. 3. in prin[o].
x lib. 3. cap. 24.
y lib. 6. cap. 90
z fol. 282. & 281.
a Ibidem.
b fol. 281.
c fol. 280.
d 5[a]. 3[l]. tr. 2[o]. cap. 6.
e lib. Diuision. cap. 43.
f lib. 8. cap. 37.
g lib. 3. cap. 26
h 6[a]. 3[l]. ca. 17.
i lib 7. cap. 8.
k 14. meth. ca. 8. & uide lib. de morb. diff. ca. 8.
l 6[a]. 3[l] cap. 10. & uide cap. 21.

linguæ magnitudinem uocat: alijs etiam ex causis gigni posse non temerè insinuans. Abenzoar [m] inter apostemata cõputari (si uolumus) posse affirmat.

m pº. They. tr. 6. cap. pº.

CENTESIMVS Verò secundus erat tumor, qui Græcè {ἀγκυλόγλωσσον} & {ἀγκυλόγλωσσος} q.d. {linguæ detentio} dicitur, et qui eam patiuntur, ancyloglossi etiã uocari queũt. Siue naturaliter à generationis initio huiusmodi affectus aduenerit, ubi membranæ inferiores genitæ duriores sunt, siue ab ulcere præcedẽte durior cicatrix facta sub lingua sit, aliquis inesse tumor apparet. (nisi ex nuda siccitate durities illa linguæ ligaminibus aduenerit.) præsertim quia dùm contrahitur lingua, grossior euadit. quanq; alia ex ratione aliquid in diminuta potiùs natura est. ut ex Paulo, [n] & Aetio [o] colligi potest. Quam ob causam Princeps [p] {linguæ abreuiationem} appellat.

Tumor. 102. Ancyloglossos

n lib. 6. cap. 29
o lib. 8. cap. 36.
p 3ª 3ᶦ. cap. 12.

TERTIVS supra centesimum tumor erat. qui à Græcis {ἄφθαι} dicitur. Vnde (Rhodigino [q] teste) ἄφθιφος nuncupatur, quem huiusmodi uexat affectio. Pustulosum quidẽ oris ulcusculum est, à Græcis omnibus, ac Latinis eodem nomine definitum. q̃q; non oris modò, sed testium, ac aliarum quoq; partiũ ulcera aphthæ dici à Græcis omnibus consueuerunt. Quod nomen ἀπὸ τοῦ ἅπτειν, quod est, incendere, & exurere dicitur. quoniam. s. os ipsum, aliasq; affectas partes incẽdat affectus hic. E quo etiã & Vulcanus à Memphiticis {φθάς} & {ἀφθάς} nominatur. Auicẽna [r] {alcola} Hali Abbas [s] {calaba} nominat. Quandoq; in Arabũ libris legitur {colaham} & {alcule} & {cola} & {alcolaia} Calidus proculdubiò, atq; incensus tumor est. SED faucium quoq;, ac gutturis, & colli tumores currenti calamo pertranseamus. Quemadmodum enim uuam, paristhmia, & antiades. 55ᵐ. 56ᵐ. & . 57ᵐ. in priori catalogo tumores Galenus recensuit: Cur & alios omisit, qui etiam sequuntur?

Tumor. 103. Aphtha.

q lib. 16. lec. antiqua. cap. 20.
r 6ª. 3ᶦ. ca. 23. & . 3ª. pᶦ. doct. pª cap. 3.
s 9. Theor. ca. 16. & 5ᶦ. Prac. 74. 75. 76.

104. Cynanche.	106. Synanche.	108. Gongrona.	110. Bronchocele.
105. Paracynanche.	107. Parasynanche.	109. Folium.	111. Albadal.

MVLTA Quidem hic de quatuor primis tumoribus dicenda forent. Quæ ad alium tomum discutienda reseruauimus. quemadmodum et alia quamplurima de reliquis tumoribus obiter, & ueluti per trãsennam hoc loco prætactis. quoniam Tomus hic primus ad immodicam ferè magnitudinem accessit. Sat igitur nunc sit nosse, quoniam interioribus gutturis musculis inflammatis, κυνάγχη Græcè dicitur. Exterioribus uerò, παρακυνάγχη. Veluti fauciũ internis lõgis musculis gulam sursum attrahentibus inflammatis, συνάγχη. Externis uerò gulam constringentibus, ac per hoc uoluntariam deglutionem efficientibus (quicquid Galeni sectatores dixerint) affectis, παρασυνάγχη à quamplurimis Græcis nominari consueuerunt. quanq; id secùs ex Galeni placitis declarandum restat. Generatim omnes affectus, qui nascuntur in gula, & suffocant, in synonymis Serapionis uocantur {canchuaraich} in synonymis uerẽ Rasis {cauguantih} Veluti {giacculi} dicitur in synonymis Contin. squinantia (sic. n. corruptè dicunt Barbari synanchem) quæ fit ex ingressione spondilium.

Tumor. 104. 105. 106. 107.

OCTAVVS autem supra centesimum tumor est, Græcè dictus {γογγρώνη} & numero plurali {γογγρῶναι} bronchocelæ quædam species est, quæ. s. rotundior gutturis eminentia cum duritie (prout ex Galeno [t] didicimus) quales in quibusdam arboribus appendices sunt quas grongros uocant. Vt etiam Theophrastus in primo de stirpibus [u] ad uerbũ ita scripsit. {Nõnulla uerò hñt et uocatos à qbusdã gongros, aut ipsis proportione respõdentia. ut Olea.

Tumor 108. Gongrona.

t 6. de morbis uu'g. cõmẽtaº. 3. cõm. 14. & lib. de lig. Hip. exp.
u cap. 13. circa finem.

EST autem & alius tumor, quem numero centesimum nonum proposuimus, & ex Recentioribus

Tumor. 109. Folium.

x lib.2.cap.9.

tioribus Barbarolatinis Folium uocauimus. De quo sic Rolãdus [x] ait {Est alia quædam passio, quæ nascitur in ore, iuxta epiglotum (intellige, pro Barbarolatinorum more, laryngẽ) quæ dicitur Folium, quia sunt una, uel duæ carũculæ tenues, & latæ, ad modũ soly: quæ construuntur circa tracheam arteriam, & uocem impediunt. Quũ uerò patiens os aperit ad loquendum, se eleuant: & foramen tracheæ arteriæ oppilant. Quùm uerò os claudit, subsident. Vnde patiens uix potest formare aliquod uerbum intelligibile. Quæ passio nunq; curatur, nisi beneficio Chirurgiæ } Nõ solùm uerò in numero morbus est: sed aliquis ibi tumor præter naturam est. Arabicè {galsania} in synonymis Serapionis scribitur. Alibi uerò { galsama.}

Tumor.110. Bronchocele.

y lib.7.cap 13.

z lib.15.cap.6.

A Quo declarandus restat tumor centesimus decimus, qui Græcè {βρογχοκήλη uocatur.} Increscens.n.inter cutem & asperam arteriam Tumor est (uti Celsus [y] ait) quo modò caro hebes, modò humor aliquis melli, aquæ'ue similis includitur. Interdùm etiam minutis ossibus pili immisti. Quidam uerò adiposus (Aetio [z] quoq; docente) quidam pultaceus, quidam uerò canceratus appellatur. Sepius autem inter asperæ arteriæ caput (quod Græcè {βρόγχος} dicitur, Latinè guttur) et cutim nascitur. Omnis autem Tumor {κήλη} dicitur. prout aliàs iã ex Aetio [a] declarauimus [b] Inde {βρογχοκήλη} quod est { gutturis tumor } appellatur. Aliqui gutturis ramicem. Alij gutturis herniam uocant. & unico nomine composito gutturherniam nuncupare possemus. Eos qui hoc morbo dehonestantur gutturosos uulgò appellamus. Medicorum Græx Botium nominat.

a ibidẽ in prin°.

b suprà fol.233

Tumor.111. Alhadal.

c 4[i].Aphor.35. 2[i].epid.sec.6. uersus finẽ. & alibi sæpè.

d 4[i].de loc.aff. 5°.& .4[i].Aphorismorũ.com.35. & alibi sæpè.

ALHADAL, ait Antiquus Arabicorum nominum Interpres, apostema est, quò uidetur homini patienti, q decolletur. Vnde nomen id Latinè idem sonat, quod {decollatio} Eam anginæ speciem esse reputo, in qua colli quæpiam uertebræ ad interiora luxãtur. Vt ab Hippocrate, [c] ac Galeno [d] pluribus in locis scriptum est. Hic ergo tumor est, quem centesimum undecimum ordine collocauimus. Sed faciei tumores contemplemur.

112. Dionysisci	115. Mentagra.	118. Noli me tãgere.
113. Hypopion.	116. Ephelis.	119. Bullizaga.
114. Ionthi. seu uari.	117. Ignis syluaticus.	120. Gutta rosacea.

Tumor.112. usq; ad.115. Dionysisci.

e suprà fol.152

PRIMVS Ergo prædictorum est, Græcè dictus {διονυσίσκοι} numero plurali. quoniam prope tempora utrinq; nascentes osseæ quædam eminentiæ sunt (ut Definitionũ Author ait) Dicuntur aũt et cornua, desumpto à cornigeris animalibus nomine. Quòd si altera duntaxat parte obortus hic osseus tumor sit, numero singulari, Dionysiscus appellari potest. Non aliũ esse reor, q; satyriasmi secundũ significatum. de quo iam antèa [e] locuti sumus, ubi Exostoseos q.d. exossationis in Galeni catalogo uigesimi septimi tumoris quãdã esse spẽm declarauimus.

f supra fol.111.

DE Hypopio aũt faciei affectu, quem Græci {ὑπώπιον} uocant, prætactum quoq; nonnihil & in ecchymoseos deciminoni quidem iuxta Galeni catalogũ Tumoris enucleatione fuit. [f]

g supra fol.208

SIC etiam de Ionthis, uaris'ue in sermone, quem de epinyctidibus trigesimo quarto eiusdẽ catalogi tumore habuimus, locuti iam satis superq; sumus. [g] Hos Barbarolatinorum Grex uocat gossos, & gossonos, & cossos, uel ad ionthos gossi reducibiles sunt. quanuis in synon. Cotin. Rasis legerimus, {cossis, species scabiei.}

h supra fol.133. & sequentibus.

i lib.6.cap.5.ĩ principio.

QVEM admodum & de Mentagra scripsimus. Vbi lepram, uigesimum quintum à Galeno definitum tumorem enucleare conabamur. [h] Quò fit, ut alia percurramus.

Tumor.116. Ephelis.

{EPHELIS Ergo (uti Celsus [i] ait) à plerisq; ignoratur. Quæ nihil est, nisi asperitas

quædam,

quædã, et durities mali coloris.} sæpiùs ãt ex ardore solis progigni, excitariq; solet. Asperitatis, duritieiq; ratione in tumorum catalogo numerandam censuimus {ἐφηλὶς} Græcè dicitur. atq; etiam {ἔφηλος} Deductum uerò nomen à sole est. qui Græcè uocatur {ἥλιος} Hic ergo est, quem ordine centesimum decimum sextum proposuimus.

QVEM Sequebatur alius, quem Recentiores ignem syluaticum uocant, & ignem agrestem, & nos centesimum decimum septimum proposuimus. De hoc igitur Nicolaus Florentinus[k] ait {quod est de genere serpiginis, serpens per membra uicina, urendo sicut ignis. & est quasi esset scabies sicca} Magnam profectò exustionem præsefert, & in labijs maxima ex parte, ac mento emergit. quem extractione ignis, attritione chalybis & durissimi silicis muliercula quamprimùm pristinæ sanitati restituere solent. Vbi tamen medicorum præsidijs sæpenumerò medium unguem affectus porrigit. Non alium esse opinor, quem Razes in Diuisionibus[l] {Balkiati} et {albalkiati} appellat, Guido[m] autem ignem uolagium, et {derba} uocat. Ad lichenẽ agrestem Græci referrent.

HOC autem longè peior morbus est, quem Neoterici quoq; nominant {Noli me tangere.} Tumor est, quem numero centesimum duodeuigesimum scripsimus. Hunc Guido,[n] Theodoricus,[o] & Argelata[p] exulcerati, maligniq; Cancri speciem esse definiunt: Sic autem nominari, quùm in facie, præsertimq; supra mentum, circa os, & nasum oritur. Lentè enim crescit (inquit Theodoricus) quasi pustula toto anno manens parua. Dupliciq; ratione dicitur {Noli me tangere} tùm quia contagiosus ualde morbus est, tùm secundo quia ex remedijs etiã, quæ cõgrua uidentur, uelut œstro percitus, irritetur potiùs, quàm mitigetur, & in sanas partes depascendo uagetur. Formicem aliqui nuncupant. alij Fornicem, alijq; fornacem proferunt. Aliud tamen formicis nomine intelligunt à formica, hoc est, herpete. ut diuersa scribentiũ capita perlibrare promptissimum est.[q] Eũdem affectum loco duntaxat (ut aliqui uolunt) differentem, si crura inuaserit, Lupum nominarunt. Frequentiùs autem (uti Nicolaus Florentinus[r] ait) in tibijs aduenire solet. In medio corporis nascẽtem hũc alij Cingulũ uocãt (ut inquit Guido.) Eũ esse reor, quem Scribonius Largus,[s] Marcellusq;[t] {Zonam} Plinio ascriptus autem liber[u] {circinũ} quoq; uocat. Nec aliud esse reputo eũ, qui ab utroq; Plinio[x] {Zoster} dicitur: Ignisq; Sacri spẽs ponitur, hoĩem profectò pernecãs si cinxerit. Cãcri ergo spẽm præscripti doctores posuerunt. Rogerius[y] autem, & Nicolaus[z] ac demum Ioãnes de Vigo[a] à cancro diuersum definierunt, capitibusq; distantibus.[b] In eo præsertim à cancro differre scribentes: quoniã ab incensa magis bili cancer fit. Vnde cancer corrodit plus in uno die (inquit Rogerius) quàm Noli me tangere in uno mense. Qui tamẽ deinceps de lupo loquens, quem & herpetẽ esthiomenũ uocat,[c] plus cancro corrodere hũc ait, in profundo, & in duplo magis. Verba autem quæ Rogerius de cancro scripsit, Nicolus eadem de lupo retulit. uidelicet plus uno die exedere, quàm faciat Noli me tangere in mense. Ob uehementẽ ergo exesionem, erosionem'ue, et lupum, siue lupam, & esthiomenũ appellarunt. Quoniam uerò Gregarij quidã chirurgi huius fraudulentiam, & lupacitatem cũ pecia scarlati, & cum appositione carnium gallinarum actu calidarum mitigare tentarunt: Idcircò uulgus (ut bene Guido testatur) Lupum inde nominari existimat, quoniam scilicet quotidie unam gallinam comedit. quam si nõ habuerit, totum crus, ac deniq; totum hominem exederet. Quæ fatuitas ad hodiernum usq; tempus uulgo inest, gallinæ carnibus uesci ulcus illud reputanti, ac pro compertissimo habenti. Non temerè tam lupum, quàm Noli me tangere Manardus[d] ad phagedænas retulit. Vterq; autẽ affectus à supers-

Tumor. 117. Ignis syluaticus.

k sermone. 7°. tr. 6. sum. 3. c. 9.

l lib. Diuis. cap. 133.

m tr. 6. doc. p^a. cap. 3.

Tumor. 118. Noli me tangere.

n lib. 4. doc. p^a. cap. 6.

o lib. 3. cap. 6. 8

p lib. 4. trac. 2. cap. p°.

q Vide Theod. ubi supra. et cap. 16. & Nicolũ serm. 7°. tr. 4. sum. p^a. cap. 24. & trac. 5. sum. p^a. cap. 27.

r serm. 7°. tr. 4. sum. p^a. cap. 24.

s cap. 347.

t cap. 20.

u 3^l. 33. 34.

x lib. 26. ca. 11. in fine.

y tr. 2. cap. 2°.

z Vbi supra.

a lib. 4. ca. 24.

b Rog. cap. 5. Nicolus. cap. 23. de cãcerosis ulc. et tr. 5. sum. p^a. cap. 29. de cãcr.

c Ibidẽ. ca. 5.

d lib. 7°. epist. prima.

assata bile fit: à magis tamen exusta lupus. qua de causa uelociùs erodens, & obambulans est. magisq; ob humoris grauitatem inferiùs: uelut Noli me tangere ob leuitatem superiùs emergit. Quanuis autem aliqui hos, cancri species posuerint, Alij uerò (uti præscriptum est) à cancro distinxerint, Ex Theodorici[a] nihilominùs distinctione, concordes illi fiunt. quoniam scilicet cancri generatim sumpti species erit. speciatim uerò à Græcorum, & Romanorũ Cancro differt. Aequiuocum.n.nomen {cancrũ} Theodoricus reputat: quoniam & phagedænam uti prætactũ est, sub cancri uoce priores intelligebant. Verùm de his aliàs uberiùs loquemur.

TVMOR Deniq; centesimus undeuigesimus restat. q {Buttizaga} dicitur à Gulielmo de Saliceto. Ab Argelata[b] scribitur {butiga} diciturq; {gutta ruonia} & {gutta rubea} à quibusdam gutta rabida, Tumor magnus, erysipelaceusq;, interdũ exquisitus, sępè autem et alijs humoribus admistus est, in facie erumpens, magnamq; homini molestiam inducens. Nicolaus Florentinus[c] {inflationem faciei} uocat. Gulielmus Placentinus[d] {aureã ceruinã} appellat. Distinctus ab hoc tumor est, quem ordine cẽtesimum supra uigesimum statuimus, et {guttam rosaceã} uocauimus. Sic.n è recentioribus plurimi appellant. ut Nicolaus[e] est. Ab alijs dicitur {gutta rosea} ut à Theodorico,[f] et Argelata.[g] Razes[h] {uestigium rufum,} et {uitiũ faciei in principio lepræ} appellat. Etenim elephantiasim præcedere solet. Arabicè ab Auicẽna[i] dicitur {alb edsanen.} Inuenitur etiam apud Bellunensis interpretationem {albedasnan} Guidosimul de buttizaga, & gutta rosacea, eodem capite locutus est.[k] sicut etiam Argelata.[l] Tres guttæ rosaceæ species posuit Nicolus,[m] quem uidere poteris. Nos uerò interim ad alia transgrediamur. Mammarum ergo tumores contemplemur.

121. Sparganosis. 122. Chondriosis 123 Trichiasis. 124. Gynæcomaston.

TVMOR Centesimus uigesimus primus est, qui quidem Græcè {σπαργάνωσις} appellatur. quasi dicat abundantia, nimiaq; lactis copia. ut propterea inflãmentur, doleantq; mamillæ. à uerbo {σπαργάω} quod est {luxurior, et abũdo.} Auic.[n] {lactis superfluitatẽ} uocat.

ALIVS tumor est numero. 122. qui {χονδρίωσις} & {θρόμβωσις} dicitur. q. d. Latinè grumescentia. Auicenna[o] {lactis caseationem} uocat. Qui tamen distinctũ ab hoc caput scripsit, de lactis congelatione,[p] fortè intelligens alium tumorem, quem nos ordine. 123^{m}. collocauimus, & τριχίασιν appellauimus. q.d. Latinè capillitium, siue (ut alij dicunt) capillationẽ. In cuius morbi causa non uehementer Aristotelem admirari nequeo, dũ sic nobis scriptũ reliquit[q] {Vbera tota fungosa ita sunt, ut si in poculo pilũ forte hauserit mulier, dolor moueatur in mammis. quem morbum {τριχίαν} (quod est {pilarem} appellant, siue dixisse mauis capillarem {τρίχες}.n. & pilos, & magis capillos significãt.) Nec sedatur (subdit Aristoteles) donec pilus uel pressus exeat sponte, uel cũ lacte exugatur. Credit ergo Arist. pilum per os deglutitum ad mammas pertransire. Quo quidem dicto his, qui sese in Anatomicis administrationibus quantulumuis negligenter exercuerint, magis fatuũ, ridiculum'ue dici nil potest. ut non minùs quoq; Aristotelis sententiam transcribentem, taciteq; comprobantem Manardũ[r] admirer. Etenim & si uerũ fortassis est à mãmis interdùm extractũ esse pilũ, post illarum duritiem, phlegmonen'ue in scirrhũ conuersam, (Id enim à mulieribus interdũ experimento comprobatum audiuimus:) Nihilominùs tamẽ haud exhaustum ore pilum esse proferendũ est, sed lactis in mammarum uenulis exiccationem, usq; adeò ut pilorum effigiem repræsentet. Non secùs, ac in urinis aliquando capillitium (uel Hippocrate[s] comprobante) inspeximus. quorum generationẽ Galenus[t] in uenis potiùs, q̃ in renibus factam reputauuit. Paulus[u] uerò in urete

ris

a Ibidẽ. cap. 5.

Tumor. 119. Buttizaga.

b lib. 2. trac. 15. cap. p°.

c serm. 7. tr. 5. sum. 2ª. ca. 54.

Tumor. 120. Gutta rosacea

d p°. libro suæ chirurg. cap. 18.

e serm. 7. tr. 6. sum. 2ª. cap. 5.

f lib. 3. cap. 51.

g lib. 5. tr. 4. cap. 9.

h 25. Cont. ca. 11. litera. T.

i 7ª. 4ⁱ. tr. 2°. cap. 8.

Tumor. 121. Sparganosis.

Tumor. 122. Chondriosis.

Tumor. 123. Trichiasis.

k tr. 6. Doct. 2: cap. 2.

l lib. 5. trac. 4. cap. 9.

m serm. 7°. tr. 6. sum. 2. ca. 15.

n 12. fen. 3ⁱ. c. 3.

o Ibidẽ cap. 4.

p Ibidẽ. cap. 5.

q 7. de hist. animalium. cap. 11.

Cõtra Arist. et Manardũ.

r Epist. 7ⁱ. pª.

s 4. Aphor. 76

t 6. de loc. aff. cap. 3.

u lib. 3. cap. 45. sec. 3. ante meᵐ.

ris meatibus gigni insinuat. Nos autem è renũ colatorio resudãte crassiuscula pituita, et unà durescente, non secùs ac in totius cutis pilorũ generatione cõtingit, pilos huiusmodi, seu pilorũ effigiẽ referẽtia corpuscula, semipedalẽ aliquando longitudinẽ æquantia proficisci determinamus. Sic igitur & in mãmis gigni pilaris quædã substantia resudando põt. Vel intus uenas priùs exiccato lacte genitus pilus, per uenarũ reseratos porulos tandẽ erũpet. Quo qdẽ foràs egresso, (quẽadmodũ et ĩ dothienibus educto crassiusculo pure) dolor cessat, minuitur'ue.

SOLENT Autem & uiris quoq; mãmæ nõnunq; turgere (ut. 124m. tumorẽ expediamus) adeò ut mamillis mulierum similes fiãt. Tumor hic græcè {γυναικόμασον}. q. d. Latinè {muliebris mamilla} tam ab Authore definitionũ, [x] q; à Paulo [y] nominatur. Arabicè in synonymis Contin legitur {geffir} Albucasis, [z] Argelata, [a] Theodoricus, [b] Lanfrancus, [c] Brunus, [d] atq; etiam Nicolus [e] {mamillarum magnitudinem in uiris} appellarunt. Adiposus proculdubiò tumor est, pinguedine sub mamillis increscente. Sed alios ĩtelligamus, qui thoraci proprij sunt.

Tumor. 124. Genæcomasto.
x Versus finem libri.
y lib. 6. ca. 46.
z lib. 2. ca. 47.
a lib. 2. trac. 20. cap. 5.
b lib. 3. cap. 32.

125. Pleuritis. 126. Peripneumonia 127. Phthoe 128. Althahalep. 129. Napta.

OMNIBVS Notus affectus est pleuritis, quia. s. membranæ succingentis costas inflãmatio est, Græcè. n. {πλευρά} costam, et latus significat. unde {πλευρῖτις}. q. d. {lateralis morbus} dicitur. Arabicè {sosati} q; q; nomen id aliquando significat illis apostema costarum, & præcipuè mendosarum. Interdũ legitur {sesata} Aliquando dicitur {birsen} licet nomen id generatim omne pectoris apostema (uel Auicenna [f] docente) significat. In synonymis. Cont. dicitur {Barsamut} Cuius spẽs est {sacrifilion}. Abezoar [g] suo idiomate noĩauit {scabusia.}

Tumor. 125. Pleuritis.
c Do.. 3. trac. 3. cap. 5.
d 2o. Chirurg. magnæ. cap. 8.
e serm. 7. tr. 5. sum. 2a cap. 57.

MANIFESTVS quoq; 126 Tumor est, Græcè dictus {περιπνευμονία.} pulmonis. n. inflammatio est. In synonymis Rasis dicitur {chaiand} Quod nomẽ aliquãdo etiam eius Genti phthisin præsefert. Dico {φθίσιν,} quã propriè Græci, præsertimq; Athenienses {φθόην} Galeno docente [h] nominant: totius uidelicet corporis cũ febre parua extenuationem, quæ pulmonis ulcera insanabilia consequitur. Nunc uerò in tumorum albo ut. 127m. cõputauimus: pro ipso uidelicet pulmonis ulcere intelligentes. cui non modò inflammationem, sed scirrhum quoq; scirrhosam'ue phlegmonen adnecti, q; plurimis dissectis, inspeximus.

Tumor. 126, 127.
f pa fen. 3. tr. 3o. cap. po.
g po. lib. tr. 16. cap. 3.
h 7. Aphor. 16

RESTAT ergo. 128. tumor, quem Abenzoar [i] descripsit, uocans ipsum proprio idiomate {althahalep} quo mortuum esse patrem suum ait, subq; spatulis in dextra, & sinistra parte nascens malignũ apostema esse, usq; adeò ut carnem ipsam usq; ad profundũ quoq; mortificet, interim ex adustis humoribus, interim uerò ex phlegmatico humore grosso, ac nonnunq; ex aquoso sanguine genitum definiuit.

Tumor. 128. Althahalep.
i lib 2. tract. 7. cap. 36.

NAPTA Demũ Tumor. 129. sequitur. Variè quidem scribitur. A nonnullis. n. {Natta} dicitur, & ab alijs {nata} Inter dorsi tumores ab Argelata [k] connumeratur. {Est autem apostema (ut inquit) magnum carnosum, & molle. In quo quidem apostemate non est dolor, Et si est dolor in eo, est paruus. neq; est calor, Neq; pulsatio. Et aliquando ita crescit, q superat omnes partes corporis} Quanq; uerò priùs, dorsi tumorem scripsit (Dorsi nomine posteriorem thoracis partem intelligens:) Nihilominùs tamen deinde subdit {Et hoc apostema accidit in humeris, & in alijs locis.} Quinimmò curationem scribens, posteà sic ait {Verùm natta aliquando pendet ad modum, quo testiculi pendent: quoniam radix eius est ualde subtilis. etc.} Idem Brunus, [l] & Theodoricus [m] de huiusmodi. s. tumoris prædicta definitione aiunt, fungo hanc carnis excrescentiam assimilantes: Eandem ambo historiam narrando, de quodam. s. qui septem librarum pondere nattam habebat, & à quodam chirurgo exquisitè curatus est.

Tumor. 129. Napta.
k libro. 2. tr. 15. cap. 2 et uide Nicolũ. sermone. 7. tr. 5. sum. 2. c. 69
l lib. 2. chirurg. magnæ. cap. 8.
m lib. 3. cap. 31.

Guido [m] (quem Tagaultius [o] exscripsit) natium, ancharumq; carni comparauit, Melonis, & cucurbitæ quantitatem aliquando referre dicens: diuersamq; formam, & diuersa inde nomina secundũ diuersa quoq; membra sortiri. Bertapalea [p] Ritio assimilauit. qui ut plurimum in uola manus, aut in fronte, et capite oriri, aut in collo post terga ait. Nos autem in scapulis duntaxat ortum huiusmodi tumorem uidimus, nec uerè carnem, sed adipem in eo contentam, tametsi carnosam aliquando inspeximus. Adeò ut ad steatoma reducendum esse dubio procul omni determinemus. Fortè non alium affectum Razes, [q] {Glãdularũ magnarum} nomine, ac etiam Hali Abbas [r] dictione {selaha} ad melonis magnitudinẽ peruenire dicẽtes, intellexerunt.

Quanuis ergo Medicorum Coryphæus Galenus nil de hisce multis tumoribus meminerit: Nihilominus tñ ad aliquem in eo libro præscriptorũ reduci facillimè queũt. Vt nõ temerè ab eo scriptum in calce libri sit, Nullam esse tumorũ speciẽ, quæ in eo libro prætacta nõ fuerit. Oẽs uerò deinceps uel sanguinei, uel phlegmatici, uel melancholici sunt, aut biliosi: Iteq; uel aquei, uel flatuosi. Ac demũ uel calidi, uel nõ calidi. Vt in proposito textu præassumptũ est.

SED. Non hi tantũmodò tumores à Galeno prætermissi in eo libro sunt. Vbi de tumoribus præter naturam locutus est. Verùm & in alijs quoq; partibus q̃plurimi sunt: Quos nunc insimul omnes paucissimis astringemus. ne in nimium satis tædiosum tumorem hic Tomus exturgescat. Vberiùs. n. in alio Tomo singula repetemus. Erunt ergo hi.

Dorsi Tumores.
130. Cyphosis, seu cyrtosis, & hybosis.
131. Lordosis.
132. Scoliosis. [s]

Ventriculi.
133. Cœliacus. Celsi. [t]
134. Aurys, Rasis. [u]

Intestinorum.
135. Colica.
136. Ileos.
137. Condylomata.
138. Hæmorrhoides.
139. Marisca.

Hepatis.
140. Hepaticus. Celsi, [x] et Aureliani. [y]

Vitio hæpatis succedẽtes.
141. Cachexia.
142. Altherel. Bellunensis.
143. Thebegi.
144. Altherbel. Bellunensis.

Splenis.
145. Splenicus. Aureliani. [z]

Rhenum.
146. Nephritis. pro phlegmone. [a]
147. Lithiasis.

Penis.
148. Satyriasmos. Pauli.

Muliebriũ locorum.
149. Cercosis.
150. Mola.
151. Nymphemegethos.
152. κίων. Hippocr. [b]
153. Scliroma. Pauli.

Articulorum.
154. Arthritis.
155. Podagra.
156. Chiragra.
157. Ischias.
158. Lupia [c] Guidonis.
159. Tophi.
160. Cornua. Auic. [d]
161. Ancylosis, seu Ancyla.

Extremarũ partium.
162. Paronychia.
163. Pterygiõ. Celsi.
164. Condyli.
165. Perniones.
166. Gemursa [e] Pliniј.
167. Dẽtes muris. Bellunensis.

Crurium.
168. Alliathan. Interpr. Arab. nom.
169. Lupus.
170 Dactilia [f] Halia.
171. Malum mortuũ.
172. Terminthos.

Qui certam sedem nõ determinant
173. Emphysema.
174. Phlyctæna.
175 Turmusios [g] Aui.
176. Impetigo.
177. Essere.
178. Palmos.
179. Clauus.
180. Calli
181 Aegritudo bouina Abẽz. [h] et Albuc. [i]
182. Dracontium.
183. Syrones. seu pidicelli, Guid. [k] et Argelatæ. [l]
184. Variolæ.
185. Morbilli.
186. Rubeola.
187. Crystalli.
188. Exanthemata
189 Ectymata. Fernel.
190. Hidroa. seu sudamina.
191. Epinyctis. Romanorum.
192. Bothor lenes.
193. Ganglia.
194. Seps Hipp. [m]

m tr. 2. doct. 2ª. cap. 4.
o lib. pº. cap. 2. & 13.
p de apostematibus. cap. 20.
q 7ª. ad Mansorẽ. 14.
r 8. Theor. c. 11
s De his tribus uide 3. de articulis cõm 2 et 9. & 2ª. Aphoris. 40. 26ª. 46 et 4ª. de locis affec. cap. 5.
t lib. 4. cap. 12.
u in synon: Cõt fol. 481. col. 5.
x lib. 4. cap. 8.
y 3ª. cap. 4.
z Ibidem.
a Ex Defin. Authore.
b lib. de natura mulieb. uersus finem.
c tr. 2º doct. 2ª. cap. 4.
d 7ª. 4ª. trac. 3. cap. 12. 14.
e lib 26 cap. pº. circa finem.
f 8. Theor. c. 18.
g 3ª 4ª. tr. pº. cap. 20. in fine.
h 2ª. 7º. cap. 20. 21.
i 2ª. 93.
k trac. 6. doc. 1. cap. 3. in fine.
l libro. 5. trac. 2 cap. pº.
m 6. epid. part. 8. tex. 3.

195. Spina uentosa.
196. Bubasticõ ulc⁹.[z]
197. Hypersarcon.
198. Cacoethe.
199. Sipedon.
200. Nome.
201. Therioma.[a]
202. Herpes Esthiomenos. Celsi.[b]
203. Herpes Esthiomenos. Auic.
204. Thymiõ Celsi.[c]
205. Ignis sacer. Cel.[d]
206. Cerion Pauli.[e]
207. Paratrimmata.
208. Aposirmata.
209. Zerma.
210. Rancula.
211. Spina.
212. Morsus diaboli.
213. Patursa[f] i. morbus Gallicus.
214. Scopuli.
215. Tincosati.
216. Pinitæ.
217. Spili
218. Tusius Auic.
219. Eparma, Hipp.[g]
220. Rosboth.
221. Cunus Rasis.[h]
222. Albothir Albucasis.[i]
223. Nakir Alb.[k]
224. Alchalã Abẽz.[l]
225. Arcella Abẽz.[m]
226 Rosulæ satarítiæ

HI Tumores in catalogo enucleandi remanent. Quorũ profectò plurimi ad eos, qui declarati iam in præcedentibus sunt, reducuntur: Plurimi autem obiter à nobis in aliorum quorundam definitionibus satis superq; ostensi fuerunt. Qui autem adhùc noua indigent explanatione, multi iam remanent. Sed quoniam Tomus hic ad nimis immodicum tumorẽ præter opinionem nostram peruenit, Nos uerò ab alijs, et maioris quidem momenti speculationibus distrahimur, familiaribusq; negotijs impediti sumus: Ea propter primo huic Tomo colophonẽ imponamus. Itaq; Deo Optimo Maximo æterna laus, & gloria sit.

Τέλος.

z Aetius. 4[1].21
a Celsus. 5[i].28. sec. 3.
b ibidem.
c Ibidem. sec. 2.
d Ibidem. sec. 4
e lib. 4. cap. 35.
f Ex Ioãne Alcmenar de morbo Gallico in prin[o].
g p[o]. epid. commẽtario. p[o]. tex. 10.
h 13. Cont. ca. p[o]. in prin[o].
i p[i]. 57.
k 2[i]. 95.
l 2[i]. 7[o]. cap. 9.
m ibidẽ. cap. 8.

VIRO VNDECVNQVE DOCTISSIMO IOANNI Philippo Ingrassiæ, Philosopho, & Medico eminentissimo Hieronymus Modius. S. P. D.

QVVM Primùm tuus de tumoribus præter naturam allatus est mihi liber (Vir doctissime, simul & humanissime) cæteris literarum studijs intermissis, ad eum legendum me contuli, quo sanè accurate diligenterq; lecto, proh Phœbe Pater quot, quantasq; res perobscuris tenebris iandiù inuolutas q̃; splendidis diuini tui ingenij luminibus illustratas reperi. Nihil me hercule factum est reliqui apud Græcos, Latinos, & Barbaros de morbis, atq; Symptomatis, quod non perspicuè, copioséq; explanaris. Dij boni q̃; doctè, q̃; planè quæstionem περὶ προσεκτικῆς αἰτίας enucleas. q̃; enucleatè Galeni libellum huius tui cognominem explicas. q̃; dilucidè eiusdem περὶ κώματος restitutum libellum enodas. ita firma, certáq; toto passim opere argumenta afferuntur, ut mihi quidem non persuadere, sed cogere uideantur. nõ permiste, atq; confusè, sed ordine quæq; suo disposita aguntur, scribendi genere nequaq̃; incondito, dissipato'ue, quod in Philosopho, Medicoq; homine, & si non admodùm animaduertitur, habet tamen hæc quoq; res negligentiæ modum. Equidem, ut ingenuè tecum agam, longè plus didici septem hos dies, quos legendis luculentis tuis lucubrationibus libentissime impendi, q̃; bisseptem exactos iam annos, quos in perplexis aliorum scriptis misere perdidi. Propterea uerè te πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, teq; μοῦνον ἐπιστάμενον περὶ πάντων, cum Poeta appellabo. Quid pluribus? Cũcta illa in tuum libellum egregiè transferri posse arbitror, quæ in deligante Medico requirit Hippocrates. ἀγαθῶς, καλῶς, ταχέως, ἀπόνως, εὐρύθμως, ἀπόρως. Itaq; præ lætitia temperare mihi non possum, quin te si non coràm, at certè literis amplectar, exosculer, atq; rogem, ut me in tuo ære, mancipioq; reponas. Vale Vir tam excellenter de literaria Rep. benè merite, cui, & tibi diù uiue felix. Cosentiæ quinto Idus Aprilis. M. D. LIII.

¶ Ne mireris candidissime Lector si duplicem inspexeris Indicem. Efflagitantibus.n.discipulis, ut de tumoribus factæ elucubrationes in lucem æderentur: imperfectus adhùc primus Tomus traditus est, usq; ad folium.300^{m}.ubi Galeni liber de tumoribus præter naturam expeditus iam fuerat. Quam ob rem & primus Index ea, quæ ante illud scripta fuerant, ostendit. Pro quibus etiam & nonnulla scholia tradidimus. Quæ uerò inde scribuntur: ut qui à Galeno in eo libello prætermissi fuerunt, tumores tibi demonstrentur, q̄q; ad aliquam speciem illorū, qui in eo uolumine prætacti sunt, omninò reducendi ueniunt, hoc breuiori quidem indice reperies. Totius uerò capitis primi expositionem, et quæstionem de causis doloris, quas fol.12. in hoc tomo ædēdas proposuimus, ob q̄; plurima superueniētia impedimenta, in hoc primo Tomo ædidisse non quiuimus. Quarum nihilominùs uice, libellum Galeni de Comate rediuiuū factum, simulq; summariè expositū adiunximus. Hæc igitur accipito. Quæ si quadantenùs tibi grata fuisse cognouero, quamprimùm ad reliquorum æditionem accingar. Vale.

CHARTARVM SERIES.

✠ α β a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG HH. Omnes sunt ternio nes præter .α. quaternionem.

NEAPOLI OCTAVO IDVS MADII. M. D. LIII.

DONATVS CRASSVS ALEXANENSIS
Salentinus Authoris discipulus ad Lectorem.

IN Noua si fertur tua mens, occasio nunc est:
Perlege, non dubito quin saciatus eris.
Perlege, ne credas alijs hæc scripta libellis,
Vt multi obseruant scribere quæ alterius.
Inuenies Priscis, ast hæc immersa tenebris,
Erratis multis, ordinibus'ue malis.
Corrigit, ac uertit, curtat, reseratq;, nouatq;,
Conciliat soluens, indigitatq; loca.
Nomina morborum perdocto inuenta Philippo
Concipias animo, si medicare cupis.
Haud poterat quisquam recte curare tumores,
Hoc sine, si tentet, consulibus medicis.
Manardus cœpit, Tagaultius illa resumpsit,
Fuchsius haud aliter. Nil renouare uolunt.
Non hæc mens nostro est, aliorum inuenta, Philippo
Carpere, sed proprijs gaudet, & alta petit.
Quisquis adhuc fuerit libri lacerator iniquus,
Mens precor & guttur sit lacerata manus.
Si tamen instimulat, ratione, uel arte repugnans,
Sit fœlix donis corporis, ac animi.

Quæ per totam reperies errata, tã in Græcis, q; Latinis dictionibus corrigere facillimè poteris.

Vlmaria
Pententilla maior } idem,
Herba Cancri